


D. D. ANTONII

GRAÑA NIETO

I. C. HISPANI IN III.

DECRETALIVM

LIBRVM.

TOMVS III.

GRAIN DIETO

DECEMALIUM

TOMUS III

CATENA IVRIVM VTRIVSQVE IVRISPRVDENTIAE.

SIVE

IN LIBRVM III. DECRETALIVM GREGORII IX. INTEGRI, ET ABSOLVTI COMMENTARII PER SINGVLA EIVSDEM CAPITA,

IN QVIBVS NON SOLVM VERA CVIVSQVE TEXTVS SENTENTIA, & mens aperitur, sed & plurimis adductis, & expositis iuribus vniuersa difficilia eius referantur, & resoluuntur, potioribus sententijs Doctorum, quæ ad rem magis pertinere videbantur in medium allatis, probatis breuiter, vel excussis.

TOMVS III.

OPVS SANE ARDVVM, IN HISPANIA ANTE HAC NVNQVAM tentatum, cuilibet literario certamini subeundo aptissimum omnibus vtriusque iuris professoribus, præsertim ijs, qui Academicas disputationes, & Collegiorum togas, vel Ecclesiasticas exercitationes, circa rem beneficiariam tractare, haud certatim appetere consueuerunt, valde necessarium, & vtile.

MAGNÆ MATRI SACROSANCTÆ VIRGINI MARIÆ SANCTÆ Triados Sacrario Deiparæ. In Parochiali Diui Benedicti Salmanticensi Templo sub titulo Virginis Auxilij sitæ.

AVCTORE, DOCTORE D. ANTONIO GRANA ET NIETO, In Salmanticensi Academia Decretorum Doctore eiusdem facultatis Decano: olim maioris Decretalium postea pro Primario, deindè Vespertinæ, rursus Decreti tandem Primariæ proprietatis Cathedræ Egregio vtriusque iuris antiquiore, Antecessore nunc in Regno Galeciæ Senatore.

CVM TRIPLICI INDICE, PRIMO TITVLORVM, ET CAPITVM, QVÆ relegüntur, secundo Textuum, qui obiter illustrantur, Tertio verborum, & rerum quæ in toto opere continentur.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Anno (MARIA.) 1662.

CVM PRIVILEGII

MATRITI, Apud *Melchiorem Sanchez*.

A costa de Iuan de San Vicente, Mercader de Libros. Vendese en su casa, en la calle mayor, enfrente de las gradas de San Felipe.

MAGNÆ MATRI SACROSANCTÆ VIRGINI MARIÆ, SANCTÆ TRIADOS SACRARIO DEIPARÆ.

Sinu ſuo verum ſcilicet Iovem excipienti,
Ab omni originalis culpæ labe immuni,
In Parochiali Diui Benedicti Salmanticenſi,
Templo ſub titulo Virginis Auxilij ſitæ,
& magno cultu, & veneratione habitæ.

D. ANTONIVS GRANA NIETO SE IPSVM, & hanc iuris catenam deſtinat.

NON aris anathema ſuſpendo vanis, non thura adoleo, non macto victimas, humanum reſpuo patrocinum, diuinum ambio. Vt quid fumoſis humanæ nobilitatis imaginibus hos ingenij mei partus illuſtrarem, dum illos à te, Virgo Auguſta, accepiſſe non renuo. Vltroneam ad te viam affectat hæc catena iuris, quæ iure tibi debetur, & qua iure ipſo me tibi deuinxiſti. Hac catena non tàm loquor ipſe, quàm iã diù illam exaraſti; auream quidem à te; quia tamen à me ferreã. Fabel-

lam peperit grauida illa fabulis vetustas, quæ ex Herculis ore aureas catenulas fluxisse fabulatur, quarum lenocinio illecta mortalium pectora sese Herculano obsequio mancipabant. Veram fecisti fabulam (licet diuinis miscere profana) dum iuris mihi aperiens difficultates, eiusque nodos disrumpens, catenulam hanc auream colo meo imposuisti, qua seruitutem libertate pretiosiorem profiterer. Nec aliud potui, nec debui, quin perpetrarem scelus expiandum nulla victima, si hunc fætum mei studij à te acceptum non referrem, quæ auxilium mihi semper præstitisti, vt ceptum illum ad finem vsque perducerem. Fauistis certe auspicijs, & annuente fato ad tuas aras deuolutus incedo, siquidem sudante prælo ad meas manus peruenit huius libri frons die tuæ illibatæ Conceptioni sacra. Hoc fulcitus præsidio liber vitabit Zoylorum morsus, in diesque matureſcet in fructus. Si Princeps ipse, & lucis arbiter sua lumina diffundit, reliquisque astris impertitur lumen, sine quo suos radios amittunt; credicerim certe sine te, electa vt Sol, librum hũc caligino sa, ac lugubri iacere in nocte. Non habui aliud, quod pro tantis in me collatis beneficijs tibi possem in grati animi signum redhostire, exiguum quidem, verum iam olim Apollinis templo non tantùm apum ceræ, sed & auium plumæ offerebantur. Hanc veluti sponsariam tabellam tuis tholis appendo, non quidem vt Æneas, dum cecinit:

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Vt Numini male defensam Troiam exprobaret. Ego quidem semper tuum sum expertus auxilium, teque meam auxiliatricem appellaui, ideòque ingratitudinis signum, in obsequij teseram hæc tuis aris subscribo.

Doct. D. Antonius Graña Nieto.

EL

EL Doctor Don Antonio Graña y Nieto, Cathedratico de Prima de Canones de la Vniuersidad de Salamanca, y Decano de entrãbos Derechos en ella: Digo, que yo he compuesto vn libro intitulado, *Tercero tomo al tercer libro de las Decretales*, en que he puesto mucho estudio, y cuidado, como se conocerà por su disposicion. Y porque pretendo imprimirle, y es necessaria la licencia, y censura de V.S. suplico mande cometerla a quien fuere seruido, paraque con la aprobacion que diere, se me dè licencia para imprimirle, en que recibirè merced, con justicia, &c.

Doctor D. Antonio
Graña y Nieto.

REmitese a la censura del señor Doctor Don Gregorio Gallo de Velasco, Madrid seis de Iunio 1653.

Don Rodrigo de Mendieta
y Parga.

LEgi non sine voluptate lectissimos quidem Commentarios D. D. D. Antonij Graña & Nieto, Primarij Salmantini in Decretales, & pro censura, & crisi dauo grates, Auctori, Orbi plausus, cunctis elogia non moritura, quibus ipse Doctor dabit æternitatem.

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Strauit ille viam placidissimam ad abstrusa, & inuia oracula iuris Pontificij, superauit senticosa dumeta, quæ nullus adhuc ita facilè, ac felicitèr calcauit, syluam præcidit, quibus Auctores antiqui implicabãtur. *Hac molli diuertitur orbita cliuo*, ad sapientiã, ac sacraria Astreæ commercia pãduntur. Quis putaret prolixam sæpè rei canonicæ materiã posse fæderari cũ legentiũ voluptate? Profecto ita clare, atq; dilucide suis, quæq; luminibus distinguis Antoni, vt nil videatur posteris reliquisse, in quo ingenia sua

exercere,& laudem promereri valeant. Vnus noster Doctor Primarius præripuit sibi omnem materiam laudis in his Decretalibus,quas exponit.Heu quam appositè docet, perspicuè illustrat, sine salebra procedit, & amico fœdere componit, quæ sibi bellum indicere videbantur!Non maiori imperio Æolus coercet: *Luctantes ventos,tempestatesque sonoras.*

Quem quondam Numini mactauit Aristippus,quod diu abditam veritatem demonstratione patefecit, profecto Academia nostra perpetuo litare debebat ob ingentes doctrinæ Antonianæ fructus,nouiterque repertas legum,Canonumque expositiones,quæ pluteum cæsum,& derosos sapiunt vngues, posterisque velut testamento relinquunt, quo diteſcant, quodve mirentur. Veritati immolat, quæ docet, *Nullius addictus iurare in verba Magistri*,vt ex Horatio prolusit Antonius Faber. Equidem parum erat ingenio Doctoris Primarij vetera in medium dare, siue fastiditis gratiam conferre,nisi & nouitas in dicendo acumen testaretur. Enim verò scriptor præclarus similis est Patri Familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, vt ait textus sacratior. Palmam tulit Antonius in scribendo, & quam antiqui Auctores aliquãdo habuere,sibi merito asseruit, & quemadmodum tempore vertente,sæpè factum transtulit regna, atque imperia, sic etiam palmam,& velut sceptrum in re litteraria dare consueuit. Antiquitas præcedit, non præcellit, perbelle à Chrysol. quidni,& laurum æternaturam Antonius mereat, dum hypomnemata Antiquorum in Decretales non æquauit tantum, sed excesit,testor legentium, & audientium vota, quam auide libros Antonij sibi emunt,vt copias auxiliares, & robustissimum subsidium,siue opportunam hoplothecam, ex qua emicent armati vmbone splendenti in palestrã, quod numquam rubiginabit,sed excipiet inconcusse fulmina,quanta maxima liuor contorquebit;excipiet quidem,nam summa petunt fulmina mõtes. Spirat in suis libris Antonius,equidem illi,vt aiebat Lypsius,speculum Auctoris sui præbent,in quo eiusdem dotes, & litterariæ diuitiæ inspici possint clarius, quam sua exemplaria reddere solebant pictura Phidias,& Lysippus ausi hominum animas, feraumque ære comprehendere, vel Apelis monumenta penicillo cla-

clarissima cum ipsius naturæ veritate certantia. Spectate ergo in hoc libro Primarium Doctorem non vulgaris, aut proletariæ Academiæ, sed Salmãtinæ. proh! si videres explicantem, è suggestu, quo circa hos commentarios, nisi cornea fibria est.

Nocturna versate manu, versate diurna, ita mihi videtur Salmanticæ, octauo Kal. Augusti. ann. Domini 1656.

Doct. D Gregorius Gallo de Velasco.

NOs el Doctor Don Rodrigõ de Mendieta y Parga, electo Obispo de Siria, Vicario de la Villa de Madrid, y su partido, &c. Por la presente, y lo que à Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir, è imprima el libro intitulado, *Tercero tomo al tercer libro de las Decretales*, compuesto por el Doctor Don Antonio Graña y Nieto, Catedratico de Prima de Canones, de la Vniuersidad de Salamanca, atento por la censura de suso, cõsta no auer en èl cosa contra nuestra Santa Fè, y buenas costumbres. Dada en Madrid a 18. de Iunio de 1653. años.

D. Rodrigo de Mendieta y Parga.

Por mandado de su Señoria.

Manuel Lopez.

SVprẽmi Senãtus iussu, cẽsoriã cũrã vidi legi, ãc ãdmiratiõne perlegi, absolutum, propriè, commentarium, in vltimam partem, libri tertij Decretalium; quod in hoc tertio tomo doctissimus antiquior Decretorum, Primarius Salmantinus Doctor D. Antonius de Graña Nieto suarum lucubrationum, fœlicissimum Nepotem, in lucem excipit, & ex suo fertilissimo, campo, publicæ, vtilitati; fęcundissime communicat, iuris Pontificij æraria dictans, communibus necessitatibus, vt prouidus Magister, occurrens, ita vt rectæ conueniat illud Horatij 1. Sermonum, Satyra 1.

Nullus rectius laudat,
Meliora Granaria nostris.

In quo nihil fidei Orthodoxæ aut rectis moribus contrarium inueni, sed affluentiam, & vtilitatem ad vtrumque forum sum expertus: Ideòque prælo, & luce dignissimum censeo Mantuæ Carpentanorum, die tertia mensis Iulij, anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi tertij,

Licenciatus D. Antonius Fernandez
de la Fuente y Salzedo.
Rector Regiæ Vniuersitatis Valli Solletanæ.

Suma del Priuilegio.

TIene Priuilegio de su Magestad el Doctor Don Antonio Graña y Nieto, Catedratico de Prima, y Canones de la Vniuersidad de Salamanca, y Decano de entrambos Derechos en ella, para poder imprimir vn libro intitulado, *Tercero tomo al tercer libro de las Decretales*, despachado en el oficio de Martin de Villela, Escriuano de su Magestad, fecha en Madrid a diez y siete dias del mes de Iulio de mil y seiscientos y cinquenta y tres años.

Martin de Villela.

Fee

Fee de Erratas.

PAg. 24. coditio, leg. conditio, pag. 42. benæ, leg. bonæ. pag. 45. Pontifex, leg. Põtificis, pag. 46. collateralis, leg. collaterales, pag. 47. excluſio, leg. excluſo, pagin. 55. ſepulturæ leg. ſepultura, pag. 148. cum vorum, leg. cum votum, pag. 167. co libentium, leg. cum ſit, pag. 167. aperte leg. a parte, pag. 259. altari, leg. altare, pagin. 343. luctum, leg. iuſtum ibidem, pag. 143 leg. pag. 343. pag 343. duendum, leg. dicẽdum pag. 345. Maria, leg. Mariam, pag. 361. profectis, leg. pro infectis, pag. 278. à celebrat. leg. a celebratione, pag. 279 Miſſa, leg. Miſſas, pag. 347. alius, leg. aiius, pagin. 349. peculialiter, leg. peculiariter.

¶ Hic liber inſcriptus *in tertium Decretalium librum tom.* 3. demptis his mendis ſuo exemplari reſpondet, Dat. Matrit. die 4. menſ. Iunij, ann. 1662.

Lic. D. Carolus Murcia de la Llana.

TASSA.

MIguel Fernandez de Noriega, Secretario del Rey nueſtro Señor, y ſu Eſcriuano de Camara mas antiguo de los que reſiden en el Conſejo, certifico, que auiendoſe viſto por los Señores dèl vn libro intitulado, *Tercero tomo al tercer libro delas Decretales*, compueſto por el Doctor Don Antonio Graña y Nieto, Alcalde mayor de la Audiencia de Galicia, ſiendo Catedratico de Prima de Canones de la Vniuerſidad de Salamanca, que con licencia de los dichos Señores ha ſido impreſſo, taſſaron cada pliego à cinco marauedis; y el dicho libro parece tiene ciento y onze pliegos, con principios, y tablas, que al dicho reſpeto monta quinientos y cinquenta y cinco marauedis, que hazen diez y ſeis reales, y onze marauedis, en papel, y al dicho precio, y no mas mandaron ſe venda, y que eſta certificacion ſe ponga al principio de cada libro, para que ſe ſepa al precio a que ſe ha de vẽder, y para que conſte lo firmè en Madrid à cinco de Iunio de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y dos años.

Miguel Fernandez de Noriega.

MA-

MAGISTRI ANTONII ALVAREZ VALVERDII PONFERRATENSIS.

PRO OPERE, ET AVCTORE ELOGIVM.

Gangeticas auri puri, si quæris arenas,
Et quas Hispanus volvit in arva Tagus:
Si quæris lato, pretiosos orbe lapillos,
Si fieri locuples, candide Lector, aves:
Tergemina Antoni Granæ bis, terq; quaterq;
Scripta, revolve manu nocte, revolve die.
Iam triplici, Studiosè! tenes religata catena
Dogmata Pontificum: iam tibi iura patent.
O quantum studijs Granæ Salmantica debes,
Debentur, docto præmia quanta viro.
Tarda licèt veniant, venient cumulata: labores
Grana tuos iustè, palma suprema manet.

A DON

A DON ANTONIO DE GRAÑA Y NIETO, CATEDRATICO DE PRIMA DE LA FACVLTAD DE CANONES, Y SV DECANO EN SVS TRES LIBROS DE LAS DECRETALES.

DEL PADRE FR. ALONSO PEREZ SERAFINO, del Real Conuento de San Francisco de Salamanca.

ELOGIO.

TRina el Clarin bolante nouelera,
Rompe el velo Turqui; pluma ligera
Bate; por quanto gira
Cintio, pulsando su dorada Lyra,
Y de Graña, à la luz de sus centellas,
El nombre graua en laminas de Estrellas;
Pues èl solo ha podido
Negarse a los descuidos del oluido;
Colon, entre otras plumas,
Tendiendo velas, y rompiendo espumas;
El solo pues, se ha releuado tanto,
Que es de los Orbes pasmo, assombro, encantō;
Mas que me admiro? si es tan gran sujeto,
Que impera en Decretales, su Decreto.

Por

POr rũmbos inãuditos
Pielagos han ſulcado ſus eſcritos;
De nadie penetrados,
Perdonen Naufragantes coronados
De la verde Penea,
Que en èl, mejor que en nadie, la Fuea
Diadema ſe vincula,
Quando el aplauſo el victor le articula;
Quando Eſtrellas, la Luna, el Sol, y el Alvã;
Por Monſtro de mas Rayos le hazen ſalva;
Porque ſus tres Prodigios, tres aſſombros,
Alcides ſon, cuyos fornidos ombros,
Con fuerças inmortales,
El Cielo oſtentan de las Decretales,
Que ſi por èl no fuera,
A tierra todo el Cielo ſe viniera;
ESte teſoro ha ſido
El que no ſolo à Eſperia ha enriquecido;
Mas quanto incluye el Ambito del mundo,
Que ſiendo ſin ſegundo
En la luz, y cultura,
Por èl toda opinion viue ſegũrã;
Que quien de ſus raudales no ha bebido;
Yaze expueſto al deſdoro del oluido;
El ſolo en las Paleſtras literarias
Tantas Coronas ſe ha ganado varias;
El Catedras ha dado,
Becas, Garnachas, Mitras, ha inundado;
Con tantas Dignidades,
Que logran oy por èl felicidades,
Pues Sujeto que tal teſoro ha dado
Viua del Gran Monarcha laureado,
Premiando ſus deſvelos
Con hazerle vezino de los Cielos;
Que bien merece ſer del Sol vezinò
Quien buela ya con nombre de Diuinò;

De-

DEuan pues à su pluma boladorā
Quantos lumina el Sol, pinta la Aurorā;
Todo su lucimiento;
Y à tanta claridad, el Orbe atento,
Veneracion le rinda agradecido,
Pues por su luz, sus partos han lucido
Tan flamigeros todos, tan brillantes,
Que del Olimpo eclipsan los diamantes.
Beban pues de sus tres diuinas fuentes,
Quantos conocen bien que sus corrientes
Deidad tan alta incluyen,
Que en Estrellas sus hondas constituyen;
Y denle aclamaciones
Las Prouincias, los Reynos, las Naciones;
A quien ha enriquecido
Con tres tesoros, en que està esculpido
El nombre siempre fulgido de Graña
Diadema Ilustre del Blason de España;

AVTHORI, ET OPERI;

LVDOVICVS HENAO DE LEZAMA,

TAMARICVS COMPOSTELLANVS

Sacrat Acroſtichida.

Ardua dum ſuper, ô, magnum caput, exeris aſtrA
Nec calamo, ſed nec deſinis ore ThemiN,
Tot tibi pro meritis debita benè præmia deſu T,
Obſtat, & ingenio ſors malè fauſta tu O.
Nulla quidem, tantum ſuperarit gloria nome N,
In tua quæ digna perſonet, acta chel I:
Vana ſed, heu, ſigni prorepunt culmina greſſ V;
Scanderet egregius quæ labor iſte tuu S.
Quos tu docta Graui eloquio Reparantia leges
Dogmata docueras, Altaque ſenſa patrum,
Te, Iove ſat. Nuper præeunt Aduota, ſecundo,
Non toga celſa, ſed Nec infula ſacra deeſt,
Proh dolor! Ingenijs nimium ſors, Extat iniqua:
Præmia ſint mentis TOt monumenta tuæ.

IN-

INDEX TITVLORVM,

ET HORVM CAPITVM, QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR, ET EX PROFESSO EXPLICANTVR.

De Teſtamentis, & vltimis voluntatibus. Tit. XXVI.

Cap. Quorundam 1. de teſtam. fol. 2. num. 1. & 3.
Cap. Quia ingredientibus 8. fol. 8. num. 1. cum ſeqq. & fol. 43. num. 3.
Cap. Nos quidem 3. fol. 11. num. 1. & folio 42. num. 1.
Cap. Indicante 4. fol. 20. num. 1.
Cap. Filius noſter 5. fol. 11. num. 1. & folio 42. num. 1.
Cap. Si hæredes 6. fol. 42. num. 1.
Cap. In officijs 7. fol. 2. num. 1.
Cap. Ad hæc 8. fol. 2. num. 1. & fol 4. nu. 6.
Cap. Quia nos 9 fol. 2. num. 1.
Cap. Cum eſſes 10. fol. 20. num. 1. & fol. 22 num. 4.
Cap. Relatum 11. fol. 20. num. 1.
Cap. Relatum 12. fol. 2. num. 1. & fol. 6. numer. 9.
Cap. Cum tibi 13. fol. 22. num. 1. & fol. 23 num. 3.
Cap. Officij 14. fol. 28. num. 1. & fol. 29. num. 3.
Cap. Requiſiſti 15. §. Scius fol. 28. num. 1. & fol. 29. num. 3. cum ſeqq.
Cap. Raynutius 16. fol. 32. num. 1. & ſeqq.
Cap. Tua nobis 17 fol. 42. num. 1.
Cap. Raynaldus 18. fol. 32. nu. 1. cum ſeqq.
Cap. Ioannes 19 fol. 42. num. 1.
Cap. De ijs fin fol. 64. num. 7.

De ſucceſsionibus abinteſtato Tit. XXVII.

Cap. Sed hoc 1. fol. 46. num. 1.
Cap. Sancto 2 fol. 46. num. 1. & fol. 50. n. 8
Cap. Cum dilectus fin. fol. 46. num. 1.

De ſepulturis. Tit. XXVIII.

Cap. Nos inſtitu a 2. fol. 55. num. 1.
Cap. Relatum 2. fol. 61 num. 1. & fol. 62. num. 4
Cap. Fraternitatem 3. fol. 55. num. 1. & fol. 56. num. 3.
Cap. De his 4 fol. 61. num. 1.
Cap. Ex parte 5 f. ol. 55. num. 1. fol. 57. nu. 4. & 61. num 1.
Cap. Cum liberum 6. fol. 61. num. 1. & fol. 64. num. 5.
Cap. De vxore 7. fol. 55. num. 1.
Cap. Cum ſuper 8. fol. 55. num. 1.
Cap. Certificari 9. fol. 55. num. 1.
Cap. In noſtra 10. fol. 55. num. 1. fol. 56. n. 3. & 64. num. 6.
Cap. Ex parte 11. fol. 65. num. 1.
Cap. Sacris 12. fol. 65 num. 1. & 71. n. 11
Cap. Parochiano fin. fol. 65. num. 1. & folio 68. n. 6. & fol. 69. n. 7. & fol. 71. n. 11.

De Parochijs, & alienis Parochianis. Tit. XXIX.

Cap. Nullus 3. fol. 73 num. 1.
Cap. Super eo 4. fol. 77 num. 1.

De decimis. Tit. XXX.

Cap. Decimam partem 1 fol. 83 num. 1.
Cap. Nouum genus 2. fol. 87. num. 8.
C. Ex multiplicis 3. F. 93. n. 1. & F. 99. n. 12
Cap. Peruenit 5 fol. 83. num. 1.
Cap. Nuncios 6. fol. 83. num. 1.
Cap. Cum homines 7. fol. 83 num. 1.
Cap. Ex parte 10. fol. 93. num. 1.
Cap. Licet 11. fol 93. num. 1.
Cap. Ad audientiam 12. fol. 93. num. 1. & fol. 95. num. 4.
Cap. Quoniam 13. fol. 93. num. 1.
Cap. Ad parochianos 14. fol. 83. num. 1. & fol. 86. num. 5. & 6.
Cap. Ad hæc 15. fol. 100. remiſsiuè.
Cap. Quamvis 17 fol. 100. remiſsiuè.
Cap. Cum ſint homines 18. fol. 82. num. 9. & fol. 83. num. 1.
Cap. Prohibemus 19. fol. 100. remiſsiuè
Cap. Ad Apoſtolicæ 20. fol. 83. num. 1. & folio 100. remiſsiuè.
Cap. Ex parte 21. fol. 83. num. 1.
Cap. Non eſt 22. fol 83. num. 1.
Cap. Ex tranſmiſſa 23. fol. 83. nn. 1. & fol. 90. n. 12.

Cap.

INDEX TITVLORVM.

Cap. Anobis 24 *fol.* 83 *num.* 1.
Cap. tua porrò 25. *§. fin. fol.* 83. *numer.* 1. *fol.* 98. *num.* 8. *& fol.* 100. *remissiuè.*
Cap. Tua nobis 26 *fol.* 83. *num.* 1.
Cap. Ex parte tua 27 *fol.* 97. *num.* 7.
Cap. Pastoralis 28 *fol.* 83. *numer.* 1. *& ad vers. Credamus fol.* 92. *num.* 15.
Capit. Cum contingat 29. *fol.* 100. *remissiuè.*
Cap. Cum in tua 30 *fol.* 100 *remissiuè.*
Capit. Dudum 31 *fol.* 82. *numer.* 9. *& fol.* 100 *remissiuè.*
Cap. Cum non sint 33 *fol.* 83. *num.* 1.
Cap. Interdicimus fin fol. 100. *remissiuè.*

De Regularibus, & transeuntibus, ad Religionem, Tit. XXXI.

Cap. Si quis 2. *fol.* 101. *num.* 1. *& fol.* 147. *num* 4.
Cap. Super eo 9 *fol.* 109. *num.* 1. *&* 110. *n.* 4. *& fol.* 180. *num.* 18.
Cap. Cum virum 12. *fol.* 101. *num.* 1.
Cap. Cum simus 14. *fol.* 101. *n.* 1. *& f l.* 107 *n.* 11. *& fol.* 108. *num.* 12. *&* 13.
Cap. Licet 18 *fol.* 109. *num.* 3. *& fol.* 140. *num.* 6. *& fol.* 150. *n.* 4. *& fol.* 151. *n.* 5.
Cap. Consulti sumus 20. *fol.* 111. *nu.* 6. *& fol.* 150. *num* 4. *&* 5.
Cap. Postulasti 21 *fol.* 112. *num.* 9.
Cap. Ex parte 22 *fol.* 110. *num.* 4.

De conuersione coniugatorum. Tit. XXXII.

Cap. Præterea 1. *fol.* 114. *num.* 1. 2. *&* 3. *& fol.* 119. *num* 8. *& f l.* 122. *num.* 13.
Cap. Verum 2 *f l.* 123. *num.* 1. *& fol.* 125. *num.* 4. *&* 5.
Cap. Quidam 3. *fol.* 114. *num.* 1. *& fol.* 121 *num.* 11.
Cap. Cum sis præditus 4 *fol.* 114. *num.* 1.
Cap. Coniungatus 5 *fol.* 114. *num.* 1. *& fol.* 120. *num.* 9.
Cap. Ex publico 123. *fol.* 7. *num.* 1.
Cap. Vxoratus 8 *fol.* 114. *num.* 1.
Cap. Ex parte 9 *fol.* 114. *n.* 1 *& folio* 118. *num.* 7.
Cap. Consuluit 10. *fol.* 117. *num.* 5. *&* 6 *& fol.* 122. *num.* 14.
Cap. Placuit 12. *fol.* 121. *num.* 11.
Cap. Ad Apostolicam 13. *fol.* 114. *num.* 1.
Cap. Veniens 16 *fol.* 122. *num.* 12.
Cap. Accedens 17 *fol.* 114 *num.* 1.
Cap. significauit 18. *fol.* 114. *num.* 1.

De Conuersione infidelium. Tit. XXXIII.

Cap. Laudabilem 1 *fol.* 128 *num.* 1.
Cap. Ex litteris 2 *fol.* 128. *num.* 1.

De Voto, & Voti redemptione, Tit. XXXIV.

Cap. De peregrinationis 1. *fol.* 137. *num.* 1.
Cap. Veniens 2. *fol.* 145. *num.* 1.
Cap. Litterarum 3 *fol.* 147. *num.* 5. *& fol.* 148. *num.* 1.
Cap. Scripturæ 4. *fol.* 137. *num.* 1. *& folio* 139 *num* 4. *& fol.* 154. *num.* 1.
Cap. Non est 5. *fol.* 137. *num.* 1. *& fol.* 154. *num.* 1.
Cap. Licet vniuersis 6. *fol.* 154. *num.* 1. *& fol.* 155. *num.* 4 *& fol.* 157. *num.* 7. *& fol.* 158. *nnm.* 8.
Cap. Magnæ 7. *fol.* 159. *num.* 1.
Cap. Quod super 8. *fol.* 159 *num.* 1.
Cap. Ex multa 9. *fol.* 159. *num.* 1.
Cap. Per tuas 10. *fol.* 159. *num.* 1.

De Statu Monachorum. Tit. XXXV.

Cap. Monachi 2. *de statu Monachorum, fol.* 160. *num.* 1. *& fol.* 168. *num.* 1.
Cap. Super quodam 4. *fol.* 168. *num.* 1.
Cap. Quod Dei timorem 5. *fol.* 138. *num.* 1. *& fol.* 178. *num.* 8. *& fol.* 199. *num.* 6.
Cap. Cum ad Monasterium 6. *fol* 143. *n.* 12 *& fol.* 168. *num.* 1. *&* 169. *num.* 3.

De Religiosis domibus. Tit. XXXVI.

Cap. Nunc autem 1. *fol.* 182.
Cap. Quia Monasterium 2. *fol.* 183. *num.* 1. *remissiuè exponitur.*
Cap. Ad hæc 4 *fol.* 183. *num.* 1.
Cap. Constitutus 6. *fol.* 287. *num.* 1. *& fol.* 189. *num.* 7.
Cap. Cum venerabilis 7 *fol.* 187. *num.* 1.
Cap. Cum Dilectus 8. *fol.* 187. *num.* 1.
Cap. Ne nimia fin fol. 190, *num.* 1. *& folio* 192 *num.* 5. *&* 194. *num.* 9.

De

INDEX TITVLORVM.

De Capellis Monachorum. Tit. XXXVII.

Cap In Ecclesijs 1 fol. 196. num. 1. & folio 177. num. 1.
Cap. Ex parte 3 fol. 196. num. 1.
Cap. Ad Audientiam 4. fol. 196. num. 1.

De iure patronatus. Tit. XXXVIII.

Cap. Perlatum 1. fol. 205. num. 1. & folio 206. num. 2 & fol. 210. num. 8.
Cap. Quicumque 2 fol. 205. num. 1. & folio 230. num. 1. & 3.
Cap. Quoniam 3. fol. 205. nu. 1. & fol. 230. num 1. & 3.
Cap. Quod autem 5. fol. 212. num. 1.
Cap. Quia 6. fol. 218. nu. 1. & fol. 221. n. 8.
Cap. Ex litteris 7. fol. 224. num. 1.
Cap. Illud 8 fol. 212. num. 1.
Cap. Querimoniam 9. fol. 205. num. 1.
Cap. Cum laici 10. fol. 212. n. 1. & fol. 218 num. 1.
Cap. Cura pastorali 11. fol 212. num. 1.
Cap. Si verò 12. fol. 230. num. 1.
Cap. Cum seculum 13. fol 212. num. 1.
Cap. Ex insinuatione 14 fol. 112. num. 1.
Cap. Nullus 17. fol. 112. num. 1.
Cap. Consultationibus 19 fol. 228. num. 1.
Cap. Suggestum 20 fol. 112. num. 1.
Cap. Relatum 12. fol. 218. num. 1. & folio 224. num. 1.
Cap. Eam te 22. fol. 230. num. 1.
Cap. Præterea 23 fol. 218. num. 1. & folio 224. num. 1. & fol. 225. num. 5. & folio 245. num. 3.
Cap. Anobis 25. fol. 218. num. 1. & folio 221. num. 8.
Cap. Cum pro parte 27 fol. 230. num. 1. & 3. & fol. 270. num. 2.
Cap. Transmissa fin. fol. 112. num. 1.

De Censibus. Tit. XXXIX.

Cap. Sancitum 1. fol. 232.
Cap. Omnis anima 2 fol. 238. num. 1.
Cap. Scientes 3. fol. 244. num. 1.
Cap. Cum Apostolus 6. §. Prohibemus, folio 237. num. 8 & fol. 238. num. 1.
Cap. Prohibemus 7. fol 244. num. 1.
Cap. Præterea 8. fol 244. n. 1. & 251. n. 1.
Cap. Ecclesijs 9. fo. l 244. num. 1.
Cap. Cum Clerici 11. fol 244. num. 1. & fol. 250. nam 8.
Cap. Significauit 13. fol. 244. nu. 1. & fol. 250. n. 8.
Cap. Grauis 15. fol. 244. nu. 1. & fol. 246 num. 4.
Cap. Quanto 16. fol 240 num. 5. & 6.
Cap. Ex parte 18. fol. 251. nu. 1. & fol. 253 num. 4.
Cap. Cum olim 19. fol. 238 num 1.
Cap. Cum venerabilis 21. fol. 188. num. 4. & fol. 244. num. 1.
Cap. Super eo 22. fol. 238. num. 1.
Cap. Procurationes 23 fol. 238. num. 1.
Cap. Venerabilis 24 fol. 238 num. 1.
Cap. Cum nuper 25. fol. 238. num. 1.
Cap. Authoritate 27. & fin fol. 238. n. 1. & fol. 240. num. 4.

De Consecratione Ecclesiæ vel Altaris. Tit. XL.

Cap. Ad hæc 1. fol. 259. num. 1.
Cap. Quod in dubijs 3. fol. 259. num. 1.
Cap. Proposuisti 4 fol. 259. num. 1.
Cap. Lineis 6. fol. 263. num. 1. & fol. 264. num. 4.
Cap. consuluisti 7. fol. 266. num. 1.
Cap. Cum sicut 8 fol. 266. num. 1.

De Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ, & Diuinis Officijs. Tit. XLI.

Cap. Presbyter 1 fol. 272. num. 1.
Cap Homines 7 fol. 277. num. 1.
Cap. Dolentes 9. fol. 272. num. 1.
Cap. Sanè 10. fol. 277. n. 1. & fol. 280. nu. 1.
Cap. Litteras fin. fol. 280. num. 1.

De Baptismo, & eius effectu. Tit. XLII.

Cap. Si quis 1. fol. 285. num. 1 & fol. 288. nu. 5. & fol. 288. num. 6.
Cap. De quibus 2. fol. 292. num. 1.
Cap. Maiores 3. fol. 300. num. 1. & in §. fin. fol. 309. num. 18.
Cap. Debitum 4. fol. 285. num. 1. & folio 310. num. 1.
Cap. Non vt 5. fol. 315. sum. 1.
Cap. Licet Græcos fin fol 287. num. 4. & fol. 292. num. 1.

De

INDEX TITVLORVM.

De Presbytero non Baptizato. Tit. XLIII.

Cap. Si quis 1 *fol* 320. *num.* 1. *& fol.* 321. *num.* 3. *& fol.* 323. *num.* 6.
Cap. Apostolicam 2 *fol.* 320. *num.* 1. *& folio* 323. *num.* 6.
Cap. Veniens 3. *& fin fol.* 320. *nu.* 1. *& fol.* 293. *num.* 2. *& fol.* 294. *num.* 3. *& 5. & fol.* 323. *num* 6.

De Custodia Eucharistię, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum. Tit. XLIV.

Cap. Statuimus 1. *fol.* 332. *num.* 1. *& folio* 328. *num.* 4.
Cap. Relinqui 2. *& fin. fol.* 332. *num.* 1.

De Reliquijs, & veneratione Sanctorum. Tit. XLV.

Cap. Audiuimus 1. *fol.* 332. *num.* 1.
Cap. Cum ex eo 2. *& fin. fol.* 332. *num.* 1. *& fol.* 334. *num.* 4.

De Obseruatione ieiunorum, Tit. XLVI.

Cap. Ex parte 1. *fol.* 338 *num.* 1.
Cap. Consilium 2. *fol.* 338. *num.* 2.
Cap. Explicari 3 *fol.* 338. *num.* 3.

De Purificatione post partum. Tit. XLVII.

Cap. Volens vnico, fol. 344.

De Ecclesijs ædificandis, & reparandis. Tit. XLVIII.

Cap. Quicumque 1. *fol* 351. *num.* 1. *& folio* 353. *num.* 6.
Cap. Cum dicat Apostolus 2. *fol.* 354. *nu.* 1.
Cap. Ad Audientiam 3. *fol.* 270. *num.* 11.
Cap. De his 4 *fol.* 351. *num.* 1.
Cap. Ad Audientiam 5 *fol.* 354. *num.* 1.
Cap. Tua nos fin. fol. 360. *num.* 1.

De Immunitate Ecclesiarum, cæmiterij, & rerum ad eas pertinentium. Tit. XLIX.

Cap. Peruenit 2. *fol* 361. *num.* 1.
Cap. Non minus 4 *fol.* 361. *num.* 1.
Cap. Cum Ecclesia Dei 5. *fol.* 367. *num.* 1.
Cap. Inter alia 6. *fol.* 367. *num.* 1.
Cap. Aduersus 7 *fol.* 361. *nu.* 1.
Cap. Quia plerique 8. *fol.* 367. *num.* 1. *& folio* 373. *num.* 1.
Cap. Immunitatem 10. *fol.* 367. *num.* 1.

Ne Clerici, vel Monachi secularibus negotijs se immiscean. Tit. L.

Cap. Multa 1. *fol.* 374. *num.* 1.
Cap. Sacerdotibus 2. *fol.* 374. *num.* 1.
Cap. Non magnopere 3. *fol.* 378. *num.* 1.
Cap. Sed nec 4. *fol.* 374. *num.* 1.
Cap. Clericijs 5. *fol.* 384. *num.* 1.
Cap. Secundum instituta 6. *fol.* 374. *num.* 1.
Cap. Sententiam sanguinis 9. *fol.* 384. *n.* 1.
Cap. Superspecula 10. *fol.* 379. *num.* 1.

D. D. ANTONII GRAÑA NIETO, I. C. HISPANI, IN III. DECRETALIVM LIBRVM.

TOMVS III.

DE TESTAMENTIS, ET VLTIMIS voluntatibus.

TITVLVS XXVI.

AD TEXTVM IN CAP. QVORVNDAM 1. CAP. cum in officijs 7. cap. ad hæc 8. cap. quia nos 9. cap. relatum 12. cap. requisisti 15. hoc tit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, & Clerici, testari non possunt de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, secus de patrimonialibus.*

2 *Clerici sunt domini fructuum beneficiorum, & quomodo intelligatur; pluraque iura inuicem contraria conciliantur.*

3 *Exponitur textus in capite quorũdam, de testamentis.*

4 *Cap. requisisti 15. de testamentis.*

5 *Cap. Episcopi 19. 12. quæst. 1. cap. 1. cum sequentibus.*

6 *Cap. ad hæc 8. de testamentis.*

7 *Cap. cum olim 14. versic. Præterea, de priuilegijs.*

8 *Dispositio per viam testamenti, facilius admittitur, quam per viam contractus, & qui obseruetur in bonis beneficialibus.*

9 *Clerici hodie, ex Ecclesiæ consuetudine, de omnibus bonis testare possunt, cap. relatum 12. versic. Licèt, de testamentis.*

10 *Prohibitio testandi, de fructibus beneficiorum à iure positiuo prouenit.*

11 *Nulli, l. 12. quæst. 5. & eius verá lectio refertur.*

12 *Cap. Episcopus 34. quæst. 2. & in numero 13.*

13 *Cap. monemus, cap. Diaconi 12. quæst. 2. cap. fin. de peculio Clericorum.*

v. Sanz. in c. 2. de regular. n. 7. circa medium. 2a. hor. vel 2a Sanz. in c. 5. de peculio clericor. n. 6. Reg. Dot. C. fin. 12. q. 5. Sanz. in c. 2 h.t. n. 21.



CONCLVSIO. De bonis intuitu Ecclesiæ adquisitis, Episcopi, & Clerici testari non possunt, de bonis verò patrimonialibus, & aliũde quæsitis, disponere non prohibentur. Comprobant iura, infra adducta, *cap. 1. de successionibus ab intestato*, *cap. Episcopi* 19. *cap. sint manifestè* 21. 12. *quæst. 1. cap. placuit* 1. *cap. quicumque* 12. *quæst. 3. cap. fixum*, cum alijs 13. *quæst. 5. cap. 1.* & per totam 12. *quæst. 4. cap. 1. & 2.* 12. *quæst. 5. cap. fin. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, cap. 3.* 23. *quæst. 4. cap. exijt, de verborum significatione in 6. Extrauag. 4. de verborũ significatione, cap. cum olim* 14. versic. *fin. de donationib. l. fin. tit. 21. part. 1.* exornat *Spino de testament. gloss. 14. rubricæ, num. 1. Molina de iustitia, & iure, tract. 2. disp. 147. Garcia de beneficijs, 2. part. cap. 5. num. 8. Barbos.* plures referens, *de potestate Episcop. 3. part. allegat. 114. D. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 7. Soto lib. 3. de iust. q. 4. art. 2. Gutierrez lib. 2. practicar. quæst. 114. Fachineus lib. 5. controuersiarum, cap. 89. Duarenus lib. 2. de sacris Ecclesiæ ministerijs, cap. 1. Cuiacius in posthumis ad text. in cap. 1. de peculio Clericorum, Anastasius Germonius de sacrorum immunitatibus, cap. 3. num. 45. Couarr. in præsenti, & in alijs iuribus, huius tit. supra adductis*, cum multis traditis a *Cenedo in collectan. ad Decretales, collect. 145. & collect. 12. Barb. in collectaneis ad nostrum textum, & in iuribus supra adductis, Noguerol allegatione 26.*

2 Quæ conclusio, cum duplicem contineat partem, duplici etiam indiget decidendi ratione, & primò, de prima, & posteà de secunda, agẽdum est. Et quo ad primam communiter dici solet: quòd ratio propter quam Clerici, & Episcopi bona, intuitu Ecclesiæ quæsita, nec ex testamento, nec abintestato ad alios trãsferre possunt, ea est, quia Clerici nõ sunt domini fructuum beneficiorum; sed administratores tantum, cum eorum bona sint pauperum, *cap. 3. de Præbendis, cap. vltimo* 16. *quæst. 1.* & dominium penes duos esse non potest insolidum, *l. si vt certo 5. §. Si duobus, ff. mandati, sicut nec possessio, l. 3. §. Ex contrario cum vulgatis, ff. de adquir. possess. cap. Episcopis 7. 10. q. 2. cap. duo 7.* vers. *Illi enim, cap. res* 12. *c. 26. 12. quæst. 2.* Episcopus, vbi apparet Episcopos, & Clericos non posse ampliùs ex bonis Ecclesiasticis percipere, quàm quoad victum, & vestitum fuerit satis. Notat *Gloss. verb. Testamentum in cap. quia nos, hoc tit. Gloss. verb. Obitus, in cap. vltimo, de peculio Clericorum, Duarenus lib. 2. de sacris Ecclesiæ ministerijs, cap. 4. Marsilius tractatu de redditibus 3. par. cap. 23. & 34.* quia fructus, & redditus beneficiorum, ea lege, & intentione à Clericis percipiuntur, vt sibi necessaria pariant, & pauperibus subueniãt; quia bona Clericorum, bona pauperum appellantur. Nam licèt laici, ex præcepto misericordiæ teneãtur eleemosynam pauperibus erogare: tamen Clerici, ex præcepto iustitiæ, tenentur illis subuenire, *cap. decimæ* 16. *quæst. 1. cap. quia nos, cap. cum in officijs, hoc titulo, cap. fixum* 12. *quæst. 5.* Ac proinde mirum nõ est, quod ex defectu dominij de huiusmodi bonis testari non possint, ad exemplum filij familias, qui ob hanc causam testari prohibentur, Vlpianus *in fragmentis, tit. 20.* versic. *Filius familias*; sed hæc ratio, licèt communis, admitti non debet, & improbatur ex eo, quia magis verius, & receptius est Episcopos, & Clericos dominos esse fructuum beneficiorum; *notat Glossa celebris, in cap. duo*, verb. *Proprietatem* 12. *quæst. 1. cap. 2. de fide iussoribus*, vbi proponitur, quod ex redditibus beneficiarijs, creditoribus satisfiat, & supervacuo fieret, si dominium illorum non haberent, *cap. vnico*, versic. *Qui verò aliter, de Clericis non residentibus, lib. 6.* vbi contrario sensu manifestè, affirmat beneficiarios residentes dominium destributionum adquirere, vt sentiunt *Sarmiento de redditibus, 4. part. cap. 6. & 12. Marsilius vbi suprà, cap. 3. Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 10. num. 33. Barb.* plures referens, *dict. allegat. 114. num. 4.* Nec obstant iura pro prima decidendi ratione supra adducta: non primum ex *dict. cap. 1. de Præbendis*, nam quod ibi dicitur, scilicèt, quòd pro communi vtilitate datum est, priuatis vsibus applicari non debet; non est ita accipiendum, vt Pontifex velit dominium fructuum Clericis denegare, sed est potiùs ita exponẽdum, vt eà quæ in cõmunes vsus Ecclesiæ destinata sunt, in priuatos commodos non licet Prælatis, aut Clericis, conuertere, vt in exemplis, *de quibus in cap. prædia 5. 12. quæst. 2. cap. 2. 10. quæst. 3.*

3 Nec similiter obstabit *text. in dict. cap.*

cap. fin. 16. quæst. 1. Nam licet ibi, dicatur bona Clericorum pauperum esse, per hoc tamē verum dominium, in his bonis pauperes non habent, *Sarmiento de redditibus, cap. 1. num. 15.* sed tantum charitatis lege, *Spino vbi supra, gloss. 14. nu. 13.* & sic quæ illis superfunt debent pauperibus erogare. Nec similiter obstabit, *text. in cap. Episcop. 7. 10. quæst. 2. cap. duo 7. 12. quæst. 2. cap. Episcop. 23. 12. quæst. 1.* Nam dum iura illa asserunt Clericos tātum posse percipere ex bonis Ecclesiæ, quantum ad suos vsus indigent; debent intelligi, & referri ad primum, & priscum Ecclesiæ morem, ex Canonibus Apostolorum deductum: quo tempore non erant adhuc instituta beneficia (vt infra dicemus) nec amplius Clericis percipere permittebatur, quamquam ad suos vsus satis esset, quod cessabit post tempora, quibus iam beneficia instituta sunt, meritò iam hodie domini fructuū suorum beneficiorum sunt. Nec similiter obstat *textus in cap. vltimo 12. quæst. 1. cap. sine exceptione 52.* versic. *Episcopus 12. quæst. 1. cap. 2. de donationibus,* in quibus cabetur, Episcopos, & Clericos non dominos, sed tantum Procuratores rerum Ecclesiasticarum esse, nam iura illa non debent intelligi de fructibus beneficiorum, de quibus notter est termo; sed de bonis immobilibus ipsius Ecclesiæ, quæ bona in Clericorum dominio non sunt; sed tantum in administratione, & procuratione adinstar Tutoris, & Curatoris, Clementina, quia contingit, *§. Vt autem,* versic. *Illi etiam* de Religiosis domibus, *Sarmiento vbi supr. 4. part. cap. 6. num. 12.*

4 Primò, aduersus ea, quæ vsq; retulimus, videlicet Clericos dominos fructuum beneficiorum esse, & sic de illis ad libitum testari posse, *argumento text. in l. verbis legis 120. ff. de verborum significatione, l. in remandata, C. mandati.* Valdè obstabit nostri textus conclusio, in qua asseritur de illis bonis Clericos testari non posse: cuius dubij solutio pendet ex vera nostri text. decidendi ratione, quæ (alijs omissis) illa certissima est. Quod ideò Episcopi, & Clerici de his bonis testari prohibentur; quia id expressè lege Pontificia, & positiua captū est vt nouo iure insinuat *textus in capit. cum in officijs, textus in cap. ad hæc 8. cap. quia nos 9. huius tituli,* in quibus omnibus iuribus valdè notanda sunt illa verba, ibi: *De iure testari non possunt;* in quibus significatur id a lege humana captū, & statutum esse, non ex defectu dominij, quod si deficeret, non solùm lege humana, sed diuina testari prohiberentur, & absolutè, absque illo verbo de iure Pontifex dixisset, testari non possunt, quemadmodum dixit *in cap. filius noster, huius tit.* & ratio, rationis huius prohibitionis fuit, quæ refertur *in dicto cap. cum in officijs, huius tit.* quia cum ex officijs charitatis; primo loco illis teneamur obnoxi, & grati, à quibus nos beneficium agnouimus accepisse, & Episcopi, ac Clerici a suis Ecclesijs multa beneficia recipiant: idcircò intuitu Ecclesiæ, adquisita in alios, quā in sua Ecclesias transferre prohibentur. Merito licet domini fructuum censeantur; tamen ob has causas in alios transferre nō possunt. Quod similiter in maioratibus fere obseruatur; quia licet maioratus fructuum domini sint, *l. non ideò 66. ff. de rei vendicatione,* tamen de bonis maioratus disponere non possunt, *l. quædam 255.* si qui filium, *l. deducta 58. §. 1. ff. ad S. C. Trebelianum, Molin. lib. 1. de primogenijs, cap. 19. num. 4.*

5 Secundo, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet nostri textus prohibitionem, etiam comprehendere beneficiarios, simplicia beneficia habentes, vt expressè constat *ex dicto cap. cum in officijs, cap. relatum 12. in fine, hoc tit.* vbi dicitur bona eis, qui plura beneficia in diuersis Ecclesijs possidet eius morte, inter ipsas Ecclesias esse diuidēda, quibus verbis planè significat testari posse de fructibus simplicis beneficij; obstabit *textus in cap. requisisti, §. Vltimo, hoc tit.* vbi asseritur prohibitionem, *textus in dicto cap. cum in officijs,* non comprehendere beneficiarios simplices, hoc est sui beneficij administrationem non habentes, *cuius textus authoritate Hostiē-sis in cap. vltimo, de peculio Clericorum, & Gloss.* verb. *Reseruari, in cap. præsenti, de officio Ordinarij, lib. 6.* existimarunt beneficiarios, simplicia beneficia habentes, non esse comprehensos sub nostri textus prohibitione; quam sequitur *Iulius Clarus in §. Testamentum, num. 8.* sed respondendum est discrimen constitutum *in dicto cap. requisisti, §. Vltimo,* inter beneficiarios administrationem habentes, & illa carentes ad rem propositam, de qua agimus non pertinere, sed

ad aliam quę eſt, ſcilicèt, an legatum beneficiario relictum, contẽplatione Eccleſiæ videatur ſuę perſonæ datũ in qua quæſtione, & ſi Põtifex, ibi: *Scribat multũ differri beneficiarios, cum adminiſtratione à beneficiarijs ſimplicibus, ex ea tamen differentia, non rectè deducitur, idem in re propoſita obſeruari debere; nã aliud eſt dicere Clericum, ſibi aut Eccleſiæ bona adquirere, aliud verò Clericum de adquiſitis teſtari poſſe. Vndè non eſt mirũ, quod ex diuerſis nõ fiat illatio, l. Papinianus 20. cum vulgatis, ff. de minoribus.*

Tertiò, prædictæ ſententiæ obſtant *text. in cap. Epiſcopus 19. 12. q. 1. cap. 1. cum ſeqq. 12. q. 5.* in quibus iuribus ſolis Epiſcopis, & alijs Prælatis interdicitur teſtandi difficultas: Ergo cum Pontifex *in d. cap. cum in officijs 7. hoc tit.* Antiquorum Canonũ veſtigijs inhærẽdo aſſerat ſatis videtur iubere ad hos ſolos prohibitionem conferre velle, quaſi verbũ Clerici, quo vtitur ſtrictè accipi debeat de Epiſcopo, aut alio Prælato, quemadmodum eodem ſenſu vſurpari ſolet verbũ Sacerdos, aut Presbyter, *cap. 1. 12. q. 3. cap. vltimo 12. q. 4. cap. 1. 12. q. 5.* Sed reſpondẽdum eſt, quòd licet antiquitus in illis iuribus teſtãdi prohibitio ſolis Prælatis fieret; quia tunc ipſi ſoli bona Eccleſiaſtica adminiſtrabant, qua de cauſa Alexandrum III. *in d. cap. cum in officijs ad antiquorum Canonum*, verba nõ ſolùm attendiſſe, ſed potiùs ad illorum mentẽ, & ſententiam, quæ ipſi dictabat teſtandi facultatem, omnibus Clericis fuiſſe ademptam, non perſonæ, ſed bonorum Eccleſiaſticorum cõtemplatione, & idcircò hac cauſa motus Pontifex iuſta ratione omnes Clericos beneficiarios teſtari prohibuit, ſiuè curata, ſiuè ſimplicia beneficia poſſiderent. Nec pro ſententia Oſtienſis, quidquam facit *text. in d. cap. 1. 12. q. 3. cap. 1. 12. q. 4. cap. 2. de peculio Clericorum*; nam & ſi in illis iuribus ſolis Prælatis, rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationẽ habentibus ſit interdictum, proprio, vel alterius nomine, quam Eccleſiæ, bona cõparare licèt, ea prohibitio ad alios beneficiarios adminiſtratione carentes, producta non fuerit, tamen non inde rectè colligitur; idem diſcrimen obſeruandum forè in prohibitione teſtãdi: quippè ratio prohibitionis emptionis nomine proprio viget, tantum in Prælatis adminiſtrationem habentibus, propter periculum rei Eccleſiaſticæ, interuertendæ, aut fraudandæ, quæ tamẽ ratio ceſſat in cæteris beneficiarijs, cæterũ prohibitionis ratio teſtandi in omnibus beneficiarijs (vt ſupra diximus) vim ſuam retinet.

6 Quartò, aduerſus id, quod in præſenti notant omnes, videlicèt quoſcũque Clericos poſſe de bonis intuitu Eccleſiæ, quæſitis in vita donare, & diſponere, etiã in modice non tamen in teſtamentis, *notat Marſilius d. 3. part. cap. 29. Sarm. d. 4. part. cap. 1. Molin. de iuſt. tit. 2. diſp. 144. n. 8. D. Th. 2. 2. q. 185. art. 7.* obſtabit *tex. in cap. ad hæc 8. hoc tit.* vbi apertè ſcribitur Clericos viuẽtes, & in ægritudine conſtitutos poſſe aliquid moderatum in vſus proprios erogare, non ratione teſtamenti, ſed intuitu eleemoſynæ conſonat de iure Regio, *l. vltima, tit. 21. part. 1.* cuius ſententia magis difficilis redditur, ex eo quod donatio in ægritudine facta, niſi mortis cauſa fiat, inter viuos donatio dicitur, *l. Seia, §. Vltimo ff. de donationib. cauſa mortis, Couarr. in rubr. huius tit. 3. part. num. 36. Iulius Clarus, §. Donaſſe, q. 4. n. 3.* Ergo Clerici non in modicas, ſed tantũ modicas, *ex d. cap. ad hæc facere poterunt*, cui dubio reſponderi ſolet: Ideò Clericos donationes in modicas, tàm pias, quam prophanas, in ægritudine facere non poſſe. Ratio eſt, quia fraudandæ legis Canonicæ animo factæ præſumuntur, *argum. l. filiæ 59. ff. ſolut. matrim. l. ſi filia 5. ff. de diuortijs, cap. 2. de renuntiatione, lib. 6.* Ideoque donationes illæ perinde habetur, ac ſi fierent in teſtamẽto, *arg. text. in cap. his, de ſepulturis, quam interpretationẽ ſequitur, Couar. in d. cap. ad hæc 8. n. 1. hoc tit.* ſed ea omiſſa, & alijs traditis à *Molin. d. cap. 1. n. 40.* verius dici poteſt, *Alexand. III. in d. cap. ad hæc*, in modicas donationes in ægritudine factas, fuiſſe comprehenſas ſub illa teſtãdi approbatione, ne aliter prohibitio Lateranenſis Concilij *in d. cap. 7.* illuderetur, eique manifeſta fraus fieret; *arg. text. in cap. tuæ, de procurat. cap. conſtitutus, de conceſſione præbendæ*, & ſic apparet; donationes in modicas bona fide ad pias cauſas factas non valere, *quia text. in dict. cap. ad hæc*, non fraudis præſumptione nititur, nec quidquam noui ſtatuit, ſed tantum Lateranenſis Concilij ſententiã declarat: Ideoque nihil refert an fraus, vel dolus abſit necne; ſed quærit aliquis quænam ſit differentię ratio? Cur ſcilicèt magis permittatur Clericis

in

in ægritudine conſtitutis intuitu Eccleſiæ, eleemoſynæ aliquid donare, quam teſtari, *vt in d. cap. ad hæc*, cum in vtroq; caſu eadem pietatis cauſa vigeat. In qua difficultate reiecta cõmuni differentiæ ratione; quam refert *Abb. ibidem, num. 3. Couar. n. 1.* verius dicendum eſt Clericis ius teſtandi fuiſſe ademptũ, ex ratione *ſup. num. 2. adducta*, facultatem verò donandi, ideò eis non fuiſſe ſublatam; quia domini fructuum eſſent, & iniquum videbatur; ſaltim invita, diſponendi facultatẽ, quoad illos, illis eſſe prohibitã; quæ ratio non porrigitur ad donationes in modicas in ægritudine factas; quia lex Canonica, quæ teſtari prohibuit, etiam eas interdixit, non verò donationes modicas, intuitu eleemoſynæ factas; per quas, nec Lateranenſi Concilio fraus fit, nec eius intentio, vel ratio elluditur, *Noguerol allegat. 26.*

7 Quinto, ſupra traditis obſtabit *text. in cap. cum olim 14.* verſic. *Præterea, de priuilegijs*, ex quo deducitur donationem, ab Epiſcopo inter viuos factam nõ valere: qui textus prima fronte ſatis difficilis eſt, ſiquidem pugnare videtur cũ ſupra traditis; ſed huic dubio reſponderi ſolet. Ideo *in d. cap. cum olim*, donationẽ inutilem fuiſſe, quia nimis in modica, & maxime quantitatis erat. *Ita Ioan. Andr. & Abbas ibidem, n. 8. & 18. Butr. 25.* quæ interpretatio confirmari poteſt ex eo, quia Marapetini, de quibus in eo textu. Temporibus illis Alphonſi Henrici, & filij Sancti non æris, ſeu metali, ſed ex auro erant, & valorem habebant, qualẽ hodie habent aurei (hoc eſt ſcuti) *notat Barboſa in collect. ad eundem, num. 12.* ſed ea omiſſa, & alia Innocentij, & Hoſtiẽſis ibidem, verius dicendum eſt: Ideò *in d. cap. cum olim 14.* verſ. *Præterea, de priuilegijs*, nullam fuiſſe de donationẽ, quia fuit facta ab Epiſcopo regulari, *notat gloſſa ibidem*, verb. *Reſtitutionem, Zabar. oppoſit. 9.* & adeò donatio ibidem, non valuit, vt repetitio aurei donati Eccleſiæ competat; ſiquidem illa maxima extat differẽtia inter Epiſcopum ſæcularẽ, vel regularem, nam ſæcularis poterit inter viuos donare, quia interim dum viuit dominus fructuum eſt, ſecus regularis; quia etiam ſi fiat Epiſcopus, adhuc verus remanet religioſus, in his, quæ non obſtant executioni muneris Epiſcopalis: Cũ efficiatur incapax, propter votũ paupertatis, *notat D. Th. 2. 2. q. 185. art.* 8. *Sanch. d. lib. 6. cap. 6. n. 8. & 9.* ſed textus ille, ſi attentius perpendatur, nõ tractat de bonis quæſitis a Prælatis regularibus, ex fructibus Epiſcopatus, ſed magis de donatione bonorum Eccleſiæ, in qua ſpecie, vt donatio firma maneat, præcipit textus eſſe attendendam Eccleſiæ cõſuetudinem, & alia, de quibus ipſe ſcribit, & ſic ceſſat omnis eius difficultas.

8 Sextò, ſupra traditis obſtabit ſequens conſideratio, videlicèt, quod facilius in iure permittitur diſpoſitio per viam teſtamẽti, quã per viã contractus, *l. Aurelius 21. §. Gaius, de liberat. legat. l. vnica, C. de lege fuſia, Caninia tollenda, l. ſi curatorem habens 3. C. de in integr. reſtitut. minorũ*; cum nihil magis hominibus debeatur, quam vt ſupremæ eorum volũtates ſeruẽtur, *l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſijs*, cum ignominioſum ſit aliquem inteſtatum decedere, *l. 1. & per tot. C. de neceſſarijs ſeruis hæredibus inſtituendis*: Ergo cum Clerici poſsint, de fructibus beneficij per viam contractus diſponere, veluti, locare, donare, vendere, pignori dare, *cap. 2. de locato, cap. vltimo, de fideiuſſorib. toto tit. de donation. & tit. de pignorib.* facilius, etiam poterit de rebus ipſis intuitu Eccleſiæ quæſitis per viã teſtamenti diſponere: cui dubio reſpondendũ eſt, quod & ſi in aliquibus caſibus ius facilius permittat diſpoſitionem per viam vltimæ voluntatis, quã per viam contractus, nõ tamen exindè ſequitur illud in alijs diuerſis terminis: vbi lex iuſtis, de cauſis prohibuit teſtari: cui pro arbitrio contraire cõſenſit, velut in noſtro themate; nam licèt Clericis ſit permiſſum, de redditibus beneficiorũ, ratione contractus diſponere, non tamẽ eis licèt de illis teſtari, ratio diſparitatis in eo cõſiſtit, quia cũ beneficiarij teneantur ſuperflua pauperibus erogare, & erogationi maximũ impedimentum ſit abaritia, propterea Eccleſia antiquis Sacris Canonibus, vt indemnitatibus illis cõſuleret, ſtatuit, vt de fructibus Beneficiorũ Clerici, teſtari non poſſent, ne exindè ad theſaurizandum Sacerdotes inuitentur, vt ſic videntes illo elargiendi modo eſſe impeditos, inuitarentur ad erogandum inter pauperes eleemoſynam: quare inter viuos contrahere poſſunt, cum tunc potiùs ex illo contractu donationis, vel alio quouiſmodo, ſibi ipſis detractio, & præiudicium fiat in teſtamento, verò non ſibi ipſis, ſed Eccleſiæ, & pauperibus præ-

præiudicare videntur, *l. libertus, ff. quæ in fraudem patroni, l. vnum ex familia 69. in princip. ff. de legatis 2.*

Nec obstabit, si replices quod milites, etiam si filijs familias sint de bonis Castrensibus testari poterunt, *vt constat ex toto titulo, ff. & C. de militari testamento, & de testamento militis.* Sed Clerici milites sunt, & militibus æquiparantur, & eorum bona quasi castrensia appellantur, *glos. 2. apud medium, in l. miles 6. ff. de re iudicata, Couarr. 2. tom. variarum, cap. 1. num. 9.* Ergo quemadmodum, milites de bonis militaribus, sic etiam. Sacerdotes de beneficialibus testari poterũt, quia huic considerationi respondendũ est, iura illa procedere in militibus terrestribus militiæ, nos verò loquimur de militibus cœlestis militiæ, inter quos plurimæ stant differentiæ, & præcipua est illa testãdi prohibitio, ex rationibus, & iuribus supra adductis.

9 Septimò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet omnia hucusque dicta procedere de iure communi, hodie verò ex consuetudine in tota Hispania recepta captum est, vt Clerici possint testari, etiam tuta conscientia de omnibus bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, tam ad pias, quàm ad prophanas res, quibus etiã abintestato succedunt consanguinei, *l. 13. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* Quæ consuetudo comprobari videtur, *ex text. in cap. præsenti, de officio Ordinarij, Extrauag. succepti, de electione, Ioannes 22. cap. cum tibi, de verborum significatione, decretum Concilij Lateranensis part. 29. cap. 6.* sed hæc consuetudo; quoad Episcopos non est recepta, quibus etiam hodie de illis rebus testari prohibentur, *notat Couar. in dict. cap. cum in officijs hoc tit. num. 23. Marsilius dicta 3. part. cap. 36. Barbosa dicta allegat. 114. num. 6.* obstabit *text. in cap. relatum 12.* versic. *Licet hoc titulo*, vbi illa tantum consuetudo comprobata videtur, quæ permittit Clericis testari ad pias causas, sed huic dubio omissis varijs interpretationibus, respondere poteris Alexandrum III. ibi: *De sola consuetudine testandi ad pias causas cauisse, ex generali verò nostra consuetudine posteà introducta, nihil decidisse.* Et quamuis probata consuetudine ad pias causas videatur improbare consuetudinẽ ad prophanas tamen nostra consuetudo generalis vi ipsa, non iuste comprehenderet, ex eo quod lex consuetudines præscriptas improbat; ad futuras tamen non porrigitur, quarũ causas ignorare poterat; deinde quia cõsuetudo, *ex l. damnata*, etiam ex causa suscitari potest, *notat Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 4.*

10 Octauò, doctrinæ huic obstabit dicere hanc consuetudinem, no legitimam, sed corruptelam esse, & sic absque læsali culpa seruari non posse cum ex ea magnopere lædatur Ecclesiæ, siquidem ea obtenta bona ipsius Ecclesiæ; paulatim inter extraneos dissiparentur, quod furtum est: meritò tamquam iuri diuino, & septimo Decalogi præcepto contraria obseruari non poterat, *cap. 1. & finali, de consuetudine*, cui dubio respondendum est, quod cum lege positiua illa prohibitio testandi, de fructibus beneficiorum sit introducta, sic similiter hodie contraria consuetudine auferri, & amoueri potuit, nec ex illa fructuum testatione bona Ecclesiç dissipantur, siquidem ex illis fructibus iam perceptis bona Ecclesiæ, nec dissipantur, nec diminuuntur cum in illis (vt supra retulimus) iam sit Sacerdotibus dominium adquisitum, meritò furtum non committitur, quod solùm in alienis, non verò in bonis proprijs fit, & plura alia iura inuicem contraria videnda sunt in his, quæ refert *Abbas in d. cap. cum olim 14. de priuilegijs, num. 15.*

11 Nonò, his omnibus obstabit *textus in cap. 1. 12. quæst. 5.* vbi Constantius Episcopus Luminosæ filiæ fratris sui, legati nomine quædam mobilia post Episcopatus assecutionem quæsita testamento relinquit, quare eius successor in Episcopatu conquæstus fuit Diuo Gregorio, asserens legatum illud inutile fuisse, tãquam relictum de rebus post Episcopatus assecutionẽ quæsitis. Gregorius respondit: Luminosam fratris filiam in legati possessione, inquietari non posse, nisi Episcopus successor probauerit legatum; illud fuisse quæsitum de rebus post Episcopatus assecutionẽ acquisitis: Augetur difficultas, ex eo, quia bona Episcopi semper præsumuntur quæsita fuisse, ex fructibus Episcopatus, & contraria approbatio nõ Episcopo, sed hęredibus, seu legatarijs competit, *cap. 1. de peculio Clericorum*, ex cuius capitis primi decisione, duplex dubium contra iuris principia deducitur. Primum est Episcopum bona quæsita

de

de fructibus Episcopatus testamento legare posse. Secundum est onus probandi esse quæsita de fructibus Episcopatus incumbere Episcopo successori, nec præsumptio pro Ecclesia est; sed vt huius dubij viam apperiamus, animaduertendū est, illius capitis primi, inscriptionem, non ita esse accipiendam, vt in vulgatis legitur, siquidem vera illius Canonis historia reperitur, *apud Diuum Gregorium lib.* 10. *Epistolarum, epist.* 43. ad Deodatum Episcopum Mediolanensem, & in decreto Gratiani, illa Epistola non refertur ad Deodatum, sed ad Lucidum Episcopum; deindè improbata est decisio illa, quia apud Gratianum legitur Luminosæ Ancillæ Dei, & fratribus suis: at vero in originali Epistola D. Gregorij legitur Luminosæ Ancillę Dei filię fratris sui, cum de sola legataria Luminosa, nō verò de pluribus fratribus legatarijs tractetur. Deindè decisio illa deprauata videtur cum in originali Diui Gregorij, reperiatur Episcopū illum Luminosæ, bona immobilia legati causa reliquisse: at verò apud Gratianū, mobilia bona reliquisse legitur: quibus suppositis verissimè est dicendum, generaliter bona a Prælato præsumi, quæsita ex bonis, & fructibus Episcopatus, & si relicta fuerint à Prælato in testamento, contraria probatio incumbit successoribus, & legatarijs, *ex dict. cap.* 1. *de peculio Clericorum.* Nec obstat illa Diui Gregorij Epistola *in dicto cap.* 1. 12. *quæst.* 5. quia in eius decisione, non tantum præsumptio possessionis rei legatæ pro ipsa Luminosa legataria est, sed etiam fama fuit delata ad Diuum Gregorium bona illa, de quibus cōtrouersia erat, non in Episcopatu, sed ante Episcopatus assecutionem ex bonis patrimonialibus, vel similibus fuisse adquisita; quæquidem vera illius textus interpretatio deducitur ex vltimis illius textus verbis, vers. *Nec ei, sine cognitione de his, quæ possidet quidquam facere*: vndè ex præsumptione illa, Pontifici nota mirum non est, quod in illis bonis patrimonialibus legatario possessio non auferatur, notat *Couarr. in præsenti num.* 11.

12 Decimò, aduersus secundam nostri textus partem, in qua asseritur Clericum de bonis patrimonialibus, iure hæreditario, donatione, vel alio quovis modo quæsitis, posse testari. Ratio est, quia hæc bona ad Clericum, non tanquā ad Ecclesiasticum, sed tanquam ad Laicalem, & priuatam personam deueniūt, cum in illis etiam, cum Laicis Clerici æquales sint, *cap. Episcopi* 19. *cap. sint manifestè* 21. 12. *quæst.* 1. *cap.* 1. 12. *quæst.* 3. *cap. fixum* 12. *quæst.* 5. *cap.* 1. *de peculio Clericorum, cap.* 1. *de successionibus ab intestato; notat Couarr. in præsenti num.* 5. *Molina lib.* 2. *de primogenijs, cap.* 10. *num.* 25. Obstabit *textus in cap. Episcopus* 34. 12. *quæst.* 2. vbi si Episcopus non habuerit filios, aut nepotes alium extraneum, quā Ecclesiam, in bonis patrimonialibus hęredem instituere non potest. Augetur difficultas ex eo, quia omninò contrarium est decisum *in dicto cap. sint manifestè* 12. *quæst.* 1. vbi quomodocūque voluerit, etiam inter extraneos poterit de bonis illis testari, in quorum iuriū contrarietate, *Couarr. in præsenti num.* 6. asserit *textum in dicto cap. Episcopus*, potiùs loqui de consilio, quàm de præcepto, quasi diceret, & sensus illius textus esset, quod si Episcopus propinquos hæredes non habuerit, tutius erit, non relicta Ecclesia, eam hæredem instituere: & licèt hæc interpretatio ab aliquibus sit recepta, tamen ea omissa, veriùs dicendum esse existimo, quod & si ex illa vulgari lectione, & eius litteræ inscriptione, proposita negatione, non restrictam esse constet Episcopis potestatem, circa testamenti factionem; etiā in patrimonialibus, quod ad extraneos extra propriam Ecclesiam: attamen secundum eius originalis veram lecturam, *vt in Policarpio lib.* 1. *tit.* 12. legitur absque illa negatione non, hoc est Episcopus filios, aut nepotes non habens, aliumque Ecclesiam relinquerit: qua lectione retenta, nulla supereſt difficultas; siquidem illorum verborum sensus est, quod si Episcopus nepotes non habens alium extraneum, & Ecclesiam, simulque hæredes scripserit; si quid appareat Ecclesię esse, institutio illa, quoad extraneum inutilis redditur: sicque illa negatio, nō cōuertenda est in affirmationem æquè, quæ de similis lectio reperitur in Hispalensi Concilio *cap.* 1.

13 Vndecimò, huic solutioni obstabunt vltima illius, verba *Textus*, ibi: *Qui verò filios habet de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus eius indemnitatibus Ecclesiæ consulatur.* Ex quibus apparet totum contrarium; quod antea in prima illius textus parte fuerat scriptum: siquidem

ex

ex illis deducitur, Episcopum posse de bonis Ecclesiæ inter filios, vel nepotes disponere, dummodo ab hæredibus indemnitatibus Ecclesiæ consulatur. Sed huic considerationi succurrendum est: cum eodem Agatensi Concilio, *cap.* 49. *relato in cap. si quis qualibet* 12. *quæst.* 2. Quo tẽpore Episcopis permissum erat, etiam rem Ecclesiæ alienare, dum tamẽ, de suo tantundem Ecclesiæ consulatur, hoc est, quãtum visum fuerit, fuisse sublatum. Sic similiter eis fuit permissum, ob filiorum fauorem, vt bona intuitu Ecclesiæ quæsita filijs relinquere possent; dummodo id, quod ab Ecclesia ablatum fuerit ab hæredibus eius Ecclesiæ consulatur, quod etiam in Ecclesiæ seruorum manumissione obseruatur; nam manumissio eorum Episcopis permissa est: Dum tamen tantundem Ecclesiæ præstent, *cap. si quis* 57. *&* 58. 12. *quæst.* 2. *cap.* 3. *de rebus Ecclesiæ*, vbi latè scripsimus; sed adhuc solutioni obstabit *text. in cap. monemus, cap. Diaconi* 12. *quæst.* 2. in quibus iuribus cõstat Episcopis, Presbyteris, vel Diaconis esse prohibitam rerum Ecclesiæ alienationem, sub pœna excommunicationis, nec ab ea liberantur: etiam si Ecclesiæ tantundem præstiterint, quod est omninò contra decisionem, *textus in cap. Episcopus* 34. 12. *quæst.* 2. *cap. si Episcopus* 5. 12. *quæst.* 5 sed in hac iurium contrarietate, est discrimẽ constituẽdum, inter eum casum, an scilicet, ante res distractas, donatas, vel legatas, Prælatus tantundem Ecclesiæ dederit eo animo, vt facta compensatione nihil ab Ecclesia ab esse videatur; an verò simpliciter eas donauerit, vel legauerit fraudandi animo; nam primo casu legatum & donatio valet, absque excõmunicationis, vel depositionis, pœna, & ita est intelligendus *textus in dicto cap. Episcopus* 34. 12. *quæstion.* 2. *capit. si Episcopus* 5. 12. *quæst.* 5. At vero si simpliciter legauerit, absque vllo pacto, vel conuentione legatum non tenet, nec à pœna excommunicationis, vel depositionis liberatur; etiam si posteà tantundem præstiterit, cum iam præsumptio, & animus fraudandi appareat, & obtinet *ita textus in dicto cap. statuimus, cap. monemus, cap. Diaconi* 12. *quæstio.* 2. *notat Turrecremata, & Barbosa in collectaneis in dictis iuribus*, videndus est: *Etiã textus in cap. fin. de peculio Clericorum, pugnans cum cap. quodcumque* 12. *quæst.* 5. *cap. Episcopus* 12. *quæst.* 2. *cap. cum sint manifestè* 12. *quæst.* 1. *cap. si quis qualibet* 12. *quæst.* 2. *cap. bene* 12. *quæst.* 2. *cum cap. Apostolicos* 12. *quæst.* 2. *cap.* 9. *de officio Ordinarij, lib.* 6. *cum cap.* 4. *de elect. lib.* 6.

Ad textum in cap. quia ingredientibus 2. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa testari non potest, etiam si nunquam induisset habitum Monacalem.*
2 *Religionem profitentes transeunt in Monasteria simul cum omnibus suis bonis*
3 *Cap. quia ingredientibus* 2. *de testamentis nouiter interpretatur.*
4 *Dicto cap.* 2. *hoc tit.* versic. *Per annos plurimos exponitur.*
5 *Quilibet ad libitum de proprijs bonis testari potest, cap. fin. qui Clerici, vel vouentes.*
6 *Lex hæreditatis* 5. *ff. de petitione hæreditatis.*
7 *Cap. de lapsis* 16. *quæst* 6.
8 *Cap. statutum* 18. *quæst.* 1.
9 *Solemnitas, quæ requiritur in actus cõstructione declaratur, etiam in eius destructione.*
L. sed si mors 13. *ff. de donationibus inter virum, & vxorem.*
10 *Textus in cap.* 2. versic. *Quibus, &* versic. *Ordinata, de testamentis, quomodo intelligantur.*

1 CONCLVSIO. Abbatissa testari non potest, etiam si nunquam induisset habitũ Monacalem, consonat *textui in Authentica ingressi, Authentica si qua mulier, C. de Sacrosanctis Ecclesijs, cap.* 2. *de statu Monachorum cap. quia ingredientibus* 19. *quæst.* 3 *cap. ex parte, cap. statuimus, de regularibus, cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. *Authentica, de Monachis, §. Illud, collat.* 1. *l.* 37. *tit.* 6. *part.* 6. *exornat Nauarrus in cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. *num* 75. *Iulius Clarus lib.* 3. *receptarum, §. Testamentum, quæst.* 28. *Petrus Gregor lib.* 42. *syntagmatum, cap.* 8. *num* 8. *Dueñas reg.* 473. *Couarr.* late in præsenti. Idem *Dueñas regula* 4. *&* 76. cum traditis *à Barb. in collectaneis ad nostrum textum, num.* 2.

2 Ratio est, quia religionem profitentes transeunt in potestatem Monasterij, seque ipsos cum omnibus suis bonis (vt probant omnia iura supra adducta)

cta) nam Monachatus, adoptione æquiparatur, *notat Gloſſ. in l. ſi pariter, ff. de codicilijs*, & quemadmodum in patrem adoptãtem, tranſeunt iura, & poſſeſsiones, *l. qui ex liberis, §. Teſtamento, ff. de bonorum poſſeſsione, ſecũdum tabulas, l. adoptauero, ff. de precario*; ita ſimiliter, etiam in Monaſterium, *dicto cap. cum ad Monaſt. in fin. de ſtatu Monachorum*, ſiquidẽ, vt teſtamentum valeat, requiritur quod teſtator habeat bona, de quibus teſtari poſsit, *l. obſides 11. ff. hoc tit.* deindè, quia Monachi, ex dictis iuribus ſui iuris non ſunt, & qui ſui iuris nõ ſunt teſtari prohibentur, principio inſtitutionum, quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, *Nauarrus in Manuali, cap. 27. num. 270. cum traditis à Barboſa in præſenti numero 4.*

3 Primò, obſtabit ſequens conſideratio, videlicet, quod ad hoc, vt ratione Monachatus, quis teſtari prohibeatur, requiritur, vt tacitè, vel expreſsè fuerit religionem profeſſus, *dict. Authentica ingreſſi, C. de Sacroſanctis Eccleſijs*, at in præſenti, non conſtat Abbatiſſam profeſsionem feciſſe; imò potius apparet, nunquam induiſſe habitum Monachalem, vt ex littera noſtri textus conſtat: quo ergo teſtandi ius ſemper obtinuit: cui difficultati reſponderi ſolet Abbatiſſam in præſenti tacite profeſsionem feciſſe, & colligitur ex eo, quia plures annos in Monaſterio permanſit, vt conſtat ex textu noſtro; quæ interpretatio, ex eo conuincitur; quia ea attenta Gregorius Pontifex non ponderaret, quod per multos annos in Monaſterio permanſit, cum tempore noſtri textus ad id ſufficeret, habitum gerere per anni ſpatium, vbi habitus profeſſorum, & nouitiorũ eſſet diſtinctus, *iuxta text. in cap. ex parte, cap. ſtatuimus, de regularibus, cap. 1. eodem tit. lib. 6.* deindè, quia ex textu noſtro conſtat Abbatiſſam illam, nunquã habitum Monachalem induiſſe, atque ideò non poteſt intelligi de tacita profeſsione, ex habitus geſtione: quare alij exiſtimant, ideò in præſenti Abbatiſſam, teſtari non potuiſſe, quia illa expreſsè conſenſit elligi in Abbatiſſam, & eo ipſo videtur tacitam profeſsionem feciſſe, tanquam neceſſarium præambulum ad Prælaturam, quæ interpretatio ſimiliter ex eo conuincitur; quia in Abbatiſſam elligi non poterat, niſi prius tacitè, vel expreſsè profeſſa fuiſſet, *cap. cum cauſa 27. cap. cum in Magiſtrum 49. de electione*; quare his, & alijs omiſsis veriſsimè reſpondendum eſt. Secundum veram noſtri textus originalem lecturam Diui Gregorij, *lib. 9. Epiſtolarum in dictione 2 epiſt. 7.* ſcilicet, Abbatiſſam in præſenti antè eius electionem ſolemniter profeſsionem feciſſe, vt conſtat *ex verbis noſtri textus*, ibi: *Solemni more ab Epiſcopo Abbatiſſa ordinata eſt*, quæ verba ſupponunt, rite, & ſolemniter electionem fuiſſe factam, hoc eſt, expreſſam priùs profeſsionem interueniſſe, nam cum de aliquo quæritur omnia legitimè fuiſſe facta præſumuntur, *l. qui teſtamento, in principio, ff. de teſtamentis.*

4 Secundo, ſolutioni obſtabunt verba noſtri textus, verſic. *Per annos plurimos*, ex quibus, ſequens dubium deducitur, videlicèt, nam ſi Abbatiſſa in præſenti profeſsionem expreſſam feciſſet, fruſtra illa verba *Per annos ſingulos*, ſcripta eſſent, ſiquidem potiùs ad probandã tacitam, quam ad expreſſam profeſsionem adaptari debeant, *cap. 1. de regularibus, lib. 6. Clementina 1 & 2. eodem tit.* cui dubio veriſsimè eſt dicendum, illa noſtri textus verba, ibidem non fuiſſe propoſita; ita vt ex illis deciſio fiat, ſed tantum, vt factum magis apertiùs appareat, & ſic non ad deciſionem, ſed ad facti ſpeciem referenda ſunt, cum fuerint propoſita ex parte Abbatiſſæ ad excludendum illud Epiphanij dictum, cum aſſeret Abbatiſſam, nunquam habitum induiſſe, cuius Epiphanij allegationem reijcit Pontifex in verſic. *Veſtis*, illud ad culpam Epiſcopi referendo, nec in damnum Monaſterij redundare debere, ſiquidem ex profeſsione potiùs, quam ex habitus delatione Monachus quis efficiatur, *cap. porrectum, de regularibus, cap. ſaluberrimum 1. quæſt. 7.* notat *Viuianus in rationalia ad noſtrum textum.*

5 Tertiò, aduerſus decidendi rationem ſupra adductam. Obſtabit regula illa qua docemur quemlibet ad libitum de proprijs bonis teſtari poſſe, *l. verbis legis 112. ff. de verborum ſignificatione*, ſed monialis, etiam profeſſa poteſt bona habere (vt per ſe patet, & experientia docet) ergo teſtari poſſunt, & perconſequens, non rectè ſupra diximus, illam teſtandi prohibitionem prouenire ex defectu bonorum, & permiſsionem cõſiſtere in eorum dominio; ſed huic dubio dicendum, & quod quamvis cuili-

bet sit permissum, de rebus suis testari, *dict. l.* 112. *ff. de verborum significatione*, nihilominus tamen illa amplissima testãdi facultas, ita intelligi debet, vt omnibus permittatur, quibus à iure non est prohibitum, *argum. textus in l. metus* 45. *ff. de procuratoribus*. Quæ testandi facultas, cum à iure expressè monialibus prohibeatur ex defectu bonorum (vt supra diximus) mirum non est, quod regula illa, nihil repugnet. Nec solutioni obstabit *textus in cap. finali, qui Clerici, vel vouentes*, vbi mulier illa, quæ habitum suscepit, potest pro primo obtinere, quia ibi votum illud non fuit solemne religionis, sed simplex castitatis, seu continentiæ omissum in manibus, cuiusdam Monachi Diui Augustini, vbi mulier illa promisit se seruaturam castitatem, dummodo remanere posset in domo cũ omni sua substantia, & quod illud votũ esset simplex; constat ex eo, quia solemni repugnat habere proprium, *vt appareret ex eiusdem textus verbis*, ibi: *Consilium accepit ab eis, vt votum emitteret castitatis*, de quo latè *August. Barbos. in collectaneis ad eundem textum*, & nos inferius, *in tit. de regularibus, & transeuntibus ab Religionem.*

6 Quartò, prædictus obstabit *text. in l. hæreditas* 50. *ff. de petitione hæreditatis*, vbi constat hæreditatem, etiam sine bonis, & vllo corpore, sed tantum iuris intellectu esse posse, quare *Bartolus in l. si infanti* 18. *num.* 9. *C. de iure deliberandi*, asserit, quod etiam si hæreditas nulla bona habeat, nihilominus hæreditas est, adducens textum *in l.* 3. versic. *Hæreditas, ff. de bonorũ possessionibus, l. hæreditatis, appellat. ff. de verborum significatione*; sed hoc dubio non obstante, non est recedendum à ratione dicidendi supra adducta: nec obstat *textus in dict. leg. hæreditas, cum similibus*; quia locum habent in his, qui quamuis actualiter bona non habent, tamen habere possunt, cum capaces dominij esset, quia & si in corpore hæreditatẽ, non reliquerint; poterunt tamen iuris intellectu relinquere, hoc est ius succedendi cum hæreditas, etiam in iuribus incorporalibus consistat, *l.* 1. versic. *Hæreditas, ff. de bonorum possessione*; ad verbo textus noster loquitur in Abbatissa, quæ nulla bona habet, nec ius succedendi habere potest actu, nec in habitu, vel potentia, *notat Bartol. in d. Authen. ingressi, C. de Sacros. Ecclesijs.*

7 Quintò, aduersus *text. nostrum in* versic. *Sed res ipsius*, eidem loco, ex quo illic ingressa, & Abbatissa constituta est, de iure competere: Ex quo constat bona Abbatissæ omninò pertinere religioni, vbi primo ingressa est, *cap. in præsentia* 8. *de probationibus, cap. quanto* 3. *de officio Ordinarij, dicta Authentica ingressi, C. de Sacrosanctis Ecclesijs.* Obstabit *textus in cap. de lapsis* 16. *q.* 6. *cap. Si quis rapuerit, in fine* 27. *quæst.* 1. vbi constat, quod si Monachus, seu Monialis, de primo ad secundum Monasterium transmigrauit, quidquid adquirit, vel habere vltum fuerit, secũdo Monasterio adquirit, sed huic dubio dicendum est, veriisimum esse bona primo Monasterio, semel adquisita ad secundum non transire; nec obstat *text. in dicto cap. de lapsis, dict. cap. si quis*; quia iura illa procedunt, casu in quo religiosus pacis perturbator delinquit, & detruditur in extraneum Monasterium, ad pœnitentiam peragendã, merito ei alimenta desinantur reseruata prius proprietate primo Monasterio; cui iam semel quæsita fuerat, *notat Couarr. in cap.* 1. *hoc tit. num.* 11.

8 Sexto, solutioni obstabit *textus in cap. statutum* 18. *quæst.* 1. vbi spes succedendi Monacho competens tempore, quo primum Monasteriũ fuerit ingressus: transit etiam cum Monacho, si ad Episcopatum peruenerit, sed huic dubio dicendum est; ideò ibidem ad primã religionem ius illud succedendi, non transire, quia pater non obijt tempore: quo filius erat in prima religione, sed posteà, cum iam Episcopus fuisset creatus; nam illa spes succedendi, quæ primo Monasterio fuerat quæsita, euanescit, ex eo quòd Monachus ab illa discesit ante veram, & realem acquisitionẽ, siquidem spes succedendi non transmittitur ad hæredes, *l. cum hæredes, ff. quando dies legati cedat, notat Couarr. in præsenti numero* 28.

9 Septimò, aduersus ea quæ in præsenti, notant omnes videlicèt, quod quemadmodum Monachus, nec Monialis post professionem, non possunt testari; ita, nec reuocare testamentum, quod ante professionem fecerat, *Couarruuias in præsenti num.* 9. *Nauarrus in cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. *num.* 81. & probatur *ex textu in Authentica, de Monachis, §. Illud*, vbi dicitur: *Quod post professionem, non licèt de bonis, vllo modo dis-*

pone-

ponere : ergo nec reuocando teſtamentum; maximè quia ſolemnitas, quæ requiritur in actus conſtructione, deſideratur etiam in eius deſtructione, *l. ſi vt proponis, C. de nuptijs*, præſertim, quia tunc Monachus, nec velle, nec nolle habet, *cap. non dicatis* 12. *quæſt.* 1. *cap. ſi religioſus, de electione, lib.* 6. quæ voluntas in teſtamenti reuocatione deſideratur, *§. Poſteriore inſtitut. quibus modis teſtamenta infirmentur.* Obſtabit *textus in leg. ſi mors* 13. *ff. de donationibus inter virum, & vxorem, l. res vxori, C. eodem*, vbi deportato, qui vxori donauerat cauſa mortis, diſponitur, vt poſſit eam donationem reuocare, ſed huic dubio communiter dici ſolet, aliud eſſe in Monacho, quoniam æquiparatur ſeruo, *notat Gloſſa in dicto cap. non dicatis, leg. cum hæredes, §. fin. ff. de acquirenda poſſeſſione*: Sed hæc ſolutio congrua non eſt, quoniam Monachus, ſecundum veriorem ſententiã, æquiparatur deportato, *notat Bartolus in l. cum patre, §. Hæreditate* 1. *ff. de legat.* 1. merito quærenda erit diſcriminis ratio inter ſupra traditos, & quidem illa efficax videtur; nam deportatus non amittit libertatem, nec voluntatem, ſiquidem retinet ea, quæ ſunt iuris gentium, *l. quædam, ff. de pœnis, l. ſi tibi mandauero, §. His cuius, ff. mandati*, Monachus verò, nec habet velle, nec nolle; ſed omnia transfert in poteſtatẽ Abbatis, *d. cap. non dicatis*, cum ſimilibus ſupra adductis. Ideoque poſt profeſsionem nihil facere poteſt. Cæterum ſi Monachus ante profeſsionem liberos habuerit poterit, poſt profeſsionem teſtari inter liberos, ſeruata forma, *textus in dicta Authentica ſi qua mulier, cap. ſi qua mulier* 19. *quæſt.* 3. *l.* 17. *tit.* 1. *part.* 6.

10 Octauò, hæc omnia turbari videntur ex textu noſtro, verſic. *Quibus vtuntur loci illius Presbyteri permanſiſſe*, ex quo deducitur Abbatiſſam præ defunctam ſemper virorum habitum induiſſe, quod non ſolùm inde decorum eſt; ſed etiam prohibitum, vt diuerſificetur genus maſculinum, à fœminino, & habitu illo profeſsio facta non præſumitur, *notat Barboſa in præſenti numero* 2. ſed reſpondendum eſt in textu noſtro, verſic. *Presbyteri legendum eſſe*, Presbyteræ, vt conſtat ex originali Antonij Auguſtini *in* 1. *collectione in notis adhunc textum*, dicens: *Quod olim ſic appellabantur Presbyterorum vxores in religione degentes, hoc eſt Presbytera*, Epiſcopa Diaconiſſa, *vt in cap. Presbyteræ* 32. *diſtinct.* vbi late *Acuña, & nos in cap.* 1. *de vita, & honeſtate Clericorum*, vel aliter dici poteſt Presbyteræ, non appellari à virorum Sacerdotio, ſed ab ætate ſenili, vel ratione miniſterij, cui arbitrio Epiſcopi deputatæ erant, vt alijs iunioribus fœminis præſiderent, de quibus *in cap. mulieres* 32. *diſtinct. Medina de ſacrorum omnium origine, & continentia, lib.* 3. *cap.* 2. *& lib.* 4. *controuerſia* 6. *cap.* 7. *Barboſ. in præſenti, num.* 2. nec ſolutioni obſtant verba *noſtri textus*, ibi: *Ordinata, ſiquidem mulier eſt incapax ordinis, cap. noua, de pœnitentijs, & remiſſionibus*: Quia huic dubio reſpondendum eſt, *cum Gloſſ. in præſenti*, verbo *Ordinata*, id eſt, benedicta, ſeu inſtituta, quia Abbatiſſa, vel Monialis, non recipit ordinem propter rationem; traditam *in dicto cap. noua*, quare, nec etiam conſecratur, ſed tantum benedicitur, *cap. cum contingat, de ætate, & qualitate, Zabarela in præſenti num.* 7. *apud finem*, videndus eſt, etiam *textus in cap. quicumque, fin.* 12. *quæſt.* 5.

Ad textum in cap. nos quidem 3. hoc titulo.

DE Materia huius textus infra dicemus, *in cap. tua nos* 17. *huius tituli.*

Ad textum in cap. filius noſter 5. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Legari poſſunt, non ſolùm res teſtatoris, vel hæredis, verùmetiam alienæ.*

2 *Publice expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere textator, cum rem alienam legat, eius hæres tenetur, vel rem redimere, vel ſaltim legatario æſtimationem præſtare.*

Dominus invitus, non compellitur rem ſuam vendere.

3 *Cap. filius noſter* 4. *de teſtament.* verſic. *Sed quia nos exponitur, & eius hypotheſis proponitur.*

4 *L. ſychus* 39 *ff. de manumiſſ. teſtament.*

Legatum vindicationis, vel damnationis, in quo differant.

Leg. propemodum 88. verſic. *Non idem, ff. de verbor. ſignificat.*

5 *Leg. Pomponius 13. §. Sed & legatario ff. de acquirenda possessione.*

6 *Leg. seruum 44. in principio, ff. de legatis 1. l. vltim. ff. de castrensi peculio, legatum valet, etiam si testator rem esse alienam ignorauerit, dum tamen coniunctis personis fuerit relictum.*

7 *Leg. cum pater 77. §. Euictis, ff. de legatis 2.*

8 *Leg. stycho 36. ff. de vsufructu legato.*

9 *Leg. Paulus 39. in principio, ff. de fideicommissarijs libertatibus.*

10 *Leg. vnum 67. §. Si rem, ff. de legatis 2.*

11 *Leg. falcidiæ 24. §. Vltimo, ff. ad legem falcidiam.*

Fructus ex re hæredis alteri legata, nõ computantur in falcidiam.

12 *Lex si tibi 86. §. Si fundus, ff. de legatis 2.*

13 *Lex si fundum 81. §. Si libertus, ff. de legatis 1.*

14 *Leg. Mœuius 66. §. Fundo, ff. de legat. 2. conciliatis cum l. serui 5. §. Vltim. ff. de legatis 1.*

15 *Leg. qui habebat 101. ff. de legatis 3. ad concordiam reducitur cum l. testatorem 68. ff. eodem.*

Possideo verbum, interdum ad proprietatem refertur.

16 *Leg. si res 52. ad Senatum Consultum Trebellianum conciliatur, cum leg. planè 34 §. Indè*, versic. *Planè, ff. de legatis 1.*

17 *Leg. si sic 75. §. Vltimo*, vers. *Proindè, ff. de legatis 1.*

18 *Leg. seruum filio 44. §. 1. ff. de legatis 1.*

1 CONCLVSIO. Quæ ex textu communiter disputari solet, hæc est, non solùm testatoris, vel hæredis res; verumetiam alienæ legari possunt, consonat *textus in §. Non solùm, institut. de legatis, l. conseruus 39. §. Constat, ff de legatis 1. l. vnum 67. §. Si rem, ff. de legatis 2. l. non diuum 14. §. Vltim. l. qui quatuor 30. §. Vltimo, ff. de legatis 3. leg. alienus 61. ff. ad leg. falcidiam, l. cum alienam 10. C. de legatis, cap. si quis qualibet 12. quæst. 2. cap. Episcopus 12. quæst. 5. l. 10. tit. 9. partit. 6.* exornant *Mantica de coniecturis, lib. 9 titul. 9. Menochius de præsumptionib. 2. part. lib. 4. præsumpt. 116. Spino in speculo testamentorum, gloss. 8. numer. 45. Antonius Faber in Iurisprudentia, titul. 12. principio 8. illatione 60. Antonius Gomez tom. 1. variarum, capit. 12. num. 13. & 15. Zaballos communes contra communes, quæst. 279. tomo 1. & quæst 747. num. 6. & 10.* cum traditis *à Pichardo in dicto §. Non solùm, institut. de legatis, Couarruu. in præsenti, & Barbos. in collectaneis ad textum nostrum, num. 1. & 2. Osuald. ad Donellum lib. 8. comment. cap. 10.*

2 Ratio est, quia publicè expedit suprema hominum iudicia exitum habere, *l. vel negare 5. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, l. 1. C. de Sacrosanctis Ecclesijs,* & semper præsumitur testatorem velle eius dispositionem effectum sortiri, *l. si quando 112. ff. de legatis 1. leg. quoties 13. ff. de rebus dubijs,* & cum testator rem alienam legat, eius mens, & voluntas est, quod hæres sit grauatus, vel rem redimere, vel saltim eius æstimationem legatario præstare, *l. non dubium 12. §. fin. l. qui concubinatu 29. §. fin. ff. de legatis 3. l. alienus 61. ff. ad legem falcidiã.* Ratio rationis est, quia cum grauare possimus, quem honoramus, *l. ab eo, C. de fideicommissis*, meritò cum hæres à testatore honoretur, potest etiam grauari alienam rem redimere, & legatario præstare, ne exindè videtur testatorem de re aliena disponere, & sine domini facto in legatarium transferre contra regulam, *textus in l. id quod nostrum 11. ff. de regulis iuris, l. conficiuntur 8. ff de iure codiciliorum,* nec dominus compellitur inuitus rem suam vendere contra regulam, *textus in l inuictum 11. Cod. de contrahenda emptione, l. nec emere, C. de iure deliberandi.* Siquidem solùm hoc modo, hæres compellitur rem redimere; & si dominus eam vendere noluerit, saltim eius æstimationem legatario præstare, *l. ab eo 9. C. de fideicommissis*: Quæ ratio etiam fulcitur ex eo, quia si contractus emptionis & venditionis rei alienæ valet, *l rem alienam 28. ff. de cõtrahenda emptione, l. 19 tit. 5. part. 9.* à fortiori, & legatum rei alienæ valere debet *argument. tex. in l. sicut 8. §. Venditionis, ff. quibus ex causis pignus, vel hypotheca soluitur*; siquidem in vltimis voluntatibus latissima interpretatio facienda est, *cap. cum dilecti 6. de donationibus, l. in testamentis 12. ff. de regulis iuris, cum argumentum valeat, de contractibus ad vltimas voluntates, l. seruum filij 46. §. Eum qui, ff. de legatis 1.*

l. pa-

l. pactum inter hæredem, ff. de pactis, l. fin. C. de legatis.

3 Primò, aduersus conclusionem, & eius decidendi rationem supra adductam, obstabit textus noster, in versiculo *Sed quia nos,* vbi Gregorius Pontifex asserit, quod licèt legatum rei alienæ, de iure ciuili vtile sit; tamen de iure Canonico invalidum reputatur: cui difficultati varias interpretationes referunt *Antiquiores, & Abbas in præsenti numero 5. Couarruuias num. 4. Iasson in leg. cum alienam, numero 10. Cod. de legatis.* Nonnulli asserunt Pontificem in præsenti, non damnare legatum rei alienæ, cum iure Canonico, etiam vtile sit, *cap. si Episcopus 12. quæst 5.* sed tantum affirmat inuicto domino, legati nomine rem alienam detineri non posse, sed domino esse restituendam. *Ita Paulus de Castro in dicta lege cum alienam, numero 4.* Secunda est, quòd Gregorius Pontifex, nihil circa legatum rei alienæ immutauit, sed specialiter diffiniuit, quod quando testator Ecclesiæ, legauit rem alterius Ecclesiæ, sepulturæ suæ gratia, & filios hæredes instituit; quibus non amplius patrimonium reliquit, hoc in casu, nec rem legatam deberi, nec eius æstimationem; præsertim cum rem legata sacra esset, scilicèt, calix Electrinus, & puer Ecclesiæ seruiens; *ita Couarruu. in præsenti numero 14. Mantica de coniecturis, lib. 9. titulo 10. numero 7. Fachineus lib. 5. controuersiarum, capit. 68. Pichardus in dicto § Non solùm, numero 4.* Sed hæc expositio nostri textus sententiæ, non conuenit, quia iuxta illas interpretationes, Gregorius Pontifex, non constituisset discrimen inter leges Dei, & leges sæculi, cum lex sæculi, non tantum prohibeat alienam rem, à legatario detineri, antequam ab hærede dempta sit; sed etiam inutile facit legatum rei, cuius nullum est commertium, *leg. cum seruus 39. § Constat, ff. de legatis 1. dicto § Non solùm,* versiculo *Sed si talis, instituta de legatis.* Quare his, & alijs omissis, interim dum alia meliora occurrunt dici fortasse, non malè potest, differentiam inter leges Dei, & leges sæculi, à Pontifice in præsenti traditam, non respicere ad legatum rei alienæ, sed potiùs ad ius fori. & Poli. in specie ibi proposita, quod vt dilucidius appareat; sic ponenda, & exponenda est. Testator rem alienam legauit, quam ipse, seu alius bona fide possidebat, eamque hæres defuncti filius legatario, legati nomine, etiam bona fide tradidit, & ab eo postmodum petit, vt eam verò domino, seu petendi traderet, *vt constat ex textu nostro,* versiculo *Conquestus est,* quæ verba ad hæredem referuntur. Legatarius autem eam restituere nolebat motus ex decisionibus iuris ciuilis, in quibus cabetur hæredem, rem alienam legatam possidentem, teneri rem illam legatario præstare, *dicta lege cum alienam, Cod. de legatis,* & sic legatarium eam restituere, non teneri; sed eo non obstante Canonica dispositione attenta, qua cabetur aliena detinentem, ad earum restitutionem teneri, *cap. in litteris 5. de raptoribus, cap. peccatum 4. de regulis iuris, lib. 6.* quia nos, non legibus sæculi, sed lege Dei viuere debemus; quare legatarius ille, inuicto verò domino, rem alienam detinere non potest. Merito Pontifex in præsenti iusse disponit, iniustum esse, vt à legatario detineatur, & sic constat textum nostrum, non constituisse differentiam inter ius Canonicum, & ciuile, quoad legatum rei alienæ; sed tantum quoad eius detentionem in foro conscientiæ, cum legatarius rem alienam detinens, nec in foro conscientiæ defendi poterat, ex eo quod legatum rei alienę, ex vtroque iure valeret, & sic Pontificem in præsenti, non condemnasse legatarium, propter inualiditatem legati rei alienę, quod ex vtroque iure valeret, sed præcipuè propter iniustam eius rei alienæ detentionem, quæ interpretatio deducitur, *ex textu nostro,* versiculo *Qui aliena retinere, &c.*

4 Secundò, conclusioni supra adductæ obstabit textus *in l. stychus 39 ff manumissis testamento,* vbi scribitur: *Libertatem inutiliter dari, si in id tempus conferatur, quo seruus alienus sit.* Idemque esse dicendum, textus ille asserit in legato rei alienæ: pro cuius dubij solutione adnotandum est, quod iure veteri stabat insignis differẽtia, inter legatum, damnationis, & vindicationes; nã per damnationem, res aliena vtiliter legabatur: dum tamen testator rem alienam esse cognosceret, *l. cum seruus 39. §. Constat, ff. de legatis 1. l. alienus 61. ff. ad leg. falcidiam, Vlpianus in fragmentis, tit. 24.* vers. *Per damnationem;* si verò aliena per vindicationem fuerit legata, inutile erat le-

gatum, quia opportebat testamenti, & mortis tempore, quod res legatam dominio testatoris esset; *ita Vlpianus dicto cap. 24. versic. Per vindicationem, Cuiacius lib. 14. Obseruationum cap. 36.* ex qua antiqua differentia, facilè interpretari potest *textus in dicta l. stychus 39. ff. manumissis testamento.* Nam cum in prima parte textus, ille loquatur de libertate directè seruo alieno relicta, quæ directè seruo alieno, legari non potest, *leg. 2. §. 1. ff. de iure codicillorum, l. si seruus 108. §. Si seruus, ff. de legatis 1.* Ita etiam, nec res aliena per vindicationem, rectè legatur, *Richardus in dicto §. Non solùm, institut. de legatis, num. 27.* nec obstabit, quod *Paulus Author dictæ legis stychus 39. floruisset multo post S.C. Noxorianum,* quo res aliena vtroque modo, vtiliter legari poterat, *vt Auctor est Vlpianus dicto tit. 24. versic. Per præceptionem*; nam responderi poterit 1. in illo S. Conf. non apertè fuisse, exequatam differentiam illam. Sed tantum constitutum, vt si res aliena per vindicationē legaretur, perindè esset, ac si per damnationem fieret, vel secundo, & melius dici potest. Pauli sententiam *in dicta l. stychus*, vt in eius Epigraphe satis obstenditur, referendam esse ad ius antiquum, quod obseruabatur tempore Plautij Consulti ad cuius libri notas. Paulus scripsit, qui Plaucius floruisse videtur, ante Senatus Consultum Noxorianum, qui verò similiùs est temporibus Tiberij, aut paulò circiter vixerit, *vt notat Balduinus in principio institutionum, de hæredibus instituendis, Antonius Augustinus lib. 1. Emendationum cap. 6.* eodemque modo est intelligendus, *textus in l. propemodum 88. versic. Non idem, ff. de verborum significatione*, vbi dicitur: *Fundum alienum legatum, quamquam hæreditaria pecunia comparari possit, legatario non deberi.* Quia omissa Cuiacij emendatione ibidem, qui dedit verbum illud alieno, verissimè est dicendum. Textum illum esse intelligendum de legato rei alienæ, per vindicationem relicto, quo casu ex supra traditis, rectè dicitur legatum inutile esse, quamuis pecunia reddimi posse, siquidem ex parte legati, deficiebat fundi dominium, quod vtroque tempore interuenire opportebat; vndè rectè apparet celsum ibidem, aliud respōdisse in legato certè pecuniæ; nam licèt in hæreditate, non inueniatur, adhuc tamen debetur, quia si ex bonis relictis, redigi potest perindè est, ac si ipsam pecuniam relinqueret, *l. pecunia 2. in principio ff. de legatis 2. l. hæredes 25. §. Vltimo, ff. familiæ herciscundæ, Castillo libr. 2. controuers. cap. 24.*

5 Tertiò, eadem differentia existimat, *Cuiacius lib. 25. obseruationum, cap. 33.* esse interpretandum, *text. in l. Pomponius 13 §. Sed, & legatario, ff. de acquirenda possessione*, vbi scribitur: *Accessionem temporis, quos res legata, apud testatorem fuit, semper legatario prodesse, si modo legatum vere fuit, vel fideicommissum,* quam particulam *Vere*, de legato, pro vindicationem accipit, Cuiacius, quia cum Vlpianus ibi, de re aliena legata tractaret, hæc non poterat relinqui, nisi per damnationem, aut per fideicommissum, numero per vindicationem. Sed licèt hęc Cuiacij interpretatio acutissima sit, displicet tamen ex eo, quia a re proposita ab Vlpiano ibidem, remotissima videtur, quare interim; dum alia meliora occurrunt, verius dicendum esse existimo, Vlpianum ibi, aliud respexisse, scilicet dare, de qua tractabatur; ita, vt particulā illam *Vere*, vsurparet pro bona fide, *vt in leg. stycho 40. §. Pamphilus, ff. de statu liberis*, notat *Brissonius lib. 10. de verborum significatione*, verbo *Vere*; ita, vt sensus sit, quod testatoris possessio, ad vsucapionem legatario, semper accedat, si modo legatum: vere, id est, bona fide à legatario sit acceptum; nam si mala fide, seu rei alienæ scientia recipiat, seu capiat, vsucapio nō procedit, *l. 2. §. Si eam rem, ff. pro empto-re*, licèt aliud sit in hærede, *l. hæres 43. in principio, ff. de vsucapionibus.*

6 Quartò, ex doctrina, & differentia supra adducta, infertur interpretatio ad Vlpiani responsum, *in l. seruum 44. in principio, ff. de legat. 1.* vbi si pater seruum Castrensis peculij leget, non aliter dicitur legatum consistere, quam si viuo patre, filius intestatus decedat. Vnde per contrarium textus ille, non obscure significat, legatum inutile esse, si filius testatus moriatur, quæ Vlpiani sententia omninò accipienda est, de legato per vindicationem, relicto, vt rectè Duarenus, & Cuiacius ibidem interpretatur, quo casu cum testamenti tempore pater serui, Castrensis dominus nō esset, non potuit legatum per vindicationem consistere, planè si filius viuo, pa-

pater intestatus decedat, seruus à patre legatus, semper in eius dominio fuisse videtur, *l. proponebatur 9. l. de hæreditate 19. §. Pater, ff. de castrensi peculio*, atq; ideò ex vi retractatione, cum vtroque, & testamenti, & mortis tempore serui Castrensis dominus esset; non est mirum, quod per vindicationē legare potuisset, quæ est illius textus vera, & genuina interpretatio, *Pichard. in d. §. Nō solùm, n. 15.* ita similiter accipiendus est, *text. in l. vlt. ff. de castrens. peculio, quam malè Triboniano tribuit Antonius Faber in Iurisprudentiæ, tit. 11. principio 6. illat. 12.* Sed licet hæc omnia obtineant de iure veteri, in quo stabat illa differentia, inter legatum vindicationis, & damnationis, hodie verò ex noua Iustiniani, cōstitutione sublata est, *in l. 1. C. communia, de legatis, §. Ex contrario, institut. de legat.* Quare hodie vtroque modo res aliena, vtiliter legari potest; dummodo testator sciuerit rem esse alienam. Quo casu eius animus esse videtur, vt hæres eam redimat, & legatario præstet, aut si non possit iustam eius æstimationem conferat: cæterum si ignorans rem alienam legauit, vt suam legatum, non valeat; quippè, si sciisset esse alienam, forte nō legasset, *l. cum alienam 10. C. de legat. d. §. Non solùm, instit. eodem*, certis tamen personis exceptis quibus, siuè sciens, siuè ignorans testator legauerit, legatū valebit; quia creditur, quod etiā si sciuisset esse alienam legaret, veluti filio fratri vxori, aliisque coniunctis personis, de quibus *Menoch. de arbitrar. casu 146.* quorū numero ratione affectionis, etiam cōtinetur alumnus, *argum. text. in l. si in testamento 38. ff. de fideicomm. libertatib.* quod similiter est dicendum, si res aliena legata hæredis sit, *iuxta text. in l. hæres 72. ff. ad S. C. Trebellianum.*

7 Quinto, huic traditioni obstabit textus difficilis, *l. cum pater 77. §. Victis, ff. de legatis 2.* vbi pater vai, ex filijs aliena prędia, prelegauit sua esse existimās, & in casu Papinianus asserit filio rū fratribus, nullam esse actionem. Quibus verbis apertè, significat legatū rei alienæ, etiam coniunctæ personæ, relictum nō valere, si modo testator alienam esse ignorauerit; sed in hac difficultate omissis varijs interpretationibus, quas referunt *Donellus in d. l. cum alienam, num. 7. Petrus Gregorius lib. 42. syntagmatum, cap. 32. num. 18.* scribentes Papiniani sententiam, iam esse abrogatam, *d. l. cum alienam*, magis nobis placet interpretatio, quam refert *Cuiacius lib. 8. responsorum Papiniani in d. §. Euictis, & in recitationibus ad titulum, C. de legatis, column. 8.* dum asserit *Papinianum*, ibi: *Filio non denegare fideicommissi petitionem, aduersus cohæredes, si nondum præstitum est*, saltim ad æstimationis præstationem; sed solū probare, quod si prædia prælegata filio fuerint præstita, & postea a vero domino euicta, nullam actionem euictionis nomine filio, contra hæredes competere, & meritò, quia hæres regulariter legatario rei certæ, de euictione non tenetur, *l. si à substituto 45. §. Vltimo, in fin. l. legati 56. l. legatum 116. §. Vltimo, ff. de legat. 2.* vtpotè rei lucratiuæ possessori; refert *Paulus lib. 5 sententiar. tit. 11.* licèt aliud obseruetur in generaliter legata, *l. qui concubinam 29. §. Si hæres, ff. de legatis 3. l. hæres 58. ff. de euictionib. l. si domus 71. §. 1. ff. de legat. 1.*

8 Sexto, obstabit textus difficilis *in l. stycho 36. ff. de vsufructu legato*, vbi etiā legatum rei alienæ, coniunctæ personæ, non videtur vtiliter relictum, quamuis testatore dat se, in illa re ius proprium habere idque, ita propter ignorantiam testatoris, legatum inutile esse significat; sed responderi solet sententiæ, *d. l. cum alienam 10. C. de legatis*, procedere, quando testator simpliciter rem alienā, credebat esse propriam, quo casu in dubio, res legata coniunctæ personæ indistincte debetur, siue sciat, siuè ignoret testator, diuersum autem esse, quando respectu alicuius causæ, iam extinctæ propriam esse existimabat, vt in specie, *d. l. stycho 36.* vbi funditur vsusfructus libertō fuit relictus, eius verò proprietas Sempronio, post cuius mortem, si libertus fundum nepotibus reliquerit, existimans eius proprietatem ad se pertinere, quæ tamen apud hæredem testatoris remansit, in hac specie hæc liberti opinio facere debet, vt hęredes suos onerare voluisse, non videatur, quamuis nepotibus legauerit; vt recte post antiquiores interpretatur *Cuiacius ibidem, Couar. in præsenti n. 5. Pichard. in d. §. Non solū, n. 68.*

9 Septimò, superioribus obijcitur, *tex. in l. Paulus 39. in princ. ff. de fidecomm. libertatib.* vbi nulla habita distinctione, scientiæ, vel ignorantiæ rei alienę, legatū valet, sed respōderi solet, id rectè procedere fauore fideicōmissariç libertatis,

alieno ſeruo relictæ, quando vt ſuum teſtator manumitti voluit; qua fauoris ratione libertas, etiam ſeruatur, *in leg. quidam 29. §. Si quis, ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum*, quorum iurium argumento receptum eſt legatum rei alienæ ad pias cauſas, etiam ab ignorante relictum valere, *Tiraquellus de pia cauſa, priuilegio 66. Menochius de præſumptionibus lib. 4. præſumption. 116. num. 29.*

10 Octauò, obſtat textus *in l. vnum 67. §. Si rem, ff. de legatis 2.* vbi legatum rei alienæ, indiſtinctè hæres præſtare tenetur. Sed reſpondendum eſt, multum intereſſe, inter rem alienam extranei, & inter rem hæredis, primo caſu, non aliter conſiſtit legatum, quam ſi teſtator alienam eſſe ſciat, ex rationibus ſupra traditis; cæterum in re hæredis legata, ſcientia teſtatoris, non expectatur; nam vtroque modo, ſiuè ſciens, ſiuè ignorans rem hæredis legauerit, tenetur omnino hæres rem præſtare, non æſtimationem, quia (vt Papinianus ait) *in dicto §. Si rem*, ſunt magis faciliores voluntates, tantum in rebus ſuis legandis, quàm in alienis comparandis: quæ ratio rectè procedit in hærede, quia faciliùs hæres rem ſuam, quam alienam præſtare poteſt, notat *Donellus libro 8. commentariorum, cap. 11. Cuiacius in dicto §. Si rem, Gomecius lib. 1. variarum, cap. 12. num. 15. Menochius de præſumptionibus, lib. 4. præſumptione 117.*

11 Nonò, ſolutioni obſtat textus *in leg. falcidiæ 24. §. Vltimo, ff. ad legem falcidiam*, vbi ſcribitur: *Fructus ex re hæredis legata, perceptos, nec poſt diem legati cedentem fideicommiſſario, reſtituendos eſſe, nec in quartam falcidiam ipſi hæredi imputandos, & tamen conſtat rem hæredis à teſtatore legatam; perindè æſtimari, ac ſi teſtatoris eſſet.* Qua de cauſa videbatur, & fideicommiſſario reſtituendos fructos, & in quartam computandos fore. Sed reſpondendum eſt, huius reſponſi illam rationem ſingularem, & veram eſſe, quam tradit *Cuiacius lib. 22. obſeruat. cap. 12.* dum aſſerit; quod licet legatum rei hæredis medium tenere videatur, inter rem propriam teſtatoris, & alienam extranei, *dicto §. Si rem, §. Non ſolùm, inſtituta de legatis*, re tamen vera aliena eſt, quia teſtatoris propria non eſt, argumento *legis vltimæ, Cod. vndè vi*, vndè fit, fructos ab hærede perceptos, ex re ſua alteri legata, nec ante, nec poſt diem legati cedentem, fideicommiſſario contineri; quia hæres, non iure hæreditario, ſed iure proprio eos recipit; quæ ratio etiam facit, vt ipſe hæres, nec ipſos fructus, in quartam imputare teneatur, *argumento textus in l. pater 24. l. in quarta 91. ff. ad legem falcidiam.*

12 Decimò, ſupradictis obſtare videtur, *textus in leg. ſi tibi 86. §. Si fundus, ff. de legatis primo*, vbi res hæredis legata à teſtatore, non debetur; ita vt tota ab hærede præſtetur: quod eſt omninò contra id, quod ſupra diximus, pro interpretatione ad textum *in dicto §. Si rem*, ſed reſpondendum eſt, multum differri; an teſtator vnum ſolùm, an verò plures hæredes ſcripſerit. Primo caſu hæres, rem ſuam totam præſtare tenetur, *dicto §. Si rem.* Secundo verò caſu, aut res legata, præſtanda eſt ab hærede, cuius res eſt, & tunc ab eo ſolo præſtanda eſt. Atverò ſi ab omnibus hæredibus, res vnius hæredis legata eſt; tunc proportionibus tenebuntur ſingulis rem præſtare, iuxta textum ſic accipiendum *in dicto §. Si fundus*, vbi licèt Iulianus, non exprimat quas partes hæredes præſtare teneantur, an ſcilicet, hæreditarios; an verò viriles, eſt tamen eius ſententia, ex alijs locis ſupplenda, ſi licet, vt tantum in hæreditarijs teneantur, cum hæredem nomina appellatiua, etiam in virilibus contineantur, *leg. turpia 54. §. Vltimo, leg. ſi hæredes 124. ff. de legatis 1. leg. quoties 23. & 24. ff. ad Senatum Conſultum Trebellianum, quibus* obſtat *textus in leg. ſiue 17. ff. de duobus reis*, de quorum conciliatione videndus eſt, *Antonius Faber libro 11. coniecturarum, capit. 19. Madera libro ſingulari animaduerſionum, capit. 29.*

13 Vndecimò, ſolutioni obſtabit textus *in dicta lege ſi tibi 86. §. 1. ff. de legatis 1.* vbi proponitur rem fuiſſe legatam, & tamen ab vno hærede, inſolidum præſtari deberi. Sed huic dubio facile ſatisfacies, ſi animaduertas ibi tractari, de re legata ab vno ſolo hærede præſtanda, quo in caſu, cum ipſe ſolus fuiſſet oneratus, nihil mirum, ſi inſolidum teneatur; idem ſcribi-

tur,

tur, *in leg. Mæuius 66. §. Eum qui, ff. de legatis 2.* quibus magnopere adigladiatur, *textus in l. ſi fundum 81. §. Si libertus, ff. de legatis 1.* vbi etiam res legata ab vno, ex cohæredibus non inſolidum, ſed pro parte hæreditaria præſtatur; cuius dubij componendi cauſa, *Acurſius in dicta l. ſi tibi, §. 1. & in dicto §. Si libertus 2.* exiſtimat plurimum differre, an res hæreditaria ſit, an verò aliena, aut hæredis, primo caſu procedere, *textus in dicto §. Si libertus*, ſecundo verò *textus in dicta leg. ſi tibi, §. 1. & dicto §. Eum qui*, differentiæ rationem aſsignat, quia hæres in re hæreditaria oneratus, tantum intelligitur obligatus pro ea parte, quam conſequitur cæterum, cum in re hæredis, aut in aliena ipſe hæres, hæreditariam partem non habent, conſequens eſt, vt ſolidè legati præſtatione obſtrictus videatur. Sed hæc interpretatio, vltra quam manifeſtò vitio laborat, non congruit, *dicto §. 1. nec dicto §. Eum qui*, in quibus iuribus vindicationis verbum, quo iuris conſulti vtuntur, ſatis oſtendit ibi tradi non de re aliena, aut hæredis, ſed de re propria teſtatoris: quare omiſſa alia ſolutione, *Acurtij in dicto §. Si libertus, Cuiacij lib. 17. quæſtionum Papiniani, in dicto §. Eum qui*, verius aici poteſt cum eodem, *Cuiacius lib. 32. digeſtorum Iuliani, in dicto §. Si libertus*, in hac re multum differri, an legatum ab vno hærede, per vindicationem fuerit relictum, an verò per damnationem; nam ſi per vindicationem, non poteſt hæres pro maiori parte teneri, quam hæreditaria ratio eſt, quia non poteſt res vindicari à ſingulis, niſi pro ea parte, qua domini in re ipſa futuri ſunt, & hoc in caſu accipiendus eſt, *textus in dicto §. Si libertus*, vbi cum ſerui per vindicationem legati proponantur, vt indicat formula verbi, lego, & demonſtrant verba *Illius textus*, ibi: *Titium, non amplius quincuncem vindicare poſſe, nihil mirum ſi cohæres inſolidum, non teneatur planè, ſi per damnationem legatum relinquatur ab vno hærede, ipſe inſolidum tenetur*, quia teſtatorem inſolidum, ſalua falcidia, obligare potuit, & hoc in caſu intelligendus eſt, *textus in dicta l. ſi tibi, §. 1. & dicta l. Mæuius 66. §. Eum qui ff. de legatis 2.*

14 Duodecimò, obſtabit textus *in leg. Mæuius 66. §. Fundo, ff. de legatis 2.* vbi proponitur fundum fuiſſe legatum, cuius vſusfructus alienus erat, & tamen Papinianus ſcribit, vſumfructum, etiam ab hærede in diſtinctè peti poſſe; ſed reſpondendum eſt Papiniani reſponſum, ibi accipiendum eſſe ſuppoſitis principijs teſtatorum ſupra relatis, ſcilicèt, quando vſusfructus eſſet alienus, hæc eſt hæredis, non vero extranei; quo caſu æquiſsimum eſt vſumfructum ab hærede, non retineri, *lege his cuius 26. leg. cum filius 76. §. Dominus, ff. de legatis 2. ita Bartolus in dicto §. Fundo, numero 1. Baldus, & Caſtrenſis, numero 7. Cumanus, num. 4.* ſed huic ſolutioni opponitur, textus *in leg. ſerui 5. § Vltimo, leg. quod in rem 24. §. 1. leg. domus 71. §. Vltimo, ff. de legatis 1.* in quibus iuribus probatur, eum qui rem aliquam legat, in qua ius aliquod alterius eſt in dubio, id dumtaxat, quod ipſe habet legaſſe videtur, vnde cum *in dicto §. Fundo*, legatus fundus ſit, in quo vſusfructus alienus eſt, videtur hæres obtemperare defuncti iudicio; ſi fundum legatario præſtet, nec eſt cogendus ad vſusfructus præſtationem; cui difficultati reſponderi ſolet illorum iurium ſententiam, ita demum locum habere, quando res erat communis inter teſtatorem, & extraneum; tunc enim in dubio ſolùm partem, ſed non rem omnem, in qua ius habet legaſſe videtur, ex ratione textus *in dicto §. Si rem*, aliud tamen eſſe, quando res erat communis inter teſtatorem, & hæredem, quo caſu propter facilem rei præſtationem, totam rem ipſam legaſſe intelligitur, & in hoc caſu accipiendus eſt, *textus in dicto §. Fundo, dicto §. Dominus, ita Bartolus in dicta leg. ſerui, §. Vltimo, ff. de legatis 1. numero 3. Gometius libro 1. variarum, capit. 12. numero 15. Couarruuias in præſenti numero 4. Oſualdus ad Donellum libro 8. commentar capit. 19. littera O.* plura, de interpretatione ad textum *in dicto §. Fundo legato*, adduci poterant, quæ omitto; quia inſtituti noſtri non eſt, interim videndus eſt, Cuiacius, & Oſualdus locis ſupracitatis, *Antonius Faber lib. 5. coniecturarum, capit. 8. Duarenus in dicto §. Fundo legato.*

15 Decimotertio, ſuperioribus obſtare videtur, *textus in l. qui habebat 101. ff. de legatis 3.* vbi proponitur teſtatorem

legasse prædia, omnia quæcumque possidebat, & tamen Scæbola respondit, legato non contineri, ea prædia, quæ testator pignori habebat, sed respondendum est, ibi: *Ideò prædia pignori obligata, legatum non contineri, non quia legatum rei alienæ inutile sit, sed quia verò simile est testatorem, de his dumtaxat prædijs sensisse, quæ sua esse putabat, non verò de his, quæ sua non erant, l. suos 73.* versic. *Eos, ff. de legatis 3. leg. legata 9. §. Vltimo, ff. de supellectili legata.* Tum quia vsus est, verbo *Illo adiudico*, quod dominij translationem importare solet, *§. Vltimo, instituta de officio iudicis, Vlpianus in fragmentis, titul. 19.* versiculo *Adiudicationi.* Tum etiam, quia verbum potsideo, quo vtitur testatur interdum ad proprietatem refertur, *l. interdum 78. ff. de verborum significatione, l. vxorem 41. §. Legauerat, ff. de legatis 3.* Tunc denique, quia ea ratione credendum non est voluisse testatorem hæredes suos ad prædiorum comparationem obligare, *l. vnum 67. §. Si rem ff. de legatis 2.* nec huic solutioni obstabit *textus in l. testatorem 78. ff. de legatis 3.* vbi contrarium est decisum, quia respoderi solet; ideò ibi fundo legato, contineri partem fundi pignorati, quia testator vsus est particula *Illa vniuersali*, omne quo casu, mirum non est, si legata videatur, etiam pars pignorata, *ita Bartolus, & Duarenus in l. serui 5. §. Vltimo, ff. de legatis 1. Gometius lib. 1. variarum, cap. 12. num. 15.* Quod tamen legatum valebit, non in damnum iuris debitoris, sed hæredis, vt a debitore partem pignoratam redimat, & præstet; nec huic interpretationi obstabit, si quis dixerit, etiam *in dicta lege qui habebat 10. ff. de legatis 3.* testatorem particula *Illa vniuersali*, omnia vsum fuisse, & tamen non continetur in legato, prædia pignorata; quia respondendum est, multum interesse, an dictio illa, omne apponatur vni rei, & ita procedit *textus in dicta lege testatorem*, an verò pluribus rebus generaliter, & in hoc secundo casu habet locum sententia dictæ legis, in cuius speciei, testator, & alia multa expressit, ex quibus euidens coniecturâ fuit de prædijs pignoratis, non sensisse, notat *Iulius Pacius legum conciliatarum, cent. 6. quæst. 24.*

16 Decimoquartò, superioribus, etiam obstabit Papiniani sententia *in l. si res 52. ff. ad Senatus Consultum Trbellianum*, vbi proponitur, quod si Titio res aliena legata fuerit, qui Titius dominũ rei hæredem instituit, eumque rogauit, vt Mæuio hæreditatem restitueret in hac specie, Papinianus asserit, Mæuium inutiliter legatum petere, & tamen ab intio hoc legatum, saltim quoad æstimationem vtile fuit, *dicto §. Non solùm, instit. de legatis*, mouit difficultatem *Acursius*, ibi verbo *Legatum*, cui dubio *Acursius*, ibidem, *& Donellus lib. 7. commentariorum, cap. 25.* versic. *Excipimus*, respondent, idcirco legati nomine omnimodo inutiliter actorum Mæuium; quia is fidei commissarius, non plus iuris potest habere in legato, quam ipse hæres, quia rogatus est, atque ideò hæres habere non potest, vtilem petitionem eius rei, quæ sua non erat, *§. Sed si rem instit. de legatis*, *§. Sic itaque, instituta de actionibus* Igitur, nec etiam Mæuius fideicommissarius, sed hæc solutio dũtaxat eo in casu erit admittenda, quo fideicommissarius, legatum rei alienæ, præstare velit ab hærede legatarij. Tunc enim locum habebit ratio, qua Papinianus vtitur *in dicta l. si res*, quod legatum fideicommissarius consequi non potest ab hærede legatarij, cum illud ad dominum institutum rei, pertinere non potuit, quare Bartolus, Angelus, Albericus, & Castrensis ibidem, asserint Papinianum, non negare ab hærede primi testatoris legantis rem alienam actione, ex testamento peti posse, vt sic hæres rem illam redimat, & præstet, quia cum abinitio legatum, illud semel consisteret in persona Titij satis est, vt posteà Mæuio fideicommissario petitio æstimationis, aduersus hæredem legantis competat, *argumento textus in leg. planè 34. §. Indè*, versic. *Plenè, ff. de legatis 1.* Sed licèt hęc Bartoli, & antiquorum interpretatio magis nobis placuisset, re tamen altius perpensa superiori Acursij, interpretationi magis accedo, atque existimo in specie *dictæ legis si hæres 52.* fidecommissarium, legatum petere non posse, non solùm ab hærede legatarij; sed etiam, nec a primo hærede legantis, idque propter rationem à Papiniano, ibi adductam, quæ meo iuditio, sic est amplianda, scilicet, quod sicut hæres legatarij inutiliter rem suam ab hærede, legantis peteret legati nomine, tamen quia legatum ad eum casum peruenit, à

quo

quo incipere nō poteſt, ita quoque eam rem ab eodem hærede, invtiliter fideicommiſſarius petit, ſiquidem ei tantum actiones dantur, quæ hæredi inſtituto competebant: nec huic ſolutioni refragatur, *textus in d. l. planè* 34. *§. Inde*, verſ. *Planè*, vbi ſi a Titio hærede, fundus duobus legatus ſit, & alter ex his poſtea hæres, Titio exiſtat legatum tamen, pro ſua parte valet, quamuis ad eum caſum proueniat, à quo incipere non potuit; nam præter quam ſatis diſſimilis vtriuſque legis, ſpecies ſit, vt eleganter contendit, *Cumanus in dict. leg. ſi res malè, ab Alexandro*, ibi: *Reprehenſus, reſpondendum eſt, in dicto* verſic: *Planè*, idcircò legatum perſeueraſſe, ne ſuperueniens, ratio iuris volūtatem teſtatoris impediat, quia omnino volu t partem, ad legatarium pervenire, vt rectè conſiderat Cuiacius omnino videndus, *lib. 6. quæſt. Pauli, in lege in ambiguis* 38. *ff. de regulis iuris*, quæ ſanè ratio omnino ceſſat *in dicta l. ſi res*, quippè ibi non fuit voluntas eius, qui legauit, nec eſſe potuit, vt legatum ſecundo hæredi, velet eſſe præſtandum; alioquin ſi ea fuiſſet, vtique legatum nō infirmaretur, & ab hærede legatarij ex Trebellano Senatus Conſulto, ad fideicommiſſarium tranſiret, *notat Cumanus, & Cuiacius in dict. l. ſi rem.*

17 Decimoquintò, obſtabit *textus in l. ſi ſic* 75. *§. Vltimo*, verſic: *Proindè, ff. de legatis* 1. vbi ſi Stipulatori ſtychus, aut decem debeantur, is qui legauerat Titio, v. g. ſtychum, in hac ſpecie ex Iuliani ſententia ſcribitur legatario aduerſus hæredem actionem competere, vt eum compellat experiri promiſſionem, per quam actionem, ſi ſtychum conſequatur, legatario præſtabit, ſi verò decem, nihil conſequetur, & in hoc poſteriori caſu dicendum videbatur hæredem teneri, ſtychum redimere, & præſtare, cū teſtator ſcierit ſuum eſſe ex regula textus *in dict. §. Non ſolùm*, pro cuius vera interpretatione ad notandum eſt, Vlpianū ibi, duos caſus propoſuiſſe, prior eſt, quando electio alternatiua erat. Stipulatoris de quo in dicto principio, dicti paragraphi vltimi; ſecunda eſt, quādo electio erat promiſſoris, de quo verſiculo *Proindè*, quo poſito recte Vlpianus, in hoc poſteriori caſu affirmat, in poteſtate promiſſoris, vtpotè ſtipulationis debitoris eſſe, an decem, vel ſtychum præſtet, merito cum electio promiſſoris eſſet, adeò per electionem decem conſummitur legatum ſtychi, vt nec hæres cogatur eum redimere, nec legatario præſtare, ſiquidem Stipulator legauit ſtychum, habito reſpectu ad ius alternatiuè, quod in eo habebat, quo poſteà extincto nil mirum, quod legatum euaneſcat, notat *Acurſius ibidem*, verbo *Siſtychum, Bartolus num.* 1. *Cumanus* 3. quæ ſolutio comprobatur, *ex textus in l. vt hæredibus* 50. *§.* 1. *ff. de legatis* 2. ex cuius deciſione manifeſtè, de promitur ſolutio, & doctrina ſūpra adducta.

18 Decimoſextò, ſuperioribus obſtabit *textus in l. ſeruum filij* 44. *§.* 1. *ff. de legatis* 1. vbi ſi quis ſciens rem alienam legauerit, & poſtea cognouerit à domino, ſibi eſſe legatam, & voluerit ad ſe pertinere ſcribitur legatum valere, ſi verò repudiauerit, non obſcure ſignificat inutile fieri legatum, etiam reſpectu æſtimationis præſtandæ ab hærede; quam difficultatem, vt effugiant antiquiores; valdè ſe torquent; nam Bartolus, Albericus, Salicetus, & Caſtrenſis, ibidem exiſtimant legatum rei alienæ, quod poſtea eſt repudiatum, licèt invtile ſit, tanquam de re propria teſtatoris, conſiſtere tamen poteſt reſpectu æſtimationis, ab hærede præſtandæ. Quod tamē aiunt, non negare Vlpianum, ibidem; aliter verò exiſtimant Baldus, Cumanus, & Iaſſon ibidem, dum aſſerunt poſt repudiationem rei legatæ; adeò legatum extingui, vt nullo modo conſiſtat, nec reſpectu rei propriæ, nec reſpectu æſtimationis, quia cum is qui rem alienam legauit, ignorans ſibi eſſe legatam, & poſteà repudiat, repudiando videtur, rem legatam alienare, *l. magis putò* 5. *§. Fundum, ff. de rebus eorum*, & per alienationem voluntariam, legatum reuocari ſoleat, *l. fideicommiſſa* 11. *§. Si rem, ff. de legatis* 3. *l. rem legatam* 18. *ff. de adimendis legatis*, vnde nihil mirum, quòd *in dicto §.* 1. legatum non debeatur, cum per repudiationem reuocatū intelligitur, vt conſtat ex illo verbo aduerſa Titio: ſi verò, quo vtitur Vlpianus, quod ſignificat primo caſu poſt agnitum, ſemel legatum vtile fieri, aliud legatum, in ſecundo verò caſu poſt repudiationem non ita; ſed his omiſsis magis veriſsima eſt interpretatio Duareni, & Cuiacij *in dicto §.* 1. dum aſſerunt *Vlpianum*, ibi: *Tractare de legato per*

vtili-

vindicationem, vt ita hæc species meritò coniungatur superiori; de qua in principio illius legis, hoc itaque legati genere posito, recte Vlpianus ait: interesse an his, qui legauit rem alienam, postea sciens à domino sibi legatã agnouerit, hoc enim casu legatum valet; quia agnitio illa retrotrahitur, & perinde est, ac si res vtroque tempore virtute fictionis, in eius dominio esset, *l. si fundum 80. §. si Titius, l. huiusmodo, §. Cum seruus, ff. de legatis 1.* an verò repudiauerit, quo casu cum retro creditur esse hæredis, non legatarij, *l. 1. §. Vtrum, ff. si quid in fraudem patroni*, mirum non est si legatum invtile fiat, quia tempore testamenti, non videtur propter repudiationem fuisse in bonis legatarijs; alia plura iura omitto; quia trita, & vulgaria sunt, & delegato rei sacræ, vel de Reipublicæ plura adduci poterant; sed hæc satis pro genuina nostri textus sententia.

Ad textum in cãpit. cum esses 10. cap. relatum 2. cap. indicante, de testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Testamenta, quæ fiunt presbytero Parochiali, & duobus, vel tribus testibus valent, & qui talia scendit excommunicatus est.*

2 *Verbum omne stat in ore duorum, vel trium, Matthæi cap. 18.*

Ius publicum iuri diuino, non præiudicat, nec contraria consuetudo admittitur.

3 *Lex hac consultissima 21. C. de testamentis.*

Testamenta in scriptis septem testes requirunt.

Piæ causæ fauore plura permittuntur, quæ alias repellerentur.

4 *Cap. cum esses, de testamentis verè interpretatur.*

Diuinum ius immutabile est.

1 CONCLVSIO: Testamenta, quæ fiunt coram presbytero Parochiali, & duobus, vel tribus testibus valeat, & qui scindit talia testamenta manet excommunicatus, non obstante contraria consuetudine. Consonat *textus in cap. indicante 4. cap. relatum 11. hoc tit. cap. licèt vniuersis, & 1. cap. in omni negotio, de testibus, vbi plura, & plures retuli Deuteronomij, cap 17. & 19 Matthæi capit. 18. cap. forus, de verborum significatione, cap. nouit, de iudicijs, l. vbi numerus, ff. de testibus, exornant Couarrub. in præsenti, Conanus lib. 9. comment. cap. 2. numer. 47. Osualdus, ad Donellum, lib. 3. commentariorum, cap. 7. littera E. Gometius in l. 3. Tauri, num. 18. Valascus tom. 1. consultatione 74. numer. 2. Fachineus lib. 6. controuersiarum cap. 47. Iulius Clarus, §. Testamentũ, quæst. 57. Espino in speculo testamentorum, glos. 31. principali numero 34. Menochius de præsumptionib. lib. 1. præsumptione 80. num. 21. cum traditis à Cenedo in collectaneis ad Decretales, collectanea 91. & 195. Barbosa in præsenti, num. 2.*

2 Ratio est; quæ in præsenti refertur; scilicet, quia iuxta dictum domini in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum, *Matthæi 18. cap.* & quoniam rigor iuris sciuilis requirentis septem testes in testamentis, *l. hac consultissima 21. l. si vnus, Cod. de testamentis, l. fin. C. de fideicommiss. §. Sed cum paulatim, instit. de testamentis*, sæpe est in causa, vt testamento remaneant imperfecta, & piæ defunctorum voluntates negligantur. Nec potest ius publicum iuri diuino præiudicare, *cap. Iulianus 11. quæst. 3.* nam in his quæ pietatis causa relinquũtur, sufficit voluntas minus solemnis, quam in alijs, *dict. cap. relatum, cap. finali hoc titulo, l. sunt, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum*, & propria Sacerdotis præsentia desideratur ad hoc, vt præsumatur, quod illi duo testes non commiserint falsitatem, nec valet contraria consuetudo. Ratio est, quia iuri naturali, & diuino contraria consuetudo derogare non potest, *cap. fin. de consuetudine*, meritò cum de iure diuino in ore duorum, vel trium testiũ stet omne verũ, *Matthæi dicto cap. 18. Deuteronomij 13.* Ideò consuetudo contraria est irrationabilis, & non tenet, *capit. fin. de præscriptionibus.*

3 Primò, obstauit *text. in l. hac consultissima, C. de testamentis, §. Sed cum paulatim. instit. eodem, l. 2. tit. 1. part. 6. l. 3. Tauri, l. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilationis*; in quibus iuribus constat, quod in testamentis in scriptis requiritur, quod testator sua manu scribat, vel aliena, dũmo-

modo ſuum ſignum interponat in ſcriptura clauſa, & ligillata, & in ea interueniant ſeptem teſtes maſculi liberi, puberes, rogati, & ſubſcripti coram, quibus teſtator manifeſtet, illud velle eſſe ſuum teſtamentum, & ſi ſcribere ſciat manu propria ſubſcribat, ſi verò neſciat tunc illis ſeptem teſtibus, alius eſt addẽdus, qui pro teſtatore ſcribere debet. Ergo, cum tot, tanteque ſolemnitates obſeruentur in teſtamentis, dicendum videbatur, non ſufficere, vt coram Parocho, & duobus teſtibus fiat; ſed huius dubij ſolutio pendet, ex vera noſtri textus interpretatione. In qua enodanda varij varias referunt interpretationes, & ſolutiones, nonnulli aſſerunt textum noſtrum eſſe intelligendum in relictis fauore Eccleſiæ, vel pię cauſæ, & ſic tũc ſufficere, vt coram Parocho, & duobus teſtibus voluntas teſtatoris exprimatur, quod ſpeciali fauore Eccleſiæ, ratione, vel piæ cauſę eſt receptũ; ſiquidẽ nouum, non eſt, quod plura fauore Eccleſiæ, vel pię cauſæ permittantur, quæ alias repellerentur. Notat *Tiraquellus de priuilegijs piæ cauſæ in præfatione, cap. relatum* 11. *hoc tit.* Sed hæc interpretatio aperte conuincitur ex eo, quod textus noſter ſpeciali, aliter non loquitur derelictis, ad pias cauſas; ſed generaliter procedit quare, & ſi ad textum, *in dicto cap. relatum* 11. hoc titulo poſsit adaptari, tamen textui noſtro conuenit, quare alij aſſerunt textum noſtrum procedere in foro conſcientiæ, non vero in iudiciali; ita *Alciatus in cap. nouit, num.* 47. *de iuditijs*; pro qua ſolutione expendit illa noſtri textus verba, pęnitus reſcindantur, quaſi diceret, iniquum eſſet teſtamenta, ad pias cauſas, abſque iuris ciuilis ſolemnitate reſcinderẽtur, quæ ſaltim debebant ſuſtineri per ſolemnitatem denuntiationis Euangelicæ, de qua in dicto *cap. nouit, de iuditijs.* Rurſus, quia Summus Pontifex, iam ſuſponit conſuetudinem, per quam cauebatur, ne teſtamenta fierent, niſi coram ſeptem, vel quinque teſtibus: ergo loquitur de foro conſcientiæ; ſiquidem in foro contentioſo teſtamẽta, abſque illa ſolemnitate facta, non per conſuetudinem, ſed per legem ipſam reſcindebantur, *l. ſi vnus, C. de teſtamentis.* Iuuatur etiam illa Alciati interpretatio, ex ratione qua nititur textus noſter; ſcilicet, quia ex lege diuina in ore duorum, vel trium textium ſtat omne verbum, quæ ratio, cum à lege diuina ſit introducta, potiùs ad forum interiorem, quã exteriorem debet adaptari, ſed hæc Alciati interpretatio aperte conuincitur ex eo, quia textus noſter expreſsè, & generaliter decernit teſtamenta coram Parocho, & duobus teſtibus facta vtilia eſſe, & ſub anathematis pœna prohibet, ne quis audeat teſtamenta illa reſcindere: ergo nemo poterit contrarium, etiã in foro exteriori facere, præcipuè, quia Canonum ſtatuta omnes ligant, *cap. 1. de conſtit. Cenedus canonicarum quæſtionũ quæſt.* 29. Nec obſtat Alciati fundamenta ſupra adducta, non primum ex illis verbis, pœnitus reſcindantur, quia verba illa ſunt enunciatiua, non verò deciſsiua, ſiquidem poſtea Pontifex aſſerit teſtamenta illa reſcindi non debere, & firma manere. Nec etiam obſtat ſecunda ratio conſuetudinis, quia abſque dubio dicendum eſt conſuetudinem illam iuri fuiſſe conſentaneam; *vt conſtat ex eodem textu*, ibi: *Secundum, quod leges humanæ decernunt.* Nec ſimiliter obſtat vltimum fundamẽtum, ex auctoritate noſtri textus deſumptum, quia ratio illa, in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, nõ ſolum ad forum animæ, verum etiam, ad contentioſum pertinet, *dicto in capit in omni negotio*, quare omiſſa, etiam interpretatione, quam refert Cenedus in collectaneis ad Decretales, collectanea 159. ad textum noſtrum verius eſt dicendum; noſtri textus deciſsionem procedere, tàm in foro contentioſo, quam animæ, ſed tantum obſtineri, & obſeruari deberi in Regionibus, & Prouintijs Romano Pontifici, quoad vtramque iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem ſubiectis, non verò in terris Imperij, ſeu alterius Principis ſæcularis, in quibus de iure ciuili, numerus ſeptem teſtium deſideratur; & ſic Pontificem in præſenti in terris, quoad temporalia ſibi ſubiectis voluiſſe recedere ſolemnitatibus iuris ciuilis, circa teſtium numerũ, quamuis in Epiſcopatu illo, de quo in textu noſtro agitur iuris ciuilis ſolemnitas; etiã ſi conſuetudine fuiſſet recepta, itaque mens huius textus eſt, vt vtrumque ius in ſuo foro ſeruetur, & neutrum, per alterum abrogatum cenſeatur; ſcilicet, vt textus noſter in terris, quoad temporalia, etiam Pontifici ſubiectis ſeruetur,

tur, non verò in illis, quæ in dominio, & iurisdictione Imperatoris, vel Principis sunt, apud quos iuris ciuilis solemnitas debet obseruari, *ita Couarruu. in præsenti num. 12. Barbos. in collectaneis, ad text. nostrum, num. 2. Fachin. lib. 6. controuers. cap. 47.*

4 Secundò, solutioni obstabit dicere, quod nostri textus decisio apud omnes obseruari debet, siquidem eius forma in testamentis seruanda radicatur, *in l diuina, & naturali, dict. cap. nouit, de iudiciis, quod est immutabile, §. Sed naturalia, instit. de iure naturali, cap. sunt quidam dicentes 25. quæst. 1.* ac perconsequēs, nō recte in Hispania in testamētis iuris ciuilis solemnitas obseruari debet, cui dubio respondent *Espino de testamētis, glos. 21. principali, n. 34. Antonius Gomezius, in dict. l. 3. Tauri, num. 24.* dum asserunt, quod ex iusta causa, & communi vtilitate potest lex humana, & positiua distinguere, & declarare ius diuinum. Meritò enim, cum in testamentis, & vltimis voluntatibus tractetur de probanda defuncti voluntate post eius mortē, & eam cum non possit declarare, nec se, & bona sua defendere, si de ea dubitetur, cum falsitas facilius committi possit, meritò; vt hæc omnia euitentur, prędicta solemnitas iuris ciuilis in testamētis desideratur, quæ ratio depromitur, *ex l. fin. C. de fideicommiss.* sed ea, omissisque aliis; verius est dicendum legem diuinam, non improbare numerum ampliorem, quam duo, vel tres testes, cum multoties plures testes multis in casibus desiderentur, sed tātum asserere sufficere duo, vel tres testes in terris illis, sibi quoad temporalia subiectis, vtens auctoritate legis Euangelicæ, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, notat *Barbos. in collectaneis, ad textum nostrum, num. 3. & 5.* Sic lex diuina tantum vetat, nequis vnico, & singulari testimonio damnetur, non tamen prohibet; vt quandoque, ex negotij qualitate plurium fides sit necessaria, vt latè ratiocinatur *Couarruu. in præsenti num. 7.* vbi plures quæstiones refert, quas omitto, quia instituti nostri non est, vide etiam, quæ infra dicemus, *in cap. 1. de successionibus ab intestato, numero 12.*

Ad textum in capit. cum tibi 13. de testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Vltima voluntas, non potest, ex alieno arbitrio pendere.*
2 *Testamento definitio proponitur.*
3 *Interpretatur textus, in cap. cum tibi, de testamentis.*
4 *Caput non præstat impedimentum, de regulis iuris, lib. 6.*
Intestatum decedere, quis dicatur.
5 *Substitutionis formula proponitur.*
L. si quis 68. ff. de hæredib. instituend.
6 *L. secunda, ff. de condit. & demonstrat. l. 1. ff. de legat. 2.*
7 *L. Senatus 45. §. Legatum, ff. de legatis 1.*
8 *Legatum, ita relictum, si legatarius voluerit, an purum, vel conditionale sit.*
9 *Lex fideicommis. 11. §. Fideicomm. versic. Hoc autem, l. vxorem 41. §. Scæbola, ff. de legat. 3.*
Conditio si hæres voluerit differt ab illa, cum hæres voluerit.
10 *L. centessimè, §. Vltimo, ff. de verbor. obligationibus.*
Argumentum valet de contractibus, ad vltimas voluntates, l. quod cum 45. §. Finali ff. de verb. obligat.
Argumentum valet de contractib. ad vltimas voluntates.
L. quodcumque 45. §. Finali, ff. de verbor. obligationibus.
Dictio si, & dictio, cum, in quo differant.
11 *Lege fideicommissaria libertas 46. in principio, ff. de fideicommissarijs libertatibus.*
12 *L. fideicommissa 11. §. Fideicommis. 5. ff. de legatis 3.*
13 *L. fideicomissa 11. §. Quamquam 7. ff. de legatis 3. l. Lucius 14. ff. de fideicommissarijs libertatibus, cum l. cum proponas 8. C. eodem.*
L. quod sæpè 35. §. 1. ff. de contrahenda emptione.

1 CONCLVSIO: Quæ communiter a Doctoribus, ex materia nostri textus deduci solet, hæc est vltima voluntas, non potest ex alieno arbitrio pēdere consonat *in l. illa instit. l. si quis Sempron. 68 cum alijs, ff. de hæred. instituend. l. nonnunquam 51. ff. de conditionibus, & demonstrationibus, l. fideicomis. 11. ff. de legatis 3. l. fideicommissaria 46. vers. Quod si ita,*

ita, ff. de ſtde icõmiſar. libertatib. l cum quidem 8. ff. de rebus dubijs, l. 11. tit. 3. l. 29. tit. 9. partit. 6. exornant *Sarmiento, lib. 2. Selectar. cap. 6. Azeuedus in l. 5 tit. 4. lib. 1. Recopilation. Cuiacius in l. Senatus, §. Legatum, ff. de legatis, Roderic. Suar. de cep tatoria voluntate, numer. 1. Iulius Clarus, lib. 3. receptarum, §. Teſtamentum, num. 5. Fachineus lib. 5. controuerſiarum, cap. 58. Couarruuias in præſenti, Morla in Emporio tit. 9. num. 4. & 15. Duarenus, tit. de hæredibus inſtituendis, cap. 3. Oſualdus, ad Donellum, lib. 8. commentariorum, capit. 15. Pichardus, in §. Precium,* verſ. *Alioquin, numer. 28. inſtitut. de emption. & vendit.*

2 Ratio eſt; quia cum teſtamentum ſit voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, *l. 1. ff. de teſtamentis*; meritò teſtamentorum iura per ſe firmaſſe debent, hoc eſt, vt diſpoſitio ipſius, ab ipſo inſtituente, & non ab alio firmitatem obtinere debeat, *l. illa inſtitutio 32. ff. de hæredibus inſtituendis*, quod etiam, *l. duodecim tabullarum captum eſt, in l. verbis legis 120. ff. de verborum ſignificatione, l. 1. §. Ad legem Falcidiam*, principio inſtitutionum eodem, meritò teſtamẽtorum iura, ex alieno arbitrio, non poſſunt pẽdere; quia non eſſet iuſta ſententia de eo, quod teſtator poſt mortem ſuam fieri velet, ſed potiùs ſententia illius, cui voluntas, aut diſpoſitio committeretur, quod eſſet contra ſubſtantiam teſtamentorum; nam aliàs, ſi teſtamentum pendere poſſet, ex alieno arbitrio, non eſſet voluntatis noſtræ iuſta ſentẽtia, ſed alienæ contra regulam, *textus in dicta l. 1. ff. de teſtamentis*, quod hodie iure regio non parum mutatũ eſt, *in l. 31. & 32. Taur. quæ hodie eſt, l. 5. & 6. Recop.*

3 Primò cõcluſioni, ſuprà adducta valde obſtauit Innocentij III. reſcriptum relatum, *in capit. cum tibi, de teſtamentis*, vbi apparet extremam voluntatem in alterius diſpoſitione committi poſſe, cuius text. difficultatem ſaluare conatur, *gloſ. in præſenti*, verbo: *Diſpoſitionem*, dum exiſtimat noſtri textus deciſionem procedere, ex benignitate cõtra iuris regulas. Cuius interpretatio multis rationibus impugnatur *à Couarruuias in præſenti, Cenedo in collectaneis, ad decretum, collectanea 67. Tiraquellus, de priuilegijs piæ cauſæ, priuilegio 64. Petro Gregorio, lib. 2. Syntagmatum, capit. 2. num 4. Fachin. lib. 5. controuerſ. c. 57. Antonio Fabro, de errorib. 3. part. decad. 51. errore 4. & 5.* omiſſa etiam Innocentij interpretationem præſenti, quam ſimiliter improbat *Couarr. ibid. n. 13* pro vera eius interpretatione, ad notãdũ eſt, textum noſtrũ deſumptum fuiſſe, ex epiſtola decretali Innocentij III. *lib. 3. epiſt. 38* cuius integram refert *Sarmient. lib. 2. ſelect. c. 6. n. 34. Fachin. d. li. 5. c. 57.* ex qua conſtat, cuidam Epiſcopo à Sede Apoſtolica fuiſſe indultũ, vt de Clericorum bonis abinteſtato decedentium liberè diſponere poſſet, circa quod priuilegiũ, Epiſcopus de duobus dubitauit, primò an in eo priuilegio appellatione Clericorũ Canonici, etiam contineantur, cui dubio Pontifex, reſpondit Canonicos, etiam ſub eo fuiſſe comprehenſos iuxta text. *in cap. cum tibi 18. de verb. ſignif.* qui textus eſt prima noſtri textus pars. Secũdum fuit, an Clerici, qui vltimam ſuam voluntatem, in alterius diſpoſitionem conferrent, viderentur deceſsiſſe inteſtati, vt locus eſſet priuilegio, & Pontifex in præſenti reſpondit, nõ videri teſtatum deceſsiſſe. Quibus ita breuiter propoſitis verius dicendum eſt, textum noſtrũ eſſe intelligendũ iuxta illius Epiſcopi interrogationẽ; ſcilicèt, vt Clerici, qui ſub illa forma diſponunt, abſolutè, non videntur inteſtati deceſsiſſe, ſed dumtaxat, ad eũ effectum, ne Epiſcopi priuilegio illo vtantur, quoad cæteros verò effectus; ſcilicet, vt legitimi hæredes admittãtur, verè inteſtati erant, cui interpretationi mirificè cõueniunt verba, quæ in integra noſtri textus extant, eam tenet *Abb. in præſenti Ancharran. n. 3. Immola 4. & Fachin. vbi ſup.*

4 Secundò, ſolutioni obſtat dicere, quod ſi in ſpecie noſtri text. agnoſcimus inutile fuiſſe legatum, conſequens erit nõ potuiſſe excludere Epiſcopi priuilegiũ, ex vulgari regula, de qua *in cap. non præſtat, de regul. iur. lib. 6.* cui dubio reſpõdẽdum eſt; ideò in præſenti teſtamentũ inutile priuilegium excludere, quia cũ odioſum ſit, quaſi in præiudicium Eccleſiarum, ad quas bona Clericorum pertinebãt, *cap. cum in officijs 7. hoc tit.* ſic interpretari debet, vt tantũ locũ habeant in Clericis, qui propriè inteſtati deceſſerunt, nec nouũ, aut inſolens eſt, vt quod nullum eſt aliquãdo impediat, id quod fieri poteſt, *vt in cap. nuper, de bigamis, capit. 1. de eo, qui duxit in matrimonium, cap. acceſsit de diſpenſatione impuberum, c. 1. de*

ſpon-

ſponſalib. lib. 6. Secundò, quia is propriè dicitur inteſtatus, qui aut teſtamentum non fecit, aut fecit iniuſtum, aut irritū, aut ex quo hæreditas addita non eſt, *l. 1. ff. de ſuis, & legitimis hæredibus, l. inteſtatus, ff. de verbor. ſignif.* principio inſtitutionum de hæreditatibus, quæ abinteſtato deferuntur, & quia omnis diſpoſitio, quantumvis odioſa complectitur illam, quæ ſub verborum ſignificatione continetur, *l. cum, l. 26. ff. de teſtamentis, cap. ad audientiam, de decimis.* Igitur ſi in ſpecie noſtri textus; teſtamentum nullius momenti fuit Clerici ſic teſtantes, quoad omnes effectus inteſtati deceſsiſſe ſunt intelligendi, vt etiam locū habeat Epiſcopi priuilegium, ſed reſpōdendum eſt illum, qui iniuſtum, aut inualidum teſtamentum fecit iuſta ſermonis proprietatem inteſtatum non eſſe, ſed inteſtatum videri; vt ſcilicèt hæreditas, ad legitimos hæredes deferatur; in quo ſenſu intelligendus eſt, textus *in dicta lege 1. ff. de ſuis, & legitimis hæredibus*, atque ideò iuſta de cauſa Innocentius Pontifex in præſenti ſcripſit verba illa, non videtur decedere inteſtatus, quæ verba meram in proprietatem denotant, *l. naturaliter 12. vbi Acurſius, ff. de adquirend. poſſeſsione, l. oſſa in fine, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum, l. 1. §. Deieciſſe, ff. de vi, & vi ornata*, ſed ne præfatus Epiſcopus diſpoſitionē illam abriperet finxit Innocentius Pontifex, proindeque eum habere voluit, vt tantum priuilegium excluderetur, ac ſi teſtatus verè deceſsiſſet, quæ meo videri eſt genuina, & vera noſtri textus interpretatio.

5 Tertiò cōcluſioni ſuprà adductę, obijcitur ſubſtitutionem eſſe ſecūdam hæredis inſtitutionem, & tamen ſubſtitutio formulæ coceptioni, quæ hoc modo fit, Titius hæres eſto, & ſi hæres eſſe noluerit, vel non potuerit, Seius hæres eſto, ex voluntate inſtituti pendet. Cui dubio reſpondendum eſt, cum *Oſualdo lib. 6. commentar. cap. 23 lit. A.* dum aſſerit ſubſtitutionis ius non pendere, ex libera voluntate primi inſtituti, ſed ex tacita, *l. fideicom. 11. §. Si ſic fidei ff. de leg. 3.* & ſic totum ſubſtitutionis ius ex defuncti voluntate pendere, illiuſque iudici potiſsimum niti, ac proinde mirum nō eſt vulgarem ſubſtitutionē ſuprà dicta formula conceptam validam eſſe; ſcilicèt, vt in hæredis tacito arbitrio conferatur, quo ſenſu, accipiendus eſt, *text. in l. ſi quis 68. ff. de hæred. inſtituend.* vbi cauetur ſubſtitutionem ſub illa conditione conferri poſſe; ſi Titiùs in Capitoliū aſcenderet; quia reſpondendum eſt hoc in caſu inſtitutionem non pendere propriè, ex voluntate Titij, ſed potiùs ex facto in volūtario eiuſdem Titij, vt rectè animaduertit, *Coſta lib. 1. ſelectar. c. 21. num. 5. Donel. lib. 8. commentar. c. 15.* conditio enim, ſi voluerit, non niſi ſciente, & voluntate impleri poteſt, conditio verò, ſi in capitolium aſcēderit in facto conſiſtit, & non in eius libera voluntate collata cēſetur. Nec huic ſolutioni obſtauit, *text. in l. 2. ff. de condition. & demōſtration.* vbi apparet conditionē, ſi in capitolium aſcenderit, nō niſi a ſcienti impleri poſſe, non verò ab eo; ex quo facto conſiſtit, quia reſpondendum eſt, cum *Sarmiento dicto cap. 6. num. 31. text. in d. l. 2.* accipiendum eſſe; ſcilicet, quando conditio illa adiecta eſt, ei qui inſtitutis dicitur, vel legatum accepit: nos verò loquimur, quando hæc conditio ponitur in perſona tertij: quo caſu, cum caſualis efficiatur ſatis eſt, vt facto impleatur.

6 Quartò, obſtauit *text. in l. 1. verſ. In arbitriū alterius conferri legatū*, veluti conditio poteſt, *ff. de legat. 2.* Ex quibus verbis, conſtat legatum in alterius arbitrio poni poſſe, cui difficultati Bartolus, & Caſtrē ſis ibidem, adhibita diſtinctione reſpondent. Scilicet, aut legatū relinquitur, per conditionē expreſſam, ſi Titius voluerit, aut per tacitam, ſi Sēpronius in Capitolium aſcenderit; primo caſu negant legatum valere, non vtique in ſecundo rationem differentiæ reddunt, quia expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, *l. nonnunquam ff. de conditionib. & demonſtrationib. l. ſi quis Sē pronium 68. ff. de hæredib. inſtituend. ita Cuiacius, lib. 2. obſeruat. cap. 2. Duarenus, & Oſuald. vbi ſuprà*, verſ. *Quid enim intereſt*, ſi Titiùs in Capitolium aſcenderit; mihi legetur, an ſi voluerit, *ff. de legat. 2.* quæ verba, cū ſcripta videantur interrogatione adhibita ſignificare videntur, nihil intereſſe inter hæc verba; ſi Titiùs in Capitolium aſcenderit, mihi legetur, & illa, ſi voluerit: cui dubio reſpondent *Acurſius, & Bartolus ibidem*, dū aſſerunt verba illa aſſertiuè legenda eſſe, non verò interrogatiue, quaū Vlpianus dixiſſet, aliquid intereſſe, quæ ſolutio reijcitur

tur ex eo, quia illa lectio expressè est scripta per interrogationem, non verò per assertionem, vt prædicti existimarunt, quare Donellus, & Osualdus locis suprà citatis, asserunt sententiam Vlpiani, ibidem, non fuisse, hoc est, nihil interesse inter huiusmodi legata, ita scripta, & sic asserunt verba illa; ita esse legenda, multum interest, si Titius in Capitolium ascenderit, mihi legetur; an si voluerit, nam primo casu legatum valere debet, non vtique in 2 pro qua solutione facit, *text. in l. Mœuius* 54. vers. *Quid enim interest ff. de conditionib. & demonstrationib.* quæ verba sunt legenda, multum enim interest, vt refert *Osuald. ad Donel. lib. 8 commentarior. cap. 32.* Sed his, & alijs omissis, verius dicēdum est, nihil interesse, an legatum relinquatur sub conditione expressa, an verò tacita saltim quo ad hoc, vt ex volūtate Titij legatum pendere dicatur; quod autem attinet, ad effectū vtriusque legati multum interest; siquidem legatum in expressam Titij voluntatem relictum, nō valet, in tacitam vero tenet. Ratio differentiæ est, quia in tacita conditione voluntas non committitur; principaliter alterius dispositioni, sed per consequentiam, secus in expressa, in qua non valet: *ita Couarruu. in præsenti numer. 10. Costa lib. 1. Selectarum, cap. 21. numer. 11. & 13. Osuald. in d. lib. 8. cap. 32.*

7 Quinto hucusque traditis obstabit, *text. in l. Senatus* 45. *§. Legatum, ff de legat.* 1. vbi legatum in aliena voluntate poni potest in hæredis non potest, cui dubio Acursius, ibidem respondit textum illum esse intelligendum de aliena voluntate, hoc est legatarij, veluti si testator dixisset lego Titio si ipse voluerit, *iuxta text. in l. si ita legatum, §. Illi, si nolet, ff. de legatis* 1. non tamen valere in hæredis voluntatem, veluti si testator dixerit, lego Titio centum, si hæres voluerit, quę interpretatio reijcitur; quia *Paulus in dicto §. Legatum generaliter loquitur, de aliena voluntate.* Cuius verba non sunt restringenda tantum, ad legatarij voluntatem, quare omissa Bartolo, & Castrensis, ibidem, verius dicendū est, cum in principijs supra in numero antecedenti traditis; scilicet legatū in alienam tacitam voluntatem poni posse, in hæredis verò tacitam volūtatem conditionalem poni nō posse; ratio differentiæ est, quia tacita in extraneo cō-

sistit, ex rationibus supra adductis: in hę redis verò non vtique; quia cum illa tacita conditio, siuè expressa semper pendeat, ex voluntate hæredis præstare legatum, semper ille dixerit, se nolle, ac proinde, nunquā futura esset conditio, *argum. text. in l. cum de indebito, ff. de probationibus, notat Couarruu. in præsenti, numer. 11. Osuald. dict. lib. 8. cap. 15.*

8 Sexto aduersus id, quod in præsenti notant omnes videlicet, legatum in legatarij voluntate, poni posse iuxta *textus, in l. si ita* 65. *§. 1. ff. de legat. 1. l. si ita* 69. *ff. de conditionib. & demonstrationib. l.* 30. *tit. 9. p. 6.* Ratio est, quia cum in legatarij potestate sit agnoscere, aut repudiare legatum, cum invitus ad illud accipiendū cogi non possit; idcirco, quod tacitè inest, etiam expressa conditione relinqui potest, quæ conditionis expressio facit legatum conditionale, non purum, *dicta l. si ita* 69. *&* 65. *§. 1.* obstabit dicere, quod legatum ita relictum, si legatarijs voluerit potius purum, quam conditionale dicitur, siquidem frustra exprimuntur, quæ tacitè insunt, & sub intelligūtur, nam frustra sunt per plura, quæ possunt fieri per pautiora, *l. 1. ff. quod metus causa, l. 1. §. In refutatoris, C. de appellat. Augustin. Barbos. in axiomata iuris, lit. F.* verb. *Frustra, num.* 179. Sed huic dubio respondendum est, multum interesse, an legatum purè, & simpliciter sit relictum; an verò sub illa conditione; si voluerit, nam primo casu, etiā ignoranti legatario legatum adquiritur, *l. cum pater* 77. *§. Surdo* 3. *l. legatum* 80. *ff. de legatis* 2. *l. si tibi* 86 *§. Cum seruus. ff. de legatis* 1. cum eo ipso, quod nō repudiat, retro legatarij fuisse intelligitur, *l. seruum* 44. *§. 1. ff. de legatis* 1. *l. 1. §. Sed vtrum, ff. si quid in fraudem Patroni*; atverò expressa illa conditio, si legatarius velet maximi effectus, & vtilitatis est, & sic supervacua non dicitur, cum ea adiecta efficiatur, vt legatum ignoranti non quæratur, nec consistat antequam legatarius exponat se velle, & sic antequam declarauerit voluntatem decesserit, non transmittit, ad suum hæredem; *ita Osualdus dict. lib. 8. cap. 15. Antonius Gomez in l. 31. Tauri, numer. 3.* Vnde constat conditionem illam; si legatarius volet ampliùs continere, quam tacitam, nam tacita eam habet sententiam, si voluerit expressam; verò si declarauerit se velle

legatum haberet, meritò quid amplius haber quam ante nō habebat, hoc est declarationem voluntatis, quæ sola efficit legatum cōditionale, atque ita alio modo exprimitur, & alio modo inest.

9 Septimò, aduersus id, quod suprà retulimus; videlicet in hæredis voluntate legatum relinqui non posse, *dict. l. Senatus* 45. *§. Legatum, ff. de legatis* 1. *l. fideicommissa* 11 *§. Quamquam ff. de legat.* 3. *l. fideicommissaria* 46. *§. Quod si ita, ff. de fideicommissar. libertatibus*; quod summa, cum ratione sancitum est; siquidem in arbitrium debitoris conferri, non potest an sit adstrictus, necne, *l. sub hac* 7. *ff. de obligationibus, & actionib. l. stipulatio* 17 & 18. *§ Vltimo, ff. de verbor. obligat.* obstabit, *text. in l. fideicommissa* 11. *§. Fideicommissum*, vers. *Hoc autem, l. vxorem* 41. *§. Scebola, ff. de legat.* 3. vbi scribitur in voluntate hęredis poni posse, vt ipse legatum præstet, cum voluerit. Sed respondendum est, multum interesse inter hanc conditionem, si hæres voluerit, & inter illam, cum voluerit; nam in prima non valet legatum, quia totum cōmittitur in dispositionem hæredis. In secūda verò valet, quia solum committitur executio ipsius dispositionis; quæ iam est manifestata, nam in conditione. Si voluerit, tota dispositio pendet, ex voluntate ipsius, cui imponitur; in conditione verò, cum volueris, tola temporis cōditio ex ipsius voluntate pendet, *notat Morla vbi sup. numer.* 13. *Osuald. dict. cap.* 15. vnde euenit, quod si in legato cum voluerit legatarius decesserit, antequam hæres declarauerit, se vele legatum, ad legatarij hæredes transferatur, quasi in diem in certum relictum. *l. dies incertus, l. hæres* 79 *in principio. ff. de conditionib. & demonstrat. l.* 4. *ff. quando dies legati cedat*. Si verò ipse hæres decedat, antequam præstare velet; tunc hæres, hæredis legatum præstari tenetur, *dicta l. fideicommissa* 11 *§. Hoc autem, dicta l. vxorem* 79. *§. Scebola, ff. de legat.* 3. *l. seruus* 20. *ff. manumiss. testament.* idque fauore vltimarum voluntatum, receptum est; *notat Costa lib.* 2. *selectar. cap. vltimum, n.* 8. *Menoch. de præsumption. lib.* 4. *præsumptione* 90.

10 Octauo, huic sententiæ, valde refragatur, *text. in l. centesimis* 46. *§. Vltimo, ff. de verbor. obligationib.* ibidē Paulus scribit, hanc stipulationem, cū promissor voluerit inutilem esse, si antequam, ipse constituat, moriatur: ergo idem in legatis dicendum est, siquidem valet argumentum, de contractibus, ad vltimas voluntates, *l. seruum filij* 41. *§. Eum qui, ff. de legatis* 1. quam difficultatem, licèt Acursius tetigerit *in l. vltim. glos. verb. Moriēte, ff. qui sine manumissione, ad libertatem proveuerunt*. Tamen insolutam (vt solet) reliquit, quare nonnulli adeo se difficultate illa implicant, vt Mendum subesse credant *in dict. §. Vltimo*, vt sic pro illo verbo, quod verum est, existiment, legendum esse, quod verum non est; ita vt idem esset obseruandum in contractibus, atque in vltimis voluntatibus, *ita Sarmiento in d. lib.* 2. *selectar. cap.* 6. *num.* 24. Quare hoc, & alijs omissis, verius dicendum est, in hac parte discrimen versari inter contractus, & vltimas voluntates; nam hæc plenius interpretantur, *l. in testamentis, ff. de reg. iuris*, in contractibus, verò vere à stricte accipiuntur, & sic contra stipulatione, *l. stipulatio* 38. *§. In stipulationibus, ff. de verborum obligationib.* quam obrem stipulatio concepta, cum volueris, continet in se tacitam conditionem, si volueris, & ita necesse est, quod promissor, si vele declaret, alioquin stipulatio inutilis erit; quod secus est in legato, cum hæres voluerit, *notat Costa, lib.* 1. *Selectar. c. fin.* quod secus obseruatur, *in libertate ob eius fauorem, iuxta textū, in l. fin. ff. qui sine manumissione*, notat *Morla, in Emporio, dict. tit.* 9. *n.* 13. *in fin.* Nec solutioni obstabit *text. in l. quodcumque* 45. *§. Fin. ff. de verborum obligationibus*, vbi non solum, stipulari possumus, cum hac formula, cum morieris, verumetiam cum illa si morieris, ex cuius decissione appareret nullum discrimen versari, inter dictionem *Si*, & dictionem *Cum*, quia huic difficultati respondendum est, verba Vlpiani, *in d. l. quodcumque*, *§. Fin.* hoc modo est intelligenda, scilicet, nullum discrimen versari, inter dictionem *Si*, & dictionem *Cum*, hoc est, quoad inducendā conditionē, quia vtraque dictio continet conditionem; secus verò, quoad effectum inducendi obligationē, quia in id differunt, nam dictio *Si*, principaliter conditionem inducit, secundario verò tempus, sed dictio *Cum*, econtra; *ita Castrensis in dict. l. quodcumque*, *§. Finali, Morla, vbi suprà, num.* 14. *Donellus in dicta l. centesimis §. Fin. Costa dict. lib.* 1. *Selectarum, cap.* 17.

No-

11 Nono, ſupra dictis obſtabit, *textus in l. fideicommiſ. libert. 46. in princip. ff. de fideicommiſſar. libertatib.* vbi apparet valere libertatem ſeruo relictam, ſi hæres voluerit, cum tamen iuxta principia ſupra adducta aliud dici oportebat, vt ipſemet *Vlpianus in eadem, l. fideicommiſſar. §. Quod ſi ita apertè demonſtrant*; ſed huic difficultati reſponderi ſolet Vlpianum, ibi; *Seipſum*, corrigere, & quod in principio propoſſuerat poſtea pœnitentia ductus, *in dict. §. Quod ſi ita improbauit*; nec diſsimilis eſt Cumani, interpretatio, *lib. 10. commentariorum, cap. 6.* cũ aſſerit in principio illius textus legendũ eſſe interrogatiue, aliter autem *Coſta lib. 1. Selectar. cap. 22. numer. 1.* exiſtimat *textus in dict l. fideicommiſ. in princip.* accipiendum eſſe de fideicommiſſaria libertate, vt conſtat ex illius verbis, fidei tuæ committo, quam libertatem *Vlpianus ibi affirmat*, valere ſub conditione ſi hæres voluerit; at verò, *in dict. §. Quod ſi ita*, textum illum accipiendum eſſe de libertate directa, vt indicant illius textus verba, ibi: *Stychum liberum eſſe volo, & hanc aſſerit inutilem eſſe ſub conditione.* Si hæres voluerit; differentiæ rationem refert *Coſta vbi ſuprà*, quia in libertate fidei commiſſaria hæres conſequitur iura patronatus, *§. Quod autem, inſtit. de ſingulis rebus, per fideicommiſ.* qua de cauſa veriſimile eſt hæredem velle manumittere, quæ ratio ceſſat in libertate directa, atque ita exiſtimat libertatem fideicommiſſariam ſub conditione, ſi hæres voluerit valere, non tamen deberi quouſque hæres declaret ſe velle, quo caſu incipit deberi impleta; ſcilicet conditione, & in hoc ſenſu accipiendum eſſe affirmat; *quod Vlpianus in dicta l. fideicommiſſaria in principio*, aſſerit pẽdere ex nutu hæredis; at verò directam libertatem ſi hæres voluerit, non ſolum deberi interim, dum hæres non conſtituit ſe velle; ſed nec etiam valere, ſi hæres ſe velle declaret quaſi abinitio huiuſmodi legatum inutile ſit, ſed quamvis hæc Coſtæ interpretatio ſubtiliſsima ſit, euerti tamen videtur, ex traditis a Sarmiento, *dict. lib. 2. Selectar. cap. 6. num. 15.* Quare verius dici poſſe exiſtimo tententiam, dictæ legis fideicommiſſaria, in principio, cum duobus paragraphis ſequentibus, non aliam eſſe, quam affirmare valere libertatem in voluntate hæredis, ſeu legatarij, ſeu tertij, ſi modo voluntas in vim conditionis accipiatur, quaſi ille verſiculus. *Quia conditio potius eſt*, ad omnes caſus præcedentes referatur, quod verò ſubiungit, *in §. Quod ſi ita* 3. Sic accipiendum eſt, vt ſi non in vim conditionis hæredis voluntas accipiatur; ſed in plenum eius arbitrium conferatur; tunc etiam legatum libertatis inutile ſit. Nec obſtabit ſi obijcias legatum in hæredis arbitrium, etiam in vim conditionis collatum, non conſiſtere, *dicta lege Senatus 43. §. Legatum, ff. de legatis 1.* quia reſpondere poteris, id locum habere iure ſingulari in libertate fideicommiſſaria, de qua in principio dicta legis fideicommiſſaria, & id ſignificare voluit Vlpianus in illis verbis, quamvis nihil aliud in teſtamento poteſt valere, ex nuta hæredis, ratio ſolutionis eſt, quia quando legatum in hæredis voluntate, tanquam dictio confertur, non ideò præcipuè variatur, quia in alienam voluntatem confertur; ſed potius *ex ratione legis ſub hac 7. ff. de obligationibus, & actionibus*, quæ ratio ceſſat in libertate fideicõmiſſaria, cum enim libertas cauſa pietatis ſit facile intelligi poteſt hæredem præſtare velle, *argumento textus in l. cum his 32. §. Mulier. ff. de cõditione indebiti.* Deinde, quia cum fideicommiſſa ſola hæredis fide nitantur principio inſtitutionum, de fideicommiſſarijs hæreditatibus. Idcirco, non multum repugnant fideicommiſſaria in libertatem, in arbitrium hæredis conferri poſſet; *ita Sarmiento vbi ſuprà, capit. 6. numero 10. Cuiacius lib. 2. obſeruation. capit. 2.* licèt aliter ſenſerit, *Fachineus, lib. 5. controuerſiar. capit. 59.*

12 Decimo obſtabit, *text. in l. fideicommiſſa 11. §. Fideicommiſſum 5. ff. de legatis 3.* vbi apertè cauetur valere legatum, hoc modo relictum, niſi hæres noluerit, & tamen videtur, & hæredis voluntate pendere. Cui dubio communiter dici ſolet valorem ipſius legati, ex arbitrio hæredis non pendere, ſed tantum eius reſolutionem, quaſi ſola illa teſtatoris voluntas, ſit adimere legatum, caſu quo hæres noſtra, ſeu contradicat, *ita Peralta, in lege 1. numer. 81. ff. de legatis 2. Couarruuias in præſenti, numer. 12. Coſta lib. 1. Selectarum, capit. 24. numer. 1. Sarmiento, dicto cap. 6. num. 18.* Sed ea omiſſa verius eſt dicendum, quod licet verba illa:

Nisi hæres noluerit, idem significent, ac si hæres non contradixerit, & per se ferant contrariam conditionem in legato, nõ tam ẽ proinde intelligitur legatum, sub conditione relictum. Si hæres voluerit nec pendebit ex arbitrio hæredis, nam inter velle, vnde datur medium; scilicet, nec velle, nec nolle, vt videre est, ignorante, & furiose, *notat Sarmiento, in d. c. 2. n. 2.* atque ita verba illa *In proposito, nisi hæres noluerit locum habent*, cũ hæres addita hæreditate furore cœpit, vel ignorans legatum, vel nulla facta declaratione voluntatis decessit: tunc enim stitisse videtur conditio, & legatum debebitur, de quare plura refert amantissimus concollega noster. D. D. Iosephus Fernandez de Retes Vesperorum Cathedræ dignissimus antecessor; *lib. 4 opusculorum in l. vxorem 41. §. Hæc verba ff. de legat. 3.*

13 Vndecimo obstabit, *text. in l. fideicommiss. 11. §. Quamquam 7. ff. de legat. 3. l. si sic 78. ff. de legat. 1.* vbi apparet legata, & fideicommissa, ex alieno arbitrio pendere, siquidem hoc nomen arbitriũ liberam, atque expressam voluntatem comprehendit, *l. illa institutio, ff. de hæredibus instituend.* Sed respondendum est, iura illa esse intelligenda, quando non confertur legatum in moram voluntatem hæredis. Sed quasi in arbitrium boni viri; quod simillimum est: siquidem ipsi hæres non facit, quod ipse voluerit, sed quod vir bonus arbitraretur; vnde si vir bonus arbitretur, legatũ debebitur, & hæres etiam si nolit tenetur, ad legati præstationem, *l. Thais, §. Sorore, ff. de fideicomiss. libert l. 29. tit. 9. p. 6. vbi Greg. Lop. gl.* verb. *Mi heredero, Castrens. in d. §. Quãquã, n. 2. & 3 Couar. in præsenti, n. 10. Roderic. Suar. vbi sup. n. 17. D. D. Ioseph. de Retes*, vbi sup. *n. 4.* eodemq; modo est interpretandus, *text. in l. Lucius 14. ff. de fideicommiss. libertat.* vbi probari videtur posse legatum libertatis poni in hęredis voluntate, vt insinuant verba illius textus, ibi: *Si vxori meæ placeat*, quia respondendũ est sententiã, *d. l. Lutius*; non esse accipiẽdam de libero hæredis arbitrio, sed quasi de boni viri arbitrio, *l. si sic 75. in princip. ff. de legat. 1. d. l. fideicommiss. §. Quãquã, ff. de leg. 3.* Idque significare videtur verbum illud placeat, quo vtitur Modestinus, ibi: *Vt notat Bart. & Gotfredus, ibid.* Sed huic sententiæ aperte pugnare videtur, *text. in l. cum proponas 8. C. de fideicommiss. libert.* vbi in eadem specie respondet seruum libertatem petere posse, si modo non refragauerit voluntas vxoris ipsius testatoris: ergo si refragauerit petere non potest. Cui difficultati respodit *Acursius, & antiquiores ibidem*, qui asserunt *in d. l. cum proponas*, addendum esse particulam illam; *maximè*, quasi sensus sit, quod tunc plane libertas impeditur, propter dissensum vxoris, cum iustam causam habuerit refragãdi, *l. seruus 20. ff. de manumiss. testament. l. cum pater 77. §. Rogo. ff. de leg. 2.* illud tamen nõ omittendum censeo, non solum legata in arbitrium hæredis, tanquam boni viri conferri posse, sed etiam stipulationes, cæterosque contractus, *l. hæc vẽditio 7. ff. de contrahenda emption.* nec obstabit, *text. in l. quisquè 35. §. 1. ff. eodem*, vbi dicitur imperfectam esse venditionem, ita factam, *quanti æquum putaueris, tantum emptum habebis*, quia respondendum est, cum *Cuiacio in l. stipulatio 17. ff. de verbor. obligat. text. in d. §. 1.* accipiendum esse de precio emptionis, quod vsque adeò certum esse oportet, vt dubitatum non admittatur, *§. pretium, instit. de emption. & vendit.* notat *Barbos. in l. 1. p. 3. n. 33. & 36. ff. solut matrim.* hæc de legato in alterius voluntate posito sufficienti, de quo specialiter in texto nostro agitur, reliqua verò, quæ ad hæreditates expectant refetunt iuris ciuilis interpretes, in captatorijs institutionibus per multa iura dispersa, & inserta, *in tit. ff. de hæredib. instituend.*

Ad textum in capit. offitij 14. de testamentis.

Cap. 14. Requisisti 15. eodem.

SVMMARIVM.

1 *Debitor creditori legando simpliciter nõ censetur compensandi animo id facere.*

2 *Creditor legatum agnoscens animo compensandi à debito repellitur.*

3 *Intelligitur text. in cap. requisiti 15. §. Secus, de testamentis.*

4 *Lex si quando 35. §. Finali, C. de inofficioso testamento.*

5 *Nemo potest rogari restituere, plusquã accepit.*

6 *Interpretatur text. in l. cum quis 2. ff. de dote prælegata.*

7 *Intelligitur text. in l. si cum dotem 22. §. Pater ff. soluto matrimonio.*

8 *Interpretatur text. in l. pater 14. in principio, ff. ad legem Falcidiam.*

9 *Innodatur textus, in l. cum pater 29. ff. de iure dotium.*

10 *Interpretatur text. in l. qui dotem 46. ff. soluto matrimonio.*

1 CONCLVSIO: Quando quis legat Episcopo certam portionem, & alia multa legata Monasterijs relinquit, potest Episcopus portionem legatam accipere, & de alijs legatis quartam deducere, nisi compensandi animo testator legatum Episcopo reliquisset, *probat text. in cap. requisisti hoc tit. l. creditorem 85. l. vltim. §. Penult. ff. de legat. 2. l. quacumq; 50. ff. de procuratorib. l. cum dotem 23. §. Si pater ff. de iure dotium, l. huiusmodi 84. §. Cum pater, l. Titia 34. §. Quia in vita, l. cum pater 77. §. Qui dotales, de legat. 2. l. creditori 6. C. de legat. l. si compensandi 6. C. de hæredib. instituend. l. vnica, §. Sciendū, C. de rei vxori actione, l. libertus 41. ff. de bonis libertor. l. si legatario 22. ff. de fideicommiss. libertatib.* illustrant *Menoch. de præsumption. lib. 4. præsumption. 19. num. 64. Molina lib. 2. de primog. cap. 16. numer. 5. Mantica de coniectur. lib. 10. tit. 2. Barbos. in l. si cum dotem 23 §. Si pater, ff. solut. matrimon. Robertus lib. 2. animaduersionum cap. 16. Acosta, in cap. si pater*, verb. *Legauerit, num. 15. de testament. Anton. Gomez in l. 40. Tauri, num. 85. Matienço in l. 5. tit. 9 lib. 5. Recopilat. Cuiacius lib. 3. obseruat. cap. 10. Anton. Fab. lib. 4. coniecturarum, cap. 9. Donel. lib. 14. commentariorum, cap. 9. Excnicni Fordeguerus, lib. 2. disputat. tractatu 13. quæst. 2. Doct. Melchior de Valencia, ad titul. de legatis, cap. 2. num. 9. cum traditis à Barbos. in collectaneis, ad textum nostrum.*

2 Ratio est, nam cum legatum sit donatio, & liberalitas, *l legatum 36. l. vnum ex familia 65. §. Si de Falcidia. ff. de legat. 2. l. cum non facilè 6 ff. si cui plus quā legem Falcid.* ex ipsius legati, essentia & definitio tuadetur, vt præsumamus testatorem noluisse compensationem induci, cum alia sit mens donātis, alia soluentis, *l. cum ab vno 59 ff. de legat. 2. l. vnica, §. Sciendum, C. de rei vxoriæ actione*, vnde cum hæc præsumptio cesset, quādo specialiter expressit testator, vt compensatio admitteretur, *d. l. cum ab vno*, meritò in prima nostri textus parte Episcopus præter legatū consequitur quartam sibi debitā, in secunda vero eam, cū legato compēsare tenetur, quia ita expressè testator Ciuit. & cum Episcopus semel legatum agnouit, debet illum in quartum funeralem, sibi debitam compensare, *argument. legis, si legatario 22. ff. de fideicommiss. libertatib. l 4. & 5 ff. de legat. 2. l. si legatarius 35. ff. de legat. 1.* quod adeò verum est, vt si Episcopus agnitum legatum restituere paratus esset, audiri non deberet, *l. Imperator 50. §. Si cētum, ff. de legat. 2.* Accedit alia ratio, quod vo luntas testatoris in legato, ita relicto, vt Episcopus illo solo contentus esset, videtur illum relinquere causa compensandi cum legitima portione, quemadmodum docet, *text. in l. si debitor ff ad l. Falcid. Mantic. lib. 10. de coniect. tit. 2. n. 15. Menoch. lib 4. præsumpt. 110 nu. 35. Faber in suo Codice, lib. 6. tit. 15. definit. 9.*

3 Primo obstabit, *text. in cap. requisisti 15. §. Secus, de testament.* vbi cabetur conditionem, ne canonica portio præstetur Ecclesiæ, cui legatum relictū erat nullius momenti esse: ergo, & si tacitè Episcopo legatum relinquatur, compē sandi animo, vel ad quartā non admitta tur, nihilominus portionē legitimā petere poterit. Cui difficultati satis fauēdū est constituendo discrimen inter speciem nostri textus, & dicti capitis requisisti, nam in textu nostro, ex conditione apposita compensatione a testatore soli Episcopo præiuditium irrogabatur, cui propria voluntate renuntiare poterat, *l. penult. C. de pact.* At verò conditio, *de qua in dict. cap. requisisti*, nō contra ius priuatum Episcopi, sed contra ius publi cum, & Canonicum, appositi fuit, quod priuata conuentione derogari non potest, *l. nemo, ff. de legat. 2 cap. si diligenti, de foro competenti*, notant *Doctores omnes in dict. cap. requisisti 15. hoc tit.*

4 Secundò, contra illam nostri textus partem, in qua asserit, Episcopū cui legatum relictum erat, animo compensandi, nō posse agere ad id, quia ratione portionis, sibi debetur obstabit, *text. in l. si quando 35. §. Vltim. C. de inoffic. testam.* vbi constat filium simpliciter agnocentem legatum, a patre relictū, cum onere, vt illo, per legitima contentus esset, non videtur renūtiare iure legitimæ, & sic ad eam agere posse: ergo similiter in textu nostro dicendum, videtur Episcopum

pum posse, ad Canonicam portionem agere, etiã post agnitionem legati, cui difficultati respondendum est dicendo, multum referre inter onus, quod ipso iure nullum est, & inter onus, quod ipso iure consistit, 1. *casu accipiendus est text. in dict. l. si quando*, vbi cum onus in legitima ipso iure reijciatur, *l. quoniam* 32. *C. de inof. testam.* filius non intelligitur legati perceptione onus comprobare. Secundò vero casu, quia onus ipso iure cõsistit; tunc is, qui simpliciter legatum agnoscit censetur onus amplecti, vt in textu nostro, vbi onus Episcopo impositũ, cum ipso iure vtile sit, idcirco creditur renuntiare quartæ, *notat Castrens. in dict. §. Vltim. & in cap. quod de bonis, §. Curs. fideicommiss. ff. ad l. Falcid. & cons.* 193. *n.* 3. *Mantica de coniect. tit.* 2. *num.* 19. *Gutierrez, de tutel.* 3. *part. cap.* 5. *num.* 13.

5 Tertio, suprадictis refragatur illa iuris regula, qua docemur, nõ posse grauari quamquam restituere, vel remittere, plusquam ei relictum est, *l. filius fam.* 104. *§. Apud Marcel. ff. de legat.* 1. *l. si legatarius* 8. *ff. de legat.* 3. *l.* 1. *§. Si is qui, l. ex facto* 17. *§. Non tantum, ff. ad Senat. Consult. Trebel. l. Imperator* 70. *§. Scientem, ff. de legat.* 2. *§. hoc solum*, instit. de singulis rebus, pro fideicomissum relictus, adeò vt cum nihil relictum est, non posset rogando obligari, *l. ab eo. C. de fideicommiss. Donel. lib.* 8. *commentar. c.* 7. *Anton. Faber, lib.* 7. *coniectur. cap.* 6. *&* 7. ergo Episcopus in præsenti, qui modi cum legatum accepit, non potest onerari remissione integræ partitionis Canonicæ: cui difficultati, vt respondeamus, sciendum est multum interesse inter legatum quantitatis, cum onere, amplioris quantitatis, & inter legatum quantitatis, cum onere, speciei maioris precij. Primò casu explorandum est, adhuc agnito legato legatarium, non teneri vltra modum quatitatis legatæ, *dict. §. Sicentum, in principio.* Secundò verò casu, cogitur legatarius percepto legatorem propriam prædare, & si maioris pretij sit, quam quantitas relicta *dict. §. Sicentum*, vers. *Enim verò*. Differentiæ ratio est, qui in priori casu, cum quantitas certam habeat æstimationem, facilè apparet legatarium in plus vele, quam accepit onerari. Secundò verò casu, cũ res, & species in certam, & variam habeãt æstimationem, idcirco legatarius, qui legatum percepit tenetur, ad præstationẽ rei suæ, & si maioris pretij, quia videtur tanti æstimasse, *l. sed si non seruus* 30 *ff. ad legem Falcidiam, l. si mihi* 97. *ff. de legat.* 1. *Anton. Fab. dict. lib.* 17. *coniecturarum, capit.* 7 vnde vim in textu nostro onus fuisse speciei, non quantitatis, & si plus fuisset in ea, quam in legato recipiendo, Episcopus censetur legato remisisse ius, quod habebat.

6 Quarto obstabit, *text. in l. cum quis* 2. *in principio*, vers. *Sed etsi, ff. de dote prælegata*, vbi proponitur maritum vxori certam quantitatem legasse, nulla facta compensatione. Quæstio est, an pro dote censeatur quantitas legata, & respondit Consultus dotem legatam conferi, & compensationem fieri debere dotis, cum legato, in textus vbi nulla facta compensationis mẽtione, nihilominus compensatio inducitur: ergo etiam in textu nostro: augetur difficultas, ex intellectu a Doctoribus, ibi *Assignato*, distinguunt enim inter debitum voluntarium, & necessarium; nam licèt omnia id, quod debetur necessarium, cum obligatio iuris vinculum necessitatumque contineat, *l.* 3. *ff. de obligationib. & actionibus*, principio institutionum, eodem; in hac tamen quæstione voluntarium, debitum appellant interpretes, qui initium habuit voluntarium, & ex contractu, & consensu processit, licèt posteà, ad obligationem perueniat, *l. incommodato* 17. *§. Sicut, ff. commodati, l. sicut* 5. *C. de obligationibus, & actionibus*, necessarium vero illud dicunt, quod ex causa, & principio necessario ortum fuit, qua debitor non facto aliquo suo, sed legis dispositione obligatus fuit, *l. obligamur, §. Lege, ff. de obligation. & action. hac dist. adhibita aiunt DD. in dict. l.* 2. ideò fieri compensationẽ, quia debitum erat necessarium, & sic compensationẽ admitti; tunc enim difficilior, redditur textus noster, siquidẽ in eo, etiam debitũ erat necessariũ, ex legis Canonicæ dispositione ortum: ergo debebat compẽsatio admitti, & si à testatore non adiungeretur, quare verius respondendũ est, ideò in eo textus compensatio admitti, quia quantitas fuit legata pro dote, & nõ est verisimile testatorẽ duplici præstatione dotis hæredem grauare voluisse, *l. penultima ff. de dote prælegata, l. Titius* 88. *§. impuberum ff. de legat.* 2. & sic cum expressa fuerit à testatore compensatio, quæ mirum si admittatur.

Quin-

7 Quintò, obſtabit textus difficilis *in l. ſi cum dotē 22. §. Si pater, ff ſoluto matrimonio*, vbi proponitur patrem filiæ legatum, reliquiſſe nulla compenſatione, cum dote facta mentione; quæſtio eſt an filia accepto legato poſsit, exercere actionem de dote, & reſpondet Conſultus, nullo modo poſſe de dote agere: ergo ſimiliter in textu noſtro, nulla etiā facta compenſationis mentione Epiſcopus debeat, cum legato portionem debitam compenſare; agnouerunt difficultatem, *Barboſa in dicta l. ſi cum dotem, num. 35. Menochius lib. 4. de præſumptionibus, præſumptione 19.* qui reſpondet; ideò legatum a patre filiæ, ſimpliciter relictum eſſe, cum dotis debito compēſandum; quia cum pater ex legis diſpoſitione cogatur, filiæ dotem conſtituere, *l. qui liberos 19. ff. de ritu nuptiarum, l. vltim.* verſic. *Nec, Cod. de dotis promiſſione*, neceſſarius potiùs, quam voluntarius debitor cēſetur, & ita quid mirum, ſi in dubio compenſationis dotis, & legati locus fiat.

Sed hæc ſolutio facilè conuincitur ex ſequentibus, nam in ſpecie illius textus, nullo modo pater erat debitor dotis filiæ; ſed potiùs debebat genero, cui ſi nō dum dotem ſoluit, ex promiſsione debet, *leg. cum pater, in principio, ff. de iure dotium*, vel ſi eam iam exegit conditione reddere cogitur genero, *leg. qui hominem 34. §. Si gener, ff. ſoluto matrimonio*; adeò, vt his caſibus filia contra patrem actionem, de dote non habeat, nec contra eius hæredem; ſed tantum contra maritum, *leg. ſi ſocer 44. §. Lucius ff. ſoluto matrimonio, Cuiacius lib. 3. obſeruat. cap. 16. Antonius Faber lib. 4. coniecturarum, cap. 9. in fine*, quare hac, & alijs omiſsis probabiliter dici poteſt eum Fabro *dict. cap. 9.* Idiò ibidem dotis actionem filiæ denegari; quia ſemel legato accepto iudicium patris agnoſcere, & probare videtur; quod poſteà improbare non poteſt, dotem petendo, *leg. 1. ff. ſoluto matrimonio*, ſi modo in legato tantum accepiſſe, quantum doti ſatis erat, aliter diceretur, ſi filiæ ſimul, & eodem tempore a marito dotem ſuo iure, & legatum ab hęredibus patris poterit; tunc enim legati, & dotis compenſatio non fieret, *l. 4. ff. de collation. dotium*, quod autem ſubijcit, *Vlpian. in dicto §. Si pater*, verſic. *Lucro filiæ cædere legatum* quem mendoſum putant, *Cuiacius ibidem, & Faber vbi ſupra*; ſed his omiſsis dici poteſt, illa verba referri poſſe, ad commodum repræſentationis, *l. 1. ff. de dote præ-legata*, cum actione ex teſtamento, ſtatim legatum conſequatur, quòd non idem eſt in actione dotis, qua non niſi annua, bima, trima, dotem nanciſcatur, *dicta l. 1.*

8 Sextò, refragatur rextus *in leg. pater 14. in principio, ff. ad legem falcidiam*, vbi proponitur filiam a patre hæredem, ex parte inſtitutam, & rogatam fratri reſtituere, ſuam portionem fuiſſe, & deducitur quartam iure hæreditario, & dotem ſuo iure filiam habituram, etiam ſi iudicium patris agnouerit, & ſimul pater animo compenſandæ dotis cum quarta filiam inſtituerit: ergo etiam ſi Epiſcopus in præſenti legatum, ſibi animo compenſandæ portionis, relictum agnouerit, poterit ad quartam, ſibi debitam agere. Cui dubio reſpondendum eſt: ideò ibi dotis, & quartæ compenſatione non fieri, quia pater in vita dotē, conſentiente filia, non petierat (vt ibi proponitur *l. inſulam 42. in principio, ff. ſoluto matrimonio*) vndè cum dos tempore matrimonij in bonis patris, non inueniretur, nec in eius hęreditate; ideò actio ad filiam inſolidum pertinet iure proprio, vt exprimitur *in dicta leg. pater 14. & 81. §. Nam ſi, ff. proſocio, l. 4. ff. de collatione bonorum*, qua ratione dos ipſa, cum quarta compenſari non potuit, quia tutor facere non poteſt, vt hęres in quartam imputet, quia nec ex bonis, nec ex iudicio defuncti; *cap. l. 90. ff. ad legem falcidiam.* Meritò mirum nō eſt, etiam patre volente compenſationem admitti, non impediri filiæ dotem, & quartam conſequi, *Cuiacius lib. 9. reſponſorum Papiniani in dicta l. pater, Barboſa in dicto §. Pater, num. 28.* planè, *ſi in d. leg. pater 14.* ex diuerſo, ſi dos a patre exacta eſſet, compenſatio dotis, & quartę fieret; quia tunc cum dos in bonis patris inueniretur, *leg. ſed ſi Titio, ff. de bonis damnatorum*, de dote, quaſi de ſuis bonis pater diſponere poſſet; vndè cum in textu noſtro teſtator legat, de proprijs bonis rectè admititur compenſatio legati, & debitæ portionis.

9 Septimo, obſtat textus *in l. pater 29. ff. de iure dotium*, vbi pater, qui pro filia dotem promiſsit, cum teſtamentum faceret ipſi legauit: quæſtio eſt, an filia habeat dotem, & legatum: Conſultus rel-

reſpondit, ad vtrumque filiam admitti, *Em.* vbi debitor legando creditori, non præſumitur compenſare: igitur, & in textu noſtro Epiſcopus legatu, & quartam habebit. Cui difficultati ſatisfaciẽdum eſt dicendo, patrem legando dotem, generaliter animo compenſandi, id facere præſumitur, ſiuè iam à genero non cõſentiente filia exegerit, ſiuè dos, adhuc genero debeatur: ita, vt filia alterutro cõtenta ſit, *Vt*, vel dotem à marito, vel legatum ex teſtamento petat, iuxta textum, ita intelligendum *in leg. Titia 37. ff. de legatis 2. l. huiuſmodi 84. §. Cum pater, ff. de legatis 1.* etiam ſi in legato ampliùs ſit, quam in dote; id quod adhuc ſupereſt, quamuis dos electa ſit, conſequi poteſt, *dicto §. Qui in vita, leg. virilis 8. §. Vltim. ff. de legatis præſtandis*, vnde *in dicta l. pater 29.* Tunc compẽſatio, non admittitur, cum filia probaberit animo duplicandi dotem legatum reliquiſſe, & onus probationis incumbit filiæ, tamen cum ipſa dos legata proponatur, ſatis apertè oſtenditur animo compenſandi, cum dote legatũ fuiſſe relictum, & ideò, vt filia vtrumque habeat, debeat probare nolle patrem, cum dote legati compenſationem facere. Si verò pater *in dicta l. 29.* non dotem iuſsã legaſſet, ſed ſimpliciter, quaſi tunc compenſatio ceſſabat: tunc ad hæredem probatio pertinet, *l. Lucius 23. ff. de legatis 1.*

10 Octauò, contra textum noſtrũ, *expendo text. in leg. qui dotem 46. ff. ſoluto matrimonio*, vbi proponitur maritum ſtipulanti vxori, dotem promiſiſſe, & poſtea legaſſe, quædam ſub conditione, nec dotem peteret: quæſtio eſt, an mulieri denegãda ſit actio ad dotem, & reſpondet Iulius; actionem non eſſe denegandam ad dotem, ex quo textu expreſsè colligitur, quòd etiam ſi expreſsè relinquatur legatum, animo cõpẽſandi, nihilominus dari priorem crediti actionem. Cui difficultati reſpondendum eſt: ideò ibi actionem de dote dari; quia mulier non peruenit ad legatum, ſiquidem non peterat, propter *leg. Iuliam, & Papiam.* Tunc enim, cum legatum non capiat, iuſtè aſſeritur denegandam, non eſſe actionem, ex ſtipulatu pro dote, non obſtante conditione poſita à teſtatore, *notat Barboſa, & Cuiacius ibidem.*

Ad textum in cap. Raynucius 16. cap. Raynaldus 18. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Filius grauatus reſtituere hæreditatem, ſub aliqua conditione detrahit legitimã portionem, iure naturæ debitam, & inſuper Trebellianicam.*

2 *Legitima filijs, debetur iure naturæ.*

Legitima, & Trebellianica differunt, nam prima prouenit iure naturæ, altera verò ratione fideicommiſſæ.

3 *Cap. apud Raynaldus 18. de teſtamentis.*

Filius, quoad nobilitatem, vel ad alia, an denominetur à patre, an verò à matre.

4 *Teſtamentum patris, vt valeat oportet filium nominatim inſtituere, vel exhæredare.*

Cap. Raynutius, de teſtamentis, & in numero 6.

5 *Inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali, aliquando loco hæredis, vel legatarij habetur.*

6 *Conditio neceſſaria, non inducit actum conditionem.*

Filius inſtitui, non poteſt, niſi ſub conditione poteſtatiua.

7 *Filius an debeat imputare in legitimã, quod ſibi relictũ eſt, ex ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſaria.*

8 *Relinquo verbum, adiectum vniuerſitati bonorum inducit inſtitutionem. Secus ſi adijciatur certæ rei, vel quantitati.*

Cap. Raynaldus 18. de teſtamentis.

9 *Domus legata, etiam ortum in legato continetur, ſi coniunctum eſt, ſecus ſi ſeparatum.*

10 *Inſtitutio facta inter eos, in quibus ordo charitatis exiſtit cenſetur vocati, ordine ſucceſsiuo.*

Lex huius 88. §. Inſtituto 15. ff. de legatis 2.

11 *Mulier poteſt omnia bona in dotem dare, & quod in tutore pro pupilla.*

12 *Lex vnica, C. de vſucapione transformanda, cum cap.*

Raynutius 16. verſic. Annallis præſcriptio, de teſtamentis.

13 *Legitima portio debita ſi deducitur, an etiam deducatur quartæ Trebellianica, vel falcidia.*

14 *Filius in legitima, an pupillariter substitui possit.*

Lex si pater puellæ, Cod. de inofficioso testamento.

15 *Substitutio compendiosa à Pagano verbis directis, & ciuilibus facta, an spiret post pubertatem, vel conuertatur in fideicommissariam.*

16 *Lex iubemus, Cod. ad Senatus Consultum Trebellianum.*

Fructus præcepti ab hæreditate, si filius est grauatus de ea restituenda, an eos teneatur in quartam Trebellianicam imputare.

1 CONCLVSIO. Filius grauatus restituere hæreditatem, sub aliqua conditione detrahit legitimam portionem, iure naturæ debitam, quæ grauari non potuit, & insuper quartã Trebellianicam, in qua fructus computantur post litem contestatam percepti; consonat textus *in capit. Raynutius* 16. *cap. Raynaldus* 18. *hoc titul. cap. si pater, eodem tit. lib. 6. leg. Papinianus, §. Si quis impubes, ff. de inofficioso testamento, Authentica de triente, & falcidia, §. 1. collat. 1. l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum, l. fin. Cod. de codicillijs, leg. scripto, ff. vndè liberi*, exornant nouissimè *Carballo de altera quarta in cap. Raynaldus* 18. *per totum hoc titulo, Couarruu. in præsenti, Costa in dicto cap. si pater, hoc titulo, lib. 6. Molina lib. 1. de primogenijs, cap.* 17. *num.* 4. *Cuiacius lib.* 8. *obseruat. cap.* 3. *Villalobos communium opinionum tom. 1. lib. 3. titul. 16. num.* 74. *Robertus lib. 4. rerum iudicatarum cap.* 17. *Iulius Clarus, §. Testamentum, quæst.* 63. *Fachineus lib. 5. controuersiarum, cap.* 2. *Donellus lib. 6. commentariorum, cap.* 12. *Osualdus ad eundem lib. 8. capit. 7. littera A.* cum traditis à *Barbosa in collectaneis ad textum nostrum, num.* 3.

2 Ratio, quare filius, sub conditione grauatus, de restituenda hæreditate detrahit legitimam, ea est, quia legitima filijs debetur naturali iure, loco alimentorum, non vero ex voluntate testatoris, *l. 1. §. Largius, ff. de successorio edicto, l. cum ratio, ff. de bonis damnatorũ, l. finali, Cod. de codicillijs*; nam sicut filius a patre deducit sanguinem; ita naturalis pietas suadet, vt illorum bonis viuere valeat, *Authentica de triente, & semissæ, §. Quamobrem, collation.* 3. Idcò legitima, tanquam æs alienum appellatur, *leg. Papinianus, §. Si quis in pubes, ff. de inofficioso testamento*; meritò pater, & mater, ac reliqui ascendentes, tàm paterni, quàm materni, tenentur eorum descendentibus relinquere legitimam; nisi habeant iustam causam eos exhæredandi: de reliquis autem bonis ad libitum disponere, non prohibentur, vt in textu nostro, *dict. Authentica de triente, & falcidia, §. 1. collation. 1.* sed in prædicta legitima, filius grauari non potest, *leg. quoniam, Cod. de inofficioso testamento*; siquidem portio illa filijs, non relinquitur ex libera testatoris voluntate, sed ex necessitate naturæ, *l. 1. §. Largius ff. de successorio edicto*, & quia succedit loco alimentorum, qui iure naturali apparẽtibus filijs debentur, *capit. ius naturale, distinct. 1. l. cum ratio, ff. de bonis damnatorum*, quod ius immutabile est, & nemo potest facere, quin leges in suo testamento, locum non habeat, *cap. requisisti* 15. *hoc titul. leg. nemo, ff. de legatis 1.* vbi latè Ioannes Gutierrez, meritò iusta de causa filius in legitima, a patre grauari non potest, *dicta leg. quoniam in prioribus, l. 2. ff. de inofficioso testamento*, & si filius fuerit rogatus, sub conditione, hæreditatem restituere detrahit, simul cum legitima, etiam Trebellianicam. Ratio est, quia ius legitimæ, & Trebellianicæ est diuersum, cum vnum proueniat ratione naturæ, *Authentica de hæreditate, & falcidia, §. Si quis, collat. 1.* & alterum ratione fideicommissi, *leg. contra, C. ad Senatus Consultum Trebellianũ*; nam vbi duo iura diuersa concurrunt in eadem persona; tunc vicem duarum personarum gerit, *cap. cum olim de sententia, & re iudicata, l. si Consul. ff. de adoptionibus*; siquidem Trebellianicam etiã retinet, quilibet extraneus, de hæreditate restituenda grauatus, *dict. cap. Raynaldus, hoc titulo*, & filius non debet esse deterioris cõditionis, quam extraneus, siquidem ei, vt extraneo, bona ex testamento obueniunt, non vero, vt filio, & in Trebellianica solùm cõputantur ea, quæ proueniunt ex testamento; alia verò prouenientia, extra testamentum nõ computantur, *l. in quartam, ff. ad legem falcidiam.* Meritò cum legitima filijs debeatur iure naturæ; & ad excludendam querellam inofficiosi testamenti, *l. si pater, l. si quoniam, Cod. de inofficioso testamento*; & etiam Trebellianica, a

Leo-

Leone Imperatore eis debeatur, propter onus additionis, vt sic incommodū additionis, commodo Trebellianicæ compensetur, & inuitentur ad hæreditatis additionem, quia aliàs nemo inueniretur, qui vellet illam addire, & obid fideicōmissa extinguerentur, *l. Sed quia, Institut. de fideicommissarijs hereditat. l. iubemus, C. ad Senatus Consultum Trebellianum.* Meritò, iusta de causa, in præsenti filius vtramque portionē habere debet, *notat Glos. in præsenti*, verb. *Legitimā*, *Costa vbi supra*, verb. *Absque deductione*, *nu* 2. & in Trebellianica illa computantur fructus, post litis contestationē percepti, quia post litem contestatam, talis sub cōditione institutus, incipit esse male fidei possessor, *l. in fideicommissariam*, *ff. ad S. C. Trebellianum*, & male fidei possessor non facit fructus suos, *cap. grauis, de restitutione expoliatorū*, vbi latè scripsi, *l. certum, C. de rei vindicatione*; meritò, quidquid ex eis, vltra quartam percipit restituere tenetur, *l. 1. cum vulgatis, Cod. de petit. hæred.*

3 Primò, aduersus textum nostrum in vers. *Raynutius*, ex quo probari videtur, quod filius in præsēti à matre denominatur, & ab ea nomen accepisse videtur; obstabit textus *in cap. Raynaldus* 18. *in princip. hoc tit.* vbi filius familiam, & nomen patris, non verò matris sequitur, *iuxta text. in cap. 2. de conuersione infidelium, l. cum legitimus, ff. de statu hominū*, principio institutionum, de legitima agnatorum tutella, & ita etiam patris originem sequitur, *l. assumptio 6. §. Filius, ff. ad municipalem.* Similiter munera honores, & dignitates, *l. 1. l. si Senatu, C. de dignitatibus, lib. 12. l. quoad honores, ff. de muneribus & honoribus, cap. dicat aliquis* 32. *quæst.* 4. ergo non rectè in præsenti a matre Clera denominatus Raynutius. Cui dubio, secundum *Hostiensem, Ioann. Andræam, & Abbatem in præsenti num. 1.* communiter dici solet: ideo Raynutiū à matre Clera denominatū fuisse, propter superbiam; quia mater eius nobilior erat patre, sed falluntur, quia delictum illud, ita temere præsumendum non est, *l. meritò, ff. pro socio*, vndè *Immola in præsenti num. 4.* in alia videtur esse opinione, vt existimet Raynutium, post patrem natum fuisse, & à matre educatum, & sic à nutrice nomen sumpsisse; sed diuinat, & existit contra prohibitionem textus, *in Authentica de testamentis imperfectis, collation. 8.* Vndè tertio alij asserunt Raynutium fuisse illegitimum, & ideò sequi debere matris conditionem, *leg. cum legitime, leg. lex naturæ, ff. de statu hominum*, quam sequitur Veroius in præsenti *numero 1.* sed hæc interpretatio diuinat textui nostro: quare Guillelmus *in præsenti*, verbo *Raynutius*, *numero 14.* asserit ea ratione Raynutium, denominatum fuisse à matre, quia ibi vniuersæ ciuitati Tusculanæ, priuilegium erat concessum, vt filij sequerentur familiam, & nomen maternum, *vt in leg. 1.* versiculo *Nisi fortè, ff. ad municipalem, leg. non tantum, § Illi censibus, ff. de excusationibus tutorum, Gloss.* verbo *Non sint in leg. nati, Cod. de decurionibus, lib. 10.* Sed nec hæc interpretatio placet, quia in textu nostro, non constat de tali priuilegio, & ita odiosum est, vt concessum singulari personæ, vt filius sequatur matris familiam, *leg. exemplo, Cod. de decurionibus, libro 10.* vbi antiquiores omnes, *Palatius Rubius in repetitione rubricæ, de donationibus, § 32. numero 1.* vndè *Abbas in præsenti notabil. 1.* asserit regulariter filium a patre denominandum esse, quando agitur de cognoscendo eius familiam, originem, honorem, nobilitatem, & dignitatem, & a quo loco munera subire debeat, vt constat ex iuribus supra in argumento adductis. Siquidem fœminæ filios in potestate, non habent, *l. illud in fine, ff. de bonorum possessione, contra tabullas*, & ratio euidens est; siquidem sequi debet nobiliorem partē, quæ formam præstat, vt notat *Baldus in l. fin. Cod. de seruis fugitiuis*, & vir est caput mulieri, *capit. caput 33. quæst. 5.* atverò cum agimus, de demonstrāda persona, vt melius de ea certificari possit. Tunc magis per matrem certificatio fit, cum ipsa semper certa sit, *l. quia semper, ff. de in ius vocando*; meritò iuxta de causa in præsenti Raynutius, de Clera est denominatus; quia tantū de demonstranda eius persona agebatur. Quare omissis, magis veriorem esse existimo, quam refert *Barb. in collectan. ad text. nostrum, n. 1.* dum asserit, dubium hoc facilime dissolui, si attēdamus ad manifestū titulum, *C. de mutat. nominis*, vbi habetur vnicuique cessante fraude, & tertij præiudicio licitū esse, quoties voluerit nomē, & cognomē mutare, sicut à principio ante mutationē libera erat nominis

vel

vel cognominis impoſitio, *argumento textus in leg. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de legatis 1. §. Si quis in nomine, inſtit. de legatis*; quo ſuppoſito conſtat liberum fuiſſe Raynutius, vel patris, vel matris nomine cognominari; quinimo abſque tertij præiudicio, poſt aſſumptum nomen, aut cognomen ad libitum mutare, *dicta leg. vnica, Cod. de mutatione nominis*, vndè conſtat, quam ſuperfluum ſit in præſenti, circa varios eius intellectus, vt in illis tantopere interpretes immorentur.

4 Secundò, aduerſus textum noſtrum, verſic. *In eadem teſtamento relinquens*, obſtabit dicere, quod ad hoc, vt patris teſtamentum valeat, oportet filium, vel filiam nominatim inſtituere, vel exhæredare, *l. inter cetera, ff. de liberis, & poſthumis, leg. maximum vitium, ff. de liberis præteritis, §. Sed quidem, inſtitut. de exhæredatione liberorum*, nec ſufficere alio titulo filio relinqui legitimam, quam inſtitutionis nomine authentico, *vt cum de appellatione cognoſcitur, §. Illud quoque, collatione 8. cap. ſi pater*, verſic. *Filius, de teſtamentis, lib. 6.* ſed in præſenti, Altherochæ fuit tantū relictum legatum domus, & horti, vltra dotem, nec fuit inſtituta, nec exhæredata: ergo teſtamentum Raynutij, neutiquam valere potuit. Quo in dubio omitto illam latiſſimam Doctorū controuerſiam, in præſenti agitatam, ſcilicèt, an filio iure inſtitutionis, vel tantum legati legitima relinqui poſsit, nec inofficioſo patris teſtamento agere valeat; nam cōmunis ſententia eſt omni iure filio, inſtitutionis iure legitimā, non verò legati nomine eſſe relinquendam. Vndè magis difficilis redditur noſtri textus deciſio, pro cuius intellectu varij, varias aſsignant ſolutiones, vt conſtat ex his, quas refert *Couarruuias in præſenti, §. 1.* vnde *Hoſtienſis in textu noſtro*, aſſerit de iure Canonico ſufficere, quocumque titulo filio legitimam eſſe relictam, ne de officioſo aduerſus patris teſtamentum agere poſsit. Sed hæc interpretatio ſuſtineri non poteſt. Primò, quia in nulla iuris Pontificij parte id diſpoſitum reperitur, atque ideò a communi iuris ciuilis diſpoſitione, recedendum non eſt, *cap. 1. & 2. de noui operis nuntiatione l. 9. tit. 23. part. 3. notat Maranta de ordine iudiciorum, 3. part. num. 77.* Tunc etiam, quia filiorū inſtitutiones, de iure Canonico ſunt approbatæ, *cap. ſi pater*, verſic. *Inſtituit, hoc tit. lib. 6. cap. per tuas, qui filij ſint legitimi, Couarruu. in præſenti. §. 1. n. 5.* Secundus intellectus eſt, quod in textu noſtro Innocentius Pontifex, breuitatis cauſa, clauſulam illam inſtitutionis omiſsit, quia loquebatur cum Doctoribus, & Iuriſperitis; ſed hic intellectus, tanquam diuinatorius reijcitur, ſiquidem refugium miſerorum videtur, *vt notat Gloſſa in leg. quoties, Cod. familiæ herciſcundæ*: tunc etiam, quia non eſt credendum, quòd breuitatis cauſa, de ſubſtantialibus aliquid omiſerit, *notat Bartolus in l. 1. ff. de teſtamentis*, vndè tertius fuit, quod in præſenti Raynutius, teſtamentum fecit inter liberos, quo caſu legitima quocumque titulo relinqui poteſt, *notat Gloſſ.* verbo *Inſtitutio in Authentica, Cod. de inofficioſo teſtamento, leg. hac conſultiſsima, §. Ex imperfecto, Cod. de teſtamentis, l. finali, Cod. familiæ herciſcundæ*: Tunc etiam, quia in teſtamento inter liberos cenſetur apoſita clauſula codicilliaris, *notat Gloſſ.* verbo *Non valuit, in leg. cohæredi, §. Cum filiæ, ff. de vulgari.* Siquidem, quando apponitur clauſula codicilliaris, non requiritur legitima relinqui; titulo inſtitutionis, quæ interpretatio conuincitur ex eo, quia etiam inter liberos pater teſtator tenetur legitimam iure, inſtitutionis filijs relinquere, *dicta Authentica, vt cum, de appellatione, §. Aliud quoque, Couarruu. in præſenti, §. 1. num. 3. & 4.* Quartus intellectus eſt, quod filij Altherocha, in præſenti non egit cōtra teſtamentum patris, & ideò valuit, & ſuſtinetur, *l. filiæ, præterito iuncta eius Gloſſ. ff. de iniuſto rupto*; imo potius approbauit patris iudicium accipiendo legatum, ex eius teſtamento, *l. 3. §. finali, ff. de bonorum poſſeſsione, contra tabulas, l. filium, §. Omnibus. ff. de legatis præſtandis*; ſed hæc interpretatio ſimiliter improbatur ex eo, quia in textu noſtro non conſtat de approbatione Altherochæ; ſiquidem etiam, ſi adhuc tacuerit nullum teſtamentum redditur, principio inſtitutionum, de exhæredatione liberorum, quare omiſſa verò interpretatione in præſenti *numero 3. 4. 47. & 52.* quam ſequitur *Menchaca de ſucceſsionum creatione, §. 20. numero 229:* veriſsimè eſt dicendum Pontificem in præſenti, non reſtituiſſe ſpecifice formam

mam testamenti, & omnes eius partes; sed tantum id de quo dubitatur expresse, scilicèt, de restitutione hæreditatis, ex fideicommisso ipsi Altherochæ facienda, præsupponit tamen terminos habiles, scilicet, testamentum valuisse, & legitime factum fuisse, iuxta textum *in leg. qui testamento, in principio, ff. de testamentis*, & sic Raynutij testamētū omnem solemnitatem, & requisita habuisse; itaque Altherocham institutam fuisse, docet *Glossa In præsenti*, verbo *Relinquens*, *Couarruu. dicto §. 1. num. 7. Costa dicto cap. si pater, 1. part.* verb. *Bonis suis, num. 14. Beroius in præsenti, num. 36. Boetius num. 43.*

5 Tertiò, solutioni obstabit sequēs consideratio videlicet; nam si in præsenti aliqua institutio, in persona Altherochæ esset facta, præcipuè fuisset in illa re certa; nempè in domo, & horto, sed institutus in re certa dato cohærede, vniuersali habetur loco legatarij, *leg. quoties, Cod. de hæredibus instituendis*, sed in præsenti Adiecta filia fuit cohæres instituta: ergo institutio Altherochæ, tamquam in re certa facta, neutiquam valere potuit, cum loco legatarij habeatur; pro cuius dubij solutione ad notandum est, quod de iure nostro Pontificio, & authēticorum filius institutus in re certa, dato cohærede vniuersali, non potest quærellam inofficiosi testamenti intētare aduersus patris testamentum, textus *in cap. si pater, hoc tit. lib. 6. Authentica vt cum, de appellatione, §. Cæterum*; meritò, cum in præsenti Altherocha fuisset in re certa instituta, iusta de causa valuit testamentum. Nec obstabit textus *in dicta leg. quoties, Cod. de hæredibus instituendis*; quia respondendum est institutum in re certa, quoad aliquos effectus, aliquando hæredis, aliquando verò legatarij nomen nuncupari: quos omnes refert *Costa in dicto cap. si pater*, verbo *In re certa, num. 12.* merito, in textu nostro illa institutio Altherochæ in re certa habuit effectum hæredis, vt sic testamentum inter liberos valeret, notat *Couarr. in præsenti, §. 1. num. fin.*

6 Quartò, aduersus hunc communem nostri textus intellectum obstabit dicere, quod non fuit necessarium instituere Altherochā in primo gradu, quia licèt in primo gradu institutionis, Altherocha esse præterita, adhuc tamen testamentum valere potuit, & incipere à secundo gradu, ex eo quod filia Adiecta fuit hæres instituta, *l. si filius 75. ff. de hæredibus instituendis, leg. ex facto, §. Lucius, leg. si pater filium, ff. de vulgari*: cui difficultati omissa interpretatione, quā refert *Gloss.* verb. *Idem filio, in d. cap. si pater, hoc tit. lib. 6.* facilime respondendum est, quòd iura illa loquuntur, quando extraneus est institutus in primo gradu, & filius substitutus; nam tunc incipit testamentum valere à secundo gradu, at verò cum in præsenti Adiecta filia fuisset instituta, & alia filia Altherocha præterita, & non posset testamentum valere à secundo gradu. Ideò iusta de causa, non valeret, nisi supponamus Altherocham, etiam in re certa fuisse institutam. Ratio differentiæ est, quia in primo casu filius substitutus est sub conditione, nisi extraneus hæres, non erit; quæ conditio relata ad extraneum efficitur necessaria, quia extraneus filio præterito hæres, esse non potest, *leg. inter cætera, ff. de liberis, & posthumis*, & conditio contraria impossibili est necessaria, *notat Gloss. in l. impossibilis, ff. de verborum obligationibus, Bartolus in l. 1. ff. de conditionibus institutionum*; nam conditio necessaria, non reddit actum conditionalem, *l. si pupillus, §. 1. ff. de nouationibus*, meritò dicitur si ius; ita pure institutus, at vero, quando prima filia est instituta, & altera secunda substituta, tunc in primo gradu reperitur secunda præterita, & in secundo gradu, etiam prima, & ideò nulla ratione valuit testamētum; siquidem vna simpliciter, sine alia hæres institui, non poterat: cum ex præteritione alterius ruptum, maneat testamentum. Nec obstabit, si dixeris, quod filius institui, non potest sub alia conditione, quam potestatiua, *l. suus quoque, ff. de hæredibus instituendis, l. si pater, Cod. de institutionibus, & substitutionibus*, & sic nec in casu extranei primi instituti, locum habere poterat; quia respondendum est, eo in casu filium, quasi pure institutum esse censendum.

7 Quinto, huic nostri textus intellectui obstabit dicere, quòd testamentū Raynutij potuit valere, etiam si Altherocha eius filiam fuisset instituta in primo gradu, cum fuisset substituta sub illa conditione. Si Adiecta eius sorsine liberis decederet, quæ conditio tolli debet, & sic manet pura illa institutio, *leg. quoniam in prioribus, Cod. de inofficioso testa-*

testamento, & conducit celebris *Bartoli doctrina in l. in quartam, num.* 14. *ff. ad legem falcidiam, Alexandri ibidem, num.* 20. dum asserunt, quod filius debet imputare in legitimâ, id quod habet ex substitutione vulgari, vel fideicommissaria; quia cum omnis conditio tollatur de legitima, *dicta lege quoniam*, & sic reiecta illa conditiones substitutiones, manet institutio pura, cum substitutio sit secunda institutio, *l. quod vulgo, l. in ratione, ff. ad legem falcidiam*; pro cuius dubij solutione ad notandum est, quod inter cæteras limitationes illius, *legis quoniam*, illa est præcipua communiter recepta, quòd cum lex illa procedat, quando remota conditione, simul tollitur substantia dispositionis, mutatur forma, & modus capiendi, vt exemplificat *Angelus in leg. suus quoque, ff. de hæredibus instituendis, Iason in dicta leg. quoniam*, versiculo 6. Quo supposito, iam facilis manet solutio, nam cum reiecta illa conditione vulgaris substitutionis, mutetur substantia dispositionis, & modus capiendi; quia de substituto in secundo gradu, fiet institutus in primo, non tollitur illa conditio, & testamentum valet, vt aduertit *Costa, in dicto capit. si pater*, verbo *In re certa, num.* 28. & verbo *Idem filio. numero* 54. Nec obstabit, si dixeris in præsenti, non vulgarem, sed fideicommissariam substitutionem fuisse (vt infrà dicemus) & *notat eius Glossa*, verbo *Absque liberis*, & conditio fideicommissariæ institutionis reijcitur iuxta textum *in leg. scimus, §. Cum autem, Cod. de inofficioso testamento*: Quia respondendum est, hoc verum esse in hoc sensu, vt filius non obstante illa conditione statim legitimam consequatur, sine vllo grauamine, & dilatione, sed non ex eo mutat modum capiendi; ita vt ex substitutione fiat institutus, & hæres directus. Imò legitimam capit de manu hæredis, vt satis probatur *in dicto §. Cum autem*, & ita nũquam dicitur Altherocha, instituta in sua legitima, *notat Albericus in d. l. quoniam, num.* 2.

8 Sextò, contra communem nostri textus intellectũ obstabit dicere, quòd in præsenti nulla filia instituta reperiatur; quia cum in vtriusque dispositione reperiatur verbum relinquo, quod potiùs legatum, quam hæredis institutionem demonstrant, *argumento textus in l. cogi, §. Generaliter, leg. nam quod, §. Non omnis, ff. ad Senatus Consultum Trebellianum, Antonius Gomez in l.* 49. *Tauri, numero* 31. *siquidem* verbum *Relictum significat legatum, l. præfectus, ff. de ritu nuptiarum, l.* 1. *in principio, ff. de vsufructo accrescendo*: Ergo in præsenti nulla reperitur hæredis institutio, sed legatum tantum. Cui dubio respondendum est, quòd verbum relinquo adiectum vniuersitati bonorum inducit hæredis institutionem, vt colligitur ex textu nostro, *& notat Abbas ibidem, num.* 3. *Immola* 7. *Beroius* 20. Si vero adijciatur certæ rei, vel quantitati, non inducit hæredis institutionem; etiam non dato cohærede, *Authentica vt cum, de appellatione, §. Aliud quoque, iuncto §. Cæterum collatione* 8. & ita obtinet iura supra in argumento adducta, diuersum tamen esset in verbo *Lego*, quia etiam si adijciatur vniuersitati bonorum, non inducit hæredis institutionem, quia verbum *Lego*, sua in natura est verbum *particulare obligatiuum*, & importat legatum capiendum, de manu hæredis, *leg.* 2. *in fine, Cod. communia, de legatis, §.* 1. *&* 2. *Instituta de legatis*. Nec obstat textus *in capit. Raynaldus* 18. *hoc titulo*, qui contrarium suadere videtur, vbi quidam legauit patris, & filijs medietatem quorundam bonorum, & tamen ibi appellantur hæredes, nota *Cardinalis in eodem textu, numero* 49. *&* 53. siquidem verbum *Lego*, ibidem vniuersitati bonorum, sicut verbum relinquo inducit hæredis institutionem; quia respondendum est textum *in dicto capit. Raynaldus*, esse intelligendum, quando ex mera voluntate testatoris, colligitur velle hæredem instituere, vt constat ex textu nostro, de sorore Altherocha, quo in casu, quibuscumque verbis vsus fuerit, non corruit eius testamentum, propter defectum hæredis institutionem, *argumento textus in leg. quoniam indignum, C. de testamentis*, aliàs mane inducit legatum, vel fideicommissum, quando alius in testamento est hæres institutus, *l. mulier, §. Finali, ff. ad Senatus Consultum Trebellianum, l. non amplius* 26. *§. fin. ff. de legatis* 3. *notat Beroius in præsenti, num.* 53. *cum sequentibus, Couarruu. num.* 5. *Peralta in rubrica, ff. de hæredibus instituendis, num.* 153. *Matienço in l.* 1. *titul.* 14. *glossa* 4. *num.* 85. *lib.* 5. *Recopilat.*

9 Septimò, aduersus textum nostrum in versic. *Domum, & quendam hortum*, obstabit dicere, quod in legato domus, etiam hortus continetur, *l. prædijs 89. §. Qui domum, ff. de legatis 3. l testatoris, §. fin. ff. si seruitus vindicetur.* Ergo non opportet domum, & hortum separatim exprimere. Cui dubio breuiter, & verisimè est dicendum: quòd quotiescumque legatur domus, non censetur legatus hortus, quando non cohæret domui, & ita opportet vtrumque exprimere iuxta textum nostrum, *& in capit. fin. 12. quæst. 2.* atverò, quando hortus est cohærenn, & connexus domus; tunc legata domo censetur legatus hortus, qui accessorium sequitur naturâ sui principalis, *cap. accessorium, de regulis iuris, lib. 6.* & ita procedunt iura, suprà in argumento adducta, *& text. in l. Olimpico, ff. de seruitutib. vrbanor.* notat *Gloss. in d. cap. finali 12. quæst. 2. Decius in præsenti, num. 58. & 68. Menochius lib. 4. de præsumptionibus, præsumptione 103. num. 7.*

10 Octauum, aduersus textum nostrum, versic. *Adijciens*, vt Altherocha, & Soboles, quam gestabat in vtero obstabit principium illud, quo docemur, quòd quando institutio est facta inter eos, inter quos inest ordo charitatis cẽsentur vocati ordine successiuo, *l. Gallus, §. Quidam rectè, ff. de liberis, & posthumis, l. cum in testamento, ff. de hæredibus instituendis*; sed in præsenti vocatur Althe rocha, & Soboles, inter quos cadit ordo charitatis, *leg. cum pater, §. Penultimo, ff. de legatis 2.* & tamen non vocantur ordine successiuo, sed simul admittuntur: ergo nostri textus decisio subsistineri non potest; quia in difficultate dicendum est, *textus in dicta l. Gallus, §. Quidam procedere*, quãdo tuit necessitas causatiua; scilicèt, instituendi filiam, & nepotes simul ne filio, præmortuo ante patrem, & nepotibus illius locum habentibus, cum præteritis corruere testamentum; atverò in textu nostro, nulla sit necessitas instituendi filiam Altherocham, & Sobolem. Cum etiam extraneum posset substituere, *l. cohæredi, §. Cum filio, ff. de vulgari, §. Finali, instit. de pupillari substitutione*; atque ideò in præsenti censentur vocati simul. Cui solutioni obstabit, *textus in leg. huius 88. §. Instituto 15. ff. de legatis 2.* vt pater instituit filium, & nepotes, & cum adesset eadem necessitas causatiua. Tamen adhuc simul admittitur, & non ordine successiuo, sed respondendum est: quod licèt ibi fuisset necessitas instituendi filium, & nepotes emancipatos, nec contra tabulas testamenti à iure prætorio venirent, *leg. 3. §. Si emancipatos, ff. de bonorum possessionibus, contra tabulas.* Tamen ideò simul vocati censentur; quia ratio sermonis, non conuenit ordine successiuo, de cuius textus interpretatione plura scripsit, *Menochius lib. 4. de præsumptionibus, præsumptione 7. numero 34. Beroius in præsenti, numer 73. Iulius Clarus, §. Testamentum, quæstione 80. Couarruuias in præsenti, §. 2. numero 2. Molin. lib. 1. de primogenijs, capit. 6. num. 4.*

11 Nonò, aduersus textum nostrum, in versic. *Cum omnibus bonis*, obstabit dicere, quod licet mulier possit, omnia bona in dotem dare, *l. mulier bona, ff. de iure dotium, l. nulla, Cod. eodem*, tamen tutor, nec curator potest pro minore omnia bona, sine decreto Prætoris permittere, *l. quæ tutorem, Cod. de administratione tutorum, l. siue generalis ff. de iure dotium*; sed in præsenti tutores propria authoritate adiectam, cum omnibus bonis in matrimonium collocauerunt: ergo nostri textus decisio pro hac parte sustineri non potest. Cui dubio comuniter dici solet, quod textus *in dicta l. siue generalis, ff. de iure dotium, cum similibus procedunt*, quando ipse tutor, vel curator voluit alienare bona ipsius mulieris minoris, vt pro dote pecuniam daret, quia tunc requiritur Iudicis decretum; atverò, quãdo bona publicè in dotem dedit, rectè poterit, sine decreto dare, *l. si filio 41 ff de legat 3.* & ita procedit textus noster, *notat Abbas ibidem, notab. 6. Beroius n. 16.* vel aliter, & meliùs, cui poterit distinguendo inter bona immobilia ipsius minoris, quæ etiam ad dotem constituendam, sine causæ cognitione, & decreto Iudicis alienare non possunt, *Gloss. in l. 1. C. si aduersus dotem*; atverò mobilia, quæ seruando seruari, non possunt à tutore, sine vllo decreto in dotem dari possunt, *d. l. lex. C. de administrat. tutorum & Couarr. eadem distinctionem*, comprobat in rebus æstimatis in dotẽ datis, quãdo æstimatio facit emptionem, *Couar. in practicis quæstionib. cap. 28. num. 10. Anton. Gom in l. 80. num. 14.*

12 Decimò, aduersus textum nostrum in vers *Annalis præscriptio*, obsta-

bit

bit dicere, quòd hæc Annalis præscriptio sublata est per Iustinianum *in l. vnica, C. de vsucapione transformãda*; sed textus noster fuit conditus ab Innocentio III. multò post, scilicèt 600. annos, post Iustinianum; siquidem Iustinianus floruit anno 565. Innocentius verò 1129. Ergo nostri textus decisio in hoc versic. *Admitti non debet*, in qua difficultate, *Boerius in præsenti, n. 4. & 47.* nouam connatur constituere solutionem, scilicèt, textum nostrum, non esse conditum ab Innocentio III. sed ab Innocentio I. qui fuit Pontifex anno 412. post natiuitatẽ Christi, & ita multo, ante quam Iustinianum, qui imperauit anno 565. & incœperat ann. 527. qui fuit auctor illius, *l. vnicæ, C. de Annali exceptione, principio institutionum, de vsucapionibus*, & ita cũ in illo Innocentij I. tempore non dum esset sublata Annalis exceptio, rectè in præsenti potuit à partibus opponi, cuius sententiam eodem, non relato secutus est, *Menchaca de successionum creatione, §. 20. num. 229.* & antea fuit *Salicetti in l. fin. C. familiæ herciscundæ*; sed hæc interpretatio apertè conuincitur ex eo, quia in omnibus Codicibus textus noster tribuitur Innocentio III. qui floruit anno 1197. & ita multò post Iustinianum. Notat Hornosius, Platina, & Genebrardus in eius vita Franciscus Longius, & Spondanus in eodem anno. Nec obstat, quòd in præsenti fiat mentio Annalis præscriptionis, quia fuit allegatio partis, cuius nulla est habita ratio in decisione ab Innocentio III. tanquam imperita, nec illa verba narratiua, aliquam inducunt dispositionem, *notat Gloss. in l. vnica, C. quando non petentium parte.*

13 Vndecimò, contra textum nostrum, in versic. *Quartam Trebellianicam*, obstabit dicere, quod cum deducitur legitima portio, debita iure naturæ, non est deducenda quarta Trebellianica; sed in præsenti vtramque deduci iubet Innocentius: ergo nõ rectè illud definitur, antecedens probatur, ex eo, quia regulariter ea, quæ imputantur in quartam Trebellianicam, etiam imputantur in quartam falcidiam, *l. in quartam, ff. ad legem falcid.* sed filius legatis oneratus, *ex l. falcidia vnica, tantum vtitur retentione, l. Papinianus, §. Quarto autem*, vers. *Nam si, ff. de inofficioso testam.* Ergo eadem ratione ex quarta Trebellianica. Cuius dubij solutio pendet ex his, quæ supra retulimus in decidendi ratione, vbi latè diximus, quomodo, & quando filio quarta, legitima, & Trebellianica competat? at argumentum desumptum, ex similitudine quartæ falcidiç, cum quarta Trebellianica est notandum, quod quarta Trebellianica deducitur ex fideicommisso vniuersali, cum quis grauatus est restituere totam hereditatem, vel illius partem; at verò falcidia deducitur ex legatis, & fideicommissis particularibus; ita vt dodrantem hæreditatis excedant, *notat Glossa in rubrica, Cod. ad Senatus Consultum Trebellianum, Gloss. in rubrica, Cod. ad legem falcidiam, Glossa in leg. quoties, l. filium, Cod. familiæ herciscundæ, Glossa in cap. si pater*, verbo *Trebellianicæ, hoc titulo, lib. 6. l. 1 & fin. tit. 11. parte 6.* latè *Costa in dicto capit. si pater*, verbo *Trebellianicæ. num. 16.* Quo supposito respondendum est, diuersum esse in falcidia, quàm in Trebellianica, & ita vltrà legitimam filius potest deducere Trebellianicam ex iuribus, & rationibus suprà in decidendi ratione adductis, *dicto capite Raynaldus, hoc titulo*, sed hoc non est dispositum de iure Canonico, quoad falcidiam, & ita obseruari debet, textus *in dicta lege Papinianus, §. Quarta autem*, versiculo *Nam si, ff. de inofficioso testamento*, qui asserit, quòd deducta falcidia legitima non deducatur, & sic nec ad falcidiam nostri textus decisio debet extendi, vt notat *Cuiacius lib. 8. obseruationum, cap. 3.* quia in falcidia diuersa ratio est, nam licet plus imputetur in Trebellianicam, quã in falcidam *dicta leg. in quartam*, tamen aliquando durius agitur, cum detrahente falcidiam, quam cum detrahente Trebellianicam, *lege iubemus, Cod. ad Senatus Consultum Trebellianum, Costa vbi suprà*, verbo *Trebellianica, numero 11.* quam differentiæ rationem connatur reddere *Boetius in præsenti, numer. 33. Couarruuias in præsenti, §. 11. num. 7.* de qua re videndus est nouissimè *Carbollo de altera quarta in cap. Raynaldus, hoc tit. 1. part. num. 95. cum sequentibus.*

14 Duodecimo, contra textum nostrum, versic. *In legitima non potuit grauari*, obstabit dicere, quod filius in legitima, pupillari substitutione grauari potest, *dict. cap. si pater, hoc tit. lib. 6. l. ex tribus, Cod. de inofficioso testam. l. Papinianus, §. Si quis impuberi, ff. eodem.* Verum huic dubio respondendum est, verisimũ esse

patrem posse in legitima filio, pupillariter substituere ex dictis iuribus; sed nullum ex hoc eidem filio grauamen infertur, cum potiùs vtilitatem, & fauorem huiusmodi substitutio pupillaris contineat, *l. si pupillus*, aliàs incipit *Iulianus*, *ff. de acquirenda hæreditate*, ita intelligunt *Baldus*, *Salicetus*, *& omnes in d. l. ex tribus*, *Rodericus Suarez in repetitione legis quoniam in prioribus*, *C. de inofficioso testamento*, *l. imitatione* 1. *num* 3. sed huic solutioni valdè obstabit textus *in l. si pater puellæ*, *C. de inofficioso testamento*, vbi valet grauamen iniunctum duobus filijs ad inuicem per substitutionem fideicõmissariam; sed dicendum est textum illum locum habere, & procedere in reciproco fideicommisso, cuius ratione nõ dicuntur filij grauati in legitima, cum ratione spei, & futuri euentus possint se habere ad commodum; nam ibi ex aliquo actu potest, quis consequi commodum, sicut & damnum, licet casualiter contingat afferre damnum, & non exindè dicitur, quis lædi ex illo actu, notat *Menchaca de successionum creatione*, 1. *part.* §. 10. *nu.* 250. *Padill* alios referens *in l. fideicommisso*, *nu.* 2. *C. de transactionib. Roder. Suarez in d. cap. quoniam*, *ampliatione* 6. *circa finem*, *& in num.* 14. ex quibus omnibus constat patrem, non posse filium legitima, sibi iure naturæ, & legis dispositione debita aliquo modo grauare, qua sententia sic retenta, ad plurimũ iurium interpretationem vtitur, *Costa vbi supr.* verbo *Debitæ*, *num.* 4. *cum seqq. Antonius Gomez lib.* 1. *variarum*, *cap.* 3. *num.* 17. *&* 22. *Carballo de altera quarta in cap. Raynutius*, *hoc tit. num.* 551.

15 Decimotertiò, aduersus nostri textus conclusionem obstabit dicere, quòd compendiosa substitutio à pagano verbis directis, & ciuilibus facta spirat post pubertatem, nec conuertitur in fideicommissariam, *l. verbis ciuilibus ff. de vulgari*, *& pupillari*, *argumento legis*, *centur.* 15. *ff. eodem*, ab speciali in milite sumpto, sed in præsenti fuit substitutio compendiosa verbis directis facta, vt constat ex versiculo *Eidem impuberi succederet*. Ergo non potuit post pubertatem ad fideicommissariam trahi, in qua difficultate omissa, nonnullorum interpretatione existentiam compendiosam, substitutionem verbis directis ciuilibus a pagano impubi factam, post pubertatem obliquari, & in fideicommissariam conuerti, quamuis ante pubertatem potuit valere iure directo, & ita asserunt esse intelligendum textum nostrum, & textum *in d. cap. si pater*, quam sententiam tenet *Ioann. Andræas in dict. cap. si pater*, *num.* 9. *Abbas in præsenti nu.* 2. *Beroius num.* 527. Verius est dicendum substitutionem compendiosam, post pubertarem omninò stingui, nec conuerti in fideicommissariam, notat *Glossa In præsenti*, verbo *Substitutionis*, & *in dicto cap. si pater*; verbo *Absque deductione*, & *in* §. *Qua ratione*, versiculo *Ad exemplum*, *in fine*, *Instituta de pupillari substitutione*, & constat expressè, *ex dicta lege verbis ciuilibus*, versiculo *Frustra fieri conuenit*. Consideratio est, quod si iure fideicommissaria valitura esset substitutio, non frustra fieret. Deindè probatur, *ex dicta lege centurio*, versic. *Post eam autem ætatem*, vbi ob speciale militare priuilegium id ibi permittitur: præterea facit textus *in dicto cap. si pater*, versic. *Quamquam*, directa ex causa interdum ad fideicommissariam trahatur: ergo regulariter non obliquatur. Rursus pro hac sententia facit textus *in l. prima*, *l. illud*, §. *Tractari*, *ff. de iure codicillorum*, vbi substitutio directa, facta ex testamento nullo, sicut iure directo non valet; ita nec iure fideicõmissi. Rursus de iure Regio confirmatur, *ex l.* 12. *tit.* 5. *p.* 6. vers. *Es ya chel*, qua retenta iniudicando, & consulendo, non obstat textus noster in versic. *Succederet*, iuncto versic. *Post modum*, & ibi: *Ex causa fideicommissi*, *dum compendiosam substitutionem*, *post pubertatem ad fideicommissariam trahit*; probat, quia respondendum est, in compendiosa substitutione verba esse in triplici differentia, scilicèt, directa, & obliqua, & communia, *notat Bartolus in dicta lege centurio*, *numero* 43. *Baldus in leg. final*, *numero* 12. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*; sed verbum succederent, de quo in præsenti, non est simpliciter directum, sed commune, cum tam ad directam, quam ad obliquam substitutionem adaptari possit, *notat idem Bartol. allegans text. nostrum in d. l. centurio*, *n.* 52. *Immol. in præsenti*, *num.* 160. & probatur *ex l. non solũ*, *ff. de in integrum restitutione*: Ergo rectè in præsenti hęc substitutio ad fideicommissariam trahitur, sed licet hæc solutio verisima sit, tamen maximè repugnat litteris nostri textus; dum in dubio ait, eidem puberi succederent,

quæ

quæ verba ad perſonam filij impuberis, non autem patris referuntur, quo caſu verbum ſuccederent, non reputatur commune, ſed directum, *vt notat Coſta in capit. ſi pater, 1. parte Gloſſ.* verbo *Moreretur, numero* 12. vnde fatendum eſt verbum ſuccederent, in textu noſtro eſſe ſimpliciter directum; ſiquidem ad perſonam filij inſtituti in caſu dubio refertur, quare his, & alijs omiſsis dicendum eſt, textum noſtrum ſpeciali iure procedere. Primò, quia Raynutius in præſenti, non fuit vſus verbis directis ciuilibus, ſed verbis directis tantum, inter quæ eſt differentia, vt ſubſtitutio facta per verba illa ciuilia, nunquam trahatur ad fideicommiſſum, ſubſtitutio vero, per directa ſimpliciter ad ipſum tantum per interpretationem trahatur, *notat Bartolus in dicta lege centurio, numero* 15. *& ſequentibus, Coſta vbi ſupra, numero* 72. Secundò, quia in præſenti fuit appoſita conditio illa. Si ſine liberis deceſſerit, quæ poſt pubertatem operatur effectum fideicommiſsi, *Coſta vbi ſupra, 3. parte, Gloſſa verbis, num.* 15. Tertio, conſtat Raynutium teſtamentum feciſſe inter liberos, quo caſu ſemper in teſtamento ſub intelligitur clauſula illa codicilliaris, vt teſtamentum valeat meliori modo, quod poſsit, *l. coheredi. §. Cum filiæ*, verſic. *Non valuit, ff. de vulgari, Couarr. in præſenti, §. 1. num.* 2. & clauſula hæc codicilliaris operatur, vt compendioſa ſubſtitutio verbis directis, facta poſt pubertatem obliquetur; *Coſta vbi ſupra 3. parte, 1. gloſſa*, verbo *Interdum, numero* 80. Ratio eſt, quia verba *Quandocumque deceſſerit, vel ſine liberis moriatur*; denotant teſtatorem omni tempore ſubſtituere voluiſſe, & quando conſtat de mente, & ſenſu teſtantium, non eſt curandum de proprietate, & ſubtilitate verborum, *leg. 3. Cod. de liberis præteritis, leg. quoniam indignum, Cod. de teſtamentis, leg. ex facto, in principio, ff. ad Senatus Conſultum Trebellianum.*

16 Decimoquartò, contra textum noſtrum in verſiculo *Ita videlicèt*, quòd fructus obſtabit dicere, quod filij primi gradus, de reſtituenda hæreditate grauati, non imputant in quartam Trebellianicam fructus perceptos ab hæreditate, *leg. iubemus, Cod. ad Senatus Conſultum Trebellianum*: Ergo non rectè in præſenti contrarium ſtatutum eſt. Sed huic dubio reſponderi poteſt, *cum Gloſſa In præſenti*, verbo *A tempore litis conteſtatæ in fine*, communiter approbata dum aſſerit, *textum dicta lege iubemus*, dumtaxat procedere in fructibus ante litem conteſtatam perceptis, quos ipſi filij primi gradus, non tenentur quartam computare; atverò poſt litis conteſtationem perceptos in ipſam Trebellianicam cõputabunt ex textu noſtro, *notat Gloſſa*, verbo *Hæreditarijs, in fine, in dicta leg. iubemus, quam ſequuntur Doctores omnes in præſenti*; vnde deducitur veram, non eſſe propoſitionem, *Pauli Caſtrenſis in leg. mulier, §. Cum proponitur, num.* 6. *ff. ad Senatum Conſultum Trebellianum, cui ad Stipulatur Alexander ibidem, num.* 8. exiſtimantium *text. in dicta lege iubemus* locum non habere, quando filius ſic grauatus deducit duas quartas; nam eo in caſu tenebitur fructus in Trebellianicam imputare. & fundantur ex verbis *dictæ legis iubemus*, dum dicit, dodrans reſtituatur, ex quo Imperator, hoc priuilegium tribuere videtur liberis primi gradus, eo caſu tantum, quando dodrans reſtituitur; atvero, quando quis detrahit duas quartas, non reſtituit integrum dodrantem, & ſic non procedit in illa ſpecie; ſed textus ille efficaciter, id non probat, nam verba illa intelligi debent de ſecundo dodrante, qui reſtituitur deducta Trebellianica, non verò de prima, ex quo iam deducta erat legitima, & ita textũ illum intelligunt *Baldus in l. filium quem habentem, num.* 26. *C. familiæ herciſcundæ, Anton. Cõſcius in lib. diſputationum iuris ciuilis, cap.* 3. Quare cõtraria opinio verior, & receptior eſt; vt filius etiam, tunc non teneatur fructus in Trebellianicam imputare; vt expreſsè probatur ex textu noſtro, in quo filia duas quartas deducit, & tamen in Trebellianicam, non imputat fructus, niſi tantum perceptos poſt litem conteſtatam, *notat Angelus conſilio* 121. *Berous in præſenti num.* 150. Sed hic intellectus ſcrupulum patitur ex textu noſtro, verſiculo *Incipit poſtmodum*, & ibi: *Super bonis eiuſdem Adiectæ ſcirata materia quæſtionis*, & ibi: *Cœperunt litigare*: Ex quibus ſupponitur petitio, & interpellatio ex parte Altherochæ; ac proinde videbatur hæres in mora cõſtitutus. Quare nouiſsimè, cum Doctore Carballo, de altera quarta *in cap. Raynaldus, hoc tit. 4. part. cap. 3. n.* 70. dicendum

est in præsenti indistincte Pontificem negasse fideicommissario obligationem restituendi, contendebat enim hæres dominium adquisisse, ex præscriptione pro dote, quæ cum sufficiat ad adquisitionem dominij, præsumitur hæres benæ fidei possessor ante litem contestatam. Cum ignoraret grauamē a Raynutio impositum, & ideò solùm post litem contestatam censetur, mala fidei possessor, vt fructus teneatur restituere, *leg. sed & si, §. Si ante, ff. de petitione hæreditatis, leg. certum, Cod. de rei vindicatione*, quæ interpretatio deducitur ex testu nostro, versiculo *Postmodum*, ex quo constat in præsenti, non negare hæredem, per interpellationem constitui in mora, etiam ante litem contestatam, sed excusari ex modo, & rationibus supra adductis.

Ad textum in cap. tua nobis 17. cap. nos quidem 3. cap. si hæredes 6. capit. Ioannes 19. de testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest compellere executores testamentarios, vt bona fideliter, & plenarie expendant in pios vsus, secundum voluntatem testatoris, quantumvis hoc testator eis prohibuerit.*

2 *Testantium voluntatis Reipublicæ, & hominibus interest exitum habere.*

Testamentarius intra annum testamentum, exequi debet.

Episcopo competit, vt in eius Diœcesi peccata euitentur.

Testatoris priuata dispositio, non potest generalem constitutionem legis, vel Canonis mutare.

3 *Cap. primum, cum sequentibus, ne Clerici, vel Monachi, cap. generaliter 17. quæst. 1. cap. 2. de testamentis.*

Monachi, & Clerici, an possint esse executores testamentorum.

4 *Clementina exiuit, §. Verum, de verborum significatione.*

5 *Pontifici Maximo, quomodo vtraque potestas spiritualis, & temporalis sit tributa.*

6 *Cap. nos quidem 3. de testamentis.*

7 *Cap. si hæredes 6. de testamentis.*

Hæres recusans adimplere testatoris voluntatem ab hæreditate, & fructibus ipsius probatur.

8 *Cap. Licèt vniuersi 6. de voto.*

9 *Concilium Cartaginense 4. cap. 8. relatum, in capit. Episcopus 88. distinctione.*

10 *Lex prima, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, cap. cum Marte, versic. Scelerum, de celebratione Missarū, cap. vltima voluntas 13 quæst. 2.*

Testamentorū voluntas est obseruanda, quando iuris dispositio 1. non contradicit, leg. Aurelio 21. §. Vltimo, ff. de liberationi legata.

1 CONCLVSIO. Episcopus potest compellere executores testamētarios ad hoc, vt bona fideliter, & plenariè expendant in vsus pios, secundum voluntatem testatoris, quantumvis hoc testator prohibuerit, quæ conclusio cōprobatur ex textu *in capit. nos quidem 3. cap. si hæredes 6. cap. Ioannes 19. hoc tit. cap. fin. in fine, de sepulturis, cap. in litteris 5. de raptoribus, cap. 2. hoc titulo, libro 6. Clementina vnica, de testamentis. Clemētina exhibit, §. Verum, de verborum significatione, capit. Episcopus 88. distinct. cap. Syluester 13. 11. quæst. 1. Concilium Tridentinum sessione 22. de reformatione cap. 8. & 9. & sessione 25. in decreto de purgatorio, l. nulli 28. l. si quis ad declinandam 49. §. 1. Cod. de Episcopis, & Clericis, leg. hæreditas 50. §. 1. ff. de petitione hæreditatis, Authentica hoc amplius, Cod. de fideicommissis, l. 7. titul. 10. partit. 6. exornant Franciscus Carpio de executionibus, & commissarijs testamentarijs, tit. 1. capit. 26. Couarruu. in præsenti, Thomas Sanch. lib. 4. moralium consiliorum. cap. 1. dubio 53. & cap. 52. & 53. Idem de matrimonio, lib. 8 disput. 2 num. 10. Gutierrez lib. 1. practicarum, quæst. 43. num. 1. Sarmiento lib. 1 selectarum cap. 11. num. 13. Spino in speculo testamentorum, titulo de executoribus testament. glos. 28. num. 20. Barbosa de potestate Episcopi, 3. part. allegatione 80. & 83. & in collectaneis in dictis iuribus, Marta de iurisdictione, 4. parte, casu 88. numero 14. & casu 113. num. 31. Acuña ad decretum in capit. Episcopus tuitionem 88. distinct. Iacobus, de Canibus de executionibus vltimarum voluntatum, parte 2.*

§. No-

§. Nouissimè, cum traditis *à Cenedo in collectaneis ad decretales, collectanea* 114. *in cap. nos quidem, hoc titulo.*

2 Ratio est, quia cum nihil sit, quod magis hominibus debeatur, quam suprema voluntatis eorum obseruatio, post quam iam aliud velle non possint, *l.* 1. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, & quoniam si ille, qui ex testamento exequi debet, monitus intra annum, non exequitur, negligens dicatur, *cap. nos quidem* 3. *hoc titulo*, & periculum stet, vt pia voluntas defuncti defraudetur, *Authentica de Ecclesiasticis titulis, §. Si quis ædificationem, collat.* 9. & cum ad Episcopũ spectet inuigilare, vt in eius Diœcesi peccata euitẽtur, & bona opera adimpleantur, *cap.* 1. *de officio Ordinarij*, & præsertim, ne miserabiles personæ abiniquis opprimantur, *cap. super quibusdam, de verborum significatione*, debeatque curare, vt Ecclesia, & pauperes non defraudentur, *cap. quia* 16. *quæst.* 1. nam defunctus miserabilis pietate dignus est, cum posse, & velle sit destitutus, *dicta l.* 1. *Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, meritò, si hæres non adimplet vota defunctorum; ideo relicta a defunctis præcipue, ad pias causas debent per Diœcesanum Episcopum executioni mandari, *Trident. dicta sessione* 22. *cap.* 8. & si hæres, seu testamentarius, recusauerit ea adimplere, omnis res, quæ ei relicta est Canonicæ debet interdici, cum fructibus, & cæteris emolumentis, *cap. si hæres* 6. *hoc tit. dicto cap. Syluester* 11. *quæst.* 1. & si hæc pœna non sufficiat poterit contra hæredem procedere, vt vsque ad priuationẽ hæreditatis, *leg. fin. Authentica hoc amplius, Cod. de fideicommissis*; siquidem, qui non vult onus, non debet habere munus, *cap. qui habet, de regulis iuris, l.* 6. nec hæc executio testamentorum Episcopis auertur; etiam si testator hoc prohibuerit, vt constat ex textu nostro, versiculo *Licèt*, quia priuata testatoris dispositio, non potest generalem constitutionem legis, vel Canonis mutare, *cap. requisisti, hoc titul. leg. nemo, ff. de legatis* 1. Siquidem tam Sacri Canones, quam ciuiles leges constituunt Episcopos executores piarum voluntatum testatorum esse, quando executores testamentarij deficiunt, *cap. Ioannes hoc tit. leg. nulli, Cod. de Episcopis, & Clericis*, meritò, licèt à testatoribus Episcopis interdicatur, eo non obstante Episcopus Diœcesanus prouidere debet, de executione voluntatis testatoris, *Authentica de Ecclesiasticis titulis, §. Si quis autem, collat.* 6. *Trident. sess.* 25. *in decreto de purgatorio.*

3 Primò, obstabit textus *in capit.* 1. *cum sequentibus, ne Clerici, vel Monachi, cap. generaliter* 17. *quæst.* 1. *capit.* 2. *de testamentis, lib.* 6. in quibus iuribus probatur Religiosos, vel Clericos sæculares, omninò incapaces esse ad exercendum munus executionis testamentorum: ergo tanquam ex defectu subiecti, non rectè in præsenti à Gregorio IX. deciditur Religiosos, vel Clericos sæculares à proprio Episcopo compellendos esse, si non adimpleant voluntatem testatoris, fideliter, & plenariè expendendo bona in pias causas; sed huic dubio respondendum est, quòd licèt Clerici, & Monachi, non debeat se immiscere sæcularibus negotijs; tamen de licentia suorũ Prælatorum possunt nominari executores ab alijs personis Ecclesiasticis, vel Laicis, *notat post alios Zabarela in dicto cap. Ioannes, hoc titulo, Couarruuias in præsenti*, & manifestè probatur, *ex cap.* 2. *hoc titulo, lib.* 6. dum asserit Religiosos posse constitui executores testamentorum, de licentia suorum Prælatorũ, *& Gloss. ibidem*, communiter recepta, verbo *Religiosos, Thomas Sanchez in præcepta decalogi, tomo* 2. *libro* 6. *capit.* 11. *in principio.*

4 Secundò, solutioni obstabit textus *in Clementina exhibit, §. Verum, de verborum significatione*, vbi prohibetur Religiosis minoribus; etiam de licentia suorum Prælatorum, hoc munus exercere; sed ab hoc dubio facilè liberamur, dicendo textum, *in dicto §. Verum*, esse intelligẽdum, de Religiosis minoribus, hoc est Franciscanis, quibus duplici ratione munus illud prohibitum est: prima, quia dicti Ordinis Religiosi, non solùm a receptione proprietatis dominij, & vsus ipsius pecuniæ, verumetiam a qualibet contractatione, ipsius pœnitus sunt alieni; secunda, quia dicti Ordinis professores, pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri, & hæc ferè, nunquam absque litigio, & administratione pecuniæ nequeunt experiri, & licèt hoc munus eis sit interdictum, non tamen illis interdicitur consilium dare executoribus, vt expressè probat, *dicta Clementina exhibit, §. Proindè*, versiculo

Ve-

Verumtamen in his exequendis dare consilium executoribus, ipsorum statu non obstit, notat *Thomas Sanchez in præcepta Decalogi, 2. tom. lib. 6. cap. 11.*

5 Tertiò, aduersus id, quòd textus noster refert videlicèt Episcopum posse, etiam laicos executores cōpellere adimplere pias testantium voluntas, obstabit dicere, quod Episcopus non possit huiusmodi executores compellere, cum suæ non sint iurisdictioni subiecti; siquidem Reipublicæ Christianæ gubernatio in duàs iurisdictiones diuisa reperitur, scilicet, in spiritualem, & temporalem, vnam Ecclesiasticam, alteram secularem, quam Christus Redemptor noster diuisit, & distinxit, *Lucæ capit. 22. versic. Ecce duo gladij, cap duo sunt 96. distinct.* potestas non spiritualis, & Ecclesiastica Pontifici Maximo, temporalis autem, & sæcularis Principi, sæculari fuit assignata. *cap. peruenit 16. quæstione 1. cap. nouit, de iudicijs, l 1. tit. 3. lib. 1. Recopilat.* ergo si vna iurisdictio ab alia separata est, sequitur Pōtificem, & eius ministros, qui de personis Ecclesiasticis cognoscunt, de sæcularibus tamen, non posse cognoscere, nec in aliquid eos coercere, vel compellere, *argument. textus in dicto cap. nouit, de iudicijs, cap. licèt ex subcepto, de foro competenti*; igitur executores testamentorum, non ab Ecclesiastico, sed à sæculari iudice compellēdi erunt. Pro cuius dubij solutione animaduertendum est, quòd Pontifici Maximo, vtraque potestas spiritualis, & temporalis fuit tributa, mandata, & assignata; spiritualem sibi, & suis successoribus, & iudicibus Ecclesiasticis tantùm reseruauit. Temporalem verò, & eius exercitium Principibus sæcularibus commisit; itaque Pontifex vtramque habet potestatem, spiritualem in actu, habitu, & potentia. Temporalem verò in habitu tantum, quam ad actum, & exercitium potest reducere, iusta existente causa, videlicèt, ob peccatum vitandum, *notat omnes in cap. discernimus, capit. nouit, de iudicijs.* Secundum quam doctrinam destruitur dubitandi ratio supra adducta; siquidem ratione peccati, vt est in omissione executionis testamentorum possit Iudex Ecclesiasticus, iurisdictionem temporalem, quam in habitu, & potentia habet ad actum, & exercitium reducere, *notat Couarruuias in præsenti, & in cap. peccatum, 2. part. §. 9. num. 6. de regulis iuris, lib. 6.* Merito, mirum non est, quod textu nostro ratione peccati Ecclesiasticus, Iudex possit compellere laicos executores testamentorum, ad pia opera adimplenda.

6 Quartò, aduersus textum nostrum obstabit textus *in cap. nos quidem 3. hoc titulo*, vbi Gregorius IX. qui etiam est Auctor nostri textus asserit, quod si executores testamentorum, distulerint eorum executionem, intra annum adimplere à die monitionis priuantur à munere executionis, & deuoluitur executio ad Episcopum; igitur non rectè in præsenti, idem Gregorius IX. asserit præuia monitione, tantum intra annū compellendos esse, ad illam testamentorum executionem; sed huic dubio respondendum est, quòd licet executor nō exequatur intra annum, potest Episcopus; etiam intra annum eum ad executionem compellere, cum annus non sit datus eius fauore ad solutionem; sed tantum vltimæ voluntati, & respectu executionis ad Episcopum deuoluendæ; notat *Viuianus in rationali ad textum in dicto cap. nos quidem 3. hoc titulo, Diuus Antonius in summa, 3. part. titul. 10. capit. 3. §. 9.* vel aliter dici potest, quod cum Episcopo licitum sit, intra quinque mēses, aliudvè tempus arbitrarium cogere hæredes, vel executores testamentorum, etiam quoad legata prophana, per censuram Ecclesiasticam, quamuis à iure illis sit datus annus ad exequēdum, *cap. si hæredes 6. hoc titulo*, vbi non definitur tempus, sic etiam mirum non est, quod in textu nostro, ante annum diffinitum compellantur executores, *ita Couarruu.* plures referens *in cap. si hæredes, hoc tit. Gregorius Lopez in l. 6. tit. 10. p. 6. Gloss.* verb. *Lo mas ayna.*

7 Quintò, aduersus ea, quæ textus noster refert, videlicèt, potestatem illam Episcopis concessam ad compellendos executores testamentorum Solummodo esse intelligendam, quoad pias causas, obstabit textus *in capit. si hæredes 6. hoc titulo*, vbi Consultus fuit Gregorius IX. quid esset agendum, de hæredibus, qui iussa, seu mandata testatorum ad implere recusant, & generaliter respondit ab Episcopo, illius loci debere interdici omnia, quæ ei relicta sunt cum fructibus, cæterisque emolumentis, donec votum defunctorum adimpleant,

ex

ex qua decisione apertè constat Episcopum, posse executores compellere ad exequendũ testamentum, etiam quoad prophana. Cui dubio respondendum est, Episcopum non solùm iurisdictionem habere, quoad adimplenda bona relicta ad pios vsus, sed etiam ad prophanos, vt apparet ex iuribus suprà in decidendi ratione adductis, & probatur, *ex dicto capit. si hæredes*, cùm generaliter loquatur nec contrario decidit in textu nostro, sed tantum, ibi: *Ideò fuit facta mentio, de relictis ad pias causas, quia ita casus accidit, & de illis tantum Pontifex fuit consultus*, notat *Thomas Sanchez lib. 4 consiliorum, cap 54.*

8 Sextò, aduersus distinctionem communem traditam *in dicto cap. si hæredes 6. hoc titulo.* Dum ibi Authores asserunt, quod licèt pœna illa priuationis bonorum ibidem assignata, inspecto iure antiquo obseruaretur, & procedat tàm in extraneis, quàm in suis hæredibus, iuxta textum *in leg. vltima, Cod. de fideicommissis, cap. Sylueſter 11. quæst. 1.* Tamen hodie cessat in filijs, qui quantumvis voluntatem parentum, non adimpleant, priuari non debent legitimâ sui, *Authentica hoc amplius, Cod. de fideicommissis*, quia illis omni iure debita est. Obstabit textus *in cap. licèt vniuersi 6. de voto*; ex cuius decisione colligitur filium, non adimplentem patris voluntatem priuandum esse à suo Regno: ergo distinctio Doctorum, supra adducta defendi non potest. Sensit difficultatem Panormitanus in præsenti, qui vt eam dissoluat, asserit ideò ibidem, filium priuatum fuisse a suo Regno, quia votum, quòd non adimplebat factum fuerat in fauorem terræ sanctæ; sed quantumvis, hoc aliquid apparere videatur; tamen illud insufficiens est ad tantam pœnam infligendam, qua propter dicendum est; ideò *in dicto cap. licèt 6.* filium priuandum esse a Regno, quia illud non potest diuidi, aliàs facilè diminueretur, quemadmodum Præbendæ dignitates, & beneficia Ecclesiastica, quæ diuisionem, non patiuntur iuxta prohibitionem Concilij Turonensis, *in cap maioribus 8. cap. tuæ 20. de Præbendis*, *Lambertinus de iure patronatus, lib. 2. parte 1. art. 17. Garcia de Beneficijs 12. part. capit. 4.* Ita similiter Regnum, non debet diuidi, & hæc est ratio, cur filius in obediens priuatur Regno, vt eleganter animaduertit, *Couarruuias in dicto cap. si hæredes, numero 13. cum sequentibus*, & in specie illius textus Dux Andræas fuit executor prædictæ pœnæ, ex mandato, & delegatione Pontifex, vt refert *Doctor Balboa in c. 2. de iudicijs, n. 13. Couar.* latè vbi suprà, *Thom. Sanch. d. dub. 56. n. 5.* & videre oportet ea, quæ nos retulimus *in 2. tom. in cap. 1 de solutionibus*, & quæ inferius dicemus *in dict. cap. licèt vniuersis, de voto.*

9 Septimò, aduersus textum nostrũ obstabit Concilium Cartaginense quartum, *cap. 8. relatum, in cap. Episcopus 88. distinction.* cuius hæc sunt verba, *Episcopus tuitionem testamentorum, non suscipiat*, in quibus Concilij verbis omnino Episcopis prohibetur tuitio testamẽtorum: ergo Episcopus, non poterit executores testamentorum compellere. In cuius textus difficultate omissa Glossæ interpretatione, *in dicto cap. Episcopus 88. distinct.* dum asserit sensum illius textus esse; scilicet, quod Episcopus, non suscipiat tuitionem testamentorum, id est, aduocationem, siquidem per Episcopum debet adimplere, quod in testamento relictum est, *cap. si hæres 6. de testamentis, leg. hæreditas, in fine. ff. de petitione hæreditatis*, magis meliorem esse existimo, quam refert *eadem Gloss. in principio relata, ab Acuña ad decretum in dicto cap. Episcopus 88. distinct. numero 1.* dum asserit, quod in dicto Concilio Episcopis, nõ prohibetur tuitio, hoc est, quoad testamentorum executionem; sed tantum ne coram Episcopo apperiantur, sed tantum coram Magistratu census; quæ interpretatio aperte deducitur, *ex textu in leg. consultá 23. Cod. de testamentis*, vbi apertur a testamentorum Episcopis, & Clericis prohibita est; de qua re plura congerit, *Acuña in d. cap. Episcopus 88. distinction. num. 1. cum sequentibus, Gutierrez lib. 2. practicar. quæst. 88. n. 2.*

10 Octauò, aduersus textum nostrum, quatenus supra dictam potestatem concedit, etiam casu, quo testator prohibuerit, & executionem illam Episcopo Diœcesano, obstabit textus *in l. 1. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, capit. cum Martè*, versic. *Cæterum, de celebratione Missarum, cap. vltima voluntas 13. quæst. 2.* in quibus iuribus cabetur testantium voluntates, omninò esse adimplendas. Igitur cùm testator disponat de suis rebus poterit, etiam præcipere, ne Epis-

copus compellat teſtamentarios eo caſu quo voluntatem ſuam non adimpleuerint, cum tunc videatur iuri ſuo renuntiare, *argumento textus in l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis*; ſed huic dubio reſpondendum eſt, quod tunc debet teſtantiũ voluntas obſeruari, quando iuris diſpoſitioni, non aduerſatur; ſiquidem priuata teſtatoris diſpoſitio, non poteſt generalem legis, vel Canonis conſtitutionem mutare, *cap. requiſiſti 5. hoc titulo, leg. nemo, ff. de legatis 1.* nam clauſula illa prohibitionis executionis, tanquam illicita non eſt ſeruanda, cum pro non ſcripta habeatur, *Trident. dicta ſeſſione 22. cap. 8. & 9.* quemadmodum etiam, quando teſtator prohibet, ne executores rationes reddere compellantur; ſiquidem eo, non obſtãte eas reddere tenentur, *notat Iacobus de Canibus de executionibus vltimarum voluntatum, part. 2. §. Nouiſsimè, iuxta textum, in leg. quidem 5. aliàs incipit*; ita autem, *§. Iulianus 7. ff. de adminiſtratione tutorum.* Ratio eſt, quia ius publicum, quod conſiſtit in vitando dolo à partibus remitti, non poteſt. Imò omnis omiſsio futuri doli nulla eſt, *leg. Senatus 27. §. Illud, ff. de pactis, Couarruu. lib. 2. variarum, cap. 4. num. 4.*

Nec huic ſententiæ obſtabit textus *in leg. Aurelio 21. §. Vltimo*, verſiculo *Quæſtionem, ff. de liberatione legata, leg. ſi quis rationes, ff. eodem*, vbi contrarium deciſſum videtur, quia omiſſa interpretatione, quam refert *Padilla in leg. cum neceſsitatem, num. 3. Cod. de fideicommiſſis*; veriſimè eſt reſpondendum, in illis iuribus cenſeri remiſſas rationes de futuro, hoc eſt tantum, quoad illa, quæ de leui, & leuiſsimã culpa in ipſa adminiſtratione fortaſis contingere potuit, non autem ſi dolo, vel lata culpa, quæ dolo comparatur, *leg. quod Nerba, ff. depoſiti*: poterit etiam interpretari textus *in Clementina vnica, de teſtamentis. cap. 2. eodem titulo, lib. 6. cap. tua nos 9. de vſuris, cap. in litteris, qui mendoſus eſt in fine, de raptoribus, cap. Sylueſter 13. 11. quæſt. 1. l. conſultat diualia, Cod. de teſtamentis.*

DE SVCCESSIONIBVS Abinteſtato.

TITVLVS XXVII.

Ad textum in cap. ſed hoc 1. cap. Sancto 2. cap. cum dilectus finali, huius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Clericus bona propria dare poteſt, cui vult ad ſi decedat inteſtatus, & non habeat conſanguineos ſuccedit Eccleſia.*

2 *Conſanguineis deficientibus, vſque ad decimum gradum nullo facto teſtamento, ad fiſcum ſucceſsio pertinet.*

Vxor marito, & maritus vxori, quomodo inuicem ſibi ſuccedant?

Eccleſia Clerico loco vxoris eſt, ſiquidem cum ea ſpiritualiter coniugium contraxit.

Eccleſia in ſucceſsione Clerici inteſtati fiſco præfertur.

Inteſtato Clerico decedenti in bonis patrimonialibus, quomodo aſcendentes, vel collaterales ſuccedant, præferantur Eccleſiæ.

3 *Cap. de ſucceſsionibus abinteſtato, cap. vltimo 12. quæſt. 2. cap. quicumque 12. quæſt. 3.*

4 *Cap. Presbyteri 2. de pœnis, cap. accuſatio 15. 2. quæſt. 7.*

5 *Capit. Epiſcopus 34. 12. quæſtione 2. capit. in præſentia 8. de priuationibus.*

6 *Leg. ſi quis Presbyter, Cod. de Epiſcopis, & Clericis.*

Eccleſia an vxori, an verò vxor Eccleſiæ ab-

v. c. 2. ab. Gom. in l. 1. gl. 1. n. 7. circa med.

abinteſtato in ſucceſsione Clerici præferatur.

7 *Clericus inteſtato decedens, & Eccleſiam non habens eius bona, an ad Epiſcopum, vel Pontificem pertineant.*

8 *Capit. 2. de ſucceſsionibus abinteſtato, iterum exponitur in num. 9.*

10 *Cap. cum dilectus fin. de ſucceſsionibus abinteſtato, latè exponitur.*

11 *Inſtitutio hæredis in teſtamento deſideratur.*

Teſtamentum ad pias cauſas factum, an ſolemnitatem deſideret.

Annuntiatiua verba inducant diſpoſitionẽ, & in quo differant à diſpoſitiuis.

13 *Lex hac ſcriptura, ff. de donationibus.*

Sententia debet eſſe conformis libello, ſingula, quæ non proſunt multa collecta iubant.

14 *Confeſsio parti, altera præſenti, an ſit plena probatio?*

15 *Voluntatem, qui in vita non mutauit, cum eadem deciſione videtur.*

1 CONCLVSIO. Quæ ex his iuribus cõmuniter deduci ſolet, ſic ſe habet: Clericus bona propria dare poteſt, cui vult, ſed ſi decedat inteſtatus, & non habet conſanguineos ſuccedit Eccleſia. Quæ concluſio in ſe duplicẽ continet partem. Prima eſt, quæ probat Clericum poſſe in teſtamẽto bona propria, cui vult, conferre; de qua iam a nobis eſt actum, *in cap. 1. de teſtamentis.* Altera autem, quæ probat Clerico inteſtato decedenti, & non habenti conſanguineos Eccleſiam ſuccedere comprobatur, *ex textu in cap. ſi Epiſcopus*, verſic. *Sed ſi, cap. ſicubi defunctus, cap. quicumque 12. quæſt. 5 leg. ſi quis Presbyter, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, cap. quicumque 12. quæſt. 3. cap. Presbyteri, de pœnis, capit. requiſiſti, de teſtamentis, Authentica de Eccleſiaſticis titulis, §. Interdicimus, collat. 9. l. 4. titul. 21. part. 1. l 13. titul. 8. lib. 5. Recopilationis*, exornant *Petrus Gregorius lib. 45. ſintagmatum, capit. 15. num 17. Nicolaus de Vbaldis in tractatu de ſucceſsione abinteſtato Clericorum, Mẽchaca de ſucceſsionibus, lib. 3. §. 70. Hoſtienſis in ſumma ad hunc titulum, num. 2. Socinus conſil. 41. num. 36. volumine 4. Rolandus conſil 12. num. 19. & 61. volumine 4. Veletius diſquiſitione Clericali, part. 1. titul. de bonis Clericorum, §. 14. num. 1. Purpuratus conſil. 758. volumine 2. Peregrinus de iure fiſci, lib. 4. tit. 3. num. 10. Azorius inſtitutionum moralium, par. 2. lib. 8. cap. 3. quæſt. 11. Gutierrez lib. 2. Canonicarum quæſtionum, cap. 1. num. 101. Azor inſtitutionum moralium, part. 1. lib. 12. capit. 3. quæſt. 3. Menochius de præſumptionibus, lib. 6. præſumptione 84. numero 3. & conſil. 396. num. 3. volumine 4. Fr. Æmanuel Rodriguez quæſtion. regularium, tomo 2. quæſt. 80. artic. 2. Thomas Sanchez in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 3. numer. 97. Caniſius latè in notis ad hunc titulum, Dueñas regula 119. verſiculo Limita primò, Alexander conſilio 190. num. 27. lib. 6. Maſcardus de probationibus, concluſione 346. num. 17. cum traditis à Barboſ. in collectaneis, ad noſtrum textum, & in dicto cap. 2. & 3. huius tituli.*

2 Ratio eſt, quia ſecundum iuris diſpoſitionem deficientibus cõſanguineis, vſque ad decimum gradum abinteſtato ſucceſsio, ad fiſcum pertinet, *l. 1. §. Diuus, ff. de iure fiſci, l. 1. & 4. Cod. de bonis vacantibus, lib. 10. l. 6. titul. 13. parte 6.* Sunt enim certæ perſonæ, quæ fiſco præferuntur; nam iure Prætorio illis fuit conceſſa bonorum poſſeſsio, quæ appellatur. Vndè vir, & vxor, qua mediante vxor marito, & maritus vxori deficientibus cognatis, inuicem abinteſtato, ſibi ſuccedunt, etiam excluſio fiſco, *l. 1. ff. vnde vir, & vxor. l. 1. C. eodem, §. Aliam, Inſtituta de bonorum poſſeſsione, l. 23. titul. 11. partit. 4. l. 6. titul. 17. parte 6. Matienço in l. 5. gloſſ. 1. numero 20. titul. 3. lib. 5. Recopilationis*; vndè cum Eccleſia Sacerdoti loco vxoris ſit; ſiquidem cum ea ſpirituale coniugium contrahit, *cap. inter corporalia, de translatione Epiſcopi, cap. quia, de Clericis non reſidentibus*; ſic ſimiliter Eccleſia in ſucceſſione Clerici, inteſtati fiſco præfertur, non ſolùm iure Canonum ex textu noſtro cum ſupra traditis, verumetiam, & ciuili, *ex dicta l. ſi quis Presbyter*, & etiam iure Regio, *dicta l. 4. partitæ*; atque ita inteſtato Clerico in bonis patrimonialibus, & alijs intuitu perſonæ quæſitis, primò loco ſuccedunt liberi, ſi quos fortè ex legitimo matrimonio habuerit, quibus deficientibus; ſecundò loco, parentes vocantur, vna cum fratribus ſororibus, & Germanis, qui ſi ſimiliter deficiunt; tertiò loco ſuccedunt collaterales, ſecundum gradusprærrogatiuam,

vſque

vsquè ad decimum gradum, & his omnibus deficientibus recto iure succedit Ecclesia, vel Altare cui seruit, *dicto cap. finali* 12. *quæst.* 5. *cum alijs*, in confirmatione conclusionis supra adductis.

3 Primò, prædictæ conclusioni aduersatur littera, textus *in cap.* 1. *hoc tit.* vbi absolutè deciditur, quod si Clerici intestati decesserint omnia eius bona Altari, cui inseruiunt, perpetuo sanctificentur, & in ius eius tradantur, ex quo manifestè constat bona Clericorum intestato decedentium, nō ad consanguineos, sed ad Altare, cui inseruiunt perpetuò sanctificentur, & in ius eius tradantur; ex quo manifestè constat bona Clericorum intestato decedentium, non ad consanguineos, sed ad Altare cui inseruiunt pertinere debere: ergo siuè Clerici habeant consanguineos, siuè non habeant Ecclesia succederet, ac perconsequens, non rectè supra resolutum est, quod tunc demum, ad Ecclesiam eorū bona perueniant, cum consanguineos, non habuerit; cui difficultati respondē dum est, ex communi glossæ, & Doctorum interpretatione *in dict. capit.* 1. *hoc tit.* scilicèt; quòd, & si in eo textu absolutè dicatur ad Ecclesiam pertinere bona Clericorum, intestato decedentium; hoc tamen est intelligendum, cum non habent consanguineos, qui in prædicto gradu abintestato eis succedant, *iuxta textum in dicto capit. vltimo* 12. *quæst.* 5. vbi sine testamento, & sine cognatione decesserit hæreditas eius, ad Ecclesiam, cui inseruit deuoluitur, iuxta cuius decisionem nostri textus decisio est intelligenda; *notat glos. in dict. cap. vltimo*, verbo: *Deuoluatur*; sic etiam intelligenda est decisio; *text. in dict. cap. quicumque* 12. *quæst.* 3. vbi similiter deciditur, quod *quidquid* Clericus ratione, ac tuitu personæ adquisierit, si tempore mortis inordinatus, seu intestatus decesserit Ecclesia, cui præfuit, aut cui inseruit succedit, qui quidem textus omissa prima glossæ interpretatione ibidem, verbo: *Vindicatur* affirmantis, quod aut tempore mortis bona Clerici possidentur ab Ecclesia, aut tantum ab hæredibus, hoc est consanguineis, nam cum possidentur ab Ecclesia ipsa vindicare, idest defendere bona valeat, sim verò possidentur, ab hæredibus Ecclesia teneatur probare de iure suo, iuxta textum *in capit.* 1. 12. *quæst.* 5. verior est secunda eiusdem glossæ interpretatio dicentis, prædictum textum esse intelligē dum secundum supradictam doctrinā; scilicet, cum Sacerdos non habuerit hæredes *iuxta textum, in dicto cap. vltimo, & in authentica dict. Ecclesiasticis titulis, §. Si quis autem Episcopus collatione* 9. notant *Doctores omnes communiter ibidem Scribentes, & glos. in textu nostro*, verbo: *Tradantur*, *glos.* verb. *In vita eius*, *in cap. requisisti, de testamentis, l.* 4. *tit.* 11. *part.* 1.

4 Secundo obstabit *text. in cap. presbyteri* 2. *de pœnis*, vbi cauetur, quod si aliquis presbyter, ab alio fuerit interfectus, & circa eius mortem compositio aliqua pecunia fuerit facta Episcopo solui debet, vt medietatem Ecclesiæ, cui inseruit, & aliam medietatem pro anima Clerici distribuat, quod ex ratione ibidem Pontifex decreuit; quia nullus eius hæres proximior videtur, quam qui ipsum domino sociauit, ex quibus verbis manifestè apparet proximiorem hæredem Ecclesiam esse: igitur non rectè abintestato consanguinei Ecclesiæ præferuntur; in cuius textus difficultate, omissa solutione existimantium textum illum procedere, iuxta traditā doctrinam supra; scilicet casu in quo Clericus cognatione caret; verius tamen dicendum est prædictam pœnam pecuniariam non cognatis, sed potius Ecclesiæ applicari deberi; quia in homicidio Clerici facto iniuria ipsi Ecclesiæ facta fuit, *cap. cum desideres, cap. Parrochianos, de sententia excommunicationis*; siquidem in suum virum, & ministrum crimen perpetratum fuit; ex quo Ecclesia ipsa læditur iusta illud domini eloquium per Prophetam dictantis, ibi: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*, quæ auctoritas refertur *in cap. accus. tit.* 15. 2. *quæst.* 7. atque ideò nihil mirum, quod pœna eo in casu vtilitatibus Ecclesiæ applicetur; siquidem ipsi Ecclesiæ iniuria, & damnum fuit irrogatum; *notat glos.* verbo: *Vtilitatibus*, *in dicto capit. presbyteri*, *Couarruuias lib.* 2. *variarum*, *cap* 9. *num.* 10. *Barbosa in collectaneis, ad eundem textum, num.* 2.

5 Tertiò supradictis obstabit dicere, quod in successione Clerici intestati potius Ecclesia debet præferri cognatis, tanquam proximior, præsertim, cum Clericus filios, aut nepotes non habuerit Siquidem Ecclesia non solum vxoris loco, sed etiam filiæ haberi debet.

Nec

Nec rectè dicitur Clericorum, ſine liberis deciſione, qui Eccleſiam hæredem relinquit, *argumento textus in cap. in præſentia 8. de probationibus*, notat *Hoſtienſis in ſumma, ad hunc titulum, numero 4.* Augetur difficultas ex textu *in capit. Epiſcopus 34. 12. quæſtione 2.* vbi in Concilio Agatenſi præcipitur, quod Epiſcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit alium, quam Eccleſiam non relinquat hæredem, *argumento textus in cap. in præſentia 8. de probationibus*, notat *Hoſtienſis in capit. Epiſcopus 34. 12. quæſt. 2.* vbi in Concilio Agatenſi præcipitur, quòd Epiſcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit alium, quam Eccleſiam non relinquat hæredem: ergo nulla alia ratione, niſi quia Eccleſia loco filiæ haberi debet, ac perconſequens non rectè in concluſione, ſuprà adducta eſt deciſſum ad ſucceſsionem Clerici inteſtati, poſt agnatos Eccleſiam admitti. Verum huic difficultati reſpondendum eſt, Eccleſiam non filiæ, ſed vxoris loco haberi. Nec obſtabit, id quod ſcriptum eſt *in dicto cap. in præſentia 8.* Nam ibi is non intelligendus eſt, ſine liberis decedere, qui monaſterium relinquit hæredem, quia illud non à Pontifice fuit ſtatutum, ſed tantum à parte legatum. Notat *Tiraquellus in l. ſi vnquam*, verb. *Suſceperit liberos, num 47. Cod. de reuocandis donationibus, Doctor Balboa ibidem, num. 41.* nec obſtabit argumentum ſuprà adductum deductum, *ex dicto cap. ſi Epiſcopus.* Nam quod ibi dicitur, non eſt intelligendum de præcepto, ſed de conſilio tantum, notat *Gloſſa ibidem*, verbo *Alium*; cum certum ſit poſſe Epiſcopum in rebus patrimonialibus, quemlibet etiã extraneum hæredem, inſtituere iuxta textum *in cap. ſint manifeſtè 12. quæſt. 2. C. de quo latè ſcripſimus, in cap. 1. de teſtamentis.*

6 Quarto, hucuſque reſolutis obſtabit ſequens conſideratio; videlicet, quòd Eccleſia non ſemper admittitur ad ſucceſsionem Clerici inteſtati, poſt agnator; nam ſi Clericos vxorem ſimul, & Eccleſiam habuerit: tunc vxor Clerici Eccleſiæ præfertur, *vt cõſtat ex tex. in l. ſi quis Presbyter, C. de Epiſcopis, & Clericis.* Cui difficultati reſponderi ſolet, quod & ſi de iure ciuili *ex prædicta leg. ſi quis Presbyter id deciſſum*, tamen aliud de iure Canonico obſeruatur, in quo abſolutè ſtatutum reperitur, vt Eccleſia ſuccedat: cum Clericus ſine cognatione deceſsit, *dicto cap finali 12. quæſt. 5. Gloſ. Marginalis ibidem.* Sed hæc ſolutio admitti non poteſt, quia cum id a iure communi ſtabilitum ſit, non erit admittenda legum correctio, niſi id expreſse caueatur, *l. præcipimus, Cod. de appellationibus, cap. cum expediat, de electione, lib. 6.* Quare ea omiſſa verius eſt dicendum, quòd cum vxor, & ſi cognata non ſit; tamen æquitate prætoria, propter affinitatem, tanquam cognata ad hæreditatem viri vocatur, *l. aduerſus, C. de crimine expilatæ hæreditatis*; & ideò nõ creditur abſolute, Clericum ſine cognitione deciſiſſe, qui relicta vxore deceſsit. Vnde, & ſi quæſtio apud iuris interpretes ſit: vtrùm vxor Eccleſiæ, an Eccleſia vxori præferatur; tamẽ magis vera ſententia eſt, affirmantium vxorem Eccleſiæ præferri, *ex d. l. ſi quis Presbyter*, quod etiam ratione confirmatur, quia Eccleſia loco fiſci ſuccedit, & quemadmodũ vxor fiſcum excludit; ita etiam Eccleſiam excludere debet, quæ in eius locum ſucceſsit, *vt notant omnes in dicta l. ſi quis Presbyter, Cod. de Epiſcopis, & Clericis.*

7 Quintò, ſolutioni obſtabit dicere, quòd ſi verum eſſet, Eccleſiam in locum fiſci ſuccedere, ſequeretur, quòd ſi Clericus Eccleſiam non habuerit, eo inteſtato fiſcus ſuccederet; atque verius eſt, ſecundum communem ſententiam, quòd ſi Clericus Eccleſiam non habeat bona eius, ad Epiſcopum deuenire debent, vt ipſe de illis ſecundum Deum diſponat; *Ita Panormitanus in præſenti numero 4. Gregorius Lopez Gloſſa* verbo *La Igleſia donde ſeruia, leg. 4. titulo 21. partita 1.* Igitur non eſt verum dicere Eccleſiam ſuccedere loco fiſci. Pro qua difficultate diſſoluenda, animaduertendum eſt, quod Clericus in ſua ordinatione coniugium ſpirituale, cum Eccleſia contrahit; ita vt ſi beneficium aliquod, Præbendam, aut Dignitatem in aliqua Eccleſia habuerit, videtur contraxiſſe cum Eccleſia vniuerſali, quare cum Sacerdos, qui Eccleſiam nõ habet, inteſtatus decedit, recte ad Epiſcopum bona deuoluuntur; vt ipſe, tamquam diſpenſator in vtilitatem Eccleſiæ vniuerſalis, bona Clerici diſtribuat: *Ita Panormitanus in capit. 2. hoc titulo, vltim. notabili, in fine*, ac perconſequens verum eſt dicere, quòd

in omni euentu Ecclesia, tanquam vxor spiritualis Clerico succedit. Sed tunc obstabit dicere, quòd si hoc verum esset sequeretur, quòd bona Clerici intestati Ecclesiam non habentis, non ad Episcopum, sed ad Pontificem deuenire deberent, vt ipse tanquam Pastor vniuersalis Ecclesiæ, de illis disponeret. Cui dubio satisfacit Panormitanus, vbi proximè docens iure nostro admissum esse, vt id quod ita venit, sit applicandum Ecclesiæ generali, ita vt non ad Pontificem, sed ad Episcopum Diœcesanum, eius dispositio pertineat. Cuius rei ea potest esse ratio; quia cum Episcopo in sua Diœcesi animarum Cura, in omnibus à Pontifice sit commissa, ad eumque expectet iurisdictio, circa omnes Clericos suæ Diœcesis, *cap. de persona* 38. 11. *quæst.* 1. *cap.* 1. *de officio Ordinarij*; ita similiter ad eum expectat, de rebus Clericorum in sua Diœcesi existentium, aut decedētium agnoscere: quare *Panormit. in dict. cap.* 2. *hoc tit.* affirmat ad Episcopum devolui bona Clericorum abintestato decedentium, non vt sibi appropiet, sed vt diligenter distribuat in vsum Ecclesiæ vniuersalis, quam sententiam sequuntur Doctores omnes *in dicto capit.* 2. *hoc titulo.*

8 Sextò, aduersus conclusionem, supra adductam obstabit textus difficilis *in cap.* 2. *hoc nostro tit.* vbi proponitur, quid faciendum sit de bonis illius Presbyteri, qui cum seruus antea fuisset ad Clericatum peruenit postea, circa quod quidam laici improbe agentes partem, sibi vindicare ex vi iuris patronatus intendebant. Cui malo, vt mederetur Concilium Triburiense decreuit, quod si talis Clericus intestatus decessisset, bona illius in quatuor partes diuidantur, quarum vna Episcopo, altera verò Ecclesiæ, tertia parentibus, & quarta pauperibus assignetur. Ex cuius textus decisione manifestè constat, quòd etiam si Clericis parentes habeat, non succedunt ipsi, tamquam consanguinei in totum; sed ad vnam tantum partem admittuntur, ac perconsequens omnia hucusque dicta corruere videntur, *in cuius textus difficultate, Glos.* verbo *Morientium, in fin. in dicto capit.* 2. affirmat prædictam decisionem correctam esse; atque ideo locum non habere post prædicta iura, in quibus disponitur, quòd bona Clerici intestati, ad consanguineos debeant peruenire. Verum hæc Glossæ interpretatio, omninò reijcitur; siquidem correctio iuris, semper est euitanda, *dicto cap. cum expediat, cum vulgatis, de electione, lib.* 6. Quare verius est dicendum, illius textus decisionem specialem esse; atque ideò per eam limitanda erit nostri textus decisio, & omnia iura in eius confirmationem suprà adducta: specialitatis autem ratio, in eo consistit; *quia in dicto capit.* 2. *hoc titulo*, agitur de illis Presbyteris, qui ex seruitute ad Sacerdotium Dominis consentientibus promoti sunt; quiquidem cum intuitu Dominorum libertatem consecuti sint, facilius debet eorum substantia, in opera pia distribui, quare nihil mirum, quod in eis, aut eorum bonis aliud disponatur, quã in aliorum Clericorum; merito per illam textus decisionem alia iura limitantur; siquidem in tutore generi per speciem derogatur, *capit. generi, de regulis iuris, libro* 6. notat *Panormitanus in dicto capit.* 2. *hoc titulo, numero final.*

9 Septimò, prædictæ interpretationi, & decisioni textus *in dicto capit.* 2. *hoc titulo*; grauiter obstabit sequen consideratio: scilicèt, quòd in eius specie non declaretur; vtrùm bona Clericorum, de quibus ibi agitur, essent intuitu Ecclesiæ; an verò intuitu personæ quæsita, & tamen potiùs præsumendum est, omnia bona intuitu Ecclesiæ quæsita fuisse; siquidem nihil habens cum seruus anteà fuisset, & postea ad Sacerdotium promotus, quo casu pro Ecclesia præsumi debet, iuxta textum *in capit.* 1. *de peculio Clericorum.* Meritò, omnia eius bona ad Ecclesiam pertinere debebant, nec aliqua pars parentibus adquiri, præterea, quia si dubium esset vtrùm eius bona intuitu Ecclesiæ, an intuitu personæ fuissent, quæsita, tunc eo in casu æqualiter inter Ecclesiam, & parentes distribui debebant, iuxta textum *in capit.* 1. *§. Final* 12. *quæstione* 4. Deindè, quia si omnia eius bona essent temporalia, non rectè parentibus, aut cognatis adddimi poterant, per ius positiuum, ex illo Concilio Triburiensi; siquidem iuri naturali, & Diuino intestati successio, ad proximiores consanguineos defertur; Diuino constat *ex capit.* 27. *Numerorum*, versiculo *Homo cum mortus fuerit,*

& Pſalm. 2. ibi: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam*; ſimiliter, & naturali probatur *ex l. fin. C. quorum bonorum*, verſic. *Et lex ipſa natura ſucceſſores eos facit*, & ſic nullo in caſu recto iure procedere videtur, *textus in dicto cap. 2. hoc tit.* qua in difficultate veriſsimè eſt dicendum, *text. in dict. cap. 2.* loqui caſu, in quo Clericus bona habeat partim intuitu perſonæ quæſita, & partim intuitu Eccleſiæ, qua propter talis diſpoſitio fuit facta, vt vna pars in Eccleſiæ vtilitatẽ, & altera quarta pars in vtilitatem parentum applicetur, nec tunc obſtabit deciſio, *textus in dicto capit. 1. 12. quæſt 4.* nam ideò ibi, promedietate fuit facta diſtributio, quia deciſio illa procedit ſecundum iuris cõmunis diſpoſitionem; atverò cum deciſio, *textus in dicto capit. 2. hoc titulo*, ſpecialis ſit (vt in numero præcedenti diximus) nihil mirum, quod ſimiliter ibidem, aliud ſpecialiter ſtatuatur; *notat Gloſſa.* verbo *Morientium*, *in fin. in dicto cap. 2. hoc titul. vbi communiter repetentes Doctores omnes.*

10 Octauò, ſupradictis valdè obſtabit textus *in cap. cum dilectus fin. hoc tit.* vbi controuerſia proponitur inter Epiſcopum Eduenenſem, & Abbatem Monaſterij de Bruſia, ſuper bonis cuiuſdam Archipresbyteri, qui in extremis agens noluit teſtamentum condere dicens, ſe non poſſe teſtari, quia ſe, & ſua Monaſterio cõtulerat, virtute cuius oblationis Abbas Monaſterij intendebat bona ad ſe pertinere debere, præcipuè, quia quaſi vltimam condiderant voluntatẽ, & ſic prædictus Archipresbyter, eo modo reliquerat hæredem; atvero pars Epiſcopi aſſerebat ſe velle probare, quod præditus Archipresbyter alienatus erat mente, tanquam freneticus, & meritò nihil valere poſſe, quod expreſſiſſet: qua de re Conſultus Pontifex Innocentius III. cauſam cuidam Epiſcopo ſub hac forma commiſit, quòd niſi Epiſcopus probauerit, Archipresbyterũ non fuiſſe ſanè mentis, cum vltimam voluntatem expreſsit imponatur ei ſilentium, ſuper petitione Monaſterij, & cõpellatur reſtituere Monaſterio, quidquid occupauit de bonis illius Archipresbyteri. Sin verò probauerit illum alienata mente prædicta dixiſſe, condemnetur Monaſterium, ad faciendam Epiſcopo reſtitutionem nomine Parochialis Eccleſiæ omnium bonorum, quę fuerant ipſius Archipresbyteri, cum ipſe Archipresbyter abinteſtato deceſiſſet. Ex qua facti ſpecie grauis inſurgit difficultas aduerſus concluſionem, ſuprà adductam ex eo, quia ſi prędicta bona Archipresbyteri fuiſſent, quæſita intuitu Eccleſiæ, non poſſet de illis teſtarit, nec Monaſterio donare, ſiquidem ad Eccleſiam pertinere debent, iuxta textum *in cap. cum in officijs, cap. ad hæc, cap. quia nos, de teſtamentis*; atque ideò neceſſario fatendum eſt bona illa temporalia fuiſſe, & intuitu perſonæ quæſita, & in hac ſpecie decernit Pontifex, quod ſi Epiſcopus probauerit Archipresbyterũ alienata mente deceſsiſſe bona illius, tãquam abinteſtato ad Epiſcopum pertinere nomine Parochialis Eccleſiæ: Ergo quia Eccleſia præfertur cognatis; ſiquidem eo in textu nulla mentio fiat, vtrũ prædictus Archipresbyter conſanguineos haberet necne. Qua in difficultate *Gloſſa in dict. cap. fin.* verbo *Reſtitutionem*, affirmat prædictam deciſionem intelligendam eſſe de bonis patrimonialibus, de quibus conſtat, quod eſſent propria Archipresbyteri, & pro certo ſupponẽdum eſſe Archipresbyterũ, non habuiſſe conſanguineos; quare ſecundum concluſionem noſtram bona, ad Eccleſiam pertinere debuerant, quam gloſſæ interpretationem ſequuntur *Innocẽtius*, *Hoſtienſis*, *& Ioannes Andræas in dict. cap. fin. hoc tit.*

11 Nonò, ſolutioni traditæ ad textum *in dict. cap. fin. hoc tit.* quatenus diximus, quòd ſi Archipresbyter ſanæ mentis deceſsiſſet eius diſpoſitionem valere, & ad Monaſterium pertinere. Obſtabit dicere, quod in teſtamento requiritur hæredis inſtitutio ſcripto, vel nominatim facta, *leg. iubemus 29. Cod. de teſtamentis*, *leg. hæredes palam. 21. ff. qui teſtamenta facere poſſunt*, vel ſaltim quod hæredis nomen ſigno aliquo, & indubitabili in eo exprimatur, vt in exemplis traditis *in l. quoties 9. §. 8. l. aſſe toto 77. ff. de hæredibus inſtituẽdis*; at ſic eſt, quod in prædicta ſpecie Monaſterijũ, nec nominatim, nec ſcripto, nec ſigno indubitabili fuit inſtitutus hæres · ergo etiam ſi conſtiterit ſanæ mentis fuiſſe, cum dicit ſe nolle teſtari, aut non poſſe, quia bona omnia ſua Monaſterio obtulerat, eius bona ad Monaſterium pertinere iure teſtamenti, non poterant. Sed huic difficultati reſpondendum eſt, deciſionem

textus *in d. cap. fin.* procedere non secũdum iuris ciuilis rigorem, sed ex iuris Canonici equitate, qua mediante testamentum ad pias causas; etiam si in eo deficiat solemnitas iuris ciuilis valet, & tenet iuxta textum *in cap. relatum, de testamentis*, vbi notant *Doctores omnes Bartolus in l. 1. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, Tiraquellus de priuilegijs piæ causæ, tractatu 4.* Præterea, quia in dicta specie, & si verba illa ab Archipresbytero prolata, veram non inducant dispositionem, tamen tacitè vim obtinent vltimæ volũtatis, notat *Gloss. ibidem*, verbo *Vltimam*, & ex alijs adminiculis, etiam comprobari poterat voluntas illius. Ex quibus omnibus conuincitur prædictam decisionem, non procedere secundum strictas iuris regulas, sed potiùs secundum æquitatem Canonicam, notat *Butrius ibidem, num. 26.* versic. *Ex hoc habes.*

12 Decimò, aduersus decisionem textus *in d. cap. fin. hoc tit.* ex quo communiter Doctores omnes deducunt valere testamentum ad pias causas conditum per verba enunciatiua, etiam propter aliud prolata; maximè aduersatur principium illud, quo docemur, quòd verba enunciatiua propter aliud prolata, nec iure Canonico, nec ciuili inducũt dispositionem *cap. si Papa, de priuilegijs, lib. 6. l. nonnudis, l. non Epistolis, C. de probationibus*; nam licet Pontifex in rescripto delegatorio incidenter, asserat aliquem esse exemptum; attamen per hæc verba enunciatiua exemptio, non probatur, quia verba illa non sunt principaliter prolata super exemptione, *vt in d. cap. si Papa*; nam verba, quæ ad alium finem enunciantur dicuntur nuda, atque ita non probant enuntiationem, vt in dictis iuribus; sed sic est, quod *in d. capit. finali, hoc tit.* Archipresbyter requisitus fuit, vtrum velit testari, & ipse, vt requisitioni satisfaceret, respondit se non posse testari, quia se, & sua bona Monasterio donauerat, ac perconsequens verba illa incidenter fuerant prolata, & non animo condendi testamentum ergo nõ rectè procedit decisio illa; sed è contrario, quòd verba enunciatiua, etiam indirectè prolata inducant dispositionẽ, probatur ex textu *in l. ex hac scriptura, ff. de donationibus*, vbi ex eo, quod testator dixit, talem legaui Sempronio inducitur legatum, & Sempronius tanquã legatarius illud capit, ac perconsequens etiam, *in d. cap. fin.* ex eo quod Archipresbyter, dixit, quod se, & sua contulerat Monasterio, & hoc per testes constaret; dicendum videbatur verba illa sufficere ad demonstrandam ipsius voluntatem, vt ex ea Monasterium hæreditatem cõsequitur, & nihilominus inquit textus, quod testes illi nõ probant sufficienter: ergo vndequaque illius textus decisio, omninò iuri aduersatur; qua in difficultate, & iurium contrarietate verè dicẽdum est, quod verba enunciatiua dispositionem, non inducunt iusta iura, suprà in argumẽto adducta, pro cuius rei enũciatione animaduertẽdum, est verba testatoris, alia esse dispositiua, alia enunciatiua, dispositiua sunt illa, quę a testatore ad disponendum proferuntur, veluti *dono, lego, eligo, relinquo, & similia*: enunciatiua autem sunt, quæ non proferuntur ad disponendum; sed vt aliud incidenter referant, vt in exemplis suprà propositis: quare explicitè voluntatem disponentis, non continent, quamvis enuntient: in quo differunt à verbis dispositiuis, quæ per se sola extant, & continent voluntatem disponẽtis, per orationem perfectam, non indigentem aliquo nũciato. *Ita Bart. in l. ex hac scriptura, ff. de donation. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 12. nu. 4. Mench. illustriũ tractatum, cap. 30. n. 8.* Sciendum autem est, quod verba enunciatiua, aliquando proferuntur propter se; vt scilicèt enuncient illud, & idem de quo principaliter agitur: aliquando verò, vt enuncient illud de quo principaliter, non agitur, & in hoc vltimo casu dicuntur, propter illud prolata, *docet Bald. in l. si voluntate, ff. de fideicomm. libertatib. Iason in l. is qui, n. 1. ff. de testam. militum*; vndè cum verba enunciatiua proferuntur propter se dispositionem inducunt, quomodo procedit decisio, *text. in d. l. ex hac scriptura*; vbi testator spõte dixit, sciant hæredes mei, quod vestes meas donaui libertis meis, quæ quidẽ verba, & si enunciatiua principaliter, propter se fuerint prolata, nihil mirum, quod dispositionẽ inducant, notat *Panorm. in d. cap. fin. n. 14.* qua supposita doctrina, nonnulli existimant decisionẽ, *text. in d. cap. finali*, interpretandam esse ex eo, quia verba enunciatiua, propter se fuerunt prolata; atque ideò inducere dispositionem, *vt in dict. leg. ex hac scriptura*; sed hac sententia omissa, verius est dicendum, ideò *in dicto cap. finali*,

nali, hoc titulo, verba enunciatiua diſpoſitionem inducere, etiã ſi propter aliud fuiſſent prolata, quia ineſt priuilegium piæ cauſæ, *vt docet Bartolus in l. 1. Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs*, vbi quæſtionem proponit; ſcilicèt, vtrùm per verba enũciatiua incidenter prolata, inducatur diſpoſitio ad pias cauſas, & affirmatiui reſoluit per textum *in dicto cap. fin.* cuius doctrina corroboratur ex ſequentibus. Primò, quia in teſtamento militis talia verba ſufficiunt, *leg. ex his. Cod. de teſtamento militis*: Ergo multò fortius in teſtamento ad pias cauſas. Secundò, quia ex his verbis ſatis apparet conſenſus, de iuregentium, alias nam, nec in milite inducerent diſpoſitionem; ſed in teſtamento ad pias cauſas ſufficit ſolemnitas iurisgentium, *vt notant omnes in l. 1. Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs, Couarruu. in cap. relatum, de teſtamentis, num. 5*. Ergo etiam hoc ſufficit ad hoc, vt ad pias cauſas verba enũciatiua diſpoſitionem inducant; notant *Abbas, in dict. cap. fin. num. 14. vbi DD. omnes.*

13 Vndecimò, prædictis obſtabit dicere, quòd *in d. cap. fin. hoc tit.* Abbas Monaſterij ſuam intentionem fundabat in actu interviuos; nẽpè in oblatione Monaſterio facta, ac perconſequens, non poterat obtinere; etiam ſi plenam haberet probationem prætextu vltimæ voluntatis; ſiquidem ſententia, debet eſſe conformis libello, *l. vt fundus, ff communi diuidundo, l. finali. C. de fideicommiſſ. libertatibus, cap. licèt Heli, de ſimonia.* Cui doctrinæ aduerſantur verba *Illius textus*, ibi: *Velut vltimam exprimens voluntatem*, & ibi: *Cum vltimam voluntatẽ expreſsit*, & ibi: *Quæ ſuper vltima voluntate.* Ex quibus deducitur, quod Abbas, non prætextu oblationis, ſed ex vltimæ volũtatis bona Archipresbyteri Monaſterio adquirere intendebat, & tamen, vt prædictæ deciſionis contextura appareret, quod Abbas in oblatione ſuam intentionem fundabat, & ad illam probãdam vnum adducebat teſtem, qui depoſuit ſe vidiſſe, quando dictus Archipreſbyter ſe, & ſua Monaſterio obtulerat, & etiã alios, qui dicebant ſe audiuiſſe confeſsionem ab Archipresbytero factam, in qua confeſſus fuit prædictam oblationem, atque perconſequens, nõ rectè Innocẽtius III. cauſam illam ſub ea forma delegauit; ſcilicèt, vt Iudex delegatus, inquirere deberet ex Epiſcopi probatione, vtrùm prædictus Archipresbyter teſtatus deceſiſſet, necne, & ſi Epiſcopus probaſſet, non ſanè mẽtis fuiſſe, cum vltimam voluntatem expreſsit, abinteſtato deciſiſſe intelligitur, & ſic bona ad ipſum pertinere debere, quæ difficultas, adeò grauis viſa fuit Doctoribus, vt varios adducant intellectus, *in d. cap. fin.* vt ex ipſius ſummario conſtat, quòd variũ eſt. Pro cuius ſolutione Abbas *in d. capit. fin. num. 15.* exiſtimat tenendum eſſe ſecundũ eius intellectum. Ita vt dicamus, quòd Abbas obtinere cupiebat vigore oblationis, quam probauerat per vnum teſtem de viſu, & per confeſsionem Archipresbyteri in extremis coram teſtibus factam, nam teſtis vnus deponens de veritate actus, & duo deponentes ſuper ipſius actus cõfeſsione rectè iunguntur ad plenam probationem, *ita Bartol. in l. admonendi, ff. de iureiur.* ſed huic intellectui repugnant textus verba; ex quibus conſtare videtur totius illius deciſionis, reſolutionem pendere ex validitate, aut invaliditate vltimæ voluntatis. Quare pro huius dubijs ſolutione Panormitanus exiſtimat, quod in prædicto textu mẽtio fuit facta de vltima voluntate, nõ ad hoc, vt per eã inducta fuiſſet teſtamẽti factio; ſed quia accipitur pro finali aſſertione ipſius Archipresbyteri, ac perconſequens verba illa, non propriè accipi debere. Cui interpretationi conducit verbum *Illius textus*, ibi: *Vel vt vltimã*, quod in proprietatem denotat, *ita Gloſ. ibidem*, verbo *Vltimam*, verum hic intellectus admitti, non poteſt ex eo, quia non ſolùm prædicta verba; verumetiam tota deciſionis, & Pontificis mens repugnat: ſiquidẽ abſolutè tendit, vt cognoſcatur; vtrùm Archipresbyter teſtatus deceſiſſet, necne, nam ſi teſtatus, ad Monaſterium pertinent bona; ſi vero inteſtatus, ad Epiſcopum. Prætereà, quia ſi non de cauſa teſtati, vel inteſtati, in deciſione illa ageretur, non rectè ſub hac rubrica collocaretur. Quare veriorẽ eſſe exiſtimo primũ intellectum a Doctoribus, ſupra in numero præcedẽti traditum. Quare pro vera ſolutione dicendũ exiſtimabam Abbatem intentionem ſuam in oblatione fundaſſe, ſed cum illam probare non poſſet, quia vnum tantum teſtem ad illam induxiſſet, qui ſufficiens non erat, *dicto capit. licèt vniuerſis, de teſtibus*, ſimulque eam fundabat in illa vltima voluntatis declaratione,

quæ tanquam vltimam voluntatẽ continentem, potuit ius testari tribuere; quia ad piam causam ordinabatur, quare, & si intentio originem habuisset in oblatione, tamen postea radicabatur in illa vltimæ voluntatis expressione: quare inquit Pontifex testes plurimum adiuuasse Abbatis intentionem: quare cum inspectis meritis causæ, & probationibus ab Abbatæ factis Pontifex cognouisset, totius controuersiæ rationem, in eo solo consistere; vtrùm Archipresbyter sanæ mentis fuisset, necne cum prædicta verba dixisset; ideò Iudici delegato præcepit, quod nisi Episcopus probasset Archipresbyterum, non sanæ mentis fuisse, Monasterium ab in petitione illius absoluat, quasi ex illa vltimæ voluntatis declaratione, vtriusque partis fundamentum pendeat; atque ita illius textus ratio pendet, quod ad fundandam Abbatis intentionem necessarium fuit, omnia simul prospicere, & oblationem, & voluntatis expressionẽ; siquidem singula, quæ non prosunt multa collecta iuuant, *Glossa fin. in cap. cum causam, de probationibus, l. instrumenta, C. eodem, capit. præterea, & fin. de testibus*, quod est intelligendũ, si de vnaquaque re semiplena probatio fiat.

14 Duodecimò, obstabit sequens consideratio, videlicèt, secundum iuris decreta, sola partis confessio sufficiens est ad probationẽ, præcipuè si fiat præsente parte, *l. Publia Mæuia, ff. depositi, l. cum de indebito, §. fin. ff. de probationibus, toto titul. de confessis, l. 7. tit. 13. part.* 1. Sed sic est, quod in prædicta specie Archipresbyteri in præsentia Abbatis, confessus fuit oblationem; igitur sola eius confessio, sufficiens erat ad plenam probationem; verum huic difficultati communiter dici solet; quod ideo ibidem confessio Archipresbyteri, per se solùm non fuit sufficiens, quia non erat facta principaliter, sed incidenter; scilicèt, ad interrogationem alterius quærentis, vtrùm velit testari necne; quare talis confessio, & si non plenè probaret Abbatis intentionem; tamen multum adiubat, vndè talis confessio facit semiplenam probationem, *cap. finali, de iure iurando, capit. super eo, de testibus*; atque ita, cum reperiantur duæ semiplenæ probationes tendentes ad eundem effectum, rectè iunguntur ad faciẽdam plenam probationem; *Ita Panormitanus in dict. cap. fin. de iure iurando, num.* 7.

15 Decimotertiò, aduersus id, quod refert textus *in dicto cap. finali, hoc titulo*, dum asserit, quod si Episcopus probauerit Archipresbyterum sanæ mentis, non fuisse bona ei adiudicentur; obstabit dicere, quòd si ex vi oblationis Abbas bona Archipresbyteri, adquirere intendebat, nihil ei obstaret Archipresbyterum mortis tempore, non sanæ mentis fuisse; siquidem ex eo quod in vita voluntatem suam, non mutasset, cum eadem decessisset censetur, *argumento textus in cap. maiores, §. Finali, in fine de Baptismo*; atque ideò, siuè furor, aut dementia, postea ei superueniss'et, siuè nõ, oblatio semel facta in suo robore permanere debebat. Quam difficultatem tetigit, *Gloss. dicto cap. fin.* sed pro ea dissoluenda asserit, quòd Abbas non plenè probauit donationem fuisse factam, inter viuos, cùm tantum vnicum testem adduxisset, quæ solutio, & si difficultatem omninò, non diluat; tamen apperit illius textus sententiam, qua solutione confirmatur opinio nostra suprà adducta, in qua probauimus Abbatem, non tantum ex vi oblationi inter viuos facta; sed etiam ex vi, vltimæ voluntatis, illam declarantis, & sic ex vtroque simul bona Archipresbyteri, ad Monasterium pertinere desiderasse: Vndè cum oblatio inter viuos facta; etiam si ea sola sufficeret, tamen probari non potuit, nisi per vnum testem, ac per consequens in ea, non deficit ius, sed probatio, *leg. duo sunt Titij, ff. de testamentaria tutella*; Ideoque ex defectu plenæ probationis infirmum manebit ius in oblatione fundatum. Quapropter Abbas suam sententiam fundauit in declaratione Archipresbyteri, quam per testem probauit, quæ cum necessariò desideretur ad faciendam plenam probationem, nihil mirum: quòd si Episcopus probasset Archipresbyterum, non sanæ mentis fuisse cum illam voluntatem expressit, tanquam abintestato decedẽte eius bona, non ad monasterium; sed ad Episcopum nomine Ecclesiæ pertinerẽt, quam veram, & genuinam esse existimo, mẽtem, & sententiam, textus *in dicto capit. fin. hoc titul.* alias dubitandi rationes refert, *Barbosa in collectaneis, ad textum in capit. 2. hoc titul.* videri etiam opportet ea, quæ suprà scripsit *in cap. 2. de testamẽtis, num.* 20.

DE

DE SEPVLTVRIS.

TITVLVS XXVIII.

Ad textum in cap. nos, instituta 1. cap. fraternitatem 3. cap. de vxore 7. cap. cum super 8. cap. certificari 9. cap. in nostra 10. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Moriturus potest in sepulturis maiorum sepeli, vel vbi voluerit propriam eligere sepulturam, quam si non eligit, nec sepulchrum habet in Ecclesia Parochiali sepeliendus est, vbi viuus Ecclesiastica percepit Sacramenta.*

2 *Maiorum actio nostra, debet esse instructio.*

Sepulturæ vnico ex charitate, & deuotione prouenit.

3 *Fraternitatem 3. capit. in nostra 16. de sepulturis.*

4 *Cap. ex parte 5. de sepulturis.*

Appellari non potest, ne corpus sepeliatur.

5 *Cap. vt priuilegio 24. de priuilegijs, latè exponitur.*

6 *Capit. nimis iniqua 16. versic. Si quis decedentium, de excessibus Prælatorum, cap. placuit 1. in fin. 16. quæst. 1.*

Monachi in proprijs Monasterijs sepeliri debent, nisi remotè à Monasterio existant.

Actus factus est tempore inhabili, si ad habile referatur, an valeat?

Concilium Triburiense, cap. 15. cap. vbicumque 6. 13. quæst. 2.

Peregrini, in qua Ecclesia sunt sepeliendi.

Cap. placuit 7. 13. quæstione 2. cap. nullus Abbas, cap. mandamus 19. quæst. 3.

Leg. 3. §. Diuus, de sepulchro violato, l. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesijs.

1 MORITVRVS Potest in sepulchris maiorum suorũ sepeli, vel vbi voluerit propriam eligere sepulturam, quam si non eligit, nec sepulchrum maiorum habet in Ecclèsia Parochiali sepeliendus est, in qua viuus audiuit Diuina, & Ecclesiastica percepit Sacramenta. Prima nostri text. pars probatur *ex textu in cap. relatum 2. cap. fraternitatem 3. cap. de his 4. cap. ex parte 5. cap. cum liberum 6. 7. 8. 9. & 10. hoc titul. de sepulturis, cap. plerique, de pactis, cap. vt priuilegia, de priuilegijs, cap. nimis*, versic. *Et si quis decedentium, de excessibus Prælatorum, cap. 1. de pactis, lib. 6. cap. 1. cap. cum quis, cap. his qui 3. cap. licèt, cap. fin. hoc titulo, lib. 6. capit. Ebiar, cap. vnaquæque, §. Soror, cap. vbicumque 6. cap. placuit 7. 13. quæstion. 2. Clementina dudum, §. Verum hoc titul. Clementina finali, §. Final de pœnis, l. 6. titul. 3. partit. 1.* illustrant antiquiores omnes relati à *Barbos. in collectaneis, ad nostrum textum, num. 1. idem, lib. 2. de iure Ecclesiastico, cap. 10. num. 19. Petrus Gregorius lib. 2. sintagmatum, cap. 13. numero 6. & 7. & lib. 33. cap. 23. num. 10. & lib. 1. partitionum, titul. 15. cap. 4. numero 2. Gutierrez de iuramento confirmatorio 2. part. cap. 4. num. 1. Basilius lib 5. de matrimonio, cap 3. §. 2. num. 10. Parladorius differentia 66. §. 3. Iulius Laborius variarum lucubrationum, titul. 2. cap. 17. Medi. in tractatu de sepulturis, 2. parte, quæst. 6. num. 1. & 2. Stephanus Gratianus disceptationum forensium, cap. 94. num. 79. Riccius in praxi, resolution. 563. Tuschus littera P. conclusione 97. numero 5.*

2 Ratio decisionis nostræ, videlicet, quòd decens, non electa sepultura sepeliri debet in sepulchro maiorum suo-

ſuorum, ea eſt, quia hoc fuit inductum exemplo Patriarcharũ, Abraham, Iſaac, & Iacob, qui etiam in remotis exiſtentes voluerunt ſepeliri in ſepulchro maiorum ſuorum, *Geneſis capit.* 25. & 49. *Exodi cap.* 4. *cap. Ioſeph* 13. *quæſt.* 2. quorum actio noſtra debet eſſe inſtructio, *cap. ſignificaſti, de electione*, vnio enim ſepulturæ ex quadam charitate, & mutua dilectione procedit, quæ fuit inter ſuos, vt quorum fuit vna mens in vita, eorũ quoque corpora, non ſeparet ſepulchrũ, *cap. vnaquæque* 13. *quæſtion.* 2. quòd ita quotidiano vſu ſatis receptum eſt, nec ſine maxima ratione, vt proximi, quoties ad loca ſacra conueniunt, ſuorumque maiorum ſepulturam intueantur, recordentur, & pro eis domino preces fundant, *cap. cum gratia* 13. *quæſt.* 2. poteſt tamen, ſibi nouam eligere ſepulturam, & prætermittere maiorum inſtar Chriſti Domini; nam ſi voluiſſet fuiſſet ſepultus in ſepulchro maiorum ſuorũ, tamen elegit ſepeliri in ſepulchro nouo, *Matthæi capit.* 27. vndè liberum eſt filiis ſepeliri in ſepulchris parentum ſuorum; licèt poſſint alibi pro locorum & temporum oportunitate ſepulturam eligere.

3 Primò, contra textum noſtrum obſtabit textus *in cap. fraternitatem* 3. *hoc titulo*, vbi decernitur, quòd licèt minime contradicendum ſit extremæ voluntati illorum, qui ſepeliri deſiderant, apud illas Eccleſias, ſeu Monaſteria in quibus religioſorum Conuentus ſint conſtituti, & orationes, atque Miſſarum ſolemnia, tàm pro viuis, quam pro defunctis celebrantur; tamen ſi quis relicto parentum ſuorum ſepulchro, contra vſum Patrum veteris teſtamenti, qui cum patribus ſuis ſepulti fuerunt, ad nouum, & minus religioſum locum ſe transferri voluerit, irrationabiliter, & contra antiquam conſuetudinem facere videtur; & ideò corpus eius reduci debet Eccleſiæ, in qua ſepulti ſunt patres ſui. Igitur non poteſt teſtator, dimiſſo parentum ſuorum ſepulchro alibi eligere ſepulturam: quòd omninò contrarium in textu noſtro deciſſum eſt. Augetur difficultas, *ex text. in cap. in noſtra* 10. *hoc titulo*, vbi Parochiani Eccleſiæ Montis Ferrondi, propria relicta ſepultura, apud locum minus Religioſum, Hoſpitalariorum Claræ Montenenſis, Diœceſis elegerunt ſepulturam, *vt conſtat ex eodem textu*, ibi: *De cætero non recipiant Parochiani Eccleſiæ ſupradictæ ad Eccleſiaſticam ſepulturam, niſi apud eos elegerint ſepeliri, iuncta eius Gloſſa*, verbo *Apud eos*: ergo poteſt quis demiſſo proprio ſepulchro alibi ſepeliri; etiam ſi locus ſepulturæ deſtinatus ſit minus religioſus. Agnouit difficultatem, *Gloſſa ibidem*, verbo *Apud eos*. Eam tamen inſolutam reliquit; ſed reſpondeo nouum eſſe, quòd licèt liberum vnicuique ſit ſepulchro parentum relicto, & Parochialis Eccleſiæ ſepultura dimiſſa, alibi eam eligere, & ſepeliri tamen debet, ſibi magis religioſum eligere locum, apud quem corpus ſuum ſepeliatur, *c. relatũ* 2. verſ. *In Monaſterio Conuenti voluerit, cap. de his* 4. verſic. *Ad religioſa loca, hoc tit.* quemadmodum, etiam qui de vna Religione ad aliam tranſit ad ſtrictiorem, & religioſiorem tranſire debet, *cap. ſanè cap. licèt, de regularibus*, Thomas Sanchez *lib.* 6. *in præcepta Decalogi, cap.* 7. *per totum*; ſi enim minus religioſus locus, eligatur ad corpus ſepulturæ tradẽdum, electio non tenet, *& cum in dicto cap. fraternitatem*, qui relicta, & parentum ſepultura, ad minùs religioſum locum ſe tranſtuliſſet: Merito, contra antiquam conſuetudinem irrationabiliter feciſſe dicitur; notat *Gloſſ. ibidem*, verbo *Ad nouam Panormitanus, numero fin. Hoſtienſis numer.* 3. nec contrarium, probat textus *in dict. cap. in noſtra*; nam licèt, qui vult eligere ſepulturam alienam, quam propriam, non poſſit hoc facere, niſi ſit locus magis religioſus, vt ex dictis iuribus conſtat, tamen ratione priuilegij conceſſi illi loco, in quo eligit ſepeliri, id contingere poteſt, quòd priuilegium Hoſpitalarij habebant, vt omnes poſſim, præter excommunicatos, & interdictos ad Eccleſiaſticam ſepulturam recipere poſſent, qui apud illos elegerunt ſepeliri, vt conſtat *ex eodem text.* verſic. *Quod tàm ex priuilegio, quàm ex indulgentia ſpeciali, licèt Hoſpitalaris*: & ideo huius indulgentia, & priuilegij prætextu, apud ipſos Hoſpitalarios, licet minùs religioſi, quàm Monachi eſſent, *argumento tex. in capit. bonæ* 12. *quæſt.* 2. *Gloſſa in dicto cap. in noſtra*, verbo *Apud eos*; electio ſepulturæ facta tenet, quo ſecluſo priuilegio, aliàs iure communi minime valeret, *ex dicto cap. fraternitatem, argum. text. in capit. Abbatæ, §. fin. de verborum ſignificatione, leg. vnica, Cod. de Theſauris, lib.*

lib. 10. quòd ius Bonifacij VIII. constitutione oblitum est, & captum, vt hodie libere, possit testator antiqua dimissa, nouam etiam in loco minus religioso eligere sepulturam, iuxta textus *in cap. cum quis §. fin. de sepulturis, lib.* 6. *Docet Hostiensis in summa huius titul. §. Et apud quam, num.* 5. *& repetitione ad textum, in dicto cap. in nostra, num.* 6. sed ea, & aliis omissis, veritsime est respondendum: quòd licèt posset quis in minus, etiam religioso loco, antiqua, & propria sepultura dimissa sepeliri, *vt in dicto cap. in nostra*; tamen nulla decernitur electio sepulturæ, apud minus religiosum locum facta, *vt in dicto cap. fraternitatem, quia testator*, ibi: *Ex temeritate, vel contemptu ad eum locum trãsit, vel dolo inductus fuit, vt ibi sepulturam eligeret*, notat *Hostiensis ibidem*, vel quia non reliquit Ecclesiæ debitam portionem, quo in casu non licèt propriam dimittere sepulturam, & in alio sepeliri loco; *ita Hostiensis in dicto cap. fraternitatem.*

4 Secundò, conclusioni nostræ obstabit textus *in capit. ex parte* 5. *hoc nostro titulo*; vbi cum quidam Parochianus, cuiusdam Cathedralis Ecclesiæ, in quodam Religiosorum Conuentu sepulturam eligeret eo defuncto, Canonici appellationem interposuerũt, ne prior in sua Ecclesia eum sepeliret, & post appellationem factam ad Sedem Apostolicã Prior dictum Parochianum in Ecclesia sepeliuit, in qua specie mandat Pontifex, quatenus præfatus Prior, per Ecclesiasticam censuram compellatur, vt memoratis Canonicis prædicti Parochiani corpus restituat, & cum eisdem amicabiliter se conueniat; ex qua decisione apertè deducitur liberam, non esse electionem sepulturæ; sed vnumquemque in Parochiali Ecclesia, omninò sepeliri debere. Cum corpus eius, qui alibi sepulturam elegit Ecclesiæ Parochiali restituatur. Agnouit difficultatem, *Gloss. ibidem*, verbo *Parochiarum*, & eius soluendæ causam existimat in illius Canonis specie, parochianum non elegisse sepulturam, apud Ecclesiam Conuentualem, sed corpus ipsius violenter raptum in Ecclesia sua Monachos sepelisse, *vt in cap. cum liberum* 6 *hoc titulo*. vel si elegerat ibi: *Sepeliri dolo fuisse inductum à Monachis ipsis, vt in eorum Ecclesia electionem sepulturæ faceret*: quo casu electio, nullius penitùs firmitatis existit, *argumento text. in cap. constituit* 20. *quæst.* 2. *cap.* 1. *de sepulturis, lib.* 6. *Gutierrez de iuramento confirmatorio*, 2. *part. capit.* 4. *num.* 11. *cum sequentibus, Iulius Laborius lib.* 2. *variarum lucubrationum, capit.* 11. *Gratianus disceptationum forensium*, 2. *tomo, cap.* 210. *num.* 19. vel quia infrà annos legitimos erat constitutus, & ita sepultura eligere non poterat, *cap. de vxore, § fin. capit. in nostra* 10. *hoc titulo*; & ideo corpus debet restitui cum bonis perceptis occasione illius, *dicto cap. cum liberum, in fin. hoc titulo*; alias tantum Canonica portio reddi deberet, *capit. in nostra, cap. certificari, hoc titulo*; maximè cum post appellationem factam in Ecclesia sua eum sepelire, minime dubitassent, quæ appellatio valuit ad hoc vt probata veritate corpus illud Parochiali Ecclesiæ redderetur, quamvis idem foret, si appellatum non esset, *dicto cap. cum liberum, & gloss.* 1. *in d. cap. ex parte*, & licèt in hoc casu, non videatur admittenda appellatio, *l. finali, de sepulchro violato, Authentica item, eodem titul. Authentica vt defunctorum, seu funerum, collatione* 5. Tamen rectè in præsenti fuit admissa; nam licet appellari non possit, ne corpus sepeliatur, vbi de iure sepeliri debet, vt in dictis iuribus: tamen bene appellatur, ne alibi sepeliatur, quam in propria Parochia, *vt in hoc textu*, in quo Canonici ad Sedem Apostolicam appellationem interposuerunt, ne Monachi ipsorum ius inuadentes, ad sepulturam reciperent eum, qui apud eos nõ eligeret sepulturam, *notat Gloss.* verbo *Post appellationem, in eodem textu. Butrius num.* 3. *Panormitanus* 2. *Hostiensis* 1.

5 Tertiò, ex his expendo interpretationem, *ad text. in capit. vt priuilegia* 24. *de priuilegijs*, vbi Templarij, & Hospitalarij, qui mittebantur per Villas, & Ciuitates ad eleemosynam colligendã, aut ad accipiendas fraternitates, de quibus mentiõ fit, *in cap. cum, & plantare, cap. tuarum, cap. petitis. de priuilegijs, cap. cum deputati, de Iudicijs*, de quibus late *Petrus Gregorius lib.* 15. *sintagmatum, cap.* 33. *Couarruu. in cap. alma mater*, 2. *part. §.* 2. *versic. Est, & Templarijs priuilegiũ à se, de Apostolica concessum*, vt hi, qui fraternitatem eorum assumpserit, si Ecclesiæ ad quos pertinet, à Diuinis Officijs fuerint interdictæ, ipsosque moti contigerit sepultura Ecclesiastica, non negetur, sed possint interdicti tempore in

Eccle-

Ecclesia illa sepeliri, quòd de illis cõfratribus intelligitur, qui vel adhuc in sæculo manentes, mutato statu sęculari, eorũ ordini, & fraternitati sunt adscripti, vel qui absque habitus mutatione bona sua illis dederant inter viuos retento, sibi quandiù in hoc sæculo vixerint vsufructu, quod sufficit ad effectum, quod gaudeant priuilegio Ecclesiasticæ sepulturæ tempore interdicti, licèt quoad fori, & Ecclesiæ exemptionem debeant se ad Monasterij confratres transire, & in eo inseruire, *iuxta text. in cap. quidam 32. de priuilegijs*, notat *Enriquez in summa, lib. 13. cap. 48. §. 3.* hi itaque oblati dicuntur, ad differentiam conuersorum; nam conuersi sunt, qui mutato habitu Religionem profitẽtur minimè, ordine Ecclesiastico prædditi, qui cum cæteris Religiosis infrà Monasterij Claustra vitam agunt, & propterea Religiosi, propriè, & personæ Ecclesiasticæ sunt, *cap. non dubium, capit. Parochianos, de sent. excommunicationis, Couarru. vbi suprà, §. 2. num. 8.* & in versic. *Qui tamen*, eiusdem textus asserit, quòd hi confratres sepeliri debent, apud ipsorum regularium, vel aliorum, non interdictas Ecclesias, in quibus elegerunt sepulturam, quæ decisio summè difficilis est, cum sibi ipsi contraria contextura videatur; nam in initio *textus ille affirmat*, quòd si Ecclesiæ ad quas isti confratres, vel oblati pertinent, fuerint interdictæ, in eisdem posse sepeliri, & postea, in versic. *Qui tamen*, idem textus subiungit, quod sepeliendi sunt, apud ipsorum regularium, vel aliorum, non interdictas Ecclesias, in quibus elegerunt sepulturam, & ita in interdictis proprijs Ecclesijs, nõ possunt sepeliri, cuius Canonis difficultas; adeò grauis est, vt pro ea diluenda varias cogitarunt solutiones, *vt constat ex Panormitano ibidem, num. final*, sed omissis plurimis, verissimè respondendum est id, quòd initio huius Canonis expressum est, ita accipiendum esse; scilicet, quòd huic Religioni oblati, si decesserint, non electa sepultura: tunc vigore priuilegij sepeliri possint in Ecclesijs, ad quas ad se pertinent; etiam si interdictæ sint, vel in Parochialibus, seu in his in quibus maiores, sui sepeliri consueuerunt, *iuxta text. in cap. 1. hoc nostro titul.* at si ab his oblatis electa fuerit sepultura: tunc secluſa electione, & Ecclesia electa sit interdicta, non sunt admittendi ad Ecclesiasticam sepulturam per eos electam; si verò apud interdictas Ecclesias sepulturam elegerint, ibi: *Humani debent.* Ratio desummitur, ex regula nostri textus, in quo vnicuique conceditur, vt relicta antiqua maiorum sepultura, vel etiam Parochiali possit aliam eligere: quare non debet voluntas confratrum impugnare, *notat Panormitanus in dicto capit. vt priuilegia 24. de priuilegijs, num. fin. Couarruu. in dicto cap. alma mater, 2. part. §. 2. num. 7. in fine, cum traditis à Barb. in collectaneis ad eundem textum, num. 3.*

6 Quartò, venit interprerãdus textus *in cap. nimis iniqua 16.* versic. *Si quis decedentium, de excessibus Prælatorum*, vbi plura grauamina recensentur, quibus quietem Religiosorum Ecclesiarũ, Prælati multipliciter inquietabant, & inter illa referuntur, quòd fratres ipsorum religiosorum defunctos, apud Ecclesias suas compellunt sepeliri, & si quis decedentium fratrum alibi, quam in suis Ecclesijs eligat sepulturam, funus ad Ecclesias suas deferri cogunt, vt oblatio suis vsibus cedat, à quibus, & alijs grauaminibus Gregorius IX. mandat, quatenus vniuersi, & singuli Prælati desistant, ex qua decisione prę plane deprehenditur adeò liberam esse electionem sepulturæ; vt & religiosi possint eam, sibi eligere, *vt constat ex eodem textu*, versic. *Alibi, quam in suis Ecclesijs eligat sepulturam*, cuius textus sententia magis difficilis redditur, *ex textu in cap. placuit 1. in fin. 16. quæst. 1.* vbi Monachi, non nisi in propriijs Monasterijs sepeliri debent: igitur electio sepulturæ, ipsis interdicta est; cui difficultati respondet *Hostiensis in cap. de vxore, num. 4. de sepulturis*, dum asserit, Monachum libere posse alibi, quam in suo Monasterio sepulturam eligere, *vt in dicto capit. nimis iniqua*; quia electio hæc tunc sortitur effectum tempore, quo iam ipsi Monachi à iugo obedientiæ Superioris soluuntur, *argumento textus in cap. de vxore, hoc titulo*, quo in casu sepeliendi sunt eo in loco, quem sepulturæ suę electione propria destinarunt; sed si ea non electa decesserint, non nisi Monasterio sepeliri possunt *iuxta textum, ita intelligendum in dicto cap. placuit*, dum loquitur. de Monacho illo, qui sepulturam non elegit; ita eius decisio suppleri debeat, per textum *in dicto capit. nimis iniqua*, argumen-

mento text. in l. non est nouum, ff. de legibus; sed hæc Hostiensis, solutio alijs non placet, ex eo quod cum Religiosi propriā, non habeant voluntatem, *cap. non dicatis 12. quæst. 1. cap fin. de testamentis, lib. 6.* sepulturam eligere, non possunt, *dict. cap. placuit, cap. Religiosi, hoc titulo, lib. 6.* siquidem electio descendit à libero arbitrio, & cesat vbi deficit libertas, *capit. vbi periculum, §. Cæterum, de electione, lib. 6.* alij verò, *text. in dict. cap. nimis iniqua*, accipiunt non de Monachis Religionē, iam professis, sed de confratribus Templariorum, & similibus in sæculo remanentibus; qui cum vere Religiosi, non sint, *cap. quidam 32. de priuilegijs*, rectè possunt apud quamcumque Ecclesiam sepulturam eligere, *cap. vt priuilegia, eodem tit.* Sed his interpretationibus omissis vere respondendum est, Monachum Religionem professum electionem sepulturæ regulariter non habere, sed in proprio Monasterio sepeliendum esse, *ex dict. cap. placuit*: Nam licet huius electionis effectus conteratur in mortis tēpus, quoniam solutus est annexu obedientiæ, adhuc tamen illis est prohibita sepulturæ electio, quia lex Pontificia, in hac prohibitione, non solum attendit effectum, sed etiam ad initium habuit respectum, quo Religiosus iste voluntatem non retinet, nec eam declarare potest, quandoque enim ius aliquid prohibet attento effectu, & tunc parum refert, an actus fiat tempore habili, si effectus ad tempus habile conferatur; quādoque tamen, non solum attento effectu, sed etiam initio aliquid ius prohibet, & tunc non sufficit, quod actus ad tempus habile conferatur, *text. elegans, in l. si minor, ff. de seruis exportandis*; ergo licèt Religiosus absoluatur a vinculo obedientię post mortem, tamen in vita non habet voluntatem, quam possit declarare, & sic prohibetur, sibi electio sepulturæ, non solum attento effectu sed etiam initio, idque verum est, cum Monachus in suo Monasterio decessit, nam si adeò remotè à Monasterio vitam legat, vt cum moritur commodè ad illud nequeat transferri; tunc licitè potest rectè, sibi sepulturam eligere, *dicto cap. Religiosi, hoc tit. lib. 6. Æmanuel Rodriguez, quæstionum regularium, tom. 3. quæst. 60. art. 2. Boerius decis. 185. numer. 6.* in quo casu loquitur, *text in dicto cap. nimis iniqua*, siquidem Gregorius IX. ibidem, distinguit illa duo grauamina, cum defunctos Monachos, apud Ecclesias suas prælati compellunt sepeliri, & eorum exequias celebrare, & cum aliquis eorum alibi elegerit sepulturam, & funus ad Ecclesias quoque suas deferri cogant: ergo, vt primum grauamen à sequenti differat, loquitur primo Pontifex de Monachis in Monasterio decedentibus, qui sepulturam eligere, non possunt, qui cū in Monasterio humari debeant, & manifesto grauamine afficiebantur à prælatis, qui eorum corpora ad Ecclesias suas deferri faciebant, & postea agit de Monachis longè à Monasterio distantibus tempore, quo decedunt, qui commodè ad illud reuerti non possunt, & propterea licitè sepulturam eligere possunt, quæ electio cum à prælatis impediretur, grauamen etiam Monachi patiebantur, à quibus abstinere etiam præcepit Gregorius Pontifex, quam interpretationem; *tenent Innocentius in dicto cap. nimis iniqua, Panormitanus, numer. 2. Barbosa in collectaneis, ad eundem text. num. 2. Ancharran. & Monachus, dicto capit. Religiosi, hoc tit. lib. 6.*

7 Quintò, nostri text. decisio impugnatur, ex Concilio Triburiensi, *capit. 15. relato in capit. vbicumque 6. 13. quæst. 2.* vbi legitur, quod sepultura apud maiorem Ecclesiam, vt sedes est Episcopi celebrentur; si autem propter temporis, vel loci asperitatem, hoc difficile visum fuerit, apud Ecclesiam in qua Religiosorum Canonicorum, vel Monachorum, vel sancti monialium Religiosa Congregatio communiter degerit, sepeliatur; si autem, & hoc ineptum visum fuerit, vbi quis decimas persoluat, ibi: *Sepeliatur; ex quo Canone apertè deducitur vnumquemque in Cathedrali Ecclesiâ sepeliendum esse, vel in Religioso Monachorum Conuentu, & tandem si hoc fieri, propter aliquam causam non potuerit, in Parochiali Ecclesia humari debere.* Igitur, nec in sepulchro maiorum iacere mortus debet, nec eligi potest ad sepulchrum locus sepulturæ, nec in Parochiali Ecclesia sepeliendus est, nisi vigeat causa aliqua, propter quam corpus, ad Cathedralem eadem, vel Religiosam domum deferri non possit, contra id; *quod in text. nostro decernitur*; agnouit difficultatem, *Glossa ibidem*, verbo *Vbicumque*, & solutionis causa existimat hunc Canonem, non prohibere, quo minus quis in sepulchro ma-

maiorum iaceat, vel si illud non habeat, in Ecclesiæ Parochiali sepeliatur; sed tantum instruere eos, qui maiorum, & Parochialis Ecclesiæ, sepultura dimissa alibi eligunt sepeliri; ita vt in electione sepulturæ hunc ordinem seruet; scilicèt potiùs Episcopalem Ecclesiam, quam alteram eligant, & si hoc propter temporis, vel loci asperitatē, difficile visum fuerit; tunc Religiosum Cœnobium ad suam sepulturam eligant. & sine hoc fieri possit, apud Parochianam Ecclesiam corpus condatur, non tamen statuere, quòd si electio alio modo fiat irrita, & nullius firmitatis existat, hic enim ordo in eligenda sepultura præscriptus ex decentia, & honestate, non verò ex necessitate seruādus est, quam sequetur, *Turrecremata in dicto capit. vbicumque 6. 13. quæst. 2. num. 1.* sed conuincitur, quia verbis illius textus, non congruit; siquidē non consilium, sed necessitatem important, *vt constat* ex versic. *Illo sepulturæ, celebrentur*, iuncto vers. *Sepeliantur*, quę verba imperatiua sunt, & obligationem inducunt: igitur ordo sepulturæ in dicto Canone præscriptus, non consiliū, sed præceptum denotat, quare ea reiecta, verisimè respondendum est, illius Canonis sententiam, non esse generaliter accipiendam, sed tantum ad eum casum restringendam, quo viatoris, vel peregrini, de Diœcesi ad Diœcesim transeuntes in peregrinatione decedunt, qui propter necessitatem, quæ maxima occurrit, vbicumque facultas rerum, & opportunitas temporis suppetat, apud Ecclesiam, vbi sedet Episcopi sepeliri debent: Si autem hoc propter itineris longitudinem, impossibile videatur expectare eos debet terra sepulturæ suæ, in qua Canonicorum, aut Monachorum, siue Sancti Monialium Congregatio, Sancta communiter degit, vt eorū orationibus Deo commendati occurrant, & remissionem delictorum, quam meritis non obtinent illorum intercessionibus percipiant; quòd si & hoc ineptū, & difficile existimatur, vbi viui decimas persoluerunt sepeliantur mortui, quæ interpretatio colligitur ex Cōcilio Triburiensi, sub Formoso Pontifice celebrato, *cap. 15.* ex quo desumpta est dicti capitis Alexandri III. decisio licet, nō eisdem verbis expressa, & suadetur, *ex textu in cap. vbicumque 16. quæst. 1.* vbi eiusdem Triburiensis Concilij, *cap. 15.* hæc verba referuntur, versic. *Vbicumque facultas rerum*, & opportunitas temporū suppetit, iuncto versic. *In causa eorum*, qui Diœcesi ad Diœcesim tranſeunt, ex quibus verbis deducitur, & originatur decisio, textus *in d. cap. vbicumque 6. 13. quæst. 2.* quæ omnia iura agunt, & intelligenda sunt, de viatoribus, qui Diœcesi ad Diœcesim transeunt, & in itinere decedunt; in quorum sepeliendis cadaueribus ordo præfatus seruandus est; notat *Hostiensis in textu nostro, numero 1. & in summa huius titul. §. Apud quam, num. 4.*

8 Sextò, nostri text. sententia impugnatur, *ex textu in cap. placuit 7. eadem 13. quæst. 2.* vbi cum à Melchiade Pontifice quæsitum esset, vtrùm posset quis propria authoritate nouam eligere sepulturam, & antiquam parentum suorum deserere? Respondit, quòd nullus propria voluntate aliam Ecclesiam, nisi cui vsus antiquorum parentum Canonica institutione, prohibetur sepulturæ causa addire procuret, nisi infirmitatis causa præditus in aliam fuerit Regionē, quolibet negotio progressus; & si quis Prælatus contra hoc agere sattagerit Ecclesiastico, ex communionis vinculo nodetur; quæ decisio probare videtur, non posse aliquem dimissa parentū sepultura nouam eligere. Igitur minùs recte *in nostro cap. 1. est decissum*, quemquam posse extra sepulchrum maiorum nouam eligere sepulturam. Cui difficultati respondendum est, in decreto illo non damnari liberam sepulturæ electionem, parentum sepulchro dimisso; sed solùm prohibetur, ne quis temerario casu, seu propria arbitrij temeritate antiquam maiorum dimittat sepulturam, & aliam eligat, quemadmodum enim Regularis Canonicus, qui strictiorem regulam eligere potest, *cap. sane, de regularibus, Thomas Sanchez in præcepta, capit. 6. & 7.* non potest verò propria authoritate, & leuitate ad aliam Religionem, etiam strictiorem transire, *tex. ita intelligendus in cap. nullus, Abbas, cap. mandamus 2. 19. quæst. 3. Azor 1. part. moralium, lib. 12. cap. 22. quæst. 8.* Ita similiter non poterit testator leuitatis causa, & temerario ausu, antiquam parentum derelinquere sepulturam, & aliam eligere, *vt constat ex eodem textu*, versiculo *Nullus proprij arbitrij temeritate.* Igitur, si nouæ sepulturæ electio, non ex temeritate,

sed

sed ex religone fiat, nō damnabitur, sed iure permittente in ea corpus condetur, *vt in nostro cap.* 1. deciditur, *notat Archidiaconis ibidem, num.* 1. *& de interpretatione ad text. in l.* 3. *§. Diuus, ff. de sepulchro violato*, vide quæ scripsi, *in cap.* 2. *de probationibus, num.* 12. *& de interpretatione ad textum in l.* 2. *C. de Sacrosanctis Ecclesijs*; vide à me tradita *in cap.* 1. *de vita, & honestate Clericorum, num.* 11. & quæ infrà dicemus *in cap. ex litteris, de iure patronatus*, de secunda nostri textus parte agemus *in cap.* 2. *huius tituli.*

Ad textum in cap. relatum 2. cap. de his 4. c. ex parte 5. c. cum liberum 6. hoc tit. de Sepulturis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia illa, apud quam quis fuerit sepultus, tenetur Canonicam portionem eorum, quæ defunctus pro anima reliquit, Parochiali Ecclesiæ tradere in qua domicilium defunctus habebat.*

2 *Quarta Parochialis, quæ dicatur, & de quibus rebus debeatur.*

Operarius dignus est mercede sua.

3 *Cap. conquærente*, versiculo *Quartam decimationem, & mortuorum, de officio Ordinarij.*

4 *Capit. relatum* 2. *hoc titulo, de sepulturis.*

5 *Cap. liberum* 6 *de sepulturis.*

6 *Cap. in nostra* 10. *de sepulturis.*

7 *Cap. fin. de testamentis conciliatur, cum cap.* 1. *de sepulturis.*

8 *Clementina dudum, §. Verum, de sepulturis.*

Quarta portio deducitur secundum loci consuetudinem.

1 CONCLVSIO. Ecclesia illa, apud quam quis fuerit sepultus, tenetur Canonicā portionem eorum, quæ defunctus pro anima sua, eidem Ecclesiæ relinquit, Parochiali Ecclesiæ tradere, in qua domicilium defunctus habebat, cōsonat textus *in dict. cap. relatum* 2. *cap. de his* 4. *cap. ex parte* 5. *cap. cum liberū* 6. *hoc tit. cap. fin. de testamentis, cap. ex parte, de verbor. significat. cap. cum quis, de sepulturis, lib.* 6. *Clementina dudum, §. Verum, eodem tit. Extrauag.* 2. *de sepulturis, Concilium Tridentinum sessione* 25. *de reformat. cap.* 13. *illustrant Couarru. in cap. officij, de testamentis, num.* 1. *& in cap. fin. eodem tit. nu.* 6. *Iulius Laborius variarum lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 17. *Azor* 2. *p. moralium, lib.* 19. *cap.* 13. *Barb. lib.* 3. *de iur. Ecclesiastico, cap.* 24. *Basilius lib.* 5. *de matrimonio, cap.* 13. *§.* 2. *num.* 10. *Gutierrez de iuram. confirmatorio,* 2. *part. cap.* 4. *Petrus Gregor. lib.* 1. *partitionum, tit.* 15. *cap.* 4. *num.* 2. *& in repetitione ad text. in cap. conquærente, de officio Ordinarij, §.* 16. *num.* 5. *Æmanuel Rodriguez quæstionum regularium* 1. *tomo, quæst.* 39. *art.* 2. *Menoch. lib.* 1. *de præsumptionib. præsumpt.* 109. *num.* 56.

2 Ratio, quare hæc Canonica portio, quæ alias quarta Parochialis dicitur debetur, & reseruanda est Ecclesiæ Parochiali, de his quæ reliquit Ecclesiæ, & sepulturæ, ea est, quia viuus in Parochiali cœlesti pabulo refici consueuit; nam dignus est operarius mercede sua, *cap. cum secundum Apostolū, de Præbend.* & qui fuerunt socij passionis debent etiam esse, & consolationum, *Paul. ad Corinth. cap.* 1. & quemadmodū Parochialis Ecclesia, onus sustinet celebrandi Diuina Officia, & administrādi Ecclesiastica Sacramenta in vita sua Parochianis, propter labores quos patitur Parochus, & Ecclesijs, sibi commissis, in oratione, prædicatione, & Sacramētorum exhibitione, *cap. quem pœnitet, de pœnitentia, dist.* 1. *cap. dictum, cap. ipsi Sacerdotes* 1. *quæst.* 1. ita etiam æquum est, vt in eorum morte derelictis Ecclesiæ sepulturæ, debeatur Ecclesiæ Parochiali Canonica portio, ad quem expectat onus, & emolumētum, etiam expectare debet, *cap. Ecclesiasticis, cap. charitatem* 12. *quæst.* 2. *cap. de lapsis* 16. *quæst.* 6. *cap. qui sentit, de regulis iuris, lib.* 6. & aliter facta sepulturæ electio, sub excommunicationis pœna damnatur; *ita Hostiensis in præsenti, num.* 7. *&* 8. *Panormitanus* 3. quæ ratio expēditur, *in cap.* 1. *hoc titul. cap.* 1. *&* 2. *eodem titul. lib.* 6. quæ Canonica portio Ecclesiæ Parochiali debita in iure dicitur, media pars omnium bonorum, quæ pro salute animæ suę defunctus reliquit Ecclesiæ, apud quam elegit sepulturam, *cap. relatum* 2. vers. *Medietatē Ecclesiæ, ad quam dignoscitur pertinere relinquat, hoc titul.* aliquando inuenitur quarta, *capit. cum super, hoc titul.* interdum tertia, *cap.* 1. *eodem tit.* quare in eius diffinitione, &

diuiſione, expectanda, & ſequenda locorum conſuetudo, *cap. certificari, de ſepulturis, Iulius Laborius d. cap. 17. nu. 4.* & debetur, de omnibus, quę ratione ſepulturæ, & occaſione funeris ad Eccleſiam perueniunt, *cap. cum liberum, cap. in noſtra. hoc titul. Æmanuel Rodrig. d. q. 39. art. 2.* de his tamen, quæ pro ornamentis, ſeu fabricæ Eccleſiæ reparationibus indigentibus, vel pro Aniuerſario, ſiuè alijs ad perpetuum cultum Diuinũ Eccleſiæ relictis, Canonica portio (dummodo in fraudem non fiat, vt Parochialis Eccleſia defraudetur) deduci non debet, *cap. fin. de teſtament.* quemadmodum, nec de relictis pauperibus, aut conſanguineis pro remedio animæ, vel alijs pijs legatis, *cap. ex parte veſtra, cap. in noſtra de ſepultur.* notat *Couarr. in d. cap. fin. de teſtament. Petr. Greg. d. lib. 1. partitionũ, tit. 15. cap. 4. nu. 2 Sylueſt. in ſumm.* verb. *Canonica portio, §. 2. num. 15. Barboſ. vbi ſuprà, num. 47.*

3 Primo, his omnibus obſtabit textus *in cap. conquærente*, verſ. *Quartam decimationem, & mortuorum, de offic. Ordin.* vbi legitur hanc Canonicam portionẽ, de omnibus mortuarijs relictis Eccleſię, in qua ſepultura electa fuit, Epiſcopo eſſe debitam; ſiquidẽ inter iura Epiſcopalia mortuariorum quarta connumeratur, *cap. de quarta, de præſcriptionibus, cap. officij 14. cap. requiſiſti 15. & fin. de teſtam. cap. quoniam à nobis, de decimis, cap. olim tuam, de cenſib.* in quibus iuribus quarta pars mortuorũ, vel oblationum, ab Eccleſijs, quibus relinquatur præſtari, & ſolui debet Epiſcopo: igitur minus rectè dictum eſſe videtur portionẽ, hanc Parochiali Eccleſiæ debitã eſſe, cuius fuit Parochianus is, qui iam relinquit Eccleſiæ in qua ſepulturam elegit, qua in difficultate, *Beroius in cap. Raynutius, de teſtamentis, num. 165.* reſpondit hæc iura, in quibus quarta Parochialis Epiſcopo debetur, procedere, & intelligi debere, quando Epiſcopus dictam quartam, aduerſus Eccleſiam antiquam Parochialẽ præſcripſiſſet, & ita ex vi præſcriptionis, non verò, ex iuris Pontificij diſpoſitione quartam portionem ſibi vindicat Epiſcopus, ſed hæc ſolutio, non cõgruit verbis dictorum iurium, in quibus nulla proſcriptionis mentio habetur; ſed generaliter decernitur, huius portionis perfectionem Epiſcopo deberi; & ideò reſtringenda, nõ ſunt ad cauſam ſpecialem præſcriptionis, ſed generaliter, *leg. de pretio, ff. de publiciana in rem actione, l. 1. §. Generaliter ff. de legatis præſtandis, l. non diſtinguemus, ff. de receptis arbitris.* Tunc etiam, quia manifeſtè repugnat ſententiæ *dict. cap. conquærenti*, vbi enumerantur illa, quæ de iure pertinent ad Epiſcopos, inter quæ recenſentur mortuorum quarta; quare ea ſolutione reiecta reſpondendum eſt, de bonis mortuorum, vel legatorum pro anima defunctorum obvenientibus Eccleſiæ, in qua teſtator elegit ſepulturam omiſſa Parochiali Eccleſia, duas quartas portiones deduci; nam Epiſcopus, cui Eccleſia ſubdita eſt, debet habere ſuam quartam iure Epiſcopali, & Eccleſia Parochialis; etiam percipit ſuam portionẽ Parochiali iure, ſed diuerſo modo; nam Parochiali Eccleſiæ debita portio integraliter ſoluenda eſt, de obvenientibus Eccleſiæ ſepulturæ ab ipſis Parochianis, & in ſubſidium ab Eccleſia legataria, vt conſtat *ex cap. 1. hoc tit.* atverò quarta, de qua *in dict. cap. conquærente cum ſimilibus, de iure debita Epiſcopo*, propter onus Epiſcopale, & communionem, quæ eſt inter ipſum, & Eccleſiam, ſibi ſubiectã, *cap. requiſiſti, de teſtamentis*, non datur illi, quaſi eam exigere poſsit immediatè a Parochianis, ſed ab ipſis Parochis; nempè ex quarta illa portione, quę obvenit Parochiæ, vt notat *Ioannes Andreas, & Panormit. in cap. certificari, de ſepulturis, num. fin. Couar. in dict. cap. fin. de teſtament. Petrus Gregor. in d. cap. 16. num. 5. Barboſ. lib. 3. de iure Eccleſiaſt. cap. 26. n. 11.* Priùs tamen erit deducẽda quarta portio Parochiali Eccleſiæ debitæ, vt probat eleganter *Abbas in d. cap. certificari, num. fin.*

4 Secundò, ex his infertur interpretatio, *ad text. in cap. relatum, hoc tit.* vbi decernitur, quòd quicumque in Monaſterio conuerti voluerit, ſiuè in morte, ſiuè in vita omnium rerũ, & poſſeſsionum, quas pro ſalute animæ ſuę, vel occaſione ſepulturæ decreuit, diſponere medietatem Eccleſiæ, apud quam fidei Sacramenta percepit, relinquat, quæ deciſio plenè probat portionem Canonicam Parochiali Eccleſiæ deberi, ſi ea omiſſa in Religioſo Monachorum Cõuentu ſepulturam elegerit, ſiuè in vita, ſiue in morte ad illum conuertatur; cuius ratio ex ſuperioribus deducitur; nam cum ille in Parochiali Eccleſia, cœleſti pabulo refici conſueuiſſet, ibi-

que

que Ecclesiastica Sacramenta percepisset, non debet Parochum de huius portionis subsidio defraudare: meritò optimè in iure visum fuit, vt qui onus suscipit administranda Sacramenta, & Verbum Dei Parochianis sentiant, ex eorū bonis aliquod commodum; vt apparet ex textu nostro. Sed difficilis redditur huius Canonis sententia, ex decisione textus *in cap. de his 4. hoc eodem tit.* vbi hi, qui in infirmitate, vel sanitate, cum bonis suis ad religiosa loca se transferunt, nihil Ecclesijs, à quibus receperunt salutis pabula relinquāt, si in ægritudine ipsa, de qua decedunt ad Religionem trāseunt, de bonis suis Ecclesijs, à quibus assumpti fuerunt Canonicā, debent portionem exhibere, si verò ad religiosa loca, se in sanitate transtulerint de his, quę locis ipsis conferunt, cogi non possunt aliquid præscriptis Ecclesijs impartiri, quia liberum est eis: tunc bona sua non solùm Religiosis, sed etiam quibuslibet priuatis personis conferre; ex qua decisione deducitur, de bonis dū taxat illius, qui in ægritudine de qua diem suū obijt Religionem ingreditur, vt ibi sepelitur Canonicam portionem Parochiali Ecclesiæ exhibere debere, non verò de bonis illius, qui in vita conuertitur in Monasterium, de quibus quarta funeralis detrahi, non potest contra id, quòd Leo Pontifex scribit *in dict. cap. relatum*, vers. *De bonis Monasterium ingredientis, siue in vita, siue in morte, in eo conuertatur Canonica portio est Ecclesiæ Parochiali, ad quā dignoscitur pertinere:* quam difficultatem, vt soluant Antiquiores Interpretes in varias diuisi sunt sententias, *Innocentius in dict. cap. relatum 2. hoc tit.* existimauit de bonis ingredientis Religinem in sanitate, si in ea solemnem fecerit professionē quartam portionem deberi Ecclesiæ Parochiali, quia mori fingitur, quādo Monasterium ingreditur, & profitetur, *cap. quia ingredientibus, cap. si qua mulier 19. q. 2. cap. placuit 16. quæst 1. Authentic. si qua, C. de Sacrosanct. Ecclesijs*, & ita in hoc casu asserit procedere, textum *in dicto cap. relatum 2. hoc tit.* cui non refragatur, textus *in d. cap. de his 4. hoc tit.* quoniam loquitur, quando aliquis ad Monasterium transit conferendo sua bona, vt in eo degat, nō vt in eo sit professus, *vt in cap. cū, & plantare, §. De fratribus, cap. vt priuilegia, de priuil. cap. in nostra 10. hoc tit.* nam si profiteatur de omnibus, quę daret ille Monasterio, haberet Parochialis Ecclesia suam portionē Canonicā, cum mortuus ingressu fuisse intelligatur, *d. cap. relatum, hoc tit.* sed eius interpretatio conuincitur, quia manifestè repugnat verbis, *text. in d. cap. de his*, vers. *Se transferūt*, iuncto versic. *Se transtulerant*, quæ verba important plenam translationem, *cap. si quis iam translatus 21. q. 2.* & consequenter obstendit eos, de quibus in eo textu verè Religiosos effectos fuisse, qua ratione eam, sibi placuisse testatur, *Panormitan. in d. cap. de his n. 4. Hostien. etiam in d. cap. relatum*, pro horum iuriū concordia dicēdum putauit, quod si quia in sanitate Monasterium ingrediatur, licet multò post viuat tempore, nihilominus de omnibus, quę tunc pro anima suadat Monasterio, ad quod transit, habebit Parochialis Ecclesia partē suam, *iuxta text. in d. cap. relatum, hoc tit.* de alijs autē bonis, quæ simpliciciter Monasterio contulit, nullam portionem detrahere potest Ecclesiæ, à qua assumptus fuit, nisi in ægritudine ipsa de qua moriatur, Monasterium ingrediatur, *iuxt. text. in d. cap. de his 4. hoc tit.* qui de bonis, non pro anima, vel occasione sepulturæ, sed simpliciter collatis Monasterio dedit; de quibus quarta portio nō deducitur; *ita etiā Hostiens. ibidem*, sed explosa hac solutione verè satisfacit difficultati, *Gloss. in d. cap. relatum*, verb. *In vita*, dum asserit, de bonis ingredientis Religionē in sanitate, nihil deberi Ecclesiæ Parochiali, quia talia bona, tunc non intelliguntur oblata ratione sepulturæ; sed censetur data pro ipsius se offerentis sustētatione, vel pro alia eius deuotione, *cap. non dicatis 12. q. 1.* & tunc nulla iniuria fit Ecclesiæ Parochiali ratione sepulturæ, cum illa oblatio, non fiat eius cōgitatione, cū eo in casu cuilibet liberum sit bona sua, nō solùm Religiosis, sed etiam quibuslibet priuatis conferre personis, *d. cap. de his 4.* & ideò se ad Religiosum locum transferens in sanitate, de his quę loco ipso cōtulit, non potest aliquid Ecclesiæ Parochiali impartiri, sed si ad Monasterium transit in ægritudine, cum qua decessit portio Canonica debetur, quia hęc bonorum oblatio intelligitur facta ratione sepulturæ, *argumento textus in leg. 2. & 3. ff. de donationibus causa mortis*, & quoniam relictis Ecclesiæ sepulturæ debetur Parochiali Canonica portio, *vt in nostro cap. relatum*, & similibus; atque ideo in

in hoc casu de his bonis, hæc Canonica portio exhiberi debet, vt docet textus *in d. cap. de his* 4. cui non obstat textus *in dict. cap relatum* 2. quia est accipiendus de eo, qui ad Monasterium conuerti tur cum tali infirmitate, de qua decesserit; quo casu Canonica portio, de bonis suis detrahitur Parochiali Ecclesiæ; cuius Glossæ interpretationem, sequitur *Panormitanus in præsenti, num.* 6.

5 Tertiò, supradictis obstabit valdè, textus *in cap. cum liberum* 6. *hoc tit.* vbi si relicta Parochiali Ecclesia, sepultura in alia Ecclesia electa sit, Canonica portio, nõ reseruatur Parochiali Ecclesiæ: in cuius textus difficultate omissa glossæ interpretatione ibidẽ verb. *Disposuit*, verissime respondendum est, huius Canonis sentẽtiã procedere eo casu, in quo testator in vltima voluntate, apud aliam Ecclesiam dimissa Parochiali ex deuotione disposuit sepeliri, & Clerici Parochialis Ecclesiæ, corpus ipsius violenter rapuerunt, & in sua sepelierunt Ecclesia; tunc enim coguntur corpus, & bona, quę occasione sepulturæ ipsius recepisse noscũtur, cum integritate Ecclesiæ, apud quã electa fuit sepultura restituere; ita vt de cætero talia facere, non præsumant, nec Canonicã deducere possunt portionẽ, quam amittunt propter violentiam cõmissam, *arg. text. in cap cum qui, de Præbendis, lib.* 6. *l. extat. ff. quod metus, l. si quis in tãtam, C. vndè vi, l. licitatio §. Quod illicitè, ff. de publican. & vectigalib.* nam qui irruendo aliquid occupat, etiam si Episcopus sit causæ suæ patitur detrimentũ, *cap. placuit* 16. *quæst.* 6. & illud quod habet quis, debet amittere, si improba temeritate assumat, *cap. sic decet* 25. *quæst.* 2. cum ergo præfati Clerici corpus illud violenter rapuissent, & in sua Ecclesia minime dubitassent sepelire, vt in eo in quo deliquerunt (sicut fax est) puniantur, *argumento textus in cap. quanto, §. Cæterum, de translatione Episcopi*, ad omnia recepta occasione sepulturæ, nulla retẽta portione compellantur; nam licèt delictum personæ, non debeat in detrimentum Ecclesiæ redundare, *cap. si Episcopus* 16. *quæst.* 2. *cap. venerabilis, §. Intelleximus, de exceptionibus, cap. delictũ, de regulis iuris, lib.* 6. & ideo portio Canonica salua esset, debebat Parochiali Ecclesiæ; tamen in hac specie tota Ecclesia, id est, omnes de Ecclesia delinquerunt, vndè cum delictum, non sit personæ, sed personarum omnium merito, propter delictum suum, omnes ipsi puniuntur, *argumento textus in l. iubemus, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, docet *Hostiensis ibidem, num.* 2. *&* 3. *Panormitanus* 4.

6 Quartò, ex his infertur interpretatio ad text. *in cap. in nostra* 10. *hoc tit.* vbi Hospitalarij, quibus ex priuilegio, & indulgentia speciali, licet omnes ad Ecclesiasticam sepulturam recipere eos, qui apud illos ellegerint, sepeliunt soluta quarta Parochiali Ecclesiæ, de cuius Parochia mortuorum corpora assumũtur, de oblationibus, & alijs, quæ defunctus pro anima sua, in vltima dispositione reliquit, præterquam de æquis, & armis, quæ indulta sunt ipsis in subsidiũ terræ Sanctæ, de quibus quartã deduci non potest, cum Hospitalarij residuum habeant, nisi dolo, vel fraude eorum defunctus inductus fuerit, ad dispositionẽ huiusmodi faciendam; cuius decisionis ratio est, quia cum iure communi quilibet sepeliatur in propria Parochia, vel in sepulchro maiorum, nisi alibi eligerit sepulturam, *d. cap.* 1. *hoc tit.* nam facultas illa istis priuilegiatis concessa sepeliendi extraneos, qui aliàs illos sepelire non poterant, debet intelligi cum limitatione hac; dummodo quis apud eos eligat sepulturam, soluendo tamen Canonicã portionem Ecclesiæ Parochiali, quia talis portio est debita Ecclesiæ sepulturæ; nam Pontifex, non intendit per suum priuilegium ius tertij tollere, nisi expressione facta, *cap. licèt, de officio Ordinarij*; ideò Ecclesiæ Parochiali debetur Canonica portio, quæ est quarta pars, vel alia, iuxtà consuetudinem loci, *cap. certificari, hoc tit.* quę debetur de oblatis, & aliis, quæ defunctus pro anima sua in vltima dispositione reliquit, docet *Hostiensis, & Panormitanus ibidem.*

7 Quintò, prædictis obstabit textus *in cap. fin. de testamentis*, vbi derelictis pro Aniuersario septimo vigesimo, trigesimo, aut quadragesimo die, vel quibus diebus olim mortuorũ exequijs pia deuotione celebrare veteres cõsueuerunt, Auctore *Alphonso in lib. de obitu Theodosij*, quam refert *Gratianus in cap. quia alij* 13. *quæst.* 2. *cap. nullus* 44. *distinct. Couarr. in dicto cap. finali, de testamentis, num.* 11. Canonica portio deduci nõ debet, cuius contrarium refert textus *in cap. in nostra* 10. *hoc tit.* dum affirmat quartã habere

Paro-

Parochialem Ecclesiam de omnibus funeralibus, quam difficultatem duplici ter soluit, *Hostiensis in dicto cap. fin. num.* 6. & prima asserit, de oblationibus factis in prima Missa die, quo funus ad Ecclesiam defertur quartam partem Ecclesiam Parochialem percipere, iuxta textus *in dict. cap. in nostra, hoc tit.* de his verò oblationibus, quæ septimò, vel vigesimo, vel trigesimo die fiunt. quo exequæ mortuorum peragũtur, nihil esset deducendum, iuxta text. *in dict. cap. fin. hoc tit. cap. ex parte, de verborum significatione*, vel secũdo etiam respondit, quòd de his, quæ relinquuntur pro oblationibus faciendis, nulla fit partis deductio, *vt in dict. cap fin. de testamentis*; sed de his, quæ in Missa offeruntur hæc quarta portio deduci debet, & in hac specie procedit, *text. in dict. cap. in nostra*, sed primam expositionem magis approbare videtur consuetudo, quam sequitur *Hostiensis, & Panormitanus in dicto capit. in nostra, num.* 7.

8 Sextò, huic resolutioni valdè obstabit textus *in Clementina dudum, §. Verum, de sepulturis*, vbi Canonica portio indistinctè soluitur, de omnibu obuentionibus Ecclesiæ Parochiali, non obstãte quacumque consuetudine in contrarium obtenta; sed respondendũ est consuetudinem, *dicti capitis fin.* locum non habere in his, quæ legantur Monachis prædicatoribus, aut mendicantibus ab eo, qui apud eos eligerit sepulturam, quibus artior definitio inducta est, vt quartam Parochialibus Ecclesijs soluere teneantur, tàm de obuentionibus, quàm de funeralibus; de his etiam de quibus Canonica portio, ab alijs Ecclesijs exigi non solet, vel de iure non debet, nec id mirum est cum Monachis plura priuilegia concessa fuerint, quæ præiudiciũ inferant Ecclesijs Parochialibus, vel nè omninò iura Parochialium Ecclesiarum extinguatur, hoc enim fuit statutum *in dict. §. Verum*, cuius decisiõ, cum à iure communi exoriretur nullatenus ad alios, quam ad Prædicatores, & minores Religiosos extendenda est, *argumento text. in cap. quæ à iure communi, de regulis iuris, lib.* 6. docent *Panormitan. in d. cap. finali, num.* 7. *Albericus in l. seruo alieno, §. Ineptas, num.* 20. *ff. de leg.* 1. *Couarruu. in dict. cap. fin. num.* 7. *Petrus Gregorius lib.* 1. *partitionum. tit.* 15. *cap.* 4. *nu.* 2. moribus tamen receptum est, vt Ecclesiæ Parochiali quarta portio à Monachis soluatur, ex his tantum, quæ offeruntur tempore quo funus, seu exequiæ defunctorum celebrantur, notat *Couarr. in dict. cap. fin. Molina de iustitia, & iure, tract.* 2. *disp.* 20. *cap.* 5. *num* 4. *Barbos. dict. lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 36.

Ad textum in capit. sacris 12. cap. Parochiano tuo, fin. cap. ex parte 11. hoc titulo, de sepulturis, cap. consuluisti 7. de consecr. Ecclesiæ, vel Altaris.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus decedens in cœmeterio sepeliri nõ debet, nisi in articulo mortis fuerit absolutus, & si de facto sepeliatur ex humari debet, cum declaratione in præsenti proposita.*

2 *Excommunicationis definitio proponitur.*

Communicatio viuis prohibita defunctis, etiam prohibita censetur.

3 *Crimina morte delinquentium finiũtur, & ibi plura iura exponuntur.*

4 *Excommunicatio medicinalis est, non mortalis, & quomodo hoc intelligatur, ibi exponitur.*

5 *Sepultura defunctis iure naturali, & diuino debetur.*

6 *Cap. super eos* 2. *de raptoribus conciliatur, cum cap. in litteris* 5. *eiusdem tituli.*

Cap. 1. *& vlt. de sepulturis, cap.* 1. *de torneamentis.*

7 *Hæredes non conueniuntur ex delicto defuncti, nisi quatenus ad eos peruenit.*

8 *Capit. si aliquis excommunicatus* 11. 26. *quæst.* 6. *conciliatur, cum capit.* 24. *quæst.* 2.

Pœnitens qui signum externũ dedit, an post mortem absolui possit.

9 *Sacrilegium committit qui defunctorũ corpora, aut sepulturam defraudat.*

Sepultura potiùs nocet, quam prodest impio.

Cap. quibus 16. 13. *quæst.* 2.

10 *Leg.* 2. *Cod. de hæreticis in Theodosiano.*

11 *Clementina* 1. *de sepulturis, cum cap. sacris, hoc tit.*

Cap. Ecclesiam 27. & 28. de consecratione, distinctione 1.

1 CONCLVSIO. Quæ ex his iuribus deduci solet, sic se habet. Excōmunicatus decedens in cœmeterio sepeliri nō debet, nisi in articulo mortis fuerit absolutus, & si de facto sepeliatur ex humari debet, si ab aliorum corporibus discerni possit, & procùl debet ab Ecclesiastica sepultura reijci; comprobat *textus in capit. ex parte 11. cap. sacris 12. cap. Parochianos fin. hoc titulo, de sepulturis, cap. 1. & 2. cum alijs 24. quæst. 2. cap. si aliquis 11. 26. quæst. 6. cap. sacris 28. de sententia excommunicationis, capit. is cui 20. eodem titul. lib. 6. capit. consuluisti 7. de consecrat. Ecclesiæ, vel alteris, cap. Ecclesiam 27. & 28 de consecrat. distinct. 1. cap. vt priuilegia 24. de priuileg. cap. 2. de homicidio, lib. 6. Clem. 1. de sepulturis, cap. 2. & 4. de statu Monachorum*; exornat *Antonius Butrius in tractatu de iure personarū extra gremium Ecclesiæ, lib. 4. capit. 60. num. 38. Suarez de censuris, tomo 5. disp. 13. action. 4. num. 3. Dueñas regula 13. limitatione 12. Couarruu. lib. 3. variarum, cap. 3. num. 7. Negusantius de pignoribus, parte 2. membro 4. num. 124. Caldas Pereira ad legem vnicam, Cod. ex delictis defunctorum, parte 4. num. 9. Barbosa in lege si filius familias, ff. de Iudicijs, num. 139. Gutierrez lib. 2. Canonicarum, capit. 18. num. 58. Gratianus disceptationum forensium, cap. 33. num. 16. Menchaca de succesion. progressu, §. 1. numer. 27. Menochius consil. 89. num. 156. Zeballos communium contra communes, quæstion. 464. versic. Sed contrarium, Palacius Rubius in repetitione rubricæ, de donationibus inter virum, & vxorem, §. 65. num. 19.* cum traditis *à Barbosa in collectaneis ad nostrū textum, & in Clementina vnica, hoc titul. numero 2. Bonacina de censuris extra Bullam, disput. 2. quæst. 2. punct. 31. numero 19. Æmanuel Rodriguez quæstionum regularium, tomo 3. quæst. 51. artic. 3.* Idem *Barb. de potestate Episcopi, p. 3. allega. 50. num. 221. & de Parochis, cap. 26. n. 48.*

2 Ratio, quare excommunicatus decedens Ecclesiastica debet carere sepultura ea est, quia Sacris Canonibus constitutum est, vt Ecclesiastica careant sepultura, qui priùs erant ab vnitate Ecclesiastica præcisi; nam cum excōmunicatio sit separatio, qua Christiani à participatione Sacramētorum, & communione fidelium, separantur recta iuris ratio suadet, vt qui sic separatus decedit post mortem, non connumeretur inter eos, à quibus iustæ fuerat sententia in vita separatus, nec pro eo, sicut pro alijs fidelibus defunctis Ecclesia debet Deo preces effundere, cum sit sacris Canonibus constitutum, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis, *dicto cap. sacris 12. in principio, hoc titulo*; sed si excommunicatus in articulo mortis, fuerit absolutus · tunc rectè Ecclesiastica debet gaudere sepultura, cum per absolutionem restitutus sit ad Ecclesię gremium, à quo fuerat per excomunicationem tantum præcisus; nam absolutionis restitutio reddit, quantum abstulit excommunicationis separatio, *argumento legis quod si minor, §. Restitutio, ff. de minorib.* & adeo in animarum fauorem permissa est in articulo mortis absolutio, vt Presbyter possit quemlibet à sententia excommunicationis, siue à iure, siuè ab homine latæ absoluere; etiam si absolutio Summo Pontifici fuisset reseruata, vt notat *Panormitanus in dicto cap. Parochiano, hoc titulo, num. 2.* facit textus *in capit. si quis suadente 12. quæst. 4.* Vndè cum excommunicatus, secundum Canonicas Sanctiones Ecclesiastica, debeat carere sepultura, si de facto sepultus fuerit, recte iubetur, si ab aliorum corporibus discerni possit ex humari, & procùl ab Ecclesiastica iactari sepultura: non enim est iustum, vt contra statuta Canonica inter fidelium corpora requiescat cadauer illius, qui à communione fidelium separatus diem suum obijt, sed si ab aliorum corporibus discerni nequeat, ex humari non debet, ne cum excommunicatorum ossibus corpora fidelium eximātur; quoties enim impius puniri nequit, quin simul iustus, etiam cum eo puniatur, potiùs debet tolerari malus, quam bonis puniri, *cap. quam magnam 10. 23. quæst. 4.* iuri enim consonum est, quod ratione boni cōnexi malum tolleretur, *cap. cum omnibus 81. distinction. capit. nolite 11. quæst. 3.* notat *Panormitanus in dicto capit. sacris 12. hoc titul. num. 4.* atque ideò rectè in conclusione nostra cabetur, quòd si excommunicatorū corpora discerni valeant, ex humari debent, sim autem non possunt sic manere debeant, notant omnes *in d. cap. sacris.*

3 Pri-

3 Primò, conclusioni suprà adducte obstabit dicere, quod regulariter in iure nostro crimina morte delinquentium finiuntur, iuxta textum *in l. 1. Cod. ne ex delicto defuncti, leg. si quis post, Cod. de bonis proscriptorum, §. Non autem, Institut. de perpetuis, & temporalibus actionibus, §. Non autem, Institut. de publicis Iudicijs, l. defuncto, ff. eodem, cap. quorundam 19. distinctione*, mortuus enim a solo Deo cœlesti condemnari potest, vt notat *Angelus in leg. de qua re, §. Cum absentem, ff. de Iudicijs*, postquam enim homo ab hac vita mortali discesserit, nec ligari, nec absolui ab Ecclesiastica potestate valet; quare Christus Dominus cum potestatē ligandi, atque soluendi Petro, ipsius in terris Vicario concesserit, quodcumque ligaueris super terram dixit, non sub terra, vt ratiocinatur Innocentius III. *in cap. à nobis 28. versi. Nec obstat de sententia excommunicationis*; & cummulat *Gratianus in secunda decreti parte in causa 24. quæst. 2.* Igitur non recte iura Canonica excommunicatis illam pœnam defunctis imponit, vt sepultura Ecclesiastica careant; siquidem potestatem, non habeat iudicandi eos, qui sub terra sunt, & similiter, quia excommunicatus, & si in vita propter suum delictum puniri debuisset. Iam vero, postquam mortuus fuit delictum morte finitum, non amplius pœnam meretur, pro cuius difficultatis solutione verè dicendum est, excommunicatum Ecclesiastica, debere puniri sepultura; quia hoc tantum concedi debet illis, qui in vnitate Ecclesiæ decesserunt; nam cum Ecclesiastica sepultura concedi, non debeat omnibus his, qui ab Ecclesia semoti, & segregati sunt, vel his, qui nunquam de Ecclesiæ gremio fuerunt recte denegatur, excōmunicatis, quia cum ab Ecclesia præcisse, & separati sint, non debent ad Ecclesiasticam sepulturam admitti, quæ tantum fidelibus in vnitate Ecclesiæ decedentibus designatur; nam cum pro his tantum Ecclesia orat, ac Deo preces effundat, eis tantum ab antiquo permissum fuit in cœmeterijs, apud Ecclesias, & Monasteria sepeliri, vbi orationes fiant, & Missarum solemnia, tàm pro viuis, quàm pro defunctis celebrantur, *cap. fraternitatem 7. de sepulturis*, atque ideo, etiam si regulariter loquendo, delicta morte finiantur, & Ecclesia mortuos non iudicet, iuxta suprà tradita, rectè tamen excommunicatis, denegatur Ecclesiastica sepultura; quia hoc nō tàm in pœnam delicti fit, quam ob id; scilicet, qui Ecclesia id non concessit defunctis, qui in gremio Ecclesiæ non decedentibus vitam, cum morte commutarunt.

4 Secundò, obstabit dicere, quòd sententia excommunicationis medicinalis est, non mortalis, *cap. 1. de sententia excommunicationis in 6.* Merito: ergo tantum imponi debet, vt homines corrigantur, & a peccato desistant; quia, & plectendo, & ignoscendo hoc solùm benè agitur, vt vita hominum corrigatur, vt testatur *Diuus Augustinus in cap. prodest 23. quæst 5.* sicque Christus Dominus: *Nolo* (inquit) *mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat:* Igitur; postquā excommunicatus vita discesserit, non rectè punitur; ita vt Ecclesiastica debeat carere sepultura; siquidem excommunicatio medicinalis est, vt resipiscat peccator non mortalis, vt condemnetur, & post mortem puniatur; sed huic dubio satisfaciendum est, ex eo, quia, & si medicinalis sit; excommunicationis sententia; tamen si excommunicatus medicina illa adhibita, non resipiscat dignus est, vt plectatur, qua propter id, quòd dicitur *in dicto cap. prodest 23. quæstion. 5.* scilicèt, plectendo, & ignoscēdo, & cætera, hoc solùm bene agitur, vt vita hominis corrigatur intelligendum est, vt dicitur in sequenti *capit. de illis*, quos præsentia supplicia in melius commutant, non verò de illis, qui obstinati sunt; vndè excommunicatus, qui obstinatus, & in pœnitēs decessit, dignus est, vt tanquam de Ecclesia alienus iudicetur, & sic ei Ecclesiastica denegetur sepultura.

5 Tertiò, obstabit, quòd secundum ius naturale, & diuinum sepultura defunctis, dari debet; siquidem naturali ratione diuina, ac humana iura, nequaquam patiuntur defunctorum cadaueribus, sepultura denegari; vnde apud Ecclesiasticum legitur, *cap. 7.* mortuo non prohibeas gratiam. sciens quoniā omnes moriemur, vt refertur *in cap. in Ecclesiastico 13. quæst. 2. & in cap. 1. & 2.* Tobiæ Laudatur Tobias Tobiæ, quòd plus timens Deum, quam Regem capiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea, quia, & Simoni de pœcta cum

ad

ad litus maris nauem appulisset in humatum corpus iacens sepulturæ mandauit, quamobrem diuinitus in somnis admonitus, ne proximo die nauigaret periculum naufragij euasisset teste, *Valerio Maximo lib. 1. cap. de somnis*; pluraque de sepeliendi pietate, tradit *Diuus Augustinus lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 12. & 13.* & hostium corpora; quia id natura expostulat, maximo cum honore sepeliri debent; *vndè Dauid lib. 2. Regum, cap. 2. Benedicti* (inquit) *vos à Domino, qui feciſti misericordiam, hunc cum Domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum.* Si igitur humana pietas, id expostulat, & natura'is ratio suadet, & etiam hostibus, & male meritis sepultura, non denegatur, non rectè iuræ, & constitutiones Canonicæ prohibent, excommunicatorum corpora Ecclesiastica carere sepultura; huic tamen, & si difficili dubitandi rationi, facilimè satisfieri potest, ex eo quod constitutiones Canonicæ, id nō iubent; scilicèt, quòd excommunicatorum corpora, sine sepultura remaneant; sed id tantum, quod Ecclesiastica careant sepultura in cœmeterijs, quibus in locis tantum sepeliendi sunt, qui de gremio Ecclesiæ fuissent in ipsius vnitate decessserunt; sed cum excommunicati præcisi sint à communione fidelium, nihil mirum, quod eis Ecclesiastica denegetur sepultura.

6 Quartò, aduersus illā nostri text. partem qua docemur, quòd si excommunicatus in mortis articulo fuerit absolutus, Ecclesiastica sepultura nō est ei deneganda; obstabit textus difficilis *in cap. super eo, de raptoribus, & incendiarijs*, in cuius facti specie decisum stat, quod si manifestus raptor in morte securitatem non præstat, etiam si de peccato pœnitens, absolutus sit, & Viaticum accipiat nihilominus ei, denegari debet Ecclesiastica sepultura, prohibeturque, vt nullus Clericus sepulturæ eius interſit; cuius textus difficultas augetur, ex decisione textus *in cap. in litteris 5. eiusdem titul. de raptoribus*, vbi in simili specie cabetur, quod Ecclesiarum violator; etiam si ipse non sati-faciat, nec moriens Ecclesiasticam sepulturam habere velit, in cœmeterio debet sepeliri, & hæredes eius tenentur condignè satisfacere. Augeturque difficultas ex eo, quia secundum iuris nostri decreta, cui vnum Sacramentum conceditur, vel denegatur, & alia intelliguntur concessa, vel denegata, iuxta textus *in cap. ad eius 5. distinct. cap. illud, eadem distinct. cap. vlt. 13. quæst. 12.* igitur nulla est ratio, ob quam *in dict. cap. super eo 2.* Ecclesiastica denegetur sepultura illi, cui pœnitentia, & Viaticum non negatur? huic quidem decisioni aduersatur, textus *in capit. vltimo, hoc nostro titulo*, vbi etiam, si violator Ecclesiarum non satisfiat, si tamē absolutus sit, in cœmeterio sepeliri debet, & necessitas satisfaciendi pro eo hæredibus imponitur; in quorū iurium contrarietate, *Glossa, & Doctores omnes in dicto cap. super eo affirmant*; quod in decisione illa non cabetur, quod raptoribus pœnitentibus denegetur cœmeterium, sed tantū ne Clerici eius interſint sepulturę: quod quidem specialiter, ibi: *Decisum est in pœnam sui delicti, atque licèt per pœnitentiam absoluatur*; attamen, quia damnum Ecclesiæ passæ satisfieri non potuit; ideò hoc genere supplicij punitur, vt scilicèt priuetur præsentia Clericorum in suo funere: nec tunc obstabit decisio, *text. in cap. in litteris, eiusdem titul.* nam omissa interpretatione asserentium; ideò *in dicto capit. super eo*, diuersum ius constituit, quia satisfieri damnum Ecclesiæ non potuit; atverò *in dicto cap. in litteris*, potuit satisfieri per eius hæredes. Verius tamen dicendum est diuersitatis rationem, in eo consistere; scilicet, quia *in dicto capit. super eo agitur, de raptore manifesto, vt constat*, ex versic. *Manifestè fuerit deprehensus*, quæ verba, non sine mysterio apposita sunt: atverò *in dicto cap. in litteris, de non manifesto agitur*; & ideò raptor manifestus sic punitur, ad horrorem aliorum, notat *Panormitanus in dicto cap. super eo, num. 4.* Nec tandem obstabit ratio suprà adducta; scilicèt, quòd cui conceditur pœnitentia, quæ magis est, non debet denegari sepultura, quod minus est; nā & si regulariter loquendo, & cui conceditur; quod est maius, non denegatur; quod est minus, hæc tamen regula, quādoque limitatur ad varias causas, ob quas multoties alicui conceditur; quod est maius, & denegatur, quod est minus, *vt in cap. Episcopus gubernationem 88. distinct. cap. Episcopi 80. distinct. cap. si qui Episcopi 1. quæstion. 1. capit. latorem 33. quæst. 2. l. oratione, ff. de ritu nuptiarum*, & sic in prædicta specie; ideo denegatur, quod minus est ob aliorum terrorem,

rem, vt sic malefactores abstineant à simili delictorum genere; qua doctrina venit interpretandus textus *in cap. 1. de torneamentis*, vbi ūmiliter illis, qui in torneamentis decesserint, quamuis poscentibus, non denegatur pœnitentia, denegatur tamen sepultura, notat *Gloss. ibidem*, verbo *Careat sepultura*, vbi communiter Doctores omnes.

7 Quinto, aduersus id, quod *in dicto cap. fin. de sepulturis*, cabetur nempè hæredes teneri, ad satisfaciendam pro defuncto, & ad id compelli posse censura Ecclesiastica. Obstabit dicere, quòd secundum iuris regulas hæredes, non possunt conueniri, nec tenentur ex delicto defuncti, nisi quatenus ad eos peruenit, *leg. vnica, Cod. ex delictis defunctorum*, in quantum hæredes conueniātur: igitur non recte, *in dicto cap. fin.* absolutè cabetur, quod hæredes, & propinqui teneantur, pro defuncto satisfacere, & præcipue, quia vt notat *Glossa ibidem*, verbo *Sed eius hæredes*, & ex *dicto cap. super eo, dicto cap. in litteris, de raptoribus*, expresse patet, quòd hæredes tenentur ex illo delicto defuncti, licèt nihil adeos, indè prouenerit, qua in difficultate, *Gloss.* & Doctores omnes communiter scribentes in dictis iuribus distinguere solent inter ius ciuile, & ius Canonicum; vt scilicet, secundum ius ciuile hæres conueniri nequeat, ex delicto defuncti: secus verò de iure Canonico, quam differentiam agnouit, *Bartolus in l. 1. ff. de priuatis delictis*; qui quidem circà vtramque ius, ita distinguit, & primo respectu iuris ciuilis, dicens: quod aut pœna imposita est à lege, aut venit imponenda ab homine; nam in primo casu hæres tenetur, iuxta textus *in leg. commissa, ff. de publicanis*. In secūdo verò casu distinctionem adhibet docens, quòd aut delictum commissum fuit, circà contractum, aut extra cōtractum. & cum commissum fuit circa cōtractum, sub distinguit dicens, quòd aut delictum purgatur actione ex eo descēdente; veluti, quia commissum dolum fuit in depositō, seu commodato: & tunc hæres non tenetur ex delicto, quia satis ei captum est actione, ex contractu descendente; scilicet, depositi, vel commodati, quòd ei dolus dedisset causam contractui. Tunc enim cum non purgetur delictum actione descendente, ex contractu; quia contractus cum sit nullus, non potest agi, ex contractu cōtra dolosum, iusta notata *in cap. cum dilecti, de emptione, & venditione*; & sic necessarium esset agere immediate, ex tali dolo, in quo casu non potest agi contra hæredem, quia dilecta morte extinguntur, *dicto cap. quorundam 27. distinct. dicto §. Aliquando, Institut. de perpetuis, & temporalibus*. Si verò dolum commissum fuit, extrà contractum. Tunc etiam distinguit, quod aut lis fuit contestata cum defuncto, aut non; nam in primo casu tenetur hæres, iuxta textus *in dict. leg. vnica, Cod. ex delictis defunctorum*. Cuius rei ratio esse potest, quia per litis cōtestationem fuit initus, quasi contractus cum defuncto; siquidem in iudicio, quasi contrahimus, *leg. 3. ff. de peculio*. Si vero lis non fuit contestata, tunc sub distinguendum esse docet prædictus Bartolus, vt scilicèt, si aliquid ad hæredes peruenit, ex illo delicto teneatur hæres in id, quòd ad eum peruenit, & non vltrà: si verò nihil ad eum pervenit, non teneatur, iuxta textus *in dicta l. vnica*; quod autem attinet ad ius Canonicum, asserit distinctionem adhibendam esse inter eum casum, quo pœna pecuniaria venit parti applicanda pro delicto; quia tunc tàm ex parte rei, quā ex parte actoris, quod petitur est pœna, aut pro damno aliquo dato pœna petitur; quia tunc, quod petitur pœnale est ex parte rei, sed ex parte actoris est rei persecutoria; nam in primo casu vtroque iure attento asserit, *Bartolus hæredem non teneri, ex delicto defuncti*, in secundo verò seruari differentiam inter vtrumque ius, nam secundum ius ciuile, non tenetur hæres, secundum verò ius Canonicum tenetur. Verùm, & si hæc Bartoli doctrina, quam communiter Doctores sequuntur, subtilissima sit, & ad materiam de qua agimus elegans, sane, & scitu, digna veriorem tamen iudico, *Panormitani sententiam, qui in dicto cap. finali, de sepulturis ingenue, se semper tenuisse affirmat*, nullam in hac parte differentiam esse inter ius Canonicum, & ciuile: quinimò certius esse, non posse agi ex delicto defuncti, contra hæredem iure Canonico, nisi quatenus potest de iure ciuili. Pro qua opinione facit notabilis, *Gloss. in capit. à nobis 2. versic. Hæredes quoque, de sententia excommunicationis*, nec tunc obstat textus *in dicto cap. fin. hoc tit. dicto cap. in litteris*,

de

de raptoribus, quia dicendum est; ideò in dictis iuribus hæredis teneri, quia ex quo defunctus contritus in morte decessit, tacite videtur mandasse satisfactionem hæredi, & ita sensisse, *Ioannes Andreas in additionibus, & Speculator in titul. de appellationibus, §. In quibus, in additione magna.*

8 Sextò, obstabit textus difficilis *in cap. si aliquis excommunicatus* 11. 26. *quæst.* 6. vbi ex Concilio Epaunensi legitur, quòd si aliquis excommunicatus mortuus sit, antequam beneficium absolutionis consequatur, quia prius quã ad Sacerdotem veniret, in domo, vel in via eum mors præoccupauerit, non obstante excommunicatione possunt parentes, eius oblationes ad Altare facere, & eleemosynas pro eo offerre, ac per consequens in cœmeterio eum sepelire, quia cum id ibi, non prohibeatur certum est ei permitti, quãdoquidem, & alia permittuntur, quæ excommunicatis decedentibus, omninò deneganter; igitur non est verum dicere excommunicatis, qui absolutionis beneficiũ consecuti nõ fuerint Ecclesiasticam denegare sepulturam, Sacrisque Canonibus constitutum esse, quod, quibus non communicamus viuis, non communicemus defunctis. Augetur difficultas, *ex text. in cap.* 1. 24. *quæst.* 2. vbi de communione priuatis, & ita de defunctis dicitur eorum causam Dei iudicio, in cuius manus sunt reseruandam esse, non verò, non debere communicare defunctis, quibus non communicamus viuis: pro cuius difficultatis solutione sciendum est quæstionem fuisse; vtrùm illis, qui in vita signa contritionis obstenderent, deberet illis post mortem beneficium absolutionis conferre; quia de re consultus fuit Pontifex Innocentius III. qui respondit, posse Ecclesiæ beneficio, sub veniri illis, de quorum pœnitẽtia, per euidentia signa constiterit, vt etiam mortuis beneficium absolutionis impendatur, cuius elegans extat rescriptum *in cap. à nobis* 2. *de sententia excommunicationis*, iuxta quam doctrinam intelligendus est text. *in dicto cap. si aliquis*, ex eo quod per eum non extitit, quominus absolueretur, non debet ei nocere præmatura mors, & est etiam *in dicto cap. si aliquis*, prænotandum verbum illud excommunicatus in originali, & antiquis, non inueniri, sed postea additum fuisse à collectoribus. Vndè illo addito verbo *Necessario*, respondendum est, absolutionis beneficium post mortem impendi debere, vt sacrificia pro tali excommunicato mortuo offerre valeant, *cap. à nobis, iuncta eius Glo. ff* verbo *Confessus* 2. *de sententia excommunicationis, Couarr. in cap. alma mater*, 1. *p. relectionis, §.* 11. *num.* 1.

9 Septimò, aduersus id, quòd *in dicto cap. sacris cabetur*; nempe quod si de facto sepultus fuerit excommunicatus in cœmeterio exhumari debet, & indè extrahi; obstabit dicere sacrilegium committere, qui defunctorum corpora, aut sepulturam defraudant, *leg. pergit* 5. *Cod. de sepulchro violato*; meritò, violatores sepulchrorum, grauibus pœnis puniuntur, *leg. qui sepulchra* 4. *Cod. eodem*, cum non solùm defuncto, sed etiam ipsi Religioni, & sepulturæ iniuria fiat, in contrectatione, & extumulatione defunctorum: si ergo tantus honor pro finis, & Ethnicorum sepulchris impendebatur; quia Religio ipsa in extumulatione defunctorum lædebatur, nihil mirum, si sepulchris sacris idem honor seruetur: igitur non rectè in textu nostro iubetur, excommunicatos extumulari debere. Augetur difficultas, ex eo quòd in exhumatione, nihil supplicij imponitur, excommunicato iam defuncto; siquidem vt refert Pontifex *in dicto cap. sacris, in fine*, nec impijs celebris, vel speciosa sepultura prodest, nec iustis vilis, vel nulla nocet: igitur si in eo, quòd excommunicatorum corpora extumulentur, nihil supplicij aduersus eos consequitur, eo tantum quodammodo fit iniuria loco religioso iusta supra tradita, non rectè in prædicta text. decisione cabetur excommunicatos extumulari debere. Præterea difficultas augetur, ex eo, quia vt notat *Panormitanus in dicto cap. sacris, num.* 5. Sepultura Ecclesiastica potiùs nocet, quam prodest impio, quia puniretur à Deo, propter delictum præsumptionis, pro qua opinione facit *textus in cap. quibus* 16. *cum sequentibus* 13. *quæst.* 2. vbi Diuus Augustinus inquit, quibus peccata dimissa non sunt, à sacris locis post morte adiuuari non possunt; quia quos peccata grauiora deprimunt, si in sacris locis sepeliri faciunt, restat, vt de sua præsumptione iudicentur, & cætera. Igitur non rectè in pœnam sui delicti

ex-

excommunicati extumulari debent, quandoquidem potiùs punientur in eo, quòd in Ecclesiastica sepultura permaneant. Quibus æquidem difficultatibus satisfaciendum erit, ex eo, quod & si verum sit neminem posse sepultura expoliari, aliovè modo illa violari, quod equidem magnopere prohibuit religiosa, & viuorum cura, sacrilegij crimen inducens aduersus sepulchrorum violatores, quorum audaciam multis alijs pœnis coercere studet; quod æquidem non minus captum est constitutionibus Canonicis, circà Ecclesiasticam sepulturam, cœmeteria, & alia Ecclesiæ circum iacentia, *vt in cap. sicut antiquitus, cap. quisquis* 17. *quæstione* 4. Hoc tamen cessat quoties constitutionibus, aut legibus ipsis ob publicam vindictam, & aliorum terrorem inductum est; tunc enim in extumulatione nulla iniuria loco religioso, aut sacro fit; imò potiùs in honorem, & reuerentiam illius loci, hoc efficitur; vt scilicèt tales excommunicati, tanquam indigni Ecclesiastica sepultura expolientur; vndè quamuis ipsis nihil prosit, quia multoties innocentium funus arcere solet a criminibus, vt videre est, apud *Aulum Gelium lib.* 15. *noctium atticarum, cap.* 10. *Æneam Robertam lib.* 1. *rerum iudicatarum, cap.* 12. Quo supposito non obstat argumẽtum difficultatis; quia cum id à iure inductum sit, vt pœna, hæc ad terrorem aliorum imponatur, nihil mirum, quod extumulatio iubeatur *in dicto capit. sacris*, vbi late *Barbosa, & plures quos refert.*

10 Octauò, obstabit difficilis, & singularis textus *in leg.* 2. *Cod. de hæreticis in Theodosiano*, vbi Imperator Theodosianus decreuit Nouatianos Hæreticos priuandos, non esse Ecclesijs, alijsque locis, quæ ad eorum sepulturam destinata reperiuntur, nec in illis ab vllo inquietandos esse: Si igitur Hæretici, qui ab Ecclesia excommunicati, ac præcisi sunt, non prohibentur, vt ab Ecclesiasticis sepulturis repellantur, non recte in conclusione nostra docemur, excommunicatos Ecclesiastica, non gaudere sepultura, qua in difficultate *Espondanus libro* 2. *de cœmeterijs sacris*, 2. *part. cap.* 4. *num.* 2. *& lib.* 3. *part.* 2. *num.* 2. *cap.* 2. dupliciter respondit, dum asserit; ideò constant *in dicta l.* 2. non prohibuisse Nouatianis Ecclesiasticam sepulturam; quia crederet illam Hæreticis esse concessam, sed quia Nouatiani, nondum per Summum Pontificẽ damnati, vt Hæretici, vel declarati fuerant, vel quia ipse Constantinus ignorauerat ipsorum damnationem, & condemnationem: quare cum existimaret eos, nõdum damnatos, nec ab Ecclesiæ vnitate præcisos, recte decreuit tuendos esse in sua possessione; scilicèt, vt non priuarentur Ecclesijs, aut Ecclesiasticis sepulturis interim dum eorum Hæresis ab Ecclesia, per Summum Põtificem damnata fuisset, *iuxta text.* ita intelligendum *in cap. Episcopus nullum* 67. *de consecratione, distinct.* 1. Adeò autem Hæreticis receptatoribus, ac factoribus eorum Ecclesiastica negatiua sepultura, vt per Constitutionem Gregorij IX. quicumque præsumpserint scièter eos Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, excommunicationis sententia innodentur, à qua absolui non debent, nisi post condignam satisfactionem proprijs manibus publice extumulent, & proijciant corpora defunctorũ prædictorum, quã Constitutionem congessit Bonifacius VIII. *in suo lib.* 6. *sub titul. de Hæreticis*, vbi late *Barbosa in collectaneis ad eundem textum.*

11 Nonò, obstabit *text. in Clementina prima, huius titul. de sepulturis*, ex cuius decisione colligi videtur, non omnes excomunicatos priuandos esse ab Ecclesiastica sepultura, sed eos tantum, qui publice excommunicati sunt, *vt cõstat ex eodem textu*, versiculo *Vel excommunicatos publicè*, ac perconsequens non rectè *in dicto cap. sacris, hoc titulo*, absolute docemur omnes, omninò excommunicatos priuandos esse Ecclesiastica sepultura. Augetur difficultas, *ex textu in cap. Parochiani, hoc titulo*, vbi excommunicatus, de quo ibi fit mentio, vinculo excommunicationis pro notorijs, & manifestis excessibus erat notatus; & quia fuit absolutus in articulo mortis, ei non denegatur sepultura; vnde colligi videtur, quòd si non ita notorius esset excommunicatus posset in cœmeterio sepeliri. Pro cuius difficultatis solutione supponendum est, quod ante Extrauagantem Martini V. quæ in fauorem fidelium lata fuit ad vitanda multa pericula, & scandala, quæ ex participatione, & communicatione, cum excommunicatis oriebantur cum omnes, omni-

ninò excommunicati vita debuissent, siuè fuissent publice excommunicati; siuè non, post prædictam verò Extrauagantem, tantum illi debent vitari, qui simul excommunicati, & denunciati sunt, vt ex eius tenore constat, quam refert *Toletus in summa libro 1. capit. 12. numero 2.* Vnde, cum ante prædictam Martini V. Constitutionem omnes, omninò excommunicati; etiam nondum publicati vitari debuissent; ita similiter illis cessare debuerat Ecclesiastica sepultura, quia quibus non communicamus viuis, nec defunctis communicare debemus, & tantum à peccato participationis liberauatis, qui ignorabat, cum quo communicabat excommunicatum esse: quod priuilegium in eius fauorem, non verò in excommunicati fauorem fuit indultum, quia ignorantia à participatione, etiam excusat iuxta illud; *vtile lex, humile res ignoratæ necesse*, cuius versiculi *Mentio habetur, apud Diuum Thomam in 4. distinct. 18. articulo 4. quæstione 1.* qua etiam attenta ratione, *in Clementina 1.* excommunicationis pœna imponitur illis, qui publicè excommunicatos in cœmeterijs sepeliunt prætextu priuilegij, ex quo non sequitur, nec colligitur, quod qui publicè excommunicati, anteà non essent possent, vtique Ecclesiastica gaudere sepultura, sed id tantum; scilicet, quòd si excommunicatus esset occultus; etiam si sepeliens sciret eum esse excommunicatum, tamen non incurreret pœnam ibi impositam, vt recte notat *Glossa ibidem*, verbo *Publicè*, circà finem; vnde cum post dictam Extrauagantem Martini Quinti, non omnes excommunicati vitari deberent; sed tantum denuntiati rectè, etiam dicemus hodie solos excommunicatos, denuntiatos, priuandos esse Ecclesiastica sepultura, non verò alios, quia cum quibus viuis communicare possumus, etiã defuncti communicare valemus, notat *Toletus in summa, dicto lib. 1. capit. 13. numero 9.* videndus est etiam, *textus difficilis in capit. Ecclesiam 27. capit. Ecclesiam 28. de consecratione distinctione 1.*

DE PAROCHIS, ET ALIENIS Parochianis.

TITVLVS XXIX.

Ad textum in cap. nullus 3. cap. de Parochis, & alienis Parochianis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Parochianum alterius, sine ipsius licentia ordinare non potest, ne eum aliter iudicare.*

2 *Diœceses sunt distinctæ, vt sic quilibet Episcopus habeat curam suorum subditorum, aliàs Ecclesiasticus ordo confunderetur.*

Episcopus proprius; quis dicatur?

3 *Ordinatus à non suo Episcopo remanet ordinatus, & quibus pœnis conferens, & de facto suscipiens puniatur.*

4 *Cap. nullum*, versic. *Quod si 9. quæst 2. cõciliatur, cum cap. Episcopus in Diœcesi 1. quæst. 1.*

5 *Capit. Ludonenses final. 9. quæstione 2.*

6 *Cap. Salonitanæ 24. 63. distinct. Iniuriam sibi illatam, quis remittere potest.*

7 *Cap. veniens 19. de præscriptionibus, latè discutitur, & in num. 8.*

8 *Iterum exponitur text. in cap. veniens 19. de præscriptionibus.*

9 *Cap. finali, de temporibus ordinationũ, lib. 6.*

Cap.

Capit. Monachum 10. *quæſt.* 1. *cap.* 2. *de conditionibus appoſitis, & alia iura ſummariè referuntur.*

1 CONCLVSIO. Epiſcopus Parochianum alterius, ſine ipſius licentia ordinare non poteſt, nec eum alter iudicare. Quæ concluſio comprobatur, *ex text. in capit. fin. hoc titulo, capit. quod tranſlationem* 11. *de temporibus ordin. cap.* 1. *cap. eos qui* 2. 3. *& 4. eodem titul. lib.* 6. *cap. final, de Clericis Peregrinis, capit. nullus, de iure Patronatus, cap. nullus primas* 9. *quæſt.* 2. *capit.* 1. 21. *quæſt.* 2. *capit. placuit cum ſequentibus* 7. *quæſt.* 1. *cap. ſi quis auſus* 31. *diſtinction. Concilium Nicænum Primum, capit.* 17. *Arelatenſe Secundum, capit.* 13. *Anthiochenum capit.* 13. *Sardicenſe capit.* 18. *& 19. Carthaginenſe Tertium, capit.* 10. 11. *& 21. Aurelanenſe Tertium, capit.* 15. *Tridentinum ſeſsione* 6. *de reformatione, capit.* 5. *& ſeſsione* 14. *de reformatione, capit.* 2. 3. *& 8. & ſeſsione* 23. *de reformatione, capit.* 3. *& 8.* Secunda noſtri text. pars probatur, *ex textus in capit.* 1. *& final. de foro competenti*, cum multis à me ibidem traditis. Exornant primam noſtri textus partem *Æmanuel Rodriguez quæſtionum regularium, tomo* 1. *quæſtione* 18. *articulo* 4. *Paulus Comitol reſponſorium moralium, libro* 6. *quæſtione* 48. *Thomas Sanchez libro* 7. *moralium, capit.* 1. *dubio* 20. *per totum, Sotus libro* 5. *de iuſtitia, & iure, quæſtione* 4. *articulo* 1. *Suarez de cenſuris, diſputatione* 31. *ſection.* 1. *numero* 13. *Salcedus in praxi, cap.* 26. *Sylueſter in ſumma*, verbo *Ordo* 3. *numero* 3. *Enriquez in ſumma, libro* 10. *capite* 22. *Rebuffus in praxi beneficiali, de litteris remiſsorialibus, numero* 6. *Riccius in praxi fori, deciſione* 296. *numero* 1. *Azor inſtitutionum moralium, parte* 2. *libro* 3. *capit.* 48. *quæſtione* 3. *Gutierrez de matrimonio, cap.* 63. *numero* 29. *Cærola in praxi, parte* 2. verbo *Dimiſſoria, Hugolinus de officio, & poteſtate Epiſcopi, capit.* 26. *§.* 1. cum traditis *à Barboſa, de poteſtate Epiſcopi,* 2. *parte, allegatione* 4. *per totam, & de iure Eccleſiaſtico, libro* 1. *capit.* 33. *numero* 19. *& in collectaneis, ad text. in capit.* 1. cum alijs, *de temporibus ordination. libro* 6. *& in remiſsionibus ad Concilium Tridentin. locis ſuprà citatis.*

2 Ratio, primi noſtri text. partis eſt, videlicèt, Epiſcoporum alterius Parochiarum, ſine ipſius licentia ordinare, non poſſe, quia Diœceſes ſunt diſtinctæ, vt ſic quilibet Epiſcopus habeat Curam ſuorum ſubditorum; meritò, vnicuique gregi proprij ſunt attributi Paſtores, & poteſtates, *cap. Eccleſias* 13. *quæſt.* 1. cum nemo debeat ponere manum in meſem alienam, *capit. venerabilem, de electione*; nam alias, ſi iuriſdictio vnicuique Epiſcopo nō ſeruaretur, Eccleſiaſticus ordo confunderetur, *cap. peruenit* 11. *quæſt.* 1. *capit. irrefragabili* 13. *de officio Ordinarij*; meritò, in præſenti rectè ſtatutum eſt nullum Epiſcopum alterius Diœceſanum, ſine ipſius licentia ordinare poſſe, cum non poſsit Epiſcopus ordinare illum, quem iudicare non poteſt, *Abbas in cap. eos qui, de temporibus ordin. lib.* 8. *dict. cap. nullus* 9. *quæſt.* 2. *Trident. de reformatione, dict. ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *&* 3. cum ſimilibus ſuprà adductis, & proprius Epiſcopus, nō ſolùm dicitur ille, de cuius Diœceſi eſt is, qui ad ordines promoueri deſiderat; ſed etiam ille, in cuius Diœceſi talis obtinet Beneficium Eccleſiaſticū, ſeu domicilium, licèt alibi natus fuerit; meritò, à quolibet, ſeu vno ex illis tribus Epiſcopis ordinari, aut dimiſſorias petere poterit, & vno electo, ſi ab eo ordinem ſuſcepiſſet, non poteſt variare, & aſſumere alium, niſi ſi Epiſcopus, qui prius illum ordinauit, iudicaſſet ceſsiſſe cauſam ordinationis, & remittet ordinatum ad alium, *capit. cum nullus* 3. *de temporibus ordinationum, libro* 6 *capit. ſtatutum, §. Cum verò, de reſcriptis*, latè *Barboſa de poteſtate Epiſcopi*, 2. *parte, allegatione* 4. Ratio autem ſecundæ noſtri text. partis eſt; videlicet, nec Epiſcopum poſſe alterius ſubditum iudicare; quia cum Epiſcopus alienus, non poſsit aliquem ordinare, qui actus eſt iuriſdictionis voluntariæ multò fortius, nō poterit eum iudicare, quia actus eſt iuriſdictionis contēcioſæ, *cap* 2. *iuncta eius Gloſſa* 9. *quæſtione* 2. Siquidem ſententia a Iudice non ſuo lata, non tenet, *cap. at ſi Clerici, de iudicijs, l.* 2. *Cod. ſi à non competente iudice.*

3 Primò, aduerſus primam noſtri text. partem obſtabit ſequens conſideratio; videlicèt, nam quando Epiſcopus, qui verus Miniſter Sacramenti ordines; eſt in aliquem ordinis capacem; etiam non ſubditum. Ordines confert ordinatus remanet, propterea,

quod in tali ordine imprimatur character, & adest verum, & proprium Sacramentum, *capit. 1. de ordinatis ab eo, qui renuntiauit Episcopatui*; igitur cum rectè ordinatus maneat, non est ratio, cur denegatur Episcopis, etiam nō subditum ordinare posse. Verum huic dubio respondendum est, ordinum collationem, etiam in non subditum validā esse; atverò ordinum exercitium illis suspenditur, *iuxta text. in cap. Episcopatus in Diœcesi 7. quæst. 1.* non tamē poterit Episcopus ordinare subditum, non suum ex rationibus supra adductis, & si de facto illum ordinauerit; adeò punitur, vt conferens, & recipiens suspensi maneant, alter à collatione Ordinū, alter ab executione, donec à proprio suo Episcopo visum fuerit, *vt dicto capit. eos qui, de temporibus ordination. l. 6. Concilium Tridentinum sessione 6. de reformatione, capit. 5.* quæ authoritas non est generalis in omnibus ordinibus, sed tātum in collatis, & cessauit prædicta pœna, casu quo Episcopi ad fuerint ignorantia inuincibili, vel quando proprius Episcopus licentiam præstiterit, quæ constare videbit per instrumentum publicum, aut per litteras dimissorias, quas Episcopi ad id dare solent, in quibus causam ob quam ordines conferre, non possunt suis subditis proponere debent, veluti quia infirmi sunt, vel aliqua legitima causa impediti, alias autem deficiente licentia, qui ordinem suscipit, adeò suspensus manebit, vt si quis ita primam tonsuram accipiat, & virtute illius ordinationis obtinere velit Beneficium Ecclesiasticum, non poterit, cum paria sint non habere tonsuram, & habere invtilem, vt rectè animaduertit, *Thomas Sanchez d. lib. 7. moralium, cap. 1. dubio 20.*

4 Secundò, aduersus ea, quæ nuper diximus; videlicèt, ordinatum ab Episcopo alieno manere ordinatum, licèt suspensus remaneat. Obstabit textus *in capit. nullum* versiculo *Quod si 9. quæstione 2.* cuius Concilij Carthaginensis, hæc sunt verba: *Quod si nullo inuitante inordinate superueniat, & aliquos, vel ordinare præsumpserit, vel quoslibet actus illi Ecclesiæ competentes, qui ad se minimè pertinent vsurpare tentauerit, vacua quidem, & inania erunt omnia, quæ gesserit* Ex quibus verbis manifestè constat ordinatum ab alieno Episcopo, non remanere ordinatum. Verum huic dubio faciliis erit solutio, si dixeris vacuum esse ordinem susceptum, hoc est tantum quoad executionem Altaris, non verò, quoad characterem, & cōsecrationem; semel susceptum, *dicto capit. Episcopus in Diœcesi 7. quæst. 1. notat Gloss.* verbo *Vacua, in dicto cap. nullum 9. quæst. 2.* vbi latè *Turrecremata.*

5 Tertiò, nostri text. decisioni obstabit Vrbani I. decretum relatum, *in cap. Lugdonensis fin. 9. quæst. 2.* vbi proponitur Archiepiscopum Lugdonensem, quæsiuisse ab Vrbano; vtrùm posset in suis ordinibus tolerare, quosdam Clericos suos, ab alijs Episcopos ordinatos Pontifex? respondit, rectè posse, pœnitentia imposita, si sint bonæ vitæ, & famę, ad quod adiecit exemplum S. Ioannis Chrisostomi toleraſſe, quosdam Clericos ordinatos à S. Epiphanio, quod Sanctus vir non feciſſet, si detrimentum fore perpenderet: ergo cum hoc feciſſet Chrisostomus, videbatur dicendum, nō rectè fuisse statutum, non posse Episcopum ordinare eos, qui sui subditi non sunt; cuius text. difficultas adeò grauis est, vt Doctores varios adhibeant solutiones, vt est, *Salçedus in praxi Canonica, capit. 26. Maiolus lib. 4 de irregularitate, cap. 2.* dum existimant; ideò *in d. cap. fin.* Episcopū potuisse, non subdito ordines conferre, quia erat spes ratihabitionis proprij Episcopi, & sic perindè habētur, ac si ab ipso fuissent collatæ: verum hæc interpretatio conuincitur ex eo, quia ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine, non est factum, *cap. ratum, de regulis iuris lib. 6.* deindè, quia quod abinitio vitiosum est, ex post facto non cōualescit lege, quòd abinitio de regulis, talis namque ordinatio irrita est, quoad executionem, alias namque causam præstaret Episcopus, vt hoc quæsito colore alienos ad ordines promoueret, ex quo plura damna orirentur; vndè Archidiaconus in præsenti asserit textum illum esse correctum, ad quod adducit aliqua iura, post prædictam decisionem constituta: cuius interpretatio etiam conuincitur, quia correctoria; siquidem correctio in iure nostro, semper est euitanda, *cap. cum expediat cum vulgatis de elect. lib. 6. Mandos. autem in regula Chancellar. q. 4. n. 12.* existimat ideò *in d. cap. fin.* Clericos ordinatos ab alieno Epico admittēdos esse, quia illi erat ha-

habiles, & idonei, quæ ratio licèt vera eſſet, non tamen ſufficit ad diſſoluendam prædictam difficultatem. Quare his, & alijs omiſsis, veriſsimè eſt dicendum, textus *in dicto cap. finali*, tantum aſſerere Epiſcopum illum ſolummodo relaxare, & remittere iniuriam, ſibi illatam, hoc enim rectè potuit facere, præcipue cum ibi præceſſiſſet Vrbani Pōtificis Maximi authoritas; quippè, ſi accidiſſet aliquē ordinaria non ſuo Epiſcopo, vt miniſtret in Ordinibus ſuſceptis, ſecurius erit recurrere ad Romanum Pontificem, ab eoque debet impetrare diſpenſationem, ſeu gratiam perindè valere, & hoc debet facere, antequam alios ordines recipiat, & ei beneficium conferatur, alias namque omnia poſtea facta, invtilia erunt, quia vbi fundamētum non eſt, nequit ſuper eo ædificari, *cap. principatus 1. quæſt. 1.*

6 Quarto, eadem ſolutione intelligendus eſt, textus *in cap. Salonitanæ 24. 63. diſtinct.* vbi Epiſcopus Maximus Salonitanæ Eccleſiæ, cum de quatuor delictis fuiſſet accuſatus, de quibus in littera textus conſtat, inter quos fuit vnum, quod irrequiſito Pontifice, vel eius reſponſali ordinatus fuerat; ſed Pōtifex ad preces Principum Conſtantinopolitanæ Ciuitatis ratam habuit eius ordinationem, alia verò delicta illius, in diſcuſa relinquere noluit. Ideoque præcepit illi, vt Romam venire, nō differret, & ſi non veniret diſtinctione Canonica puniatur; meritò, iniuria facta ſuperiori ex eo, quòd eo in cōſu'to fuerat ordinatus, illi remittitur, quoniam Romani Pontificis authoritas interceſſit, & licet ea deficeret Epiſcopus ex poſt facto poſſet facere, quoniam ea, quæ ad ipſum expectant remittere poterat, non verò, quoad alia delicta, vt in fine illius textus ſtatuitur. Nec obſtabit, ſi inſtes iniuriam illatam Epiſcopo Superiori, cenſeri etiam Eccleſiæ fuiſſe factam, ac perconſequens in Deum, & ſic nec ab Epiſcopo Superiori remitti potuiſſe, quia reſpondēdum eſt, id potuiſſe, quia talis iniuria primariè, & principaliter, contra Epiſcopum Superiorē facta cenſetur, alias namque, ſicut alia delicta, de quibus fuerat accuſatus, nō remitteret, *notat Gloſſa*, verbo *Laxauit*, *in dicto cap. Salonitanæ*, vbi latè *Acuña*, *& Turrecremata.*

7 Quintò, obſtabit textus difficilis *in c. veniens 19. de præſcription.* vbi apud Innocentium III. quæſtio proponitur, quæ vertebatur inter Abbatem S. Martini, & Epiſcopum Beſtrimēſem, ſuper quibuſdam decimis, & alijs iuribus ſpiritualibus Clericorum, & Eccleſiarum ipſius Monaſterij; petebat Abbas, vt omnes exiſtentes in quadam Parochia ſoluerent illi, Monaſterioque ſuo decimas, de omnibus quæ ibi haberent. Petit inſuper, vt Clerici Eccleſiarum Monaſterij, poſſent percipere chriſma, oleū conſecrationis Altarium, & quod magis eſt Ordines, à quo maluerint, & ad hæc cōſequenda induxit priuilegium Alexandri, & Clementis Pōtificis. Inſuper præſcriptionem allegabat ad prædicta: Epiſcopus verò ex aduerſo petit, vt decimas prædictas Abbas reſtitueret, & quod Clerici Capellani prædicti Monaſterij, omnia Sacramenta, & Ordines ab Epiſcopo reciperent: lite conteſtata, auditis, & intellectis meritis cauſæ decreuit Innocentius III. quòd Clerici Eccleſiarum illius Monaſterij, qui erant in prædicta Ciuitate reſcipiant Sacramēta, & ordinationes a prædicto Epiſcopo, ſi fuerit Catholicus, & ſi gratis ea voluerit concedere; aliàs autē à quo maluerint Epiſcopo recipiendi prædicta, liberam habeant facultatem, non obſtante priuilegio Clementis, cum ſaluis conſtitutionibus, Eccleſiæ Romanæ conceſſum intelligatur, nō obſtante quauis præſcriptione, quoniam mala fides aderat; ecce text. difficilem, vbi Pontifex tantum aſſerit, prædictos cines ad Epiſcopum accedere, debere pro receptione Sacrorū Ordinum cōſideratio eſt: ergo minores Ordines, quilibet à non ſuo Epiſcopo recipere poterit, aliàs non diceret Pontifex, tantum ad Sacros Ordines, ac perconſequens, non rectè aſſertum eſt Epiſcopum alienum, non poſſe conferre Ordines maiores, nec minores ſubditis, non ſuis. Pro hac difficultate varias adducunt ſolutiones antiquiores omnes; vndè *Hoſtienſis in dicto capit. veniens*, exiſtimat addendum eſſe verbum illud *Maximè*, quaſi ſenſus ſit omnes Ordines prohibitum eſſe, conferre non ſubditis, hoc eſt alienæ iuriſdictionis, & maximè ſacros; quæ ſolutio, tamquam correctoria reijcienda eſt: quare *Ioannes Andreas*, *& Panormitanus in dicto capit. veniens*, exiſtimant verba illa, ad Sacros Ordines ap-

posita fuisse ad exclusionem minorum ordinum, quasi sensus sit Episcopũ conferre posse minores Ordines, etiam non subditis, hoc namque absit, quippè certum est alienum Episcopum, nec maiores, nec minores conferre posse, vt constat *ex dicto cap. fin. de temporibus ordinationum, lib. 6.* quapropter his, & alijs omissis verius dicendum, existimo prędicta verba ad sacros Ordines apposita fuisse, non ad excludendum minores; sed vt demonstraret potestatem, quam Abbates, si Presbyteri sint, & Benedicti habebant, cum certum sit eos primam tonsuram conferre posse, *capit. cum contingat 11. de ætate, & qualitate, cap. Abbates, de priuilegijs, lib. 6. Tamburinus, de iure Abbat. tom. 2. disputatione 1. quæstione 1.* vnde *cum in dicto cap. veniens*, controuersia esset inter Episcopum, & Abbatem receptionis Ordinum præcisè, de sacris debet intelligi, cum de minoribus, non poterat controuerti; siquidem de iure Abbatibus illa potestas competeret, & iuribus supra adductis.

8 Sextò, obstabit idem textus *in dicto cap. veniens 19. de præscriptionibus*, vbi sic ait *Alioquin ab alio, quem maluerint Præsule Catholico suscipiendi ea, liberam habeant facultatem.* Ex quibus verbis apertè deducitur posse, quemlibet etiam non subditum, à quouis Episcopo ordines suscipere, sed respondendum est: verba illa intelligenda, & referenda esse ad versiculum anteriorem; videlicèt, quando Episcopus non est Catholicus, vel nõ vult libere ordines cõferre, quod quidem à iure prouidè captum est, in pœnam illius Episcopi, qui Catholicus non est, aut cum debeat, non cõfert Ordines; siquidem certum sit pro collatione Ordinum, sicut pro cæteris Sacramentis, nihil exigi posse, *cap. 10. capit. ad Apostolicam 42. de simonia*, cum traditis *à Suarez 1. tom. de Religione, lib. 10. cap. 5. num. 12. cum sequentibus*; notat *Panormitanus in cap. veniens 10. de præscriptionibus, num. 5.* pro qua etiam facit text. *in cap. eos qui 2. de temporibus ordinationum*, vbi postquam Pontifex Gregorius X. statuit Episcopos, qui ordinauerit Clericos alienæ Parochiæ, scienter, vel ignorantia affectata, suspensos esse à collatione illorum Ordinum, asseritque Clericos subiectos Episcopis suspensis propter ea, quòd alios extraneos ordinauerant posse, absque ipsorũ licentia Ordines recipere ab alijs vicinis Episcopis: dum tamen per Metropolitani declarationẽ prædicta suspẽsio probetur, quod decretum ea nititur ratione, quia id fieri expedit in punitatem prædicti Episcopi, vt fortasse se emendet, & alij tali metu per territi simile delictum non committant, notat *Salçedus dict. cap. 26. circa finem.*

9 Septimò, obstabit text. *in cap. fin. de temporibus ordinationum, lib. 6.* vbi statuitur Episcopum, non posse primam tonsuram conferre, nec infanti, nec illiterato, nec coniugato deficiente proprij Episcopi licentia, & authoritate, nisi infans, aut cõiugatus Religionem ingrediatur, casu quo ingredi voluerit rectè poterit Episcopus, etiam si alienus sit primam tonsuram conferre. Sed hæc difficultas facilè dissoluitur, si dicamus mentem Pontificis eam esse, vt quẽadmodum Episcopus infanti, nec coniugato potest primam tonsuram concedere, nisi Religionem ingrediantur; ita similiter non conferat ei, qui non est proprius subditus, deficiente superioris licentia, quasi sensus sit, eandem prohibitionem, quæ extat ad hoc, vt non conferantur maiores Ordines, non subditis, etiam extendi ad minores, quod certum est, & iusta de causa statutum, cum verum sit prima tonsura initiatum priuilegijs Clericalibus gaudere; id autem, quod *in dicto cap. finali*, statutum est; videlicèt, infantem ingredi posse Religionem difficilè videtur ex eo, quia in ea ætate constitutus, intelligitur is, qui nõ potest intelligere, quod facit; sed facilè diluitur, si animaduertamus prædictum ingressum non fieri ab ipso; sed potiùs à patre nomine ipsius ad eius obseruantiam, non tenebitur, nisi aduenientè legitima ætate tacuerit, & non reclamauerit; quo in casu potiùs virtute tacitur nitatis, quam prædictæ oblationis profiteri intelligitur. Quomodo intelligiguntur? text. *in cap. Monachum, capit. ad dissoluendum 10. quæst. 1. cap. 2. de conditionibus appositis*, notat *Thomas Sanch. lib. 4. ad præcepta Decalogi, cap. 18. numero 8.* de quibus latè agemus *in titul. de regularibus, & transeuntibus ad Religionem.*

[✠]

Ad

Ad textum in cap. ſuper eo 4. de Parochijs, & alienis Parochianis.

SVMMARIVM.

1 *Limites Diœceſum, & Parochiarum legitimè diſtincti, & quæſtionibus adhærent præſcriptionem non recipiunt.*

2 *Finium præſcriptium à iure prohibita eſt, ne cum publico incommodo inter Prælatos, & ſubditos confuſio oriatur.*

Fines Diœceſum, & Parochiarum ob publicam vtilitatem diſtincti ſunt.

Suis terminis vnuſquiſque debet eſſe contentus, vt de illis rationem reddat.

3 *Diœceſum, & Parochiarum contentio eſſe, non poteſt cum diuiſio illa iure diuino proueniat, & quomodo id intelligatur.*

4 *Fines antiqui quomodo probentur.*

Cap. plures 54. 16. quæſtione 1. cum capit. cum cauſam 13. de probationibus.

5 *Cap. quia indicante 9. de præſcriptionibus.*

6 *Cap. volumus 2. 16. quæſt 4.*

7 *Cap. ex litteris 3. de probationibus.*

8 *Cap. inter memoratos 6. capit. dilecto 16. quæſt. 3.*

Cap. 1. de præſcriptionibus.

9 *Capit. cum ſint homines 18. in fine, de decimis, cum capit. ad aures, de præſcriptionibus, capit. dudum, de decimis.*

1 CONCLVSIO. Limites Diœceſum, & Parochiarum legitime diſtincti, & quæ limitibus adhærent præſcriptionem non recipiunt, probat textus *in capit. quodcumque 4. in fine, cap. licèt, capit. inter memoratos, capit. dilectio tua, 16. quæſtione 3. capit. plures 16. quæſtione 1. cap. volumus 16. quæſtione 4. cap. cum cauſam 13. de probationibus, cap. cum olim, de cenſibus, Tridentin. ſeſſione 14. de regularibus, capit. 9. & ſeſſione 24. capit. 13. leg. agros 3. Cod. de fundis, Limitrophis libro 11.* illuſtrant *Felinus in capit. indicante, numero 5. de præſcriptionibus, Hoſtienſis in ſumma huius tituli §. Cur fines, numero 8. Turrecremata in dicto capit. licèt, cum ſequentibus 16. quæſtione 3. Baldus de præſcriptionibus, 1. part. cap. 65. & vltimæ partis principalis,* verſiculo *Decimus caſus, pagina mihi 510. Alciatus in lege quinque pedum, numero 23. Cod. finium regundorum, Parladorius lib. 1. rerum quotidianarum, capit. 1. §. 17. Hieronymus de Monte, tractatu de finibus regundis capit. 107. numero 2. Menochius conſil. 147. numero 44. Andræas Valenſis ad noſtrum titul. §. 1. numero 9. Barboſa de poteſtate Epiſcopi, 2. parte, allegatione 131. cum ab eo traditis in collectaneis ad noſtrum textum.*

2 Varias decidendi rationes ad textum noſtrum, refert *Gloſſ. in cap. quicumque,* verbo *Prouinciam 16. quæſtione 3.* ſed illa potiſsima ratio eſt; ideo huiuſmodi finium præſcriptionem à iure improbatam eſſe, ne cum publico incommodo, inter Prælatos, & ſubditos cõfuſio oriatur; quæ ratio exprimitur *in d. cap. quicumque,* verſic. *Nedum,* Diœceſis defenditur Prouinciarum termini confundãtur, *& in cap. ſint homines, in fin.* verſiculo *Cum ex hoc Epiſcopatu, de decimis, & in cap. licèt,* verſic. *Ne per conſuetudinem peſſimam 16. quæſt. 3.* quæ ratio ſatis defendi poteſt, ſi animaduertamus fines Prouinciarum Diœceſum, & Parochiarum in vtilitatem publicam, non verò in priuatam, publica authoritate conſtitutos, & diſtinctos fuiſſe, præcipue à Dionisio Pontifice, anno D. 266. qui Eccleſias ſingulis Presbyteris cõceſsit, deditque Parochias, cœmeteria diuiſit, & vnumquemque ius proprium habere ſtatuit, ita vt nullus alterius Parochiæ terminos, aut ius inuadat, ſed vnuſquiſque ſit ſuis terminis contentus; vt ſic Parochiã, ſibi commiſſam cuſtodire poſsit, vt ante Tribunal æterni Iudicijs ex omnibus, ſibi commiſsis rationem reddat, & nõ iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat, *cap. Eccleſias 13. quæſt. 1. cap. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælatis, cap. 1. 80. diſt. Trident. ſeſſ. 14. de reformatione cap. 9. & ſeſſ. 24. cap. 13. in fin. argument text. in l. id quod 7. §. 1. ff. de periculo, & commodo rei venditæ.* Meritò, cum immutabiles ſint, nulla poſſunt præſcriptione conuelli, ne aliàs priuata cuiuſque præſcribentis authoritate ſublatis antiquis, paſsim noui limites conſtituantur, & tam in iuriſdictione, quàm in reliquis publicam vtilitatem concernentibus frequens detur occaſio incertitudinis, & cõfuſionis, vnde licèt intra fines Prouinciæ Diœceſis, vel Parochiæ admittatur

tatur præſcriptio ad effectum, vt præſcribens intra illo obtineat iuriſdictionem, vel Epiſcopalia, ſeu Parochialia iura, *dicto cap. quicumque* 16. *quæſt.* 3. *capit. ad aures, capit. auditis, capit. cum olim, de præſcriptionibus, cap.* 1. *eodem titul. lib.* 6. notat *Abbas in præſenti, num.* 2. *Felinus in dict. cap. quia indicante, num.* 5. quia & ſi exinde noſtri text. prohibitio, & eius ratio non offenditur; tamen fines ipſi præſcribi, non poſſunt ad effectum, vt deſinant eſſe, ſicut antea erant, vel reſtringantur, vt alij porrigantur, & vt ſint, vbi non erant, vt notat *Barboſa in collectaneis ad noſtrum textum, num.* 2. *& in dicta allegatione* 131. *num.* 5. *&* 6. explicat latè *Petrus Gregorius lib.* 16. *ſyntagmatum, cap.* 8. *num.* 33. *Suarez* 1 *tom. de Religione, libro* 1. *de decimis. capit.* 21. *numero* 4. *Barboſa de officio Parochi, capit.* 1. *num.* 18.

3 Primò, decidendi rationi, non leuiter obſtabit ſequens conſideratio; videlicèt, quòd de finibus Diœceſum, & Parochiarum contentio eſſe, non poteſt, eo quòd Diœceſes, & Parochiæ fuerint limitatæ, & diſtinctæ ante aduentum Chriſti, ſecundum traditionem gentium, & collationem ſuorum præſidentium, & Apoſtoli poſtmodum cõſtituerunt Primates Archiepiſcopos, & Epiſcopos, *cap.* 1. 80. *diſtinctione, cap.* 1. 99. *diſtinct.* & Parochiæ etiam eorum authoritate diuiſæ, & limitatę fuerunt, *cap.* 1. 13. *quæſt.* 1. *cap. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælatis*; igitur videbatur dicendum, non poſſe dari caſum, in quo de finibus, & limitibus contentio emergere poſsit, cum fines illi diuina, & Eccleſiaſtica authoritate eſſent conſtituti. Cui difficultati reſpondẽdum eſt, quòd licèt Apoſtolicos, & ciuitates ordinarent in quibus eſſent Epiſcopi, non tamen diſtinxerunt Epiſcopatus fines, & ſic in Primitiua Eccleſia omnia confuſa, & Parochiani omnes communes erat: quare vnus Epiſcopus excommunicabat, alius abſoluebat, & ſic omnes in ſolidum iuriſdictionem exercebant, & licèt fuerit facta diuiſio, tamen proceſſu temporis potuit mutari, & variari, ſæpè enim tractu temporis mutatur, & perditur, ſeu ignoratur, rei, & loci origo, *cap. longuiquitate* 12 *quæſt.* 2. *cap. ex litteris, de probationibus, leg. in finalibus, ff. finium regundorũ*, mutatur, etiam diuiditur, ac vnitur Epiſcopatus ex iuſta cauſa, Romani Pontificis authoritate interueniente, *cap. mutationes* 7. *quæſt.* 1. *cap ſicut, de exceſsibus Prælatorum, & cap. ſicut* 161. *quæſt.* 1. & priuantur etiã Ciuitates, quandoque Dignitate Epiſcopali, & alijs Eccleſijs ſubijciuntur, *capit. ita nos* 25. *quæſt.* 2. & etiam de nouo erigitur Cathedralis Eccleſia, ita vt nec alijs vnitur, vel ſubijcitur, *cap. cum inferior, de maioritate, & obedientia*; & licèt vniatur erigatur, vel ſubijciatur, quandoque etiam illa vnio, poſteà reuocatur, *cap.* 1. *ne ſede vacante*; ex quibus omnibus poteſt oriri limitum confeſsio, quæ decerni debet per probationis modos legitimos, qui perſcribuntur, *vt in cap. cum cauſam* 13. *de probationibus, cap. plures* 16. *quæſt.* 1.

4 Secundò, aduerſus ea, quæ nuper diximus, & refert textus noſter, videlicèt; quod eius reſolutio procedit caſu, quo fines legitima probatione, vel alias indubitata fide conſtiterit diuiſos eſſe, tunc enim nulla præſcriptione euelluntur; *vt conſtat ex textu noſtro*, verſ. *Si legitima probatione, &c.* docet etiam, *text. in cap. memoratos*, verſ. *Ob hoc* 16. *quæſt.* 3. nam ſi de eorum limitatione non appareret, præſcriptio admittitur, quia tunc non præſcribuntur fines, ac proinde noſtri textus ratio, & verba ceſſant; *vt obſeruat Abbas, Hoſtienſis in præſenti, Barboſa dicta allegatione* 31. *num.* 12. & fines antiqui probari debent, per libros antiquos adminicula teſtes, & famam, *cap. cum cauſam* 13. *de probationibus*, & meritò id procedit, quia ſcriptura antiquorum librorum, in quibus geſta antiqua continentur fidem facit, *capit. habeo librum* 16. *diſtinctione, c. poſtulatus* 3. *quæſt.* 7. *cap. ex geſtis. de Clericis non reſidentibus, l. Titius ff. de actionibus empti, l. ſcripturas, C. qui potiores*, & qui a teſtibus ſenibus in rebus antiquis fides adhibetur, *l. ſi chorus, ff. de legat.* 3. & fama in his, quorum memoria non habetur aliquã fidem facit, *cap. ſi duo* 35. *quæſt.* 6. *capit. illud, de præſumptionibus, l.* 3. *§. Quæ argumenta, ff. de teſtibus*, quod, & de adminiculis etiam eſt dicendum, *l. ſi arbiter, ff. de probationibus, l. in ſumma, §. Item labco. ff. de aqua pluuia arcenda, Maſcard. de probationibus, concluſ.* 395. *& concluſ.* 399. *Hieronymus de Monte in tractatu de affinibus. cap.* 51. *& cap.* 66. *num.* 1. *Dueñas regula* 299. verſic. *Limitatione* 7. *obſtabit, text. in cap. plures* 54. 16. *quæſt.* 1.

vbi

vbi Toletani Concilij decretum refertur, quo captum est plures baptismales Ecclesias in vna terminatione esse non posse, sed vnam tantummodo cum suis Capellis, & si contentio fuerit de terminatione duarum Parochialium plebes vtrarumque discernent, & si non conuenerint lis Dei iuditio discernatur: ex quibus decreti verbis deducitur fines Diœcesum, non libris antiquis fama, & alijs adminiculis probari, sed vtriusque Parochiæ antiquis testibus, & si inter se dissentiant Dei iuditio contentio dirimitur. Cui difficultati respondendum est, *text. in dicto cap. plures loqui*, & procedere casu in quo erant plures Parochiæ limitatæ, sed de aliquo loco dubiũ emergebat infrà cuius fines situm esset, quem, & vterque litigantium se possidere dicebat; eo enim casu probationis forma, ibi: *Tradita obseruanda est*; at verò quando de Diœcesum limitatione contentio vertitur libris antiquis, & alijs probationibus, de quibus, *in dict. capit. cum causam 13. de probationibus*, lis dirimenda est; vel si tibi fortasse, hæc solutio non placuerit poteris dicere, *text. in dicto cap. plures esse intelligendum in eodem casu* de quo agitur, *in dicto cap. cum causam, de probationibus*. Sed in *dict. cap. plures*, aliæ plures probationum species scriptæ, & additæ sunt, quod nouum non est *argumento text. in l. nõ est nouum, ff. de legibus. l. vnica, C. de inofficiosis donationibus*; ita vt sensus sit, quod de limitatione orta contentio probari debeat libris antiquis, testibus, fama, & alijs adminiculis, & si adhuc de ea non liqueat, plebes vtrarumque quæstionem discernant; & si non conuenerint Dei iuditio contentio dirimatur; idest iuramento, vel sortibus quibus Dei voluntas ostenditur, *cap. sors 26. quæst. 2.* vel Ecclesiastico iudicio; *vt exponit glossa ibidem*, verbo *Dei iudicio*, & ita dubium hoc dissoluunt *Hostiensis in dicto cap. cum causam de probationib. num. 7. Panormitanus ibid. num. 3. in fine*.

5 Tertiò, impugnatur nostri text. sententia, ex decisione, *text. in cap. quia indicante 9. de præscriptionibus*, vbi Alexander III. quæstionem inter duos Abbates ortam de finibus, agri mensorum definitione finiri præcepit, qui ad loca, de quibus contentio est accedant, & in præsentia illorum quæstionem; faciant terminari quadraginta tantum annorum præscriptione, vtrique parti seruata, quo loci expenduntur, verba illa: *Quadraginta tantum annorum præscriptione vtrique parti seruata*, quæ plenè probant Ecclesiarum fines, quadraginta annorum spatio præscribi posse, igitur fines Ecclesiastica ordinatione constituti præscriptionẽ admittunt contra nostri textus sententiam, in qua omnia ò contrarium dissertis verbis est decissum, quam difficultatem agnouit, *glossa in dicto cap. indicante*, verbo: *Quadraginta*, cuius soluendi gratia duplicem tradit interpretationem, & primo existimat discrimen constitui oportere, inter casum quo fines Diœcesum, siuè Parochiarum distincti sunt, & legitima probatione constituti, quæ per libros antiquos testes, famam, & alia adminicula fit, *iuxta text. in dicto cap. cum causam, de probationibus cum similibus*; tunc enim præscribi huiusmodi fines non possunt, ex nostri textus sententia, & eius ratione, & inter eum casum, quo de finibus non constat, nec eorum diuisio legitima probatione distinguitur. Tunc enim locum habet præscriptio, & ita asserit intelligendum esse textum *in dicto cap. quia indicante*, qui dum probat quadragenariam præscriptionem in finibus accipiendus est in ea specie, quando de finibus Diœcesum, vel Parochiarum, per testes, liberos antiquos, famam, & alia adminicula deficientia constare nõ potest; nam quando certa est distinctio finium, & probatio: tunc in præscriptibiles sunt, quam glossæ interpretationem sequitur, *Hostiensis ibidem, num. 2.* vel aliter respondit, *Gloss. ibidem, text. in dicto cap. quia indicante*; loqui de finibus prædiorum Ecclesiæ, qui à finibus Diœcesum, & Parochiarum; de quibus text. noster loquitur longè differunt; quoniam fines prædiorum, etiam Ecclesiasticorum, non publici, sed priuati iuris sunt, & priuata vniuscuiusque authoritate instituuntur, & mutantur, *leg. in finalibus, ff. finium regundorum, leg. 1. Cod. eorum*, & confusio, quæ timeri potest, non ita principaliter publicam, sed magis priuatum continet detrimẽtum, ac proinde præscriptionem recipiunt, fines autem Diœcesum, & Parochiarum, non priuata, sed publica authoritate constituti, & destinati sunt; *cap. 1. 80. distinct. cap. 1. 13. quæst. 1.* & per consequens confusio, quæ ex præscrip-

criptione oriretur publicum Prælatorum, & subditorum concernit in commodum, quare immutabiles, & imperscriptibiles sunt, *docet Glos. & Hostiensis in præsenti numero 2. Barbosa dicta allegatione 131. num. 5. Syluester*, verb. *Præscriptio 2. num. 6. Balbus vbi supr. dicto numer. 8.* vers. *Decimus*; & licet huiusmodi limites præscribi non possint, ea tamen, quæ sunt infrà limites limiti non adhærentia spiritualibus, quæ temporalia dicuntur, præscribi poterunt, *capit. ad aures, cap. auditis, de præscriptionibus, Glos. & Hostiens. ibid. num. 3.*

6 Quartò nostri text. sententia impugnatur, ex Gregorij decreto, *lib. 1. epistolarum, epistola 9. relato, in capit. volumus 2. 16. quæstione 4.* qui loci proponitur Monasterium quodam Sciciliæ Sancti Theodori possedisse spacio quadraginta annorum, quasdam possessiones cuiusdam Ecclesiæ, quæ erat in partibus illis sita, super quibus, cum inter Monasterium, & Ecclesiam quæstio moueretur præcepit Gregorius Petro, Subdiacono, vt ad Panormitanam Ciuitatem accederet, & possessionibus, apud Monasterium remanentibus, si posset probare fines; de causa mota est, inconcussos quadraginta annis possedisse nullam deinceps patiatur præfatum Monasterium sustinere calumniam, sed quietem eorum inconcussam omnibus modis procuret, etiam si quid Sanctæ Romanę Ecclesiæ competere potuit; si verò actores Ecclesiæ non eos possedisse quadraginta annos, incōcusso iure mōstrauerint, sed aliquam intra tempora, hæc motam aliquando fuisse quæstionem eorundem finium electis arbitris tranquilæ, & legaliter sapiatur, in qua decisione expendo verba illius text. *fines de quibus causatio mota est inconcussos quadraginta annis possedisse*; ex quibus deprehenditur fines Ecclesiarum præscriptionem recipere, cum quadraginta annorum spacio præscribi valeant, quod est omnino contra nostri textus decisionem. Sed respondendum est illius text. veram interpretationem pēcere ex his, quę supra retulimus, pro interpretatione, *ad text. in dicto cap. quia indicante*, ex quibus constat, quod licèt fines Diœcesum, & Parochiarum præscriptionem non recipiant; tamen fines prędiorum, etiam Ecclesiasticorum præscribi possunt; quia non publice, sed priuati iuris sunt, & priuata hominis authoritate instituuntur, & confusio, quæ ex eorum præscriptione oritur non publicum, sed priuatum potius continet detrimentū, ac proinde præscriptione conveli possunt; itaque *text. in dicto cap. volumus finium præscriptionem admittens*; iuxta hāc resolutionem accipiendus est, loquitur enim definibus prædiorum Ecclesiasticorum, non vero Diœcesum, vel Parochiarum, & ea ratione docet Monasterium quadragenaria præscriptione illorum, ius, & dominium quærere potuisse, *docet Glos. ibid.* verbo *Fines Glos.* verbo *Quadragenariam*, circa medium, *in capit. quia indicante, de præscriptionibus*, obseruat *Archidiaconus, & Turrecremata, in dicto cap. volumus*. Aliud etiam dubium involuit illius capitis cōtextura, in illis verbis; *etiam si quid Sanctæ Romanæ Ecclesiæ competere potuit*; ex quibus verbis probatur in rebus, ad Romanam Ecclesiam pertinentibus quadragenaria præscriptionem admitti, quod est omnino contra textum, *in capit. vltimo 16. quæst. 3. cap. ad Audientiam, cap. diligenti in fine, de præscriptionibus*. In quibus iuribus cōtra Romanam Ecclesiam centenaria, tantum currit prescriptio, de cuius dubij solutione discutere, nunc non licèt, cum iam de ea à nobis est actum, *1. tom. in capit. ad Audientiam 13. de præscriptionibus, numer. 4.* quæ omnia in præsenti sunt repetenda interim videtur est, *Couarrub. in regula possessor, 2. part. §. 2. numer. 6. Doctor Balboa, in cap. Sanctorum num. 35. & in cap. ad Audientiam, numero 11. de præscriptionibus, Barbos. in collectaneis ad eundem textum, numer. 1. cum sequentibus.*

7 Quintò, nostri textus decisio difficilis redditur, ex Lucij Tertij decreto relato, *in capit. ex litteris 3. de probationibus*, quo loci inter Episcopum Bononiensem, & eius Archidiaconum, qui con fines præbendas in Villis habebant; quas singuli singulas possidebant controuersia agitabatur prætextu finium, seu terminorum; ex eo, quod Episcopus diceret Archidiaconum antiquos fines egressum, partemque fundi sui occupasse. Archidiaconus autem in contrarium asserebat, se illam fundi partem quadraginta annorum spatio inconcussè possedisse; Episcopus autem asserebat, quod per idem tempus quietè, partem illam possēderat, in qua specie cui pro-

probatio incumberet dubium erat, vtrũ petitori, an verò poſſeſſori? reſpondit Pontifex, quod iudicium finium regũdorum tale eſt, vt in eo vtraque perſona vices duarum habeat; ſcilicèt, actoris, & reis: vndè tunc inde teſtes produci poſſunt ad cognitionem Iudicis inſtruendam, quibus examinatis Iudex, quos præcedere inteliexerit ad fidem, ſibi faciendam, admittat, & ſi teſtes ambarum partium ſint æquales poſſeſſoris teſtes præferantur, quia promptiora ſunt iura ad abſoluendum, quàm ad condemnandum præter quæ in liberali cauſa in qua, ſi vtriuſque partis teſtes æquales fuerint, pro libertate ſententia profetẽda eſt, ex qua ſpecie manifeſtè deducitur fines, ſuper quibus contentio agitabatur, quadraginta annorum ſpacio præſcribi poſſe eumque, qui præſcriptionem, quam obiecerit probauerit in cauſa obtinere debere, *vt conſtat ex eodẽ text.* verſiculo *Antiquos fines ægreſſum*, iuncto verſiculo *Se partem eandem fundi poſsidiſſe quadraginta annorum ſpacio inconcuſè*; igitur minus recte inter noſtro Vrbanus III. aſſerit fines, nulla poſſe præſcriptione conuelli, ſed reſpondendum eſt, *text. in dicto cap. ex litteris 3. de probationibus*, non loqui de finibus Diœceſum, & Parochiarum, qui in perſcriptibiles ſunt, vt in textu noſtro, ſed de limitibus prædiorum Eccleſiarum, in quibus locus eſt præſcriptioni iuxta ea, quæ ſupra retulimus, quæ interpretatio, *ex illius text. verbis apertè colligitur*, verſic. *Partemque tui fundi occupaſſe*, quæ verba de limitibus fundorum expreſsè loquũtur, & ideò non eſt mirum, quod Pontifex eotum, quadragenariam præſcriptionem admittat, motus ea iuta ratione ſupra relata, pro interpretatione, *ad text. in dicto cap. quia indicante, de præſcriptionibns, capit. volumus 16. quæſt. 4.* notat *Gloſſ. in dicto capit. quia indicante*, verb. *Quadragenaria*, *Hoſtienſis ibidem*, *num. 2.*

8 Sextò, noſtri text. deciſione, acriter iædit, textus *in capit. inter memoratos 6. 16. quæſtione 3.* vbi inter duos Epiſcopos, ſuper fines ſuarum Diœceſum diſcordia orta eſt, propter Parochiam Baſilicæ cuiuſdam, quam vnuſquiſque in ſuo Epiſcopatu ſitam aſſerebat, quæ contentio, vt dirimeretur Innocentius Pontifex decreuit inter alternas partes inſpectores viros mittendos eſſe; ita vt Diœceſis poſsidentes (ſi tamen Baſilicam veris ſignis limes præfixi mõſtrauerit) Eccleſiæ cuius eſt ius retentionis, ſi id æternum dominium, quod ſi limes legitimus eandem Baſilicam, non includit, & tàm longi temporis probatur obiecta præſcriptio, interpellatio alterius Epiſcopi non valebit, quia illa tricenalis obiectio, ſilentium imponit, hoc enim, & ſæcularium Principum edicta præcipiunt, & Romanorum Pręſulum deſcreuit authoritas in qua deciſione expendo, verba *Illius textus*, & tam longi temporis probatur obiecta præſcriptio, iuncto verſiculo *Tricenalis obiectio ſilentium imponit*: quæ verba plenè probant poſſe Epiſcopum alterius Epiſcopatus limites tricenali ſpacio præſcribere, & conſequenter fines Diœceſum præſcriptibiles eſſe: ſed reſpondẽdum eſt, illius capitis ſententiam nitre ſuperioribus conuenire, quoniam procedit in his Diœceſibus, quæ certis non ſunt limitibus deſtinatæ, de quibus certa definitio, olim non præceſsit, quæ præſcriptione tolluntur, hoc eſt tricenali, ſolim Sacris Canonibus aduerſus Eccleſiam ſtatuta erat, *cap. placuit*, verſiculo *Ir canibus*, *capit. 1. & 2. 16. quæſt. 3. cap. illud, de præſcriptionibus*, *Couarru. in regula poſſeſſor, 2. parte, §. 2. num. 11. & 12.* Diœceſes enim, quæ certis finibus diſtinguntur nulla præſcriptione, vt in textu noſtro conuelli poſſunt: quæ interpretatio deducitur *ex eodem text.* verſ. *Si tamen Baſilicam veris ſignis, limes præfixit monſtrauerit*, iuncto verſic. *Quod ſi limes legitimus eandem Baſilicam, non cõcludit*, quæ verba apertam diſtinctionem conſtituunt inter caſum, quo de limitibus Diœceſum legitima, conſtat probatione, & inter caſum, quo nulla poſſunt fines probatione mõſtrari; nam in primo caſu perſcriptionem tollunt, in poſteriori verò eam concedunt, quia tunc non perſcribuntur fines, ac proinde ceſſat ratio noſtri text. *notat Gloſſa*, verbo *Quadraginta in dicto cap. quia indicante*, *Huſtienſis*, *& Abbas ibidem*, *num. 16. Turrecremata*, *& Archidiaconus in dicto cap inter memoratos*, *Barboſa dicta allegatione 131. num. 12.* eadem doctrina intelligendus eſt, *text. in cap. dilecto 16. quæſtione 3.* expendi etiam poteſt contra textum noſtrum, *textus in capit. 1. de præſcriptionibus*, vbi Epiſcopus triennio præſcribit contra Epiſcopum, locum

per

per ſe ad Fidem Catholicam cõuerſum, de cuius interpretatione, & cõciliatione, *cum cap. placuit* 16. *q.* 3. plura ſcripſimus *in d. cap.* 1. *de præſcriptionib.* videndus eſt etiam, *Couarr. in regula poſſeſſor*, 2. *part.* §. 11. *num.* 8. *Barboſa dicta allegat.* 131. *num.* 13.

9 Septimò, ex noſtri text. ſententia, & eius decidendi ratione interpretandus venit, *text. in capit. cum ſint homines* 18. *in fine, de decimis*; vbi cum quæreretur, cui Eccleſiæ decimæ perſolui debeant ab eis, qui in Parochia vnius Eccleſiæ ſunt, & in alia terras collũtur. Reſpondit Pontifex, ad cõſuetudinem Eccleſiæ recurrendum, & exiſtendum eſſe, etiam ſi illæ Eccleſiæ in vno, vel diuerſis Epiſcopatibus conſtitutæ ſint, quia graue nimis, & difficilè foret, ſi vna Eccleſia in Epiſcopatu alterius recipiat decimas, cum ex hoc Epiſcopatuum fines confundi, non in meritò viderentur, quæ deciſio valdè obſcura, & difficilis redditur, quatenus probat, non poſſe vnam Eccleſiam in Epiſcopatu alteriùs decimas præſcribere, vel ex conſuetudine, ſibi adquirere contra deciſionem textus *in cap. ad aures, de præſcriptionibus, capit. dudum, de decimis*; verum huius textus ſententia, ne prædictis iuribus aduerſetur, ex noſtri text. deciſione, & eius ratione exponenda eſt; ſcilicèt, tex tum illum, procedere caſum, quo Parochia infrà, quam decimæ percipiuntur in limite Epiſcopatus, ſita eſt, & limiti adhæret. Tunc enim decimæ, nullo mõdo præſcribi poſſunt, nec conſuetudine percipi, quia ſic perconſequens limes Diœceſis præſcriberetur, quod fieri non poteſt, nè fines Epiſcopatum confundãtur, vt probant vltima illius textus verba, *cap. quicumque, cap. licèt, capit. inter* 16. *quæſt.* 3. *& in text. noſtro*, quam expoſitionem denotat verbum *Difficilè*, in eo text. adiectum, quòd non difficultatem, ſed iuris impoſsibilitatem importat, *cap. viduum* 2. *quæſt.* 6. ita vt ſenſus ſit iure fieri, non poſſe vnam Eccleſiã in Epiſcopatu alterius decimas percipere, ex conſuetudinis, vel præſcriptionis titulo, quãdo Eccleſia illa ex qua decimæ percipiendæ ſunt, extat in limite Diœceſis, & limiti adhæret, quia nec limites Diœceſis, nec quæ limitibus adhæret præſcribi poſſunt, *dicto cap. ſuper eo*, verſiculo *Nec quæ limitibus cohærent, cum ex hoc Epiſcopatus fines confunderentur, Gloſſa in dicto cap. cum ſint homines*, verbo *Difficilè*, *Panormitanus ibidem, num.* 6. *Hoſtienſis*, *& Butrius* 2. Si verò iſtæ decimæ percipiantur intrà limites Parochiæ, alicuius Diœceſis limitibus, eiuſdem non adhærentis. Tunc rectè poſſunt præſcribi, & ita eſt intelligendus, textus *in dicto cap. ad aures, de præſcriptionibus, dicto cap. dudum, de decimis*, notat *Gloſſa*, verbo *Difficilè*, *in dicto cap. cum ſint homines*, vbi latè *Hoſtienſis*, *& Abbas*.

DE

DE DECIMIS.

TITVLVS XXX.

Ad textum in cap. decimam partem 1. cap. peruenit 5. capit. Nuntius 6. capit. cum homines 7. cap. Parochianos 14. cap. cum sint homines 18. cap. ad Apostolicæ 20. cap. ex parte 21. cap. non est 22. cap. ex transmissa 23. cap. à nobis 24. cap. tua nos 25. cap. tua nobis 26. cap. Pastoralis 28. cap. cum non sint 33. hoc titulo de Decimis.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ soluendæ sunt integre, sine expensarum deductione, de omnibus fructibus Ministris Ecclesiæ, alias non soluentes variis pœnis puniuntur.*

2 *Decimæ, quare Clericis debeantur.*

Decimæ, quare nõ deductis expensis debeant solui.

3 *Præceptum de soluendis decimis, an sit Ceremoniale.*

Præcepta veteris legis, sunt in triplici differentia.

4 *Decimarum obligatio, tollitur priuilegio præscriptione, aut consuetudine.*

5 *Cap Parochianos 14. de decimis.*

6 *Decimæ debentur Ministris Ecclesiæ in signum subiectionis, etiam si aliunde habeant, vndè sustentari valeant.*

Cap. Parochianos, vers. Quasi debitum, de decimis.

7 *Transactio, vtrùm in decimis locum habeat, & quid in amicabili compositione?*

Transactio, quid sit?

Cap. super eo 7. de transactionibus.

Cap. 2. de transactionibus.

8 *Cap nouum genus, in principio, de decimis.*

9 *Cap. cum ordinem 6. de rescriptis.*

Generi per speciem derogari.

10 *Cap decimas 46. 16. quæst. 1.*

11 *Cap. cum dicat Apostolus 2. de Ecclesijs ædificandis.*

12 *Cap. ex transmissa 3. de decimis.*

Meretrices, an ex turpi lucro decimas teneãtur soluere.

13 *Fructus dicuntur, deductis expensis.*

14 *Duplex decima, seu redecima, an debeatur, & quomodo intelligatur?*

15 *Cap. Pastoralis 28. verticulo Credamus, de decimis, leg. 15. titul. 20. partita 1.*

16 *Decimæ personales, & prædiales, in quo differant.*

Actus, qui commodè ad certitudinem reduci potest, semper est reducendus.

1 CONCLVSIO. Quæ ex his omnibus iuribus deduci solet, sic se habet: *Decimæ soluendæ sunt integre, sine expensarum deductione, de omnibus fructibus Ministris Ecclesiæ, aliàs non soluentes variis pœnis puniuntur.* Quæ conclusio vltrà iura suprà adducta comprobatur, *ex Clementina 1. hoc titulo, cap. significauit 3. in fine, de Parochijs, cap. quicumque, capit.*

omnes decimæ 16. quæst. 7. capit. reuertimini, cap. decimæ 16. quæst. 1. cap. 1. & 2. §. Sanè, hoc titulo, lib. 6. cap. bene quidem 96. distinct. cap. peruenit 1. quæst. 3. capit. eam quæ, de præscriptionibus, capit. Apostolicæ, de his quæ fiunt à Prælatis, Tridentinum sessione 25. de reformatione, capit. 12. leg. 1. titul. 20. partit. 1. leg. 2. titul. 5. lib. 1. Recopilationis, exornant *Suarez tomo 1. de Religione, lib. 1. cap. 33. & 35. Barbosa lib. 3. de iure Ecclesiastico, capit. 26. Azor institutionum moralium, 1. part. lib. 7. capit. 34. quæst. 4. Belarminus lib. 1. de Clericis, cap. 25. Rebuffus in tractatu de decimis, quæst. 8. Couarruu. lib. 1. variarum, capit. 17. num. 2. Cærola in praxi*, verbo *Decimæ, Nauarrus in Manuali, capit. 21. numer. 31. Tiraquellus de retractu, §. 15. gloss. 1. num. 11. Sylvester in summa*, verbo *Decimæ, num. 13. §. 7. Crespecius in summa*, verbo *Decimæ, Guido Papa in suis decisionibus, quæst. 266. & 284. Cenedo in collectaneis ad Decretales, collectanea 66. Duarenus lib. 3. de sacris Ecclesiæ Ministerijs, cap. 1. Gutierrez lib. 1. practicarum, cap. 15. Moneta de decimis, cap. 5. quæst. 3. num. 57. Menochius de præsumptionibus, præsumptione 86. num. 2. Anastasius Germonius lib. 3. de sacrorum immunitatibus cap. 9. num. 54. Diuus Thomas 2. 2. quæst. 87. artic. 3.* cum traditis *à Barbosa in collectaneis ad nostrum textum, & in dictis iuribus.*

2 Ratio; quare decimæ Clericis, & Ministris Ecclesiæ debentur, ea est: primò, propter eleemosynam pauperum, & peregrinorum acceptionem; nam licèt laici ex præcepto misericordiæ, teneantur eleemosynam pauperibus præbere; tamen Clerici ex præcepto iustitiæ, ad id tenentur, *capit. decimæ, iuncta eius gloss. 16. quæst. 1. Abbas in rubrica, hoc tit. num. 8.* præcipuè eis decimæ debentur in signum subiectionis, quia decimę sunt tributa egentium animarum; quorum Cura est Clericorum, nam Deus: cuius est terra, & plenitudo Orbis terrarum, & Vniuersi, qui habitant in ea, non debet esse dererioris conditionis, quam Domini temporales, *capit. tua nobis 26. hoc titul.* nam quemadmodum Iure Romanorum vniuscuiusque, ciuis bona scribebantur, & æstimabantur apud cēsum, vt sic vnusquisque decimam bonorum partem, insignum subiectionis Principi præstaret, quod hodie tributum appellatur, *leg. 1. & 4. §. Caius, ff. de censibus*, notat *Dionysius Alicarnesius lib. 2. Historiæ Romanæ, cap. 3. Pancirola lib. 2. variarum lectionum, cap. 15. Emundus Merililius lib. 3. observationum, cap. 33.* Ita similiter multo fortius vnusquisque ciuis Sacerdotibus, insignum subiectionis ex omnibus fructibus, decimas præstare tenetur; siquidem Sacerdotes spirituale ministerium, pro omnibus Christianis Deo offerunt, Diuinumque Officium exercent, & Sacramenta pro animarum salute offerunt; merito, in compensationem laboris, decimæ Clericis debentur, vt sic melius sustentari possint; nam qui in Altare seruit, de Altare viuere debet, *cap. cum secundum Apostolum, de Præbendis*, cum beneficium, propter officium concedatur; siquidem mercenarius est dignus mercede sua, *Lucæ 16. capit. 1. de sepulturis, Sarmiento de redditibus, 1. parte cap. 1. Couarru. & Diuus Thom. locis suprà citatis*: debentur etiam, non deductis expensis, quia decimæ debentur de fructibus terræ, in quantum proueniunt ex diuino munere, *capit. decimæ 16. quæstione 1.* & vt tales non cadunt sub tributo, nec subiciūtur expensis, quæ fiunt in ipsis colligendis, *cap. tua nobis, hoc titulo, l. vsufructu legato, ff. de vsufructu, Diuus Thomas 2. 2. quæst. 87. art. 2.* nam Deus cuius est terra, & plenitudo eius Orbis terrarum, *Psalm. 23.* in sua causa non debet esse deterioris conditionis, quàm Dominus temporalis, sed potiùs melius, *capit. qui resistit 11. quæst. 3.* quoniam Dominus temporalis, qui terram suam alij tradit excolendam partem suam integraliter, recipit à colono, sine aliqua expensarū deductione, *cap. tua 26 hoc titulo*, & nimis iniquum esse si decimæ, quas Deus insignum vniuersalis dominij, sibi reddi præcipit, *Leuitici cap fin. Numerorum 15.* occasione seminis, vel sumptuum fraude aliqua diminuerentur, & si quis decimas soluere recusauerit censura Ecclesiastica, ad earum solutionem compelli potest, quia vt diximus à Deo sunt institutæ, *Exodi 22.* nam quod est debitum potest ab inuito iustitia mediante extorqueri, *l. fideicommissa, §. Si rem, ff. de legatis 3.* & ideò cum decimæ ex mera hominum liberalitate, non soluantur possunt, vt debita exigi, *capit. Parochianos 14. cap. tua nobis, hoc titulo*, & qui eas dare noluerit, res alienas inuadit, *cap. decimæ 16. quæst. 1.* & qui iusto superioris

præs-

præscripto contravenit realiter peccat, *cap. 2. de maioritat. & obedient.* sicut qui alienum inuadit, *cap. 1. de furtis*, & propter læthale reatum potest, quis excommunicari, *cap. nemo, cap. nullus* 11. *quæst.* 3. Meritò, iuxta de causa ad solutionem decimarum, quis potest excommunicatione compelli, *cap. peruenit* 5. *& 6. hoc titulo, cap. statuimus* 16. *quæst.* 1. *Trident. sess.* 25. *de reformatione, cap.* 12.

3 Primò, obstabit dicere, quòd præceptum de decimis soluendis a Deo, per Moysem, in veteri lege datum Ceremoniale est, *Leuitic.* 17. versic. *Omnes decimæ terræ, siuè de pomis arborum, siuè de fructibus Domini sunt, & Numerorum* 18. versic. *Filijs Leui dedi omnes decimas, Deuteronomij* 12. 14. *& 16. relato in cap.* 1. *§. His itaque* 13. *quæst.* 1. *cap.* 1. *cap. Parochianos* 14. versiculo *Cum decimæ, non ab homine, sed à Domino institutæ sint, cap. in aliquibus* 32. versic. *Quæ debentur ex lege Diuina, hoc titul.* sed præcepta iudicialia & Ceremonialia veteris testamẽti, Christi aduẽtu cessarunt, *c transfato* 3. *de constitutionib. cap. vnico, de purificatione post partum, iuncto princip.* 5. *dist. cap. maiores, de baptismo:* ergo hoc præceptum de decimis soluendis, vt Ceremoniale etiam hodie cessare debet; sed pro huius dubij solutione ad notandum est, præcepta veteris legis, quædam esse modalia, quædam Ceremonialia, quædam iudicialia, seu legalia, *Glossa in cap. finali, de consuetudine, Gloss. in cap. finali, §. Ex his,* 6. *distinct. Gloss. in cap.* 1. *de decimis, lib.* 6. *Diuus Thomas* 1. 2. *quæst.* 99. *art.* 4. *Sotus lib.* 2. *de iustitia, & iure, quæst.* 5. *artic.* 4. *Couarruuias lib.* 1. *variarum, cap.* 17. *num.* 1. *Gutierrez in quæstionibus Canonicis, lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 1. de quibus omnibus latè agemus, *in capit.* 1. *de purificatione post partum* 4. *dubio*, quæ omnia in præsenti sunt repetenda; meritò, cum ex his cõstet præcepta illa Ceremonialia decimarum, quę non figurabant Christi aduentum; sed tantum eius cultum reuerentiam, & deuotionem hódie, non debent cessare, sed obseruantur, non ex vi veteris testamenti, sed ex vi nouæ legis Euangelicæ, & ita cessat dubitandi ratio suprà adducta.

4 Secundò, solutioni obstabit dicere, quod si aliquo iure decimæ deberẽtur præcipuè ex Diuino, ex quo proueniunt, vt constat ex iuribus suprà in primo dubio adductis, quod quidem ius immutabile, ac perpetuum èst, *cap. sunt quidam* 25. *quæst.* 1. *cap. fin.* 14. *distinct. cap. si Imperator* 96. *distinct. cap. fin. de consuetudine, cap. super eo, cap. à nobis, de vigamis, cap. litteras, de restitutione spoliatorum, §. Sed naturalia, Instit. de iure naturali*; sed priuilegio præscriptione, vel cõsuetudine decimarum obligatio tollitur, de priuilegio constat *in cap. ex multiplici* 3. *cap. dilecti* 8. 9. 10. 11. 14. 23. *& 34. hoc tit. cap. cum ordinem* 6. *de rescriptis:* de præscriptione probat *text. in cap. cum contingat* 29. *& 30. hoc titul. cap. de quarta, de præscriptionibus*, de consuetudine docet, *text. in cap. cum sint* 18. *cap. ad Apostolicæ* 20. *cap. in aliquibus* 32. *§. fin. hoc titulo:* ergo non semper decimæ sunt soluendæ. Pro solutione huius dubij plura adduci poterãt; sed quia nostri instituti, non est quæstiones discutere, sed tantum iura iuribus concordare, breuiter dicendũ est, decimas dupliciter considerari posse, vel considerantur respectu congruæ sustentationis, vel habito respectu ad quottam, seu partem, quæ de ipsis fructibus soluenda est, inter quæ plurima est differentia; nam primo modo, si ita decimæ considerantur, non solùm humano, sed etiam Diuino iure naturali positiuo; debitæ sunt de iure Diuino, ex illo Christi D. *cap.* 10. vers. *Dignus est operarius mercede sua, Paul. ad Corinth. capit.* 9. versic. *Nemo suis stipendijs militauit*; de iure naturali ũmiliter constat; siquidem euidenti ratione naturali opportet stipendium, seu sustentationem accipere ab illis, quibus seruitium aliquod necessarium ministratur; constat enim administrationem Diuini cultus, & rerum spiritualium maximè esse necessariam; vndè iure naturali conuincitur, aliquod stipendium, seu sustentationem esse soluẽdam. vt docet *D. Paul. d. cap.* 9. vers. *Si nos vobis spiritualia seminamus magnũ est, si nos carnalia vestra, metamus*; de iure humano constat ex toto nostro tit. de decimis, in antiquis sexto, & Clementinis. Si verò decimæ posteriori modo, hoc est, quoad quottam cõsiderantur; solummodo de iure humano debitæ sunt, *capit. in quibusdam, §. Ille quippè, cum alijs, hoc titulo*, nec illa decima pars obligat, de iure naturali, aut Diuino, de iure naturali patet, quia licèt ius naturale præcipiat soluendum esse stipendium, seu dandam esse sustentationem, vt suprà diximus, non tamen

includit decimam partem magis, quam tertiam, vel quartam esse persoluendam, solùm enim asserit operarium esse dignum mercede sua: Nec obstat, quòd decima iubeatur dari in lege veteri; siquidem præcepta illa Ceremonialia, vt supra diximus hodie, non obligant; siquidem Christi aduentu cessarunt, *dict. cap. translato, de constitutionib. Barbosa in collectaneis ad tex. in cap. Parochianos* 14. *hoc titul. num.* 4. Vnde in forma ad argumentum responderi solet; scilicèt, iura suprà adducta, quæ docent decimas priuilegio, seu consuetudine posse prescribi, esse intelligenda, quando de redditibus Ecclesiasticis congrua portio Parocho, vel Ecclesiæ ad sui alimoniam remanet, non verò aliàs, quia illa cõgrua iure naturali, & Diuino sibi debita est, quæ nullo priuilegio, vel consuetudine auferre potest, ad cuius præstationem, nemo excusari debet.

5 Tertiò, suprà dictis obstabit, *text. in cap. Parochianus* 14. *hoc tit.* cuius hæc sunt verba *Parochianos, & infrà cum decimæ, non ab homine, sed ab ipso Domino sint institutæ, quasi debitũ exigi possunt.* Ex quibus Honorij III. verbis expressè cõstat decimas, etiã quoad quottam à Deo fuisse institutas; in cuius text. difficultate omissis plurimis, interpretationibus verissimè est dicendum, verba illa *Cum decimæ, non ab homine, sed ab ipso Domino sint institutæ*, non significare decimarum præstationẽ, quoad quottam à iure Diuino prouenire, sed solummodo persuassionẽ legis antiquæ, ad legem humanã Pontificem ibidem, inducere, & demõstrare, quasi sensus illorum verborũ sit, quod si Dominus noster iustus, & æquus in lege veteri, omnium fructuum decimas Sacerdotibus soluẽdas esse statuit, multò fortiùs eodem fere modo, & ratione æquum est, quod hoc tẽpore nouæ legis gratiæ Pontifices statuant decimas iure Ecclesiastico, & Pontificio Sacerdotibus, in officij remunerationẽ soluendas esse, vt sic non minus populus nouæ legis, ministris noui testamẽti decimas præstent, quàm populus veteris testamenti exhibebat, cum ministri noui testamẽti sint maioris dignitatis, quã leuitæ veteris testamenti; quæ verba in sensu morali, sic intellecta, non probant decimas, quoad quottam de iure Diuino prouenire. Vtraque sententia comprobatur, *ex text. in cap. in aliquibus* 32. *§. Ille quippè, hoc tit.* vers. *Ille quippè decimæ necessario soluendæ sunt, quæ debẽtur ex lege Diuina, vel consuetudine loci approbata*; nam verba illa *Quæ debẽtur ex lege Diuina*, sun intelligenda, & adaptãda in id, quatenus concernunt ad cõgram ministrorum Ecclesiæ sustentationẽ, & verba illa *Vel loci cõsuetudine approbata*, sunt referenda ad quottam earum, quæ per consuedinem taxari possunt, ac proindè quotta earũ, nõ est de iure Diuino, quia aliàs non posset consuetudine taxari, *arg. text. in cap. fin. de consuet.* ad exemplũ legitimæ filiorum in bonis parentum; nam quatenus concernit filiotum alimẽta est de iure naturali; at vero, quoad quottam est de iure positiuo, *notat Palacius Rubius in repet. ad text. in cap. per vestras, de donationib. inter, §. 21. in princip. Molin. lib. 2. de primog. cap. 1. num. 16.*

6 Quarto, decidẽdi rationi, & suprà dictis obstabit sequens consideratio; nã si aliqua ratione Clerici deberentur decimæ, maximè propter eorum sustentationẽ, *c. decimæ* 16. *q.* 1. propterea, quod nihil proprium haberent vnde se alere possent, *Numer. cap.* 8. vers. *Nihil aliud possidebunt decimarũ obligatione contenti, cap. dilectissimis, cap futuram* 12. *q.* 1. *cap.* 1. 13. *q.* 1. *cap.* 1. *hoc tit. D. August. lib.* 1. *de morib. Eccles. Cathol. contra Manich. c.* 35. sed hodie iam Clerici propriũ patrimonium habent, vndè cõmodè viuere possint, *cap. videntes, cap. certè* 12. *q.* 1. *cap. nemini* 70. *dist. cap. si quis ordinauerit* 45. *de simonia, Trident. sess.* 21. *de reformat. cap.* 12. cum à me traditis *in cap.* 1. *de testam.* ergo cessante ratione, cuius decimę ministris Ecclesiæ debentur, cessare etiam debet eorum obligatio, *arg. text. in cap. cum cessante, de appellationib.* ac per consequens decimæ, nec integrę, nec partim, quoad quottam soluẽdæ sunt: verum huic dubio facilimè satisfacies, si aduerteris decimas Ministris Ecclesiæ deberi, non intuitu personarum, sed intuitu Dei, Diuinique ministerij, insignũ subiectionis, & officij Ecclesiastici exercẽdi; itaque quantumuis Sacerdotes diuites sint, & habeãt prædia; agros, & alia, ex quibus absque inopia viuere possint, nihilominus decimas ipsas, vt meritè & propriè debitũ exigere possunt; nam sicut debitor non est immunes a solutione debiti ex eo, quòd creditur diues sit, sic similiter plebs Christiana, non erit immunis à solutione decimarum, quà-

uis

uis Clerici diuites sint, *notat Couarr. lib. 1. variar. cap. 17. n. 4.* siquidem iniquum esset ob diuitias alicui sua iura auferre, *cap. 1. 24. q. 1.* Nam si Principi, aut Regi opulento tributa, vel pedagia, non denegantur, nec creditori debitum est auferendum: cur, & quare Clericis diuitibus decimę propriè debitę denegari debent; nec solutioni obstabit, *text. in d. c. Parochianos 14. hoc tit.* vers. *Quasi debitum exigi possunt*; nam verbū illud *Quasi*, improprietatē denotat, & sic non propriè, sed impropriè decimas Sacerdotibus esse debitas, & quod verbum illud *Quasi*, improprietatem denoret, *docet text. in l. id tempus 14. in fine, de vsucapionibus, Iaff. in l. 1. ff. de adquir. possess. num. 26.* quia respondendum est, verbum illud *Quasi*, secūdum subiectam materiam, cui adhæret, nonnunquam meram proprietatem significat, *notat Barbosa de dictionib. vsufrequentationum*, dictione *Quasi*.

7 Quinto, his omnibus obstabit dicere, quod partiū conuentione, vel trāsactione effici potest, vt decimæ nō soluantur, *cap. ex multiplici, c. dilecti, in fin. cap. suggestū, hoc tit. cap. 2. de transactionib.* ergo non semper integrè sunt soluēdæ, nec ipso iure deducendæ. Pro cuius dubij expositione ad notandum est, valdè controuersum esse, vtrū in decimis trāsactioni locus sit; scilicet, vt munus soluatur, vel vt certo modo decimarum solutio fiat; & quod in decimis transactio admittatur, constat *ex d. cap. secūdo, cap. veniens 8. de transaction. cum suprà traditis*; contraria verò sententia, nēpè in decimis transactioni locum, non esse probatur primò, ex eo quod in re sacra, religiosa, vel spirituali, transactio fieri non potest, *cap. super eo 7. de transactionib.* sed causa decimarum spiritualis est, cum inter causas Ecclesiasticas, & spirituales connumererur, *Clem. 2. de Iudicijs*, quatè decimæ a laicis possideri non possunt, *cap. causam 7. de præscriptionib. cap prohibemus 19. hoc tit.* ergo super decimis trāsactio fieri nō potest: rursus comprobatur, *ex text. in cap. fin. de rerum permutat.* vbi Romanus Pontifex reprobat compositionē factam super decimis, in qua iurium cōtrarietate cōmuniter dici solet discrimen versari, inter meram transactionem, & inter amicabilem compositionem, in primo casu transactio super decimis fieri, non potest; deindè probatur, ex eo quod transactio est pactum, nō gratuitum super re dubia, & litigiosa, *Gloss. in rubrica, & l. 1. ff. de transaction.* sed pactum in spiritualibus simoniā inducit, *cap. cum pridem, cap. fin. de pact. cap. quam pio 1. q. 2.* ergo super decimis transactio fieri, non potest; rursus comprobatur, *ex text. in cap. fin. de rerum permut.* vbi Romanus Pontifex reprobat compositionē factam super decimis. In qua iurium contrarietate communiter dici solet discrimen versari, inter merā transactionem, & inter amicabilem compositionem, in primo casu transactio super decimis prohibetur fieri, cū semper fiat dato, aliquo, seu retento, & ita obtinet, *text. in d. cap. super eo, d. cap. cum pridem, cū similibus*; at verò in secundo casu amicabilis compositio recte in decimis fieri potest, iuxta tex. intelligēdum *in d. c. ex multiplici, cū similibus*, suprà in argumēto adductis, *vt constat ex d. cap. super eo 7. de transactionib.* vers. *Alias, si gratis, & amicabiliter inter se litigantes componant, & in dicto cap. dilecti*, vers. *Vel cum ipsis amicabiliter componatis*, vel aliter dici potest transactionē, *in d. cap. 2. de transactionib.* non fuisse factam super decimis, vel iure decimandi, sed super fructibus decimarum; quiquidē eum temporales sint (vt per se patet) rectè super illis transactio fieri potuit, *notat Immol. in d. cap. cum pridem, de transaction. n. 4.* vel tertio respondeti potest compositionem, *in d. cap. 2. de transactionib.* fuisse factam cum consensu, & authoritate superioris, vt constat *ex eodem text.* vers. *Assensu Episcopi, vel Archiepiscopi sui compositio facta fuit*, quod sufficit ad eius valorem; at vero *in d. cap. veniens, d. cap. cum pridem*, nulla interuenit superioris authoritas: Ideo nihil mirum, quòd in illis iuribus pactio illa, vel compositio sit reprobata.

8 Sextò, prædictis obstabit. *text. in cap. nouū genus 2. in princ. hoc tit. c. quæsti 16. q. 1. l. 2. tit. 20. p. 1. l. 2. tit. 5. lib. 1. Recopil.* in quibus iuribus constat Clericos Clericis decimas soluere, non teneri: ergo decimæ nō semper Ministris Ecclesię sunt soluendæ. Augetur difficultas ex te cūda text. parte *in d. c. 2. c. nuper, de decim. c. si quis laicus 42. 43. & 44. 16. q. 1.* in quibus iuribus cōstat Clericos, & Ecclesias, Clericis, & Ecclesijs decimas soluere debere, in qua iurū contrarietate, *Gloss. in d. c. 2. de decim.* plures refert intellectus, & asserit *text. in d. cap. 2. in princ. hoc tit.* procedere in Clericis, non recipientibus

ab alijs diuina Sacramenta, quia administrarent, sibi ipsis adinuicē; atverò in secūda illius tex. parte procedere, quādo Clericus recipit Sacramenta ab alio Parocho, tanquā illius Parochianis, vel aliter afferit, *text. in d. cap. 2. in princ.* esse intelligendum in Clericis, nō coniugatis, atverò in fine illius, in Clericis coniugatis, qui tanquam laici decimas solvunt; sed his, & alijs omissis, verissimè est dicendū, discrimen constituendum esse inter bona patrimonialia Clericorum, quæ ex donatione, vel emptione quæsita sunt, & inter bona beneficialia ipsius beneficij, quæ nō extra Parochiā, sed in propria Parochia, seu in proprio beneficio sita sunt, nam in hoc casu Clericus à decimarum solutione liberatur, & ita obtinet, *text. in dict. cap. 2. hoc tit.* in prima eius parte; si verò prædia illa nō beneficialia, sed patrimonialia sunt, siuè in propria Parochia, siuè extra Parochiam sita sint Clericus à decimarum præstatione, non liberatur, quia tunc quoad bona illa patrimonialia laicus reputatur, *cap. cū dilectus 88. de iur. patron.* & ita in hoc secūdo casu procedere, *tex. in d. c. 2. hoc tit.* in secūda eius text. parte similiter, hæc doctrina adaptanda est, quoad Ecclesias, Ecclesijs, *notat Abbas in dict. cap. hoc tit. num. 8. Barbos. in collect. ad eundem text. num. 2.*

9 Septimò, supra dictis obstabit, *tex. in cap. cum ordinē 6. de rescrip.* vbi proponitur, quodā generale priuilegiū Cisterciensiū, quo eximuntur à solutione decimarū, & si posteà fuerit aliud rescriptum impetratū habita mentione priuilegij generalis, nihilominus priuilegiū, super decimis non soluēdis durat, cuius species clarioris gratiæ, sic se habet, Monachi Cisterciens. à Pōtifice adepti sunt priuilegium; scilicèt, vt decimas ex nullis prędijs soluerent, & alia plura. Quod cum ægrè ferrēt illi, quorū intererat decimas, sibi præstari, accesserunt ad Pontificē a quo consequuti sunt, aliud rescriptum, quo continebatur, vt prædicti Monachi decimas, de iure debitas solue rent dubiū est ortum; vtrū Monachi virtute posterioris rescriti sint obnoxij, & obligati decimarū præstatione; an verò virtute prioris sint liberi ab earū obligatione. & videbatur dicendū Monachos adstrictos esse decimas soluere, cum iuris principiū sit generali priuilegio per speciali derogari, *cap. 1. de rescrip. c. Pastoralis 14. §. vlt. cap. Abbatē 40. eod. tit. l. in toto 80. ff. de reg. iur. c. generi de reg. iur. lib. 6. cap. generi 34. eod. tit. lib. 6.* & sic ex hac ratione Monachos ad illarum dicimarū præstationem teneri, sed nihilominus Alex. III. ibidem respondit, Monachos ad decimarum præstationē non teneri, ex cuius decisione sic cōficio dubitandi rationem aduersus text. nostrum; siquidē ex suprà dictis constat, quòd omnes, qui priuilegiati non sunt, decimas præstare tenentur, sed *in d. c. cum ordinem 6. de rescript.* generale priuilegiū super decimis per secundū speciale debebat tolli ex iuribus supra adductis · ergo si iam priuilegium expirauit, debent decimas soluere, & nihilominus ab illarum præstatione sunt immunes: ergo illi, qui nullum priuilegiū habent decimas præstare, non compelluntur, ac per cōsequens non omnes, qui priuilegiati nō sunt decimas soluere tenentur, quo in dubio adeò, nonnulli oppressi sunt, quod existiment regulam illā generi per speciē, & cæteri tantum locum habere in rescriptis: nō verò in priuilegijs, vt sentit *Barbos. in l. 1. 2. p. n 6. ff. solut. matrim. Castillo lib. 5. controu. cap. 55. n. 21.* sed verius est dicendum, non solum generale priuilegiū derogari per speciale rescriptū, sed etiam per speciale priuilegiū posteri us: ratio est, quia cū Princeps generale priuilegium tribuit, adhuc potestatē retinet mutandi, prioris voluntatis, *cap. dudum 14. vers. Nos, de Præbend. lib 6.* hoc supposito omissa interpretatione, quā refert *Cened. in collect. ad Decret. collect. 151. Zauar. in præsenti, n. 1.* verius tamē dicendū est, text. illum non posse intelligi, nisi eius integra perpendatur, quæ extat inter decreta Alexand. III. in Apēdice Concilij Lateranensis, *p. 41. tit. de interp. rescript. cap. 4.* ex quo constat Monachus Cistercienses, illud priuilegium habere super decimis, alijsque rebus, vt non possint conueniri super eisdē rebus per rescripta posteà impetrata, nisi prius facta mentione priuilegij, ipsiusq; ordinis, vnde cum *in d. cap. 6.* non seruaretur forma in primo priuilegio assignata, mirū non est Cisterciens. virtute primi priuilegij, quod adhuc durat, decimas præstare non teneri cum secundū rescriptū esset inutile, & in eo nō sit seruata forma primi rescripti, *c. cū dilecta 22. de rescript. cap. nonnulli 28. eod tit.* nec obstat regula illa generalis, quæ cadetur generi per

spe-

ſpeciem derogari; nam illud eſt intelligendū cum nulla certa forma in primo priuilegio, aut reſcripto eſt aſsignata, qualis forma fuit aſsignata, *in d. cap. cum ordinem 6. de reſcriptis*, cuius virtute Ciſtercienſes Monachi decimas ſoluere non tenentur, cum aliàs iure Canonico adſtricti eſſent; notat *Barboſ. plures referens in collectaneis, ad text. in d. cap. 6. de reſcriptis, num. 6.*

10 Octauò, obſtat *text. in cap. decimas 47. 16. quæſt. 1.* vbi docemur decimas à populo Sacerdotibus, ac leuitis præſtandas eſſe; ſed poſteà quæritur, quid de Monachis, & de Clericis communiter iubentibus prædia, quæ poſsidentibus circà decimarum præſtationē obſeruari deberet. In qua dubitatione deciditur Monachos, & Clericos communiter viuentes, nulla ratione decimas Epiſcopis, aut alijs Eccleſiæ Prælatis præſtare teneri. Imò omninò ab hoc onere immunes eſſe, motus forſam Paſcalis Pōtifex authoritate, & ratione Diui Gregorij, dum aſſerit communem vitam peragentes ab omni moleſtia, & Hoſpitalitate immunes eſſe debere, ex cuius deciſione apparet Monachos, & Clericos communiter viuentes præſtationi decimarum obnoxios, non eſſe; quod quamuis partim iuri cōſentaneū ſit, tamen partim durum, & æquitati contrarium videtur; nam quoad Monachos attinet ipſamet ratio, & natura dictat, vt decimas non præſtent; nam cum ipſi in obſeruantia ſua Religionis ſint occupati, & Sacramēta percipiant, & ſacra audiant in proprio Monaſterio: indeque nullam curam circà eorum regimem, nullumque munus ab alio Parocho recipiant; meritò, decimas mirū non eſt, quod præſtare non teneantur, *cap. cunctis 41. §. De his 16. quæſt. 1. cap. ex parte 10. de decimis*; quòd tamen eſt intelligēdum de prædijs proprijs, nam ſi prædia aliqua conduxerint Monachi tenentur decimas, de illis præſtare, ne defraudetur Eccleſia, *capit. dilecti 8. hoc tit.* quod verò attinet circà Clericos in communi viuentes, vt ipſi non teneantur decimas præſtare iniquum, & durū videtur, cum in illis ratio Monachorū ceſſet, & ſic decimas Eccleſiæ præſtare tenebuntur Eccleſiæ, cui deberentur. Quam difficultatem, vt interpretes diſoluant plura cōminiſcuntur, nonnulli autem aſſerunt plura eſſe diſtinguenda tempora, vt eorum varietate attenta cognoſcamus, quomodo Clerici decimas præſtare debeant, necnè, nā in primitiua Eccleſia nec Clerici, nec laici fideles in communi, nec in particulari aliqua bona poſsidebant; ſed perfectionem Euangelicam imitantes, omnia ad pedes Apoſtolorum imponebāt, vt ſuis, & cæteris neceſsitatibus ſubuenirent, vt conſtat *ex Actibus Apoſtolor. Canon. 4. Ioan. cap. 11. cap. ſcimus 9. cap. 10. cap. habebat 17. 12. q. 1.* Ratio erat, quia cum Chriſtus D. exemplo, & verbo *Paupertatis*, per abdicationē bonorum in particulari, & communi aliquando oſtendiſſet, Extrauagās cum inter de verborum ſignificatione; idcirco ex tempore primitiuæ Eccleſiæ fuit obſeruatum, quod Clerici, & laici, cum in communi, nec in particulari aliqua bona poſsiderent, ſed perfectionem Euangelicā imitantes, omnia bona ad pedes Apoſtolorum imponerent, vt ſuis, & cæteris neceſsitatibus ſubuenirent; de illo tempore aſſerunt intelligendum eſſe, *text. in d. cap. decimas 16. q. 1.* quæ doctrina, & ſi in ſe vera ſit, tamen adaptari, non poteſt illius tex. deciſioni; ſiquidē ex eo conſtat Clericos illos, de quibus mētio, ibi habetur nonnulla prædia poſſediſſe, nam eo ipſo, quod ibi conſtat Clericos immunes eſſe ad decimarum præſtatione, apparet etiā prædia propria poſsidere, ex quibus fructus percipiebant, aliàs autem nulla dubitandi ratio adeſſet, ſed cum Clerici ęgre, & moleſtè ferant bona propria, nō poſsidere, & ſimiliter laici; ideò Clericis fuit conceſſum, vt bona patrimonialia, & aliūdè quæſita poſſediſſent, ſed cum vitam communem peregiſſent, de prædijs proprijs decimas illo in tempore præſtare, non tenebātur illa ratione, quia cum decimæ præſtentur miniſtris Eccleſiæ ob ſeruitium, & adminiſtrationem Sacramentorū, & illi Clerici, qui inter ſe communiter viuerent, ſimiliter inter ſe habuiſſent Preſbyterum, qui illis Sacramenta miniſtraret, & Monachis aſsimilarentur, hinc euenit, vt ad decimarum præſtationē, non eſſent adſtricti ex proprijs prædijs, quaſi hoc ex priuilegio illis eſſet conceſſum, qua ratione ceſſante hodie Clerici, Clericus eas ſoluerētur, *d. cap. 2. hoc tit.* docet *Suarez 1. tom. de Religione, lib. 1. cap. 18. Laym. lib 4. tractat. 2. cap. 3. de Eccleſiaſticis Beneficijs, num. 3.*

11 Nonò, suprà dictis obstat *text. in cap. cum dicat Apostolus 2. de Ecclesijs ædificandis*, vbi in Concilio Lateranensi cabetur leprosos, cum sanis habitare non debere, ne vna ouis morbida, sanas inficiat, & eos exemptos esse à præstatione decimarum de fructibus ex hortis, & nutrimentis animalium suorum: cuius species sic se habet. Quidam leprosi Ecclesias construere volebat in illis locis, in quibus morabantur; vtique desiderabant proprium in illis habere Presbyterum, impediebantur tamen, & ab hoc proposito recedi cogebãtur, per Rectores Ecclesiarum Parochialium. Quæsitũ fuit in Concilio Lateranensi; an leprosi illi sub cõmuni vita coniuncti construere Ecclesiam de iure possint, & in illa assignare Presbyterum: quo in dubio Patres Lateranensis Concilij statuerunt leprosos illos, sub communi vita congregatos, construere posse Ecclesiam, & proprium designare Presbyterum; ita vt nullus eis talia facere prohibere ausus sit, quòd quidem prædictis leprosis concessum est; dummodo nullum præiudicium Parochialibus Ecclesijs, ex tali cõcessione, circà decimarum præstationem fieret, *argument. text. in l. ex facto, ff. de vulgari, & populari substitutione*, & cõstat ex verbis *Illius textus*, versic. *Quod enim eis proprietate conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redundare.* Denique dubitatum fuit; an de hortis, & nutrimentis animalium suorum, decimas præstare tenerentur, & decisum est ad illam decimarum prestationẽ leprosos, neutiquam cogendos esse: ergo decimæ Ministris Ecclesiæ integre soluendæ, non sunt, in qua difficultate omissis ibidem, antiquorum solutionibus, verissimè respondendum est: ideo in textu illo, leprosos non teneri ad præstandas decimas ex hortis, & nutrimentis animaliũ suorum; quia ad hoc priuilegium à Pontifice adempti fuerant, cuius virtute à tali præstatione erant immunes: accedit, & alia ratio; nam cum illi haberent Presbyterum, à quo Sacramenta perciperent, qui Diuina eis ministraret, iuxta de causa hæc illis fuerunt reseruata, vt communi coniunctione viuere possint, qui in hoc assimilantur Monachis, notat *Suarez 1. tomo de Religione, lib. 1. cap. 18. num. 4. cum sequentibus.*

12 Decimò, aduersus eandem nostri textus partem, dum in ea asseritur decimam ministris Ecclesiæ, esse soluendam, de omnibus fructibus, obstabit textus *in cap. ex transmissa 23. hoc titulo*; vbi de illicitè quæsitis decima, non est soluenda, quod etiam docet textus *in cap. non expetenda 1. quæst. 1. cap. oblatione 90. distinction.* Ergo decimæ generaliter, de omnibus fructibus, non debentur; sed respondendum est, verissimum esse de bonis illicitè quæsitis decimam Deum, non recipere, sed de iustè obtentis, *dicto cap. ex transmissa, hoc titulo*; nam Deus ex nostra substantia honorandus est, *Prouerbiorum cap. 3.* versic. *Honora Dominũ de tua substantia, & de primitijs omnium fruguum tuarum da pauperibus, nec alienam reddere debemus.* Ratio est, quia quædam species furti est de alieno elargiri, *leg. si pignore 56. ff. de furtis*; nam alioquin de prædationibus, furtis, vsuris, & similibus Deus, ipse consentire videretur, quod summæ illius bonitati, & iustitiæ maximè opponitur; nam si turpitudo impedit dominij translationem, vel saltim præstat causam repetendi, non debet indè decima solui, veluti in fure, vel vsurario; si vero dominium trãsferatur, & repetitio cessat. Tunc decima solui potest, sed huic principio obstabit dicere: Quòd exindè meretrix, ex illicitè quæsitis decimis soluere deberet; quia licèt turpiter faciat corpus suum quæstui subijciendo; tamen iustè recipit, & in eam transfertur dominium, nec repetitio competit, *l. 4. §. Sed quod meretrici, ff. de conditione ob turpem causam.* Augetur difficultas, ex illo *Deuteronomij capit. 23.* versiculo *Non inferas mercedem meretricis*, aut præ carnis in domum Domini Dei tui, & passim scriptura proclamat, ne sub obtentu eleemosynæ, cum peccato aliquid accipiamus, *& Prouerbiorum cap. 21.* versiculo *Hostiæ impiorũ abominabiles sunt Deo*, quæ offeruntur ex scelere; quidquid nanc in Dei sacrificio ex scelere offertur, Omnipotentis Dei, non placat iracundiam, sed irritat, vt refertur *in cap. non est petenda 1. quæst. 1.* sed in hac iurium contrarietate respondendum est, verissimum esse, à meretricibus decimam, non esse accipiendam, hoc est, ante pœnitentiam, ne Ecclesia videatur approbare, eius turpitudinem, vt constat ex Sacræ Scripturæ testimonijs supra adductis. Cæterùm post pœnitentiam ex illis illicitè, quæsitis decimam præstare tenetur, cum in

illis dominum adquiratur, iuxta ſupra traditis, *notat Cardinalis, & Abbas in d. cap. ex tranſmiſſa, Abulenſis ſuper Matth. cap. 23. quæſt. 76.*

13 Vndecimò, aduerſus ſecundam noſtræ concluſionis partem; dum aſſeruimus decimas, abſque expēſarum deductione ſoluendas eſſe. Obſtabit dicere: quòd iuri conſentaneum, & rationi congruum videtur; ita vt ex fructibus, qui decimandi ſunt, expenſæ, priuſquā decimæ, extrahātur, & probatur ex eo; quia decimæ prædiales tantùm debentur ex fructibus, quos terra producit, *cap. cum homines 7. cap. ex parte 21. cap. cum in tua 30. hoc titulo*; ſed in fructibus computantur expenſæ, quæ in eorum cultura, & Cura conſumptæ ſunt, quia fructus dicuntur, qui ſuperſunt deductis expenſis, *leg. fructus 7. Cod. de fructibus litium, & expenſis*; quod vſque adeò verum eſt, vt nihil ſit, quod hanc iuſtā, & rationabilem expenſarum deductionem addimere poſsit, *leg. fundus 51. ff. familiæ herciſcundæ*: ergo non rectè deciſum eſt decimas, abſque expenſarum deductione ſoluendas eſſe. Verùm huic dubio, vt reſpondeas, animaduertere debes, fructus, qui ex terra colligi poſſunt, dupliciter conſiderari poſſe, ciuiliter, vel naturaliter, ciuiliter, id eſt, iuris ciuilis interpretatione fructus dicūtur deductis expenſis, qui ſuperſunt, de quibus ita eſt intelligendus textus *in dicta leg. fructus 7. cum ſimilibus ſuprà adductis*, & traditis *à Caſaneo in conſuetudinibus Burgundiæ, rubrica 2. §. 4. Gloſſa finali, in principio*, qui fructus in hunc ſenſum conſiderantur, quando agitur de reſtitutione fructuum, ſeu reparatione damni illati vſufructuario, vel de alijs ſimilibus, *notat Gloſſa*, verbo *Fructuum, in leg. 1. Cod. de fructibus litium, & expenſis*; quod quidem optima ratione fundatur, quia reſtitutio talis, ac tāta eſſe debet, quale fuit damnum, & non maior; nam vſusfructuarius, vel dominus fundi; cui fructus reſtituuntur eoſdem, ſine expenſis conſequuturus non erat, quapropter, nec ipſi reſtitui debent, ſine deductione expenſarum: naturales verò fructus conſiderantur, ſecundum thegma noſtrum, qui oriuntur ex terra, & arboribus, nulla expenſarū deductione facta, & in hunc ſenſum accipiuntur de iure Canonico, in materia decimarum, quòd indicare videtur, *Gloſſ.* verbo *Impenſa, leg. fructus, ff. ſoluto matrimonio*, & ratio quare Eccleſia frūctus in decimarum ſolutione, non ciuiliter, ſed naturaliter conſiderantur, ea eſt, quia in præcepto decimarum, non agitur de reſtituendo damno: alicui illato, nec de commoditate illius, qui ad decimarum præſtationem tenentur; ſed potiùs de certa pēſione, & tributo, quæ Deo, & eius Sacerdotibus debetur in recognitionem vniuerſalis dominij, *capit. tua nobis, cum alijs, hoc titulo*; & ſi ita abſque expenſarum deductione Domino temporali penſio ſoluitur, vt ſuprà in recidendi ratione diximus, nihil mirum, quòd Domino Deo noſtro decimæ, ſine expenſarum deductione ſoluantur; ſcilicèt, qualiter ex terra naſcuntur, & Diuino munere à Deo proueniunt, cum in eorum ipſe Deus eſt largitor, & conditor; notat *Diuus Thomas 2. 2. queſt. 87. art. 2. ad 4.*

14 Duodecimò, obſtabit prædictis dicere, quòd æquum non videtur, vt ante ſeminis tritici ſeminati deductionē decimæ præſtari debeant; quia quantitas illa frumenti ſeminati, ordei, & ſimilium, quæ terræ tradūtur, ſemel iam decimata fuit: ergo ampliùs decimari, non debet; ſiquidem de vna, & eadem re, ſiue de eodem acerbo duplex decima, ſeu redecima non debetur, notat *Gigas de penſionibus, quæſt. 59. num. 3. & 4. Azeuedus in l. 7. in principio, tit. 5. lib. 1. Recopilationis*; & ſic illa impenſa frumenti, ſemel decimati deducenda non erit, *arg. text. in cap. ex parte 21. hoc tit.* præcipue, quia frequentius euenire ſolet, vt non plures fructus à terra percipiantur, quàm qui ſeminati fuerant; deindè, quia ſi multoties fructus ſint veberiores; tamen ſi ſteriles annos, cum abundantibus computemus fere dimidiam lucri partem perciperet Eccleſia, ex fructibus terræ, ſi expenſę non deducerentur, cui tantum decima pars aſsignata ſit: ergo nimia videtur decimarū exactio, quæ ſine expēſarum deductione fit; ſed huic dubio reſpondendum eſt, negando conſequentiam: quia licèt verum ſit, vt granum, quod ſeminatur ſemel iam decimatum fuerit, non tamē ſequitur, vt ſi eadem, vel maior quantitas, aut inferior poſtea naſcatur, decimari non debeat; quia totus fructus, qui ex ſemine naſcitur de nouo fit, & nouiter à Deo prouenit, nec illud iam dicitur,

tur, quod seminatum fuerat, sed diuersum, cum revera iam esse non dicatur, cum mortuum fuerit, vt summæ veritatis proclamator asserit, *Ioannes capit.* 12.

15 Decimotertiò, obstabit text. *in cap. Pastoralis* 28. versic. *Credamus deducendas expensas, hoc titul. de decimis, Glos.* verbo *Personales, in cap. Apostolicæ, Glos.* verbo *Antequam, in cap. non est in potestate, de decimis, l.* 15. *tit.* 20. *part.* 1. in quibus iuribus constat decimas personales soluendas esse deductis prius expensis; sed respondendum est, discrimen versari, inter decimas prædiales, & personales, nam in prædialibus decimæ soluendæ sunt, absque expensarum deductione, *dicto cap. non est, cap. ex parte el segundo de decimis*; personales verò decimæ, quæ soluuntur, & proueniunt, ex negociatione debentur deductis, priùs expensis factis in mercedibus, quærendis, & vehendis, & ita obtinet, textus *in dicto cap. Pastoralis*; sed in assignanda ratione differentiæ, cur de personalibus deducantur expensæ, non verò de prædialibus, valde laborant interpretes, & plures rationes refert *Gloss.* verbo *Deducendas, in dicto capit. Pastoralis*: nonnulli asserunt, quòd ita in personalibus peculiariter ab Ecclesia statutum est, vt constat *ex dicto cap. Pastoralis*, versiculo *Sicut est in negociatione concessum*; nam cum decimæ personales, non a Diuino iure, sicut prædiales, sed ab Ecclesiastico post modum institutæ fuerint, vt docet *Hostiensis in summa, hoc tit.* §. 7. ideò dum illas induxit præcepit deductis expensis soluendas esse, ne alioquin Clerici improbi exactores, cum graui iactura aliorum maximè dictari viderentur, notat *Hostiensis in dicto capit. Pastoralis, Panormitanus ibidem, num.* 4. aliter tamen *Barbosa in collectaneis, ad text. in dict. cap. Pastoralis* 28. *hoc titulo, num.* 2. existimat rationem differentiæ in eo consistere; quia in negociatione, & similibus, de quibus personales decimæ soluuntur, præcipuè operatur manus hominum, in prædialibus autem præcipuè manus Dei; ita etiam *Moneta de decimis, dicto cap.* 6. *num.* 32. *cum sequentibus*, quare his, & alijs omissis, magis verio rem esse existimo, quam refert *Abbas in dicto cap. Pastoralis, numero* 7. quæ etiam placuit *Barbosa in dicta leg. fructus, num.* 19. *ff. de soluto matrimonio*; dum asserunt eam esse, quia decimæ personales soluuntur de lucro, quod quis sua industria adquirit, *dicto capit. ex transmissa* 23. *hoc titul.* & lucrum propriè dicitur, quòd superest deductis expensis, *l. Mutius* 30. *ff. pro socio*; nam si emerem pro decem, & vendi pro viginti, nemo dicet, me lucrare viginti, sed solum decem; & ideo omnes expensæ factæ ex pecunia decimata, prius debent deduci, & de residuis, tanquam de vero lucro decima est soluenda, sed fructus, qui proueniunt ex aliqua re naturaliter, dicuntur fructus rei, non deductis expensis, & ideò de illis soluitur decima, absque expensarum deductione, quia pro eis remanent, apud colonum reliquæ nouem partes.

16 Decimoquarto, aduersus vltimam nostræ conclusionis partem, dum in ea asseruimus, non soluentes decimas varijs pœnis puniendos esse; obstabit sequens consideratio; scilicet, quod incertitudo in iure nostro viciat omnẽ actum, *l. duo sunt Titij, ff. de testamentaria tutella, l.* 1. *Cod. de dotis promissione, cap.* 2. *de libelli oblatione*; sed aduersus detinentes, vel vsurpantes decimas, & eas non soluentes, nulla est in iure nostro certa determinata, & statuta pœna: siquidem interdum excommunicantur, *cap. peruenit* 5. *hoc titul. cap. ex parte* 21. *cap. in aliquibus, capit. cum non sit, eodem titul.* aliquando priuantur Ecclesiastica sepultura, *cap. prohibemus, hoc titul.* aliquando, sine pœna compelluntur, *cap. cum homines, capit. ex transmissa, eodem*; aliquando appellatione remota contra eos proceditur, *capit. tua nobis, eodem*: ergo ex in certitudine pœnæ, in illis nõ soluẽtibus impositæ vitiari debent. Sed huic dubio respondendum est, maiorẽ syllogismi verissimam esse; nempè ex in certitudine actum viciari, vt probant iura suprà in argumento adducta; cæterum non obtinent, quando actus commodè ad certitudinem reduci potest; notat *Tiraquellus de primogenijs, quæstione* 17. *Surdus consil.* 128. at pœnæ impositæ contra non soluentes decimas, de quibus in iuribus supra adductis, ad probationem minoris, huius argumenti non sunt contrariæ, sed diuersæ, & indè rectè possunt reduci ad certitudinem, & sic non viciantur; siquidem nõ soluentes decimas ante omnia, semel secundò, & tertiò admonentur, vt soluant, & si admoniti, non soluerint per

per censuram Ecclesiasticam ad solutionem decimarum compelluntur; ita vt vsque ad congruam, & integram satisfactionem absolui non debeant, *dicto capit. peruenit* 5. *& 6. capit. tua nobis* 26. *hoc titulo*, quod quidem summa cum ratione fundatur, quia decimæ ex debito requiruntur, *dicto capit. Parochianos, hoc titulo*, cum in ministrorum sustentationem, ab ipso Deo sint institutæ, *capit. reuertimini* 16. *quæst.* 1. & his qui superioris præcepto, non obtemperat mortaliter peccat, *capit.* 2. *de maioritate, & obedientia*, quemadmodum, qui aliena inuadit, *capit.* 1. *de furtis*; ideoque merito, ad decimarum præstationem, is, qui non soluit per censuram Ecclesiasticam iustè compellitur, & cum non soluendo læthale reatum committat, rectè propter illud excommunicari potest, *capit. nemo, capit. nullus* 11. *quæstione* 1. nec solùm excommunicationis gladio feriuntur decimas non soluentes; verum etiam, & hi, qui earum solutionem impediunt, vel non soluendas prædicant, *Tridentin. sessione* 25. *de reformatione, capit.* 12. *Thomas Sanchez in summa, libro* 2 *capit.* 20. *numer.* 19. cum traditis *à Barbos. in remissionibus ad Concilium Tridentinum, dicto capit.* 12. & sic crescente contumacia crescit debet pœna, circa non soluentes decimas secundum ordinem, suprà indubitandi ratione adductum, tandem in pœnam perfidiæ, sterilitatem, & famen minatur Dominus *per Malachiam, capit.* 3. relatum *in capit. reuertimini* 16. *quæstione* 1. versiculo *Quia mihi non reddidisti decimas, & primatias, idcircò famè, & penuria maledictis estis*, iuncto versic. *Vbertatem possessionum vestrarum, & omnium fruguum abundantiam perdidisti*, alias similis pœnas refert, *textus in l.* 21. *titul.* 20. *part.* 1. quas, vt breuitati consulamus facilè, quisque legere poterit.

[✠]

Ad textum in cap. ex parte 10. cap. ex multiplici 3. cap. licèt 11. capit. ad audientiam 12. capit. quoniam 13. capit. tua nos 15. §. Neque, capit. ex parte 27. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium super decimis non soluendis Ecclesiasticæ personæ, concessum de laboribus suis noualia comprehendit, de cæteris verò decimas præstare tenetur.*

2 *Maius vbi conceditur, minimum etiã concessum videtur*

Decimæ non possunt à laicis, sine animarum periculo detineri

Priuilegium simpliciter concessum, non debet ita latè interpretari, vt alijs infligat enorme præiudicium.

3 *Noualia prædia, quæ dicantur.*

Cap. quid per nouale 21. *de verborum significatione, conciliatur cum leg. silua, §. Noualis, ff. de verborum significatione.*

4 *Cap. ad audientiam* 12. *de decimis.*

Priuilegium, de non soluendis decimis Cisterciensi Religioni concessum, quomodò intelligatur?

5 *Capit.* 2. *in principio, & §.* 1. *de decimis, lib* 6.

Priuilegium à Pontifice alicui concessum, non tollit ius tertio quæsitum.

6 *Capit.* 2. *§. Statuimus, de decimis, libro* 6.

Priuilegium, semper est interpretandum secundum mentem, & intentionem concedentis.

7 *Cap. ex parte* 27. *in principio, de decimis conciliatur, cum cap.* 2. *§.* 1. *eiusdem tit. lib.* 6.

8 *Cap. tua* 25. *§. fin. de decimis.*

9 *Cap. quia circa* 22. *de priuilegijs.*

Priuilegium, de non soluendis decimis, an solummodo comprehendat prædia obtentá tempore impetrationis. An verò etiam postea obtinenda?

Excipiens nihil, cum excipere potuit, totum concessisse videtur.

10 *Priuilegium, non soluendi decimas ad solum Pontificem expectat.*

Priuilegium, propriè sumptum frequenter dici-

dicitur contrarius commune conceſſum.

11 *Cap. dudum 31. de priuilegijs.*

12 *Cap ex multiplici 3. de decimis.*

1 CONCLVSIO: Priuilegium ſuper decimis, non ſoluendis Eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum de laboribus ſuis noualia comprehendit, de cæteris verò decimas præſtare tenetur; quæ concluſio comprobatur, *ex text. in cap. ex multiplici 3. cap. licet 11. capit. ad Audientiam 12. cap. quoniam 13. capit. tua nos 25. §. Neque, cap. ex parte 27. cap. cum contingat 29. hoc tit. cap. 2. §. 1. eodem tit. lib. 6. cap. quæſti, cap. decimas 16. quæſt. 1. cap. cum Capela 15. cap. dudum 31. de priuilegijs, cap 1 cap. quod per nouale 21. de verborum ſignificatione, Clementina 1. in fin. de cenſibus, cap. licet, de officio ordinarij, cap. veniens 19. de præſcriptionibus, capit. quamuis, de reſcriptis, lib. 6. l. Sylua 30. §. Noualis, ff. de verborum ſignificatione*: exornant *Couarruuias, lib. 1. variarum capit. 17. num. 14. Gutierrez lib. 2. Canonicarum quæſtionum, cap. 21. num. 129. Açor inſtitutionum Moralium, part. 1. lib. 7. capit. 26. quæſt. 6. Moneta de decimis, cap. 4. quæſt. 5. num. 5. & cap. 1. quæſt. 1. num. 10. Rebuffus in tractatu de decimis, quæſt. 14. num. 35. idem in dict. l. Sylua 30. §. Noualis ff. de verborum ſignificatione, Valaſcus conſultatione 58. Menochius conſil. 36. numero 31. Diuus Thom 2. 2. quæſt. 87. art. 4. Suarez de Religione, tom. 1. tractat. 2. lib. 1. cap. 23. num. 4. Barboſa in Collectaneis ad noſtrum text.* vbi refert Bullas ferè omnium Religioſorum, quoad exemptionem decimarum: idem Collectaneis in dictis iuribus. *Doctor Arias de Meſſa, lib. 3. variarum, cap. 3. num. 18. Collantes in pragmatica reifrumentariæ, & agricolarum, lib. 1. cap. 9. per totum.*

2 Ratio enim quare in priuilegio, de non ſoluendis decimis, ex proprijs laboribus Religioſis conceſſo, etiam noualia comprehenduntur, ea eſt, quia vbi maius conceditur minus, etiam conceſſum eſſe videtur, *cap. ex parte 27. hoc titulo, cap. præcipimus 12. quæſt. 1.* Siquidē plus eſt concedere decimas præſentes de laboribus terræ alicuius Parochiæ, quam decimas futuras noualium terræ exiſtentis intrà eandem Parochiam *dicto cap. ex parte 27. capit. ad Audientiam 12. hoc tit. capit. quia circa, de priuilegijs*; quod non admittitur, ſi conceſsio fuiſſet facta perſonæ ſæculari, *cap. tua 26. §. Neque hoc tit.* quia cum decimæ à laicis, ſine animarum ſuarum periculo detineri non poſſunt, *cap. prohibemus, hoc tit.* & cum illa conceſsio ſit odioſa, non eſt aliquo modo extendenda, ſed quantum fieri poteſt reſtringenda, *dicto capit. tua 26. hoc tit. cap. cum Apoſtolicæ, de priuilegijs*, notat *Viuianus in rationali ad textum in dicto cap. ex parte 27. hoc tit. Abbas in præſenti num. 3. in fine*; de cæteris verò noualibus non a Religioſis ad cultum redactis, licet ad eorum dominium peruenerint, & ſimiliter de alijs excolendis datis decimas ſoluere tenentur. Ratio eſt, quia priuilegia ſuper decimis nō ſoluendis; ita Religioſis ſunt concedenda, vt tamen Eccleſiæ Parochiales neceſſaria ſuſtentatione non priuentur: Si quidem priuilegium ſimpliciter conceſſum non debet, ita latè interpretari, vt alijs infligat enorme præiudicium, *capit. dilecti 8. hoc tit. cap. quod per nouale, de verborum ſignificatione*, cum talis non ſit mens concedentis, à quo illius validitas dependet, *cap. mandatum, de reſcriptis, niſi hoc exprimat, cap. dudum, de priuilegijs*; vnde quatenus tangit, ius tertij priuilegium ſemper eſt intelligendum ſtrictè, *cap. ex tuarum, de authoritate, & vſu pallij*, & quoniam fieret graue præiudicium, & Eccleſiæ Parochiali, ſi huiuſmodi priuilegiati vltra decimas non ſoluendas, de prædijs proprijs, & de noualibus nouiter ab ipſis, ad culturam redactis illas non ſoluerent, & etiam de conductis, vel de noualibus ab alijs ad culturam redactis ad eorum dominium poſteà peruenientibus, à quibus ipſa Eccleſia decimas conſueuit habere *cap. dilecti 8. hoc tit.* ideò priuilegium alicui conceſſum, de decimis prædialibus non ſoluendis, intelligitur de prædijs proprijs, non autem de conductis, nam Religioſi, qui non habent curam animarum, de iure communi decimas ſoluere tenentur, niſi in quantum per conceſſiones eis ab Apoſtolica Sede datas ab illis ſint immunes; nam Monachi in primitiua Eccleſia decimas ſoluebant, de prædijs laboribus ſuis, tanquam laici, *argumento text. in capit. alia cauſa 16. quæſt 1. cap duo 12. quæſt. 1.* notat *Diuus Thom. 2. 2. quæſt. 87. art. 4.* Sed poſtea tē pore Paſchalis ſecundi in Concilio Maguntino ſtatutum fuit, quod nec Monachi, nec Religioſi, nec cæteri, qui com-

mu-

muniter viuerent decimas de suis laboribus soluerent, *cap. quæsti, capit. decimas 16. quæst. 1.* Tempore verò procedente Adrianus Pontifex Solis Cisterciēnibus, Hospitalarijs, seu Templarijs concessit priuilegium in præsenti insertum; *vt notat eius glos.* verbo *Laborum suorum.*

3 Primò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicèt nouales in priuilegijs, de decimis soluendis, vel nō soluendis esse agrum, seu fundum, de nouo, ad culturam redactum, de quo nō extat memoria, quod aliquando fuerit cultus, *iuxta text. in cap. 1. capit. quod per nouale 21. de verborum significatione*; latè *Barbosa in Collectaneis ad dict. iura, Petrus Gregorius, lib. 1. Syntagmatum iuris, cap. 2. num. 2.* obstabit *text. in l. Sylua 30. §. Noualis, ff de verborum significatione*; vbi asseritur, quod nouales est terra præcisa; id est ante excisa, quæ in anno præterito cessauit, & sic, quæ iam antea culta fuerat, in quorum iurium contrarietate communiter dici solet discrimen esse constituendum inter ius ciuile, & Pontificium; ita vt de iure Pontificio nouale, quoad priuilegium de soluendis, vel non soluendis decimis noualiū sit ager de nouo ad culturam redactus, de quo non extat memoria, & sic de illis noualibus text. nostrum esse intelligendum; at verò de iure ciuili nouales est terra præcisa, hoc est ante excisa, quæ anteriori, vel posteriori anno cessauit, quam refert *August. Barbos. in cap. consultationi penultimo de priuilegijs, & in dicto cap. 1. cap. quod per nouale 21. de verborum significatione.* Sed hæc, & alijs omissis verius est dicendum nullam differentiam versari in textus ciuile, & canonicum: nam nouale, siuè noualis fundus, etiam de iure ciuili, dicitur terra, de nouo ad culturam redacta; siquidem nouales a verbo nouo deribatur, *l. fin. ff de termino moto, l. vtiles, ff. de petitione hæreditatis*, nec obstat *text. in dicta l. Sylua 30. §. Noualis*, vers. *Præcisa, ff. de verborum significatione*, quia non debet intelligi; ita vt multo antea fuerit præcisa, sed ita noualis dicitur, quia ante præcisa fuit, & anno cessat postquam præcisa est; vt sic facilius renascat, & fructus renascantur; quod quilibet agricola in arte peritus faciet. Notat *Barro. de re rustica. lib. 1. cap. 29.* sic illa verba, *quæ anno cessat*, omisit Pontifex, *in dicto cap. 1. cap. quod per nouale 21. de verborum significatione*, sed verba illa reposuit Caius *in dicta l. Sylua 30. §. Noualis, ff de verborum significatione*, attendens, & respiciens ad optimos agricolas Romanos, vt eruditè animaduertit *Rebuffus in dicta l. Sylua, §. Noualis, ff. de verborum significatione.*

4 Secundò, aduersus textum nostrum obstabit, *text. in cap. ad Audientiā 12 hoc tit.* ex cuius decisione constat, quod si Monachi Cisterciēses priuilegium à Pontifice impetrauerint nō soluendi decimas, priuilegium illud extendi debet ad omnes decimas, hoc est tam ad noualia, quam ad non noualia, etiā ad aliam Parochiam pertinentes: Pro cuius dubij solutione, ad notandum est nullum referre, seu discrimen versari inter priuilegium concessum, circa decimas noualium non soluendas, & inter priuilegium impetratum, simpliciter, & generaliter, ne quis decimas soluat, nam in primo casu priuilegium, tantum quo ad noualia adaptari debet, non verò ad veteres decimas extendi potest, *iuxta text. nostrum, cū similibus suprà adductis*; at vero secundo casu, quando priuilegium simpliciter, & generaliter est impetratum, quoad decimas non soluendas; tunc priuilegium, etiam comprehēdit antiquas decimas, cum debeat interpretari secundum eius generalia verba, cum non appareat contraria concedentis Pontificis intentio, siquidem tunc satis intendat ea in re, de qua agebatur, & iuri communi, & Ecclesijs Parochialibus præiudicare, *Glos. 3. in cap. cum olim 12. de priuilegijs*, & insuper non erat maior ratio, ob quam generalis concessio, & intentio concedentis magis ad has, quam ad illas decimas esset referenda, & inde (quod maximè notandum est) quod Pontifex per huiusmodi priuilegia, intendens aliquem eximere ab omnibus, tàm veteribus, quam nouaiium decimis vtitur quadam forma verborū; scilicet ne, *de laboribus quos proprijs manibus, vel sumptibus excolunt, decimas soluat*; at verò, cum intendit non generaliter; nec ab omnibus, sed à nouaiium, & alijs certis quibusdam decimis eximere, non vtitur illa forma; sed ad eius differentiam alia strictiori; scilicèt, de nouaiibus, & alijs certis decimis mentionem facit; vt constat *ex text. nostra*, vers. *Sanè*; ita vt ex diuersa forma, & verbis concessionis colligitur, in hac materia intentio concedentis, sane enim *in dicto*

cap.

cap. ad audientiam 12. hoc titulo; agitur de Ciſtercienſibus, qui ea in re maximè priuilegiati erant, vt conſtat *ex textu noſtro, & in dicto cap. 2. §. 1. in fine, hoc titulo, lib. 6.* & inſuper proponit priuilegium ſub illa forma verborum conceſſum, ne de laboribus, & cætero cum plurimum eſſe, in quibus Pontifex declarat ſe in eo priuilegio omnes decimas comprehendere voluiſſe, reddens rationem; quia ſi non de omnibus, ſed de noualibus tãtum intelligeret, vbi poſuit de laboribus, de noualibus tantũ poſuiſſet, quaſi apertiùs dicat, quod ſi noſtræ intentionis foret, de noualium tantum decimis agere, non vteremur illa verborum forma, de laboribus, & cæteræ, ſub qua omnes decimas comprehendere intendimus; ſed alia ſtrictiori ne de noualibus, & cætera per quam ad differentiam illius, nõ omnes, ſed aliquas cõcedere intendit, vt rectè animaduertit, *Barboſa in collectaneis, ad text. in dicto capit. ad audientiam 12. hoc titulo, num. 2. & in cap. dudum 31. de priuilegijs, num. 3. vbi Abbas, num. 4.*

5 Tertiò, prædictis obſtabit, *text. in cap. 2. hoc titul. in principio, lib. 6. iuncto §. 1.* ex cuius deciſione conſtat, quod priuilegium ad decimas noualium percipiendas, non extenditur ad decimas noualium, quas tempore impetrationis alij, de iure poſsidebant, niſi fiat de illis expreſſa mentio, ſimiliter, nec valet, niſi pro illis locis in quibus Monachi habebant antiquas decimas; ſed huic dubio reſpondendum eſt, *text. in dicto cap. 2. in princip. iuncto §. 1.* loqui in priuilegio ſpeciali conceſſum, tantum ad decimas noualium, anteà obtentas, vel obtinendas ſine tertij præiudicio, in quo non comprehenduntur nouales ab alio poſſeſſæ. Ratio eſt, quia Summus Pontifex in priuilegio illo, nõ intendit tollere, ius tertij ſemel quæſitum, niſi id expreſſum fuiſſet in priuilegij conceſſione, *iuxta text. in cap. licèt, de officio Ordinarij*; quia aliàs priuilegium illud redundaret maximum præiudicium poſſeſſoris, quod neutiquam præſumitur Pontificem; ita conceſsiſſe, niſi expreſſum fuiſſet, iuxta textum *in cap. dudum, de priuilegijs*; nam cum illud priuilegium odioſum eſſet, neutiquam erit extendẽdũ, ſed quantum fieri poſſet reſtringendum; ita vt non extendatur ad noualia ab alijs poſſeſſa impetrationis tempore, neque ad maiorem portionẽ, vltrà rempus impetrationis poſſeſſam, iuxta text. *in cap. tua el primero, hoc titul. cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælati*, notat *Couarruuias lib. 3. variarum, cap. 17. num. 13. Barboſa in collectaneis, ad text. in dicto cap. 2. hoc titulo, lib. 6. num. 6. Rebuffus de decimis, quæſt. 14. numero 36. Moneta eodem tractatu, cap. 4. quæſt. 3. num. 72.*

6 Quartò, aduerſus hanc vltimam reſolutionem, dum aſſeruimus; videlicèt, priuilegium, quoad decimas Monachis conceſſum, quoad noualia, comprehendere integram portionem decimarum tempore impetrationis priuilegij poſſeſſam, *dicto cap. 2. in fin. principij, hoc tit. lib. 6. Rebuffus vbi ſuprà, quæſt. 14. num. 35. Moneta dicto cap. 4. num. 71.* Obſtabit text. *in dicto cap. 2. §. Statuimus, hoc titulo, lib. 6.* dum aſſerit, quod etiam ſi tempore impetrationis priuilegij, integraliter decimæ veteres percipiantur, priuilegium illud, non debet intelligi, ad integram decimarum portionem tempore impetrationis poſſeſſam, ſed tantum ad medietatem decimarum. Augetur difficultas, ex vltimis illius, *§. Verbis*, dum aſſerit, quòd Religioſi Ciſtercienſes, ab illa regula excipiuntur; ita vt ſi prædicti percipiant integram antiquam, vel pluſquam dimidiam portionem, ſeu quottam poterũt, etiam de noualibus decimis integram antiquam, vel pluſquam dimidiam portionẽ virtute priuilegij percipere, conſideratio eſt: ergo cæteri omnes Religioſi, non poterunt integram portionẽ percipere; etiã ſi tempore impetrationis poſſediſſent, ſed huic dubio reſpondẽdum eſt priuilegium, quoad decimas noualium comprehendere portionem antiquam, tempore impetrationis poſſeſſam, *dicto capit. 2. in fin. principij, hoc tit. lib. 6.* Nec obſtabit text. *in dicto §. Statuimus, eiuſdem capitis*; nam ideò ibi priuilegium, quoad noualium decimas conceſſum, non comprehendit integrã portionem; etiam tempore impetrationis obtẽtam, ſed tantum dimidiam, quia priuilegium ſemper eſt interpretandum ſecundum mentem, & intentionem concedentis, *capit. mandatum, capit. ſedes, de reſcriptis, & Religioſis.* Ita debet concedi, quominùs Eccleſiæ Parochiali lædatur, quibus Eccleſijs de iure communi decimæ competunt, *cap. ſug-*

suggestum, *hoc titulo*; & non est verisimile credendum, quod si integra portio in priuilegij impetratione expressè, & clare exprimeretur, quòd Apostolica Sedes pariter, & similiter decimas integras, in tàm graue Parochialium Ecclesiarum dispendium concessisset, vt constat *ex dicto §. Statuimus*, quæ quidem interpretatio comprobatur ex eo, quia nomine portionis integræ, omnia non comprehenduntur, sed regulariter dimidia pars continetur, iuxta text. *in leg. nomen*, *ff. de verborum significatione*, vbi latè *Rebuffus* vndè *cum in dicto §. Statuimus*, de integra portione tantum sit expressum; meritò, priuilegium illud, non debet extendi ad omnes noualium decimas, sed tantum ad dimidiam portionem, etiam si amplius in veteribus Religiosi haberent, à qua regula excipiuntur, Cistercienses, & Cartusienses; nam id, quod alicui gratiosè, & expressè concessum est, non debet trahi ad aliorum exemplum, *capit. quod alicui, de regulis iuris, lib. 6.* atque ideò in declaratione, *text. in dicto §. Statuimus*, Cistercienses, & Cartusienses, non comprehenduntur, qui omnes, etiam de noualibus secundum antiquam, & integram portionē poterunt virtute priuilegij, decimas percipere; notat *Rebuffus*, *& Monetà vbi suprà*, *Barbosa in collectaneis, ad text. in dicto cap. 2. §. Statuimus, hoc titul. lib. 6. num. 5.*

7 Quintò, prædictis obstat text. *in capit. ex parte 27. in principio*, *hoc titulo*; vbi asseritur priuilegium Ecclesiasticæ personæ concessum de percipiendis decimis, etiam comprehendere noualia, hoc est, decimas futurorum prædiorum, quæ de nouo ad culturam reducuntur, quod expressè prohibet, textus *in dicto capit. 2. in principio*, *& in §. 1. hoc titulo*, *lib. 6.* Siquidem, etiam si aliquis habeat priuilegium percipiendi decimas, intrà alterius Parochiam, seu confinia, priuilegium illud, non extenditur ad noualia, nisi quoad noualia fuerit concessum, cum priuilegium, quod præiudicat tertio, restringendum est, *cap. olim*, *de verborum significatione*, nec ad futura, quę de nouo accidunt extenditur, *Clementina final*, *de rescriptis*, *Clementina 1. in fine*, *de testibus.* In quorum iurium contrarietate, verissimè est dicendum priuilegium, de percipiendis decimis in aliena Parochia, non extendi ad noualia, nisi de illis sit expressè impetratum, *dicto capit. 2. hoc titulo*, *libro 6. Couarruuias dicto capit. 17. numero 4. Gutierrez libro 2. Canonicarum quæstionum*, *cap. 21. numero 120.* nec obstabit textus *in dicto capit. ex parte 27. hoc titulo*; quia omissa, nonnullorum interpretatione asserentium, textum illum agere de priuilegio generaliter concesso percipiendi decimas in aliena Parochia (licèt in eo, de non soluendo decimas mentio habeatur) atque ideò ex rationibus suprà adductis, cum generaliter priuilegium illud, sit concessum percipiendi integras decimas: nihil mirum, quod noualium decimas, etiam comprehendat, quorum interpretatio suadetur, ex verbis *illius textus*, versiculo *Integraliter decimas percipias*; sed hæc interpretatio apertè conuincitur, ex vltimis *illius textus verbis*, versiculo *Quia vbi maius conceditur*, *minus concessum esse videtur*; quare hac, & alijs omissis verius est dicendum, *in dicto cap. ex parte 27. hoc titulo*, non agi de priuilegio percipiendi decimas in aliena Parochia, quia tunc restringendum esset; ita vt nec ad noualia extenderetur, nisi de illis specialiter concessum fuisset, *dict. cap. 2. hoc titulo*; sed tantum ibi agi, de concessione iuris communis percipiendi decimas ab eo, cui iure communi, & ordinario decimæ debebantur, ex propria Parochia, quæ interpretatio deducitur, *ex eodem textu*, versiculo *De laboribus terræ Parochiarum tuarum*, *cum integritate percipias*, quæ verba apertè denotant Abbatem illum, proprium Parochum, seu Rectorem fuisse illius Ecclesiæ, de qua decimarum quæstio tuit habita, quo in casu mirum non est, quod concessio illa, quæ à iure communi, sibi debebatur comprehendat, etiam noualium decimas, *argumento textus in capite ad decimas*, *de restitutione expoliatorum*, quæ interpretatio satis conuenit, verbis text. siquidem concessum propriè loquendo dicitur, quòd a iure communi tribuitur, ex illo principio: *Frustra precibus impetratur*, *quod à iure communi conceditur*, *l. 2. in princip. ff. nequid in loco publico*; quæstio enim, seu dubitandi ratio in eo textu erat noualium decimas ad Abbatem illum, non pertinere, vel quia eas non possidebat, seu præscriprionem amisserat, vel quia

Episcopus decimas noualium, ipsius Ecclesiæ intendebat, sibi competere, seu quia ipse Episcopus, cuidam Canonico concesserat existimans ad Abbatem, nõ posse pertinere, quia plures Parochias habebat, *vt constat ex verbis illius textus*, versic. *Parochiarum tuarum*, cui dubio Innocentius III. respondit, ad Abbatem pertinere, cum ex priuilegio plures Parochias haberet, & cum ei liceat, quod maius est, hoc est decimas laborum percipere licebit, & etiam quod est minimum, hoc est decimas noualium percipere, vt recte animaduertit, *Couarruuias lib. 1. variarum cap. 17. num. 13. Rebuffus de decimis, quæst. 14. nu. 8. Gutierrez lib. 2. Canonicarum quæstion. capit. 21. num. 116 Barbosa in collectaneis, ad eũdem textum, num. 5.*

8 Sextò, solutioni obstabit, *text. in cap. tua 25. § fin. de decimis*, vbi apparet, quod etiam si alicui competat ius decimandi, non competit ius percipiendi decimas noualium; sed respondendum est, textum illum procedere in dissimili specie, hoc est, in iure non decimandi, quòd Parochis, & personis Ecclesiasticis competit; sed tantum loqui de iure decimandi, quod competit laicis iure fœudationis: quo in casu decimæ noualium, non comprehendũtur absque nouo speciali priuilegio, *iuxta textum in d. cap. 2. in principio, hoc titulo, lib. 6. & in § 1. eiusdem text.* notat *Abbas in dicto capit. tua 25. § fin. num. 5. & in dict. cap. ex parte 27. numero 7. Moneta vbi suprà, capit. 4. num. 66. Suarez de Religione, tomo 1 tractatu 2. libro 1. de decimis, capit. 22. numero 9 & capit. 23. numero 4. Barbosa in collectan. ad text. in dicto capit. ex parte 27. numero 7. & in dicto cap. tua, § fin num. 5.*

9 Septimo, aduersus id, quod suprà retulimus, & refert text. *in dicto capit. 2. in principio, hoc titulo, libro 6.* dum asserit priuilegium decimarum noualium concedens, non includere decimas noualis, per alios possessas tempore impetrationis, & loca tantum includere, vbi percipiebantur antiquæ, obstabit textus difficilis *in capit. quia circa 22. de priuilegijs*, ex cuius decisione constat, quòd si Archiepiscopus Compostelanus concesit Monachis omnium Sanctorum priuilegium, percipiendi decimas Episcopales possessionum, ipsius Monasterij; sed post modum successor Archiepiscopi concedentis priuilegium quæsiuit ab Innocentio III. Vtrùm priuilegium illud extendatur, tantum ad possessiones adquisitas tempore impetrationis priuilegij, an verò ad adquirendas, seu noualium decimas? Cui dubio respondit Pontifex, quòd si illa decimarum cõcessio fuit facta, secundum Canonum solemnitatem, cum prædecessor eas indefinitè concessisset, non solùm intelligitur concessisse decimas prædiorum tempore impetrationis debitas; verumetiam, & futuram, & perconsequens, & nouales decimas concessisse videtur: Ecce speciem, vbi priuilegium simpliciter concessum percipiẽdi decimas, non tantum comprehendit decimas, ex prædijs tempore concessionis obtentis; verumetiam, & futuras, hoc est, quæ nouiter ex nouis prædijs veniunt, quod omninò contradicit decisioni, *text. in dict. cap. 2. hoc tit. lib. 6.* Sed huic dubio verissimè respondendum est, quod ideò in specie illius text. priuilegium illud extenditur ad futuras noualium decimas, quia illa decimarũ solutio proprio Archiepiscopo debebatur, sibique ipsi solùm præiudicasse censentur, præcipuè cum secundum Canonicas sanctiones cõcessio illa facta fuisset, non verò in damnum alterius Parochiæ, & cum indefinitè sit concessum, mirum non est, quòd ad noualia prædia extendatur, rationem reddit text. quia cum is, qui nihil excipit, qui excipere potuerat totum ius proprium cõcessisse, & alienasse videtur; notat *Barbos. plures referens in collectaneis, ad eundem textum, num. 7.*

10 Octauò, solutioni obstabit dicere, quòd priuilegium illud non soluendi decimas emanauit ex persona Archiepiscopi, vt constat *ex eodem text.* versic. *Priuilegium prædecessoris tui*; ad qui priuilegium non soluendi decimas ad solùm Pontificem expectat, *dicto capit. 2. hoc titulo, lib. 6. capit. dudum 31. de priuilegijs, Rebuffus tractatu de decimis, quæstione 5. numero 28. & 32.* præcipuè; quia Episcopus decimarum, & aliarum rerum Ecclesiarum, nudus tantùm administrator est, non verò Dominus, & ideò eas donare, non potest, *capit. 2. de donationibus*: Ergo priuilegium illud, neutiquam valere debuit, & si valeret, stricte esset intelligendum, non verò ampliandũ; sed his consi-

de-

derationibus respondendum est, remissionem decimarum, ab Archiepiscopo concessam, *in dicto capit. quia circa 22. de priuilegijs*, non fuisse factam per modum priuilegij; sed per modum remissionis, & beneficij; atque ideò ampliandum est, nec obstant, *verba illius textus*, versiculo *Priuilegium prædecessoris tui*; quia tantum sunt referenda, ad facti narrationem, ex qua ius non sumitur; siquidem priuilegium lata eius significatione multoties accipitur, pro quacumque superioris cōcessione; merito, in decisione illius textus, Summus Pontifex obstendit remissionem illam habere naturam beneficij; notat *Couarruuias libro 1. variarum, capit. 13. Barbosa in collectaneis, ad text. in dicto capit. quia circa 22. de priuilegijs.* Deinde hæc interpretatio confirmatur, ex eo; quia priuilegium propriè sumptum dicitur, quod concessum est contra ius commune, vt ex ipsius definitione colligitur, tradita per Doctores *in Rubrica, de priuilegijs, & in dicto capit. quia circa 22.* Beneficium enim remissionis decimarum factum fuit, secundum Canonicas sanctiones; siquidem interuenit capituli authoritas, & iusta Ecclesiæ necessitas, & vtilitas, vt constat *ex eodem text.* versiculo *Si illa decimarum remissio facta fuit, secundum Canonicas sanctiones*, quæ verba supponunt, omnia solemniter facta fuisse, vt illud remissionis decimarum beneficium valeret, quo supposito mirum, non est, quod cum non sit priuilegium; sed beneficiū tantum, vt intelligatur, & extendatur ad omnes decimas, præsentes, præteritas, & futuras nouales; notat *Barbosa plures referens in collectaneis, ad eundem text num. 3. cum seqq.*

11 Nonò, ex his infertur interpretatio, ad textum *in cap. dudum 31. de priuilegijs*, vbi cum lis super decimis noualium inter Priorem Butele ex parte vna, & Priorissam de Campanie, ex parte alia verteretur, lite coram iudicibus pendente, Priorissa, & Conuentus impetrauerunt priuilegium super decimis noualium, non soluendis, nulla de litependente mentione facta in illa priuilegij impetratione; sed posteà priuilegio impetrato, intendebant moniales a lite Abbatem repellere, exhibito priuilegio coram iudicibus. Iudices dubitantes, quæstionem illam ad Summum Ecclesiæ Præsulem detulerunt, Summus Pontifex respondit, priuilegium illud nullum præiudiciū generare, Abbati, quoad decimas nouallium persoluendas tempore impetrationis priuilegij possessas. Ex eo quod nulla mentio facta fuisset tempore impetrationis de lite mota, cum eius intentio, non esset iuri alterius præiudicare, *dicto capit. 2. hoc titulo, libro 6. leg. quoties 3. Cod. de precibus Imperatori offerendis*; ex cuius decisione à contrario sensu appareret, quod priuilegium illud, quoad nouallium decimas valere, si in rescripto mentio fuisset facta de litependente, etiam si tempore impetrationis Abbatissa, eas non possedisset, *notat Glossa*, verbo *In quarum erat possessione, in dicto capit. dudum 31. de priuilegijs, Abbas, & Barbos. ibidem, num. 3.*

12 Decimò, ex eodem filio interpretationem accipit, *textus in capit. ex multiplici 3. de decimis*; ex cuius decisione apparet, quandam decimarum quæstionem fuisse motam inter Abbatem de Brudela, ex vna parte, & ex altera quendam Presbyterum pro sua Ecclesia, compositio inter eos fuit facta Monachorum scriptō authentico roborata; scilicèt, quòd Monachi deberent soluere Presbytero decimas de leguminibus, exceptis minutis decimis, hoc est, si legumina adeò in parua quantitate colligerentur; ita vt solùm sufficerent ad quotidianum vsum, posteà Abbas, & Conuentus impetrauit priuilegium, vt de laboribus, & de prædijs, quæ proprijs sumptibus excolunt decimas soluere, non teneantur nulla mentione facta de prædicta compositione; vnde statim Monachi suis sumptibus possessiones, super quibus compositio facta erat cœperunt colere, quare Presbyter conquestus est, coram Adriano Quarto Pontifice, Pontifex respondit, Monachos omninò Presbytero, decimas soluere debere, de possessionibus tempore impetrationis obtentis, in cuius possessione decimandi erat Presbyter tempore impetrationis: rationem reddit Pontifex, quia non fuit sua intentio priuilegium illud compositioni derogare, quare iubet compositionem illam seruare, ex ratione *text. in dicto capit. 2. hoc titulo, libro 6.* videlicèt,

quia tempore impetrationis priuilegij, nulla fuit de compositione mentio facta; vndè cum compositio illa generaliter fuisset celebrata, similiter etiam generaliter est intelligenda, quoad noualium decimas, terras, seu possessiones, nouiter post compositionem à Monachis quæsitas, *notat Gloss. ibidem*, verbo *Quandiù viueret*, *Rebuffus vbi suprà*, *quæstione* 13. *num.* 16. *Moneta de decimis*, *cap.* 3. *num.* 113. *Barbosa in collectaneis*, *ad eũdem text. num.* 2. & plura, quæ ad nostrũ textum expectant videre opportet, ex his quæ suprà retulimus *in cap. cum dilecti* 6. *de donationibus*.

Ad textum in capit. quamvis 17. cap. prohibemus 19. capit. à nobis 24. cap. tua 25. cap. dudum 31. de decimis.

DE omnibus his iuribus, latè scripsimus *in cap. cum Apostolica* 7. *de his quæ fiunt à Prælatis*, sine consensu capituli, quę omnia adaptari debent iuribus suprà adductis.

[✠]

Ad textum in cap. ad hæc 15. cap. tua 25. cum alijs concordantibus, de decimis.

DE his iuribũs, latè scripsimus *in cap. causamque* 7. *de præscriptionib.* quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad textum in cap. cum sint homines 28. cap. ad Apostolicæ 20. cap. dudum 31. cap. cum contingat 29. cap. cum tua 30. hoc titulo, de decimis.

DE materia horũ iurium plura scripsi *in cap. Sanctorum* 3. *de præscriptionibus*, videndus est etiam *Doctor Balboa cap. de quarta*, *de præscriptionibus*.

Ad textum in cap. ad hæc 15. cap. tua 25. cap. dudum 31. cap. interdicimus fin. hoc titulo.

COmmentaria horum iurium sunt petenda, ex his quæ suprà retulimus *in cap. causamque* 7. *de præscriptionibus*, *cap. cum Apostolica* 7. *de his quæ fiunt à Prælatis*, *&c.*



DE

DE REGVLARIBVS, ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

TITVLVS XXXI.

Ad textum in cap. si quis 2. capit. significatum 11. cap. cum virum 12. cap. cum simus 14. hoc titulo, de Regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Filius impubes à patre Monasterio oblatus maior factus ad sæculum redire potest, nisi tacitè, vel expressè professionem emisserit.*

2 *Parentibus liberorum cura, quare competat.*

Pater pro filijs suis impuberibus, potest testamentum condere.

Pater pro filijs impuberibus, potest sponsalia contrahere.

3 *Cap. Monachum 3. 20. quæst. 1.*

Paterna deuotio, filium Religioni offerendo illum Monachum, non facit, nisi voluntas filij, vel eius ratihabitio interueniat.

4 *Donatio postquàm semel perfecta est temere reuocari non potest.*

Bernardi epistola prima, & eius historia refertur.

5 *Parentibus iure antiquo, ius vendendi, & occidendi filios competebat, sed posteà sublatum.*

6 *Cap. addidisti 2. 20. quæst. 1. Concilium Vuormecienſe, cap. 22.*

Lex vna, quandoque per aliam supplet-tur.

7 *Capit. quem genitores 6. 20. quæstione 1.*

Cap. quicumque 4. 20. quæst. 1.

8 *Capit. significatum 11. de regularibus.*

Cap. si in qualibet 20. quæst. 2.

9 *Cap. 1. de desponsatione impuberum, cum cap. 1. eodem titul. lib. 6.*

10 *Tridentinum sessione 25. de regularibus, cap. 11.*

11 *Authent. si qua mulier, Cod. de Sacrosanct. Ecclesijs, capit. si qua mulier 19. quæstione 3. conciliantur cum cap. cum simus, de regular. & num. 12. & 13.*

1 CONCLVSIO. Quæ ex his omnibus iuribus deducitur sic se habet: *Filius impubes, à patre Monasterio oblatus, maior factus ad sæculum reddire potest, nisi tacitè, vel expressè professionem emisserit,* consonat *text. in cap. 1. cap. addidisti 2. cap. Monachum 3. cap. quicumque 4. cap. 6. & 8. cap. illud 10. 20. quæst. 1. capit. 1. cap. puella 2. cap. opportet 4. 20. quæst. 2. quibus conuenit Gregorij II. epistola 14. ad Bonifacium, quæ extat in 5. tom. Conciliũ in noua editione Seuerini, pagina mihi 455. Tridentinum sessione 25. de regularibus, cap. 17. l. 4. titul. 7. part. 5.* exornant *Diuus Antonînus, 2 part. summæ, tit. 1. cap. 2. §. 8. notabili 1. & 3. part. tit. 16. cap. 2. §. 4. Diuus Thomas 2. 2. quæst. vltima, artic. 5. in corpore, & Quodlibeto 3. artic. 11. Syluester in summa,* verbo *Religio, Crespetius in summa Catholicæ fidei,* verbo *Monachi ab infantia,* & verb. *Monachi in Monasterijs, pagina 633. latè Suarez de Religione, tomo 3. lib. 6. cap. 3. num. 10. Thomas Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 4. capit. 18. Lesius de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 40. dubio 10.* latissime *Basilius Legionensis libro 7. de impedimentis voti, cap. 5. in tractatu de matrimonio, Baronius tomo 7. Anno Christi 523. nu. 11.* cum multis traditis *à Barbos. in collectaneis in dictis iuribus.*

2 Ratio est, quia cum ad parentes libe-

liberorum cura pertineat, præcipuè in ea ætate, qua gubernare se nequeant, & ipsorum voluntas discerni, non possit; meritò, ideò parentibus permissum fuit, vt in his omnibus, in quibus agentis voluntas requiritur, pater pro filio voluntatem suam accommodare posset, & quod filius iuris necessitate teneretur, patris volūtati obedire, eique stare, nec ab ea recedere, quousque ipse ad pubertatem perueniens, suam posset expedire voluntatem; ob quam rationem ius ciuile permisit parentibus liberis suis impuberibus, quos in potestate habent testamentum condere; quod quidem ius maioribus introductum fuisse testatur Imperator Iustinianus principio institutionum, *de pupillari substitutione, & lege moribus, ff. eodem*; quod quidem testamentum, vsque ad pubertatem durat, in qua ætate libere testari poterunt, *leg. qua ætate, ff de testamentis*; eademque ratione iure Canonum, parentibus permissum fuit, pro filijs impuberibus sponsalia contrahere, a quibus sponsalibus filij recedere, non poterant; donec ad pubertatem peruenissent, *capit. 1. cap. de illis 7. de desponsatione impuberum*, sic similiter in textu nostro, cum similibus iure Canonum, introductum fuit licere parentibus, filios impuberes Religioni offerre, vt sub regulari disciplina viuerent, *dicto capit. 2. hoc titulo, dicto capit. puella 20. quæst. 2.* à qua quidem Religione illis, neutiquam recedere licebat; donec pubertatem adipiscerentur, adueniente enim pubertate, cum iam voluntas eius discerni valeret, non parentum, sed ipsorum filiorum expectatur, vt si noluerint in Monasterio manere, liberè possint resilire, iuxta text. *in dicto cap. cum simus, hoc titul.* nisi tacitè, vel expressè professionem emiserint; tunc enim, cum iam ex suamet volūtate adstricti maneant, Religioni resistere nequeunt, *cap. cum virum 12. hoc titul.* vndè cum patris voluntas in testamento pro filio condito, & in sponsalibus pro filio adhibito. Similiter etiam in oblatione Religionis præstita, tantum extendatur, & durer, quousque filius maior factus, & ad pubertatem perueniens, suam possit expedire voluntatem. Rectè in conclusione nostra docemur filium a patre, Monasterio in pupillari ætate oblatum, adueniente pubertate ad sæculum redire posse, nisi maior factus, tacitè, vel expressè professionem emiserit.

3 Primò, conclusioni nostræ valdè obstabit dicere, quod postquam filius à patre Monasterio fuit oblatus, nullatenus videtur, posse à Monasterio recedere, non magis, quam postquam professionem emisserit; siquidem, vt constat *ex Concilio Toletano 4. cap. 48.* ibi: *Monachum, aut paterna deuotio, aut propria professio facit, & quidquid horum fuerit, aligatum tenebit.* Cuius verba referuntur, *in cap. Monachum 20. quæst. 1. & in cap. cum virum, hoc titulo.* Igitur, quemadmodum filius post professionem, à Monasterio resilire nequit, *dicto capit. cum virum*; ita similiter post oblationem à parente factam; siquidem iuxta prædictam authoritatem, quidquid horum interuenerit, vel sola paterna deuotio, vel propria professio alligatum manebit; ac per consequens non rectè in conclusione supra adducta docemur, posse filium à patre Monasterio oblatum, adueniente pubertate resilire, & a Monasterio recedere, cuius authoritatis difficultas adeò grauis est, vt coegerit Doctissimum Magistrum Basilium Legionensem affirmare filium impuberem, à parentibus Monasterio oblatum conseri in mancipium Monasterio donatum, qua existente donatione, & a Prelatis acceptatione, nullatenus posse prædictum oblatum a Monasterio recedere, vt videre est apud eundem Basilium, *dicto lib de matrimonio, de impedimento voti, cap. 5. num. 10.* sed salua tanti viri pace, verius tenendum est, cum Doctissimo Gabriele Vazquez supra, cui in hac parte ex aduerso opponitur; dum asserit incredibile, sibi videri sola parētum oblatione filium Monachum fieri, nisi postea accedat oblati consensus, cum ad pubertatis annos peruenerit consensus, & asserit non obstare prędictā Concilij Toletani authoritatem, & sic dicēdum esse, quod paterna deuotio, filium Religioni offerendo Monachum, non facit, nisi simul voluntas filij, vel saltim ratihabitio interueniat; nam oblatio de filijs impuberibus facta, id tantū operatur, vt impubes sic à patre oblatus, nequeat resilire, donec pubertatem completam adipiscatur, qua completa liberum est oblatis perseuerare, aut ad sæculum redire donec professione tacita, aut expressa, votum emiserint, *dict.*

cap.

cap. significatum, cap. cum simus, hoc titul. notat *Thomas Sanchez plures referens, dicto libro 4 cap. 18. num 9.* Vnde sensus illius Concilij, *& dict. capitis Monachum*, est, vt scilicèt Monachum faciat paterna deuotio, vel propria professio; ita tamen, vt paterna deuotio, non per se solùm, sed simul cum tacita filij voluntate id operetur, ac si diceret, & Concilij sensus esset, paterna deuotio filium offerendo illum Monachū facit, casu quo filius, non reclamauit aduenientè pubertate, ita vt mens Concilij, & Canonis fuisse asserere, duobus modis Monachum fieri filium familias, vel paterna deuotione, eo non reclamante, sed consentiente, vel expressa ipsius filij professione, ac ideò posteà dixit: quidquid horum fuerit alligatum tenebit, vt exindè inferatur, tantum posse ad obligandum filium Religioni oblationem à patre factam, cum tacita filij professione, quàtum potest ipsamet expressa filij professio; siquidem, quemadmodum per expressam professionem obligatur; ita etiam adstrictus manebit per tacitam, si ad pubertatem perveniens, non reclamauerit, docet *Suarez, & Thom. Sanch. locis suprà citatis.*

4 Secundò, obstabit dicere, quòd ex eo, quod pater filiū impuberem in Monasterio obtulit videtur, illum Religioni donasse, quæ donatio, cum per eam sit quæsitum ius Religioni, hoc est, donatori ex præcepto iustitiæ, obseruari debet; siquidem, postquam semel donatio perfecta est reuocari nequit, *l. si quis argentum, Cod. de donationibus, §. 2. Instit. eodem*: ergo filius a patre Monasterio, per oblationem donatus, non poterit à Religione exiens, ius illud à Monasterio eripere, & quod in oblatione à patre Monasterio facta donatio interueniat, constat ex illa Historia *D. Bernardi epist.* 1. cuius facti species, sic se habet: Robertus proximus genere Diuo Bernardo, à parentibus oblatus fuit Monasterio Cluniacensi; simulque cum eo donatus fuit fundus; sed ipse posteà à Cluniacensi Monasterio recessit, & Cistercien sem Ordinem Ingressus fuit, in qua post probationis annum professionem emisit, sed posteà à Cistercien sibus eiectus ad illos regressus fuit, quapropter inter Monasteria illa lis orta ad Summū Pontificem Innocētium II. delata fuit; dubitandique ratio in eo erat. Vtrùm Robertus Cluniacensibus donatus, an tantum promissus fuisset? Cluniacenses donatum fuisse probarunt; Diuus autem Bernardus promissionem, tantum factam fuisse dicebat: Quibus vtriusque partis fundamentis adductis Summus Pontifex, prædictum Robertum Cluniacensibus adiudicauit, ex qua decisione manifestè constat Robertum, à parentibus donatum fuisse, & patris donationem valuisse, sed in hac difficultate, verissimè est dicendum Robertum; ibi: *Non ideò fuisse ab Innocentio II. Cluniacensibus adiudicatum, quia oblatus à parentibus fuisset; nam & si in tali oblatione Monasterium suam intentionem fundasset, tamen Summus Pontifex noluit ratione illius, quæ quidem non subsistebat, prædictam quæstionem decidere, sed Innocentius II. cōsiderans, quòd Robertus post oblationem, à parentibus factam in Cluniacensi Monasterio, liberam professionem emisit, qua mediante iam ipse se adstrixit; meritò Pontifex translationem illam, ad Cluniacensem Religionem comprobauit, & ea sua intentione confirmauit, cum in iure permissum sit, de vna ad aliam, iustâ interueniente causâ transire Religionem, cāpit. significatum 11. hoc titulo, versic. Cum ad eandem, vel alienam Religionem trānsire compellas.* Vndè ex prædicta Innocentij decisione, non sequitur filium oblatum à parentibus donationis titulo Monasterio adquiri, sed tantùm deducitur, quòd ex iustis causis permittit Pontifex posse Monachos, de vnā ad aliam Religionem trāsferri, notat *Gabriel Vazquez 1. 2. tomo 2. disput. 165. cap. 4.* videndus omnino *Illustrissimus Fr. Angelus Manriquez tomo 1. Anno 1117. cap. 2.*

5 Tertiò, obstabit dicere, nulla iuris ratione prohiberi, quominus donatio filij à patre facta robur, ac vires obtinere debeat, quandoquidem ius illud patribus in filios concessit, vt possent illos vendere, & occidere, *l. in suis 11. ff. de liberis, & posthumis, l. vltima, Cod. de patria potestate, l. 1. & 2. Cod. de patribus, qui filios distraxerunt.* Igitur, si tanta est à iure patribus in filios potestas tributa, nulla est ratio, ob quam oblatio filij à patre Monasterio facta, vim donationis obtinere nequeat; sed in hac difficultate dicendum est, illam parentum potestatem in filios, & si in initio populi Romani, adeò amplissima fuisset, vt ius occidendi liberos concederetur, posteà tamen

men ipsó iure digestorum coarta fuit, vt constat *ex dicta leg. in suis*, vers. *Quos*, & occidere licebat, & iure codicis, non solùm ius vitæ, necisque; verumetiam vendendi liberos coartatum fuit, sed restrictum ad eum tantum casum, quo pater extrema necessitate laboraret, *leg.* 1. *Cod. de patribus, qui filios distraxerunt*; Imò, & tunc pater tenetur, si ad pinguiorem fortunam peruenerit, filium redimere, & à seruitute liberare; notat *Couarruuias lib.* 3. *variarum, cap.* 14. *num.* 4. Vndè nihil mirum, quod Monasterio filium offerendo hodie, non videatur illum Religioni donare, cum ei liberum sit aduenientè pubertate à Monasterio recedere, *dict. cap. cum simus, hoc tit.*

6 Quartò, obstabit text. difficilis *in cap. cum addidistis* 20. *quæst.* 1. vbi ex Cōcilio Vvernacensi, *cap.* 22. deducitur, quòd si pueri infantiæ ætate à parentibus Religioni oblati fuerint, non debent cum ad annos pubertatis peruenerunt à Monasterio exire, ea ratione, *vt text.* asserit: *Nefas est, vt oblatis à parentibus Deo filijs voluptatis frœna laxentur.* Ergo non rectè hucusque diximus filios à parentibus Religioni oblatos posse, cum ad pubertatem peruenerint, à Monasterio resilire, qua in difficultate, quæ similiter coegit prædictum Magistrum Legionensem, vbi suprà affirmare filios, a parentibus in infantia oblatos Religioni, semper adstrictos manere; sed eo nō obstante verissimè respondendum est, prædictam Concilij Vvermacensis decisionem intelligendam esse, casu quo filij à patre oblati adveniente pubertate, non reclamauerint, & tacitè consentiendo factum patris approbauerunt; nam si posteà non consensisset rectè, ad sæculum reddire possint, *vt in capit. cum simus, cum sequentibus, hoc tit.* sed dices solutionem hanc diuinationis vitio laborare, quandoquidem prædicta Concilij decisio generaliter loquatur, cui obiectioni ex fit satis, quia non est mirum in iure nostro, quod vna decisio, per aliam suppelleatur, & interpretetur, *argumento text. in capit. si qua mulier* 13. *quæst.* 1. *cap.* 1. *de diuortijs, ita Suarez dicto lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 13 sed adhuc initabis ex eo, quod prædicta decisio, non conuenit *illius text. verbis*, vers. *Quia nefax est, vt oblatis à parentibus Deo filijs voluptatis frœna laxentur.* Ex quibus manifestè colligi videtur causam prohibitionis, non fuisse propter consensum filij, quod tacitè comprobauit; sed potiùs propter paternam oblationē. Quare huic difficultati dicendum est, bene verum esse, quod prædicta Cōcilij verba denotare videntur, Patres Concilij habuisse respectum ad paternam oblationem, cum denegant filijs libertatem recedendi à Monasterio. Sed hoc ideò esse, quia cum decisio illa procedat (vt suprà diximus) casu in quo filij, non cōtradicentes facto parentum illum, tacitè probarunt; & ideò cum consensus filij tacitus fuisset, paterna verò oblatio expressa; meritò, si post hæc filij reclamauerint, potiùs paternæ oblationi, quā cōsensui suo contradicere videtur; præsertim, quia consensus tacitus id faciat; scilicet, quòd oblatio prius facta robur accipiat; indè est, quod attendētes Patres Concilij ad oblationem paternam, iam consensu filiorum confirmatam, ac corroboratam dixerint nefas esse, vt oblatis a parentibus Deo filijs voluptatis frœna laxentur; notat *Suar. vbi suprà, num.* 13.

7 Quintò, obstabit Concilium Triburiense, relatum *in capit. quem genitores* 6. 20. *quæst.* 1, *cap. Clericis* 6. *de vita, & honestate Clericorum*, in quibus iuribus probatur, quod si parentes filium Monasterio tradiderunt, isque cœpisset in Ecclesia canere, & legere, posteà nō possit vxorem ducere, nec Monasterium deserere, & si dicesit, inquit text. quod reducatur, si tonsuram dimisserit, rursus tondeatur, & si vxorem vlurpauerit eam dimittere compellatur; ex qua decisione, euidenter colligitur paternā oblationem; ita filium Monasterio adstringere, vt ab eo resilire nequeat. In cuius textus difficultate, verissimè est dicendum, filium oblatum (de quo ibi agitur) non obligari Religioni, ex sola paterna oblatione; sed potiùs ex suomet consensu, licet in illa specie, non exprimatur, rectè tamen præsumitur, ex eo quod prædictus oblatus, libero suo consensu cœpit canere, & legere, quos quidem actus canendi, & legendi, intelligendum est fecisse, iam tempore pubertatis; quibus æquidem consensum suum exprimere videtur; nam vt rectè notat *Gloss. ibidem*, nihil refert, an factis, vel dictis, quis voluntatem suam declaret, *cap. dilecti, de appellationibus, cap. vidua, de regularibus, capit. quod interrogasti* 27.

di-

distinct. cap. cabete 22. quæst. 5. l. de quibus ff. de legibus; vndè cum iam ex consensu suo teneatur, nihil mirum, quod à Monasterio resilire nequeat, eadem etiã interpretatione intelligendus est, *text. in cap. quicumque 4. 20. quæst. 1.* vbi cabetur, quod filij a parentibus Monasterio oblati perpetuo, ibi ad esse debent, quod probatur exemplo Samuelis, quẽ Anna Mater sua puerum natum, &, & oblatum Deo, cum pietate obtulit, qui in ministerij Templi, in quo à Matre fuerat deputatus permansit, *notat Gloss. ibidem*, verbo *Oblatum*. quod sola paretum oblatio, non sufficisset, nisi ipse posteà ratã habuisset, nec obstare, quod in baptismo teneantur omnes seruare factum parẽtum; nam ibi aliud est, quia recipiunt Sacramentum, quod omnino seruare coguntur, *cap. de Iudæis 47. distinct.*

8 Sextò, obstat difficile Alexandri III. decretum in Apendice Concilij Lateranensis, *capit. 10.* sub ipso celebrati, quòd Beatus Raymundus congesit *in cap. significatum 11. hoc titul.* cuius facti species, ex ipsius text. integra apertè colligitur, & sic se habet: *Significatum est nobis, & pro certo monstratum, quòd Griboldus, nondum incipiens esse quatuordecim annorum Magistri timore, qui eum litteris erudiebat, habetum religionis suscepit in Conuentu de Reßen, & indè, sicut puer, infrà annum recessisset, & per sæculi vanitates, etiam sex annis, & eo amplius vagamundus discurrisset*; vndè inquit: *Pontifex, quoniam huius rei veritas nobis, constat fraternitati tuæ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus rem ipsam dilligenter inquiras*; deciditque, quod si inueniatur prædictum Griboldum, non fuisse à parentibus oblatum, & infrà quatuordecim annorum, voti facti penitentem à Religione recessserit; tunc a voto, quod fecit absolui debeat, sed si à parentibus fuisset oblatus, vel post decimumquartum annum Religionem intrauerit, seu professionem à se factam, ante quatuor decimum annum, postea ratam habuerit, eo in casu compellatur ad eandem, vel aliam Religionem transire. Ecce speciẽ in qua apertè cabetur, quod si quis à parente fuisset oblatus, & post oblationem à Monasterio recesserit, debet cõpelli, ad idem, vel aliud Monasterium redire; igitur, quia sola paterna oblatio filium Religioni additum facit: in cuius text. difficultate, qui apertò marte cõclusioni nostræ aduersari videtur. Ex quo prædictus Magister Legionensis, suam confirmabat sententiam; sed eo non obstante verissimè dicendum est, illius text. decisionem, iuxta doctrinã suprà traditam intelligendam esse; scilicèt, quòd filius oblatus à parentibus, non potest ante pubertatem a Monasterio discedere; nã paterna oblatio, id operatur, vt filius impubes oblatus, ante pubertatem resilire nequeat, *dicto capit. puellæ 20. quæst. 1.* quod secus esset, si pubes non oblatus Monasterium intrauisset. Isnamque, quandoque ante professionem exire a Monasterio poterit; notat *Panormitanus in cap. 2. hoc tit. num. 10.* vndè *in dict. cap. significatum*; ea mens Põtificis fuit; scilicet, vt si filius à patre fuisset oblatus, & ante pubertatẽ à Monasterio exiret, teneatur ad Monasteriũ reddire, non vt ibi permaneat inuictus, sed tantum, vt in Monasterio existat, donec ad pubertatem peruenerit; meritò, cum in illa facti specie dubium fecisset Pontifex, vt obstenderet tres diuersos casus; alter cum maior quatuordecim annorum Monasterium intrauit, & alter cum minor dicimumquartum annorum; sed maior factus, post professionem emissam, recesit, & alter denique; scilicèt, cum impubes intrauit, & impubes recessit. Et in hoc tertio casu distinguit Pontifex, quod si fuit à parentibus oblatus, ad Monasterium reddire debet, donec ad pubertatem peruenerit. Si verò non fuit oblatus rectè potuit, quandocumque a Monasterio exire; vt notat *Panormitanus vbi suprà, & in dicto capit. significatum, Gloss. & Barbosa ibidem, num. 3.* Ex qua etiam doctrina venit interpretandus text. *in capit. si in qualibet, cap. puella 20. quæstion. 2.* in quibus iuribus probatur, quòd filius, vel filia, ante pubertatem potest à parẽtibus Religioni offerri, non verò post pubertatem, & cum à parentibus imminori ætate offeruntur, non possunt ipsi ante pubertatem recedere, nec post pubertatem; si tacite saltim consenserint post pubertatem, sic etiam est intelligendus. text. *in dicto capit. si in qualibet, notat Glossa ibi*, verbo *Fortè*, antiquiores omnes.

9 Septimò, aduersus prædictam doctrinam, & præcipuè aduersus eam, quam indecidendi ratione retulimus; nempè filios oblatos à parentibus; ita esse

esse Religioni obnoxios, dum impuberes sunt, vt nullatenus, ante pubertatem resilire nequeant, adinstar ipõsaliorum, quæ si pro filijs impuberibus à parentibus fuerint contracta, non possunt filij discedere, nisi adueniente pubertate, iuxta text. *in cap. de illis 7. de desponsatione impuberum*, vbi refertur Epistola Decretalis, quæ ex antiquioribus Epistolis Decretalium, quam prius congessit, *Gratianus in cap. 2. 22. quæst. 2.* cuius Auctor est Summus Pontifex, Sanctus Lelius Hormisda, qui summa omnium concordia, creatus fuit Pontifex VII. Kalendas Augusti, anno Christi 514. in prædicta ergo Epistola decidit Pontifex multùm interesse; vtrùm puberem, aut impuberem filium pater spõdeat in matrimonium; nam in desponsatione puberum, cuius iam est velle, vel nolle, filij consensus necessarius est, alioquin nuptiæ, non teneant, *l. 2. ff. de ritu nuptiarũ, leg. nec filium 12. Cod. de nuptijs*, in desponsatione verò impuberis, cuius nulla voluntas est, furioso que æquiparatur, *l. 7. §. Planè, ff. quibus ex causis in possessionem, l. 2. §. Penultimo, l. furiosus, ff. de obligationibus, & actionibus patris consensus sufficit*; itaque ait Pontifex: *Potest pater filium, nondum adultum, cui vult, matrimonio tradere, & postquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omninò debet, hoc adimplere*: ex quibus vltimis *illius textus*, verbo *Manifestè*, apparet nõ posse filium adveniente pubertate, patris factum mutare; igitur, si adinstar iuris sponsaliorum tenetur filius oblatus, factum patris obseruare, non rectè hucusque diximus, filium impuberem à parente Monasterio oblatum posse adveniente pubertate, à Monasterio discedere; siquidem, non potest ab sponsalibus à patre contractis resilire, in cuius text. difficultate, *Gloss. in dicto cap. 1.* verbo *Debet*, quam sequuntur Abbas, Zauarela, Butrius, Ioannes Andræas, & quos refert *Barbosa in collectaneis, ad text. in dicto cap. 1. num. 3.* dum affirmat verba illa, quæ filio necessitatem imponunt paternum factum adimplẽdi, intelligi debere, non de necessitate præcepti, sed honestatis tantum debiti; nam licet cõsensus patris, de honestate requiratur ad matrimonium; siquidem etiam, sine eo iure Canonum, contractus coniugalis valet, *& tenet Couarruuias desponsalibus, 2. part. cap. 3. §. 8. num. 1.* Verum hæc interpretatio admitti nequit, ex eo; quia de præcepto honestatis, tam filius adultus, quam impubes tenetur patri obedire; & sic non rectè constitueretur, in text. illo, differẽtia inter filium adultum, & non adultum, quapropter prædictam interpretationẽ impugnat *Magister Basilius Legionensis lib. 12. de matrimonio, cap. 9. num. 10.* & ab eandem rationem, etiam reijcit alienam solutionem, existimantium filio impuberi necessitatem imponi, vt pubes factus teneatur patris factum approbare, nisi iustam habeat reclamandi causam. Cuius opinionis fuit *Canizius in dicto capit. 1.* ipse autem Magister Basilius, prædictũ text. interpretatur, affirmans procedere, secũdum ius antiquum, quo in tempore prohibebatur filijs, sine consensu parentum contrahere; sed hæc Basilij interpretatio, etiam admitti non debet ex eo, quia, & si text. illo procederet, secundum iura antiqua: certum tamẽ est, quod & si filij familias, contrahere non possent, sine consensu parẽtum, in quorum potestate essent, *§. 1. Instit. de nuptijs*; tamen nullo vnquam, iure captum est, vt ex solo consensu parentum, sine ipsius filij contrahentis consensu matrimonium valeret, quòd quidem contra naturam ipsius matrimonij contractus esset, præter quam, quod prædicta Decretalis; & si sit ex antiquioribus iuris Canonici, decretis tamen, secũdum iura decretalium loquitur; nam aliàs, non scriberetur à Gregorio IX. inter aliquas Epistolas Decretalium: quare his, & alijs omissis verissimè est dicendum, in prædicto text. differentiam, non constitui inter impuberem, & puberem, sed potiùs inter filium adultum, hoc est maiorem septenio, qui consentire in sponsalibus potest, *leg. in sponsalibus 14. ff. de sponsalibus*, & inter non adultum, hoc est minorem septenio, cuius voluntas discerni, non potest; scilicèt, vt in primo casu pater, nisi consentiente filio, vel saltim præsente, & non contradicẽte sponsalia, pro eo contrahere nequit, *cap. vnico, §. Porrò, de desponsatione impuberum, lib. 6.* In secundo verò casu, cũ filius voluntatem ad sponsalia contrahenda, non habeat, rectè potest pater, pro eo sponsalia contrahere; & tunc tenetur filius adveniente septenio, & non contradicens, factum patris approbare. Itaque Pontificis intentio, & mens in

eo

eo text. fuit, vt sponsalia à patre pro filio infante contracta, si filius vsum rationis consequutus est, non infirmauerit, valere debent, & tenetur ea adimplere. Cæteri verò impuberes, qui dum sponsalia intra pubertatem contrahunt resipiscere nequeunt, nisi post decimũquartum annum, quo tempore reclamare poterunt, si matrimonium contrahere noluerint, *cap. de illis 7. cap. à nobis 8. de desponsatione impuberum*, & similiter, in specie nostra, filius impubes à patre Monasterio oblatus, dum impubes est, omninò factum patris adimplere debet; sed quemadmodum filius, pro quo pater sponsalia contraxit potest, cum ad pubertatem peruenerit, matrimonium non contrahere; ita similiter filius oblatus potest professionem, non emittere, & à Monasterio recedere, & hæc est vera illius text. interpretatio.

10 Octauò, obstat Concilij Tridentini decisio, *sessione 25. de regularibus, capit. 17.* vbi statuitur ne puella, ante duodecimum ætatis annum habitum regularem suscipiat; sed huius dubij solutio statim se offert, ex eo, quòd hoc nouiter cautum fuisset in Concilio Tridentino contra id, quod anteà iure Canonum permittebatur; notat *Æmanuel Rodrig. tomo 3. quæst. regularium, quæst. 12. Azor institutionum moralium, 1. part. lib. 12. capit. 18. Barbosa in remissionibus, ad Concilium Tridentinum, in dicto cap. 17.* Sed hac solutione omissa, verius tenendum est, per prædictam Tridentini decisionem, nihil innouari de eo, quòd iure antiquo statutum erat circa paternã oblationem, nam circa masculos nulla est dubitatio; siquidem *in dict. cap. 12.* tantum de puellis mentio habetur, & contra puellas, de quibus dubitari poterat. Idẽ dicendum est; siquidem ibi, nihil de ætate puellæ ad Religionem admittendæ decernitur, sed tantum de examine voluntatis præmittendo, quando ingrediens fuerit minor duodecim annorum; atque ita Concilium Tridentinum cõditionaliter loquitur, si maior; scilicet, duodecim annis sit, ex quo potiùs constat recte, etiam potuisse minores duodecim annorum, ad Religionem admitti, & a parentibus Monasterio offerre; id enim tantum statuit Concilium ad hoc, vt si ad Religionem transire, desiderans minor sit duodecim annorum, eius consensus, in ipso ingressu Religionis exploretur; *notat Thomas Sanchez dicto lib. 4. cap. 18. num. 34.* Hodie tamen in Hispania vsu receptum est puellas, semel tantum, ante professionem examinandas esse ab Episcopo, seu eius Vicario, & nunquam ante susceptum habitum, docet *Barbos. vbi proximè, plures referens, num. 3.*

11 Nonò, aduersus ea, quæ refert *text. in dicto cap. cum simus, in fin.* dum asserit filium, viuente patre, iam professo, posse a Monasterio legitimam petere, & exigere, obstabit text. *in Authent. si quâ mulier, in fin. Cod. de Sacrosanct. Ecclesijs*; vbi patri, etiam Monacho facto liberum est bona sua, quandiù vixerit ad suum libitum inter filios distribuere; ex quo text. apparet patrem, post professionẽ ad legitimam filijs assignandam, non posse compelli, nec filios, ante eius mortem naturalem legitimam, petere potuisse, vt cõstat ex finalibus verbis eiusdem text. *& in dicto cap. si qua mulier 19. quæst. 3.* siquidem legitima filio tantum post mortem patris debetur, non verò eo viuente, *leg. 1. §. Si impuberi, ff. de collation. bonor. leg. quoties, ff. de solut. matrimon.*, quòd adeo verum est, vt peti nõ possit, etiam si pater bona sua dissipet, *l. sed si 24. §. Consuluit, ff. de petit. hæredit. leg. si quando, §. Illud, ff. de liber. agnosc. argumento text. in l. vnum ex familia, in princip. ff. de legatis 2.* notat *Menchaca controuers. illustrium, lib. 1. cap. 37. num. 10.* Idem *de succession. creation. lib. 3. §. 21. num. 175. Spino in specul. testam. gloss. 12. in principio, numer. 32. Zeuallos commun. contra commun. quæstione 342. Gutierrez libro 2. Canonic. cap. 1. numero 79. Fr. Æmanuel Rodriguez quæstion. regularium, tomo 2. quæstione 80. articulo 2.* cum traditis *à Barbosa in collectan. ad text. in dicto capit. cum simus, numero 2.* sed huic conflictui respondendum est, non obstare decisionem *text. in dicto capit. cum simus*; quia omissis pluribus interpretationibus dicendum est, textum illum procedere, quãdo pater iam mortuus erat; ideòque nihil mirum filium successionem, & legitimam petere, & exigere potuisse: quæ interpretatio latis apertè deducitur, ex vltimis illius *text. verbis*, versic. *Quæ ipsi ex successione proueniunt postulare*, iuncta *l. 1. ff. de hæredit. vendit. l. qui superstitis, ff. de adquirend. hæreditate, leg. hæreditas, ff. de verbor. signification.*

Deci-

12 Decimò, solutioni obstabit sequens consideratio; nam si filius ibidem à Monasterio legitimam, post mortem patris petijsset nulla controuersia, nec dubitandi ratio, apud Pontificem existeret, *argumento text. in leg. quod labeo, ff. de carbon. edict. leg. Domitius* 37. *ff. de testament.* sed respondendum est, dubitandi rationem ibidem, maximam fuisse; siquidem filius illius, B. militis professus fuit Religioni, sed intra modicum tempus à Monasterio, & habitu Monachali recesserat, cum potuisset in tam breui temporis discursu, post legitimam ætatem professionem facere, nempè secundum ius antiquum, per susceptionē habitus professorum, *iuxta text. in capit. constitutionem, hoc titulo, lib.* 6. provt fuit facta *in dicto cap. cum simus*, versic. *Habitum fecit suscipere Monachalem*; tum etiam, quia si filius non faceret professionem, vt antiquitus, ineptè Monachi intenderent eum compellere, vt persisteret in Religione, provt ibi connabātur; sed quia illum habitum professorum, ante annos pubertatis suscepisset, vt ex eius integra constat, iusta de causa illi conceditur, vt possit exire cum bonis suis, quæ Monasterio capaci successionis antea, per patrem fuerant tradita, simul, & ea, quæ ipsi filio per successionem paternam prouenire poterant, & exigere, vt eleganter annotauit *Angulo de meliorat. libro* 1. *§.* 6. *num.* 7. *Menchaca lib.* 1. *controuers. illustrium. cap.* 37. *num.* 1.

13 Vndecimò, prædictis obstabit dicere, quòd æquum videbatur, vt filius viuo patre, iam Monacho, & professio facto, suam legitimam petere possit, præsertim, cum Religionis professo, mors ciuilis dicatur, *cap. placuit* 16. *quæstione* 1. & morti naturali æquiparetur, *leg. Deo nobis, in principio*, versicul. *Nam & si maritus, Cod. de Episcop. & Cleric.* vbi pactum de lucranda dote a marito factū in casu mortis suæ vxoris, verificatur in professione Religionis vxoris. Sed huic considerationi respondendum est, multo magis æquum esse mortem naturalem patris expectare, vt legitima à filio petatur, cum interim patris bonis Monasterium fruatur, cum optima sit ratio, quæ pro Religione facit, *l. sunt personæ, ff. de Religios. dom.* præsertim cum interea ex bonis paternis, pro modo facultatum alendus sit filius, *argumento text. in leg. si quis à liberis, in principio, ff. de liber. agnoscend.* nec obstabit *text. in dicta leg. Deo nobis, C. de Episcop & Cleric.* quia licèt sit verum mortem ciuilem, aliquando morti naturali æquiparari, id tamen prouenit, quando ex mente contrahentium ita apparet, vt vna mors ex illis sufficiat: & ita obtinet text. *in dicta lege Deo nobis*, vbi casus mortis verificatur in professione Religionis resultans ex intentione contrahentium, quæ ea est, vt maritus liberetur ab obligatione restituendæ dotis; secus verò dicendum est eo casu, in quo non constat de mente cōtrahentium, sed ex ipsa natura contractus; solummodo mors naturalis desideratur, quia tunc ciuilis non sufficit, iuxta text. ita intelligendum, *in dicto capit. cum simus, de regular.* notat *Ang. consil.* 180. *Palacios Rubios in repetition. rubricæ, §.* 7. *numero* 2. *Parisius consilio* 15. *num.* 150. sed licet hæc tententia in Scholis, & in puncto iuris sit admissa, & ab omnibus Canonistis communiter approbata *in cap. in præsentia, de probationibus*; tamen hodie in praxi probabilior, illa est asserentium statim, ac parens profitetur, legitimam filijs deberi, & ita in Rota decisum esse, refert *Barbosa in dicto cap. cum simus, de regular. num.* 2. *apud finem, vbi plures Rotæ decisiones scribit.*

Ad textum in cap. super eo 9. de Regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Habitum recipiens professorum, vbi distincti sunt habitus compellitur, ibi, vel alibi esse Religiosus, sed si recepit habitum nouitiorum, potest ad sæculum redire.*

2 *Annus probationis ad Religionem ad quid fuerit statutus, & quæ ante professionem, quis ad sæculum redire poterit.*

3 *Cap. licèt* 18. *de regularibus. Concilium Tridentinum sessione* 25. *de regular. cap.* 19.

4 *Cap ex parte* 22. *de regularib. conciliatur cum cap. super eo* 9. *eiusdem tit.*

5 *Capit. insinuante* 7. *qui Cleric. vel vouentes.*

6 *Cap. consulti sumus* 20. *de regularib. proposuerit verbum quid significet.*

Cap.

Cap. Gonſaldus 1. 17. *quæſt.* 2. *cap. ex trãſmiſſa* 3. *de renuntiation.*

Proteſtatio in habitus ſuſceptione, quid operetur.

7 *Capit. non ſolum* 2. *de regularibus, libro* 6.

8 *Capit. beneficij* 4. *de regularibus, libro* 6.

9 *Cap. poſtulaſti* 21. *de regularib.*

1 CONCLVSIO. Qui recipiunt habitum profeſſorũ, vbi diſtincti ſunt habitus, compelluntur ibi, vel alibi eſſe Religioſi, ſed ſi tantum recipiunt habitum nouitiorum intra annum probationis ad ſæculum redire poſſunt, vel aliter concluſionem, hanc refert *Barboſ. in collectan. ad noſtrum text.* omninò videndus, conſonant text. *in cap. vidua* 4. *cap. ad noſtram* 8. *cap. conſulti ſumus* 20. *cap. ſtatuimus* 23. *hoc tit. cap.* 1. *cap. non ſolùm* 2 *cap. conſtitutionem, capit beneficium* 4. *hoc titulo, lib.* 6. *Clementin. eos, eodem titul. cap. quod interrogaſti* 17. *diſtinction. capit. quem progenitores* 20. *quæſtion.* 1. *l.* 7. *titul.* 7. *partit.* 1. Exornant *Thomas Sanchez de matrimonio, libro* 9. *diſputat.* 33. *num.* 19. *& libro* 7. *diſputat.* 34. *num.* 10. *& in præcepta Decalogi, lib.* 4. *cap.* 1. *numero* 20. *Barboſa de poteſtate Epiſcopi* 3. *parte, allegat.* 101. *numero* 37. *Tiraquellus de retractu, §.* 1. *gloſſa* 8. *numero* 27. *Surdus deciſione* 303. *Azor inſtitut. Moralium, part.* 1. *libro* 11. *capit.* 22. *& capit.* 20. *quæſtion.* 9. *Sayrius in claui Regia, libro* 6. *capit.* 2. *numero* 8. *Æmanuel Rodriguez quæſtion. regularium, tomo* 2. *quæſtion.* 127 *articulo* 2. *tomo* 3. *quæſtion.* 15. *artic.* 12. *Antonius Auguſtinus collectanea* 1. *decretalium, libro* 3. *titul.* 27. *capit.* 9. *Zerola in praxi Epiſcopali, part.* 1. verbo *Moniales, §.* 3. *& parte* 2. *eodem verbo, §.* 11. *Thomas Sanchez de matrimonio, libro* 7. *diſputat.* 34. *numero* 16. *Barboſa de poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *allegatione* 101. *num.* 37. *cum ab eo traditis in collectaneis ad noſtrum textum, Suarez de Religion. lib.* 1. *tractat. de voto, cap.* 2. *num.* 15.

2 Ratio eſt; ideò Clerici, qui Religionis habitum ſuſceperunt, & ante profeſsionem ad ſtatum ſæcularem ſunt reuerſi, aſtringendi ſunt aliam laxiorem Religionem eligere, ſi artiorem ſufficere noluerint, ne contra votum veniant, quod domino fecerant, *capit. conſulti, hoc titulo*; nam cum per habitus ſuſceptionem fiat tacita Religionis profeſsio, ex Eccleſiæ decreto; meritò Clerici, etiam ſi à Monaſterio, à quo habitum ſuſceperunt, recedere voluerint, cogendi ſunt aliam minorem Monaſticam vitam capeſere, quod ex eo prouenit; nam cum ibi non ſpecialiter, ſed generaliter Religioni acceptæ obligati ſint, minime compellendi ſunt in eadem Religione perſiſtere, ſed eis permittitur ad aliam minorem migrare; dummodo vitam ſæcularem non eligant, vlterius ideò in deciſione noſtri text. Clericum, qui habitum nouitiorum ſuſcepit, & in probatione eſt, permittitur ad ſæculum redire, quia iſte in Religionis ingreſſu nullum votum emiſsiſſe præſumitur; ſed conditionaliter eo ingreſſu cenſetur obſeruantiam regularem, & experientiam; ita vt ſi intra annum probationis, ſibi placuerit regulam Religionis profiteatur; ſi vero abſteritatem ſufficere noluerit ad ſæculum reuertatur, *dicto capit. conſulti ſumus*; qua propter, ſi ante ſuſceptum Religionis habitum voluntatem mutauerit ſecundum Benedicti regulam cum ſua veſte ad ſæculum redire non prohibetur, vt ex noſtri text. deciſione conſtat; *notat Barboſ. in Collectaneis ad noſtrum text. nu.* 4. *vbi Viuianus.*

3 Primò; contra primam noſtri text. partem obſtabit text. *in capit. licèt* 18. *hoc titulo*; ex quo probatur, quod ſi quis, ex Religione artiori ad aliam laxiorem tranſire voluerit, non poſſet, Pontifex proponit, quod Monachus ille abſque licentia ſui Prioris deſiderabat tranſire ad aliam Religionem, & reſpondit cum hac diſtinctione, aut is deſiderat tranſire ad artiorem, aut ad laxiorem Religionem, primo caſu petita, & non obtenta licentia ſuperioris migrare poterit, in ſecundo verò ſi ad laxiorem Religionem tranſire deſiderat abſque licentia, & authoritate Pontificis tranſire non poteſt: ex cuius deciſione apparet, quòd ſi qui habitum profeſſorum, vel Religionis aſſumunt, non poſſunt tranſire ex ſua Religione ad aliam, niſi ad artiorem: ergo minus rectè in textu noſtro permittitur Clericis ad minorem Religionem tranſire: Augetur difficultas ex Concilio Tridentino *ſeſsione* 25. *de regula-*

ribus, capit. 19. vbi nulli regulari permittitur, cuiuscũque facultatis vigore trãsire ad Religionem laxiorem, acpercõsequens minus rectè Pontifex in præsenti affirmat de licentia Pontificis posse regularem ad laxiorem transire Religionem, pro cuius text. solutione distinctio adhibenda est intereos, qui postquã specialiter habitum Religionis susceperunt, & eius regulam professi sunt, & inter eos, qui generaliter ex vi habitus susceptionis votum Religionis præstãdæ emissi sunt illi, namque ad alium locum, etiam exartioris Religionis prætextu transire, minimè permittuntur, cum secundum Apostolum sit, vt in ea vocatione permaneat quis, in qua dignoscitur esse vocatus; vt notat *Innocentius in d. cap. licèt*, nisi Pontificis interueniat authoritas; at verò illi, qui per tacitam promissionem ad ingressum Religionis obligati sunt, non obstringuntur ad certam, & determinatã Religionem, sed in genere, & indeterminatè ad quamcumque Religionem adstricti remanent; vndè cum in decisione nostri text. de generali promissione Pontifex loquatur; meritò, Clericis illis permittitur aliam laxiorem Religionem eligere, iuxtà text. *in capit. constitutionem, hoc tit. lib. 6.* Nec obstat difficultas desumpta, ex Concilio Tridentino *dict. sess. 25. de regularibus, cap.* 19. quia respondendũ est, decisionem illius Canonis intelligẽdam esse, quando quis expresè in aliqua Religione professionẽ emisit: tunc enim ad laxiorem transire non potest, nisi Pontificis authoritas interueniat: nam sola Prælati authoritas, non sufficit; secus tamen est, quando tacitè promissionem, seu professionem emisit; quia tunc, cum Religioni non certè adstringatur; sed generaliter omni Religioni, poterit ad laxiorem transire.

4 Secundò, obstabit *text. in cap. ex parte* 22. *hoc tit.* ex quo deducitur, quod si nõnulli habitum Religionis suscipiãt, intra annum, ad sæculum redire poterunt; siquidem, vt compellantur in Religione manere, desideratur, vt post annum habitum suscipiant, cuius species sic se habet. Quidam habitum Religionis susceperunt, & vltra annum habitũ Monachalem in Monasterio gestarunt, qui ad primum statum redire volebant; & respondit Pontifex, eos ad sæculum redire non posse, sed Ecclesiastica censura in Religione remanere compellendos esse. Ex cuius decisione deducitur, quod ad hoc, vt quis cõpellatur in Religione persistere, non sufficit, quod intrà annum habitum suscipiat, sed quod vltrà annum habitum gerat: ergo dicendum videbatur, in text. nostro Clericos non posse compelli, ad aliam laxiorem Religionem transire, ex eo quod intra annum habitũ Religionis suscepissent; imò eis permittendum videbatur secularem vitam peragere: vlterius, ex eadẽ decisione difficilis redditur nostri text. sententia, quatenus ex ea asserimus Clericum habitum Religionis suscipiẽtem ad laxiorem Religionis vitam trãsferri posse, si absterita tem Monasterij, in quo habitum susscepit sufferre noluerit; siquidem in prædicta specie constat, quòd si qui habitum Monachorum portarunt, si resilire voluerint, nõ ad aliam Religionem; imo in ea in qua habitum susscipere, Ecclesiastica censura compelluntur persistere: ergo non rectè in specie nostri text. Clericis illis permittitur ad laxiorem vitam reuerti; cum potiùs in eadem Religione persistere Ecclesiastica censura compellẽdi erant, sed huic difficultati respondendum est: Ideò in specie nostri text. Clerici illi, qui intra annum Religionem deserere voluerãt, aliam laxiorem eligere compelluntur; quia specialiter, & cum deliberata perssistendi voluntate, habitum Monachalem susceperunt; at verò *in dicto capit. ex parte* 22. hi, qui per plurimos annos habitum Monachalem gestarunt, non animo persistẽdi, quod iam habuerant; sed potiùs probationis causa gestarunt: vndè in eorum arbitrio fuit intrà annum Monasticam vitam deserere, & ad sæculum redire præcipuè cum nulla esset in Monasterio, de quo in prædicta decisione mentio fuit facta, habitus distinctio, inter professos, & nouitios, vt obstendit *Panorm. ibidem, num.* 2.

5 Tertiò, prædictis obstabit. textus *in capit. insinuante* 7. *qui Clerici, vel vouentes*, vbi Curiales Regis Legionensis supplicarunt ipsi Regi, vt Mariam faceret, cuidam viro in matrimonium copulare, simulque a consanguineis fuit persuasa, vt nullum in matrimonium acciperet, ipsa verò illi nubere noluit, vndè prædicti consanguinei ei consilium dederunt, vt votum castitatis emitteret, quod fecit in manibus cuiusdam,

dam, de Fratribus Diui Augustini, hoc adiecto tenore, vt in domo sua cum omni substantia remaneret, & sic in habitu eiusdem Ordinis per biennium permansit, postea verò fœmina asserebat se inuitam, & compulsam habitum suscepisse, & eo dimisso matrimonium publice contraxit; ex quo liberos suscepit, in qua facti contingentia; Pontifex respondit, quod cum coactio nulla, vel modica interueniisset, quam etiam patientia temporis sequētis profugauit, mulierem illam compellendam esse habitum malè dimissum reassumere, & seruare, quod vouit, & ad hoc (si opus fuerit) per censuram Ecclesiasticam compellendā esse. Ex qua specie illud, contra decisionem nostri text. infertur; scilicet, necessarium esse, vt votum solemne in manibus superioris sit factum, vt quis ad permanendum in Religione compellatur: ergo non sufficit sola habitus susceptio, cum proposito tantum, & intentione vitam mutandi. (vt in textu nostro asseritur) Sed huic dubio respōdendum est, *text. in dicto cap. insinuante*, non esse contrarium nostri text. decisioni; nam ibi non agitur de solemni professione, sed de tacita, vt in textu nostro. Et sola receptio habitus, & Religionis, perseuerantia, in ea fuit sufficiens ad hoc, quod prædicta mulier compellatur, male dimissum habitum reassumere, & quod vouit Deo seruare: & quod à principio non esset solemne constat, quia illa non in manibus superioris; sed Fratris eiusdem Ordinis Sancti Augustini, cui non erat ius incorporandi in Religione, votum emisit, & sic solemnizare non poterat, nec ratificare a superiore; quia suo nomine erat gestum, sed cum votum illud, licèt à principio simplex remansisset; tamen cum susceptione habitus, & proposita vitam mutandi, bene ex nostri tex. decisione fuit inductum, vt quāvis mulier illa posteà matrimoniū contraxisset, ad dimissum malè habitum resumendum compellatur, cum ex tanti temporis discursu, ex illa habitus delatione tacita professio præsumatur; notat *Barbosa in collectaneis, ad eundem tex. Abbas, & Hostiensis ibidem.*

6 Quartò, decisioni nostræ obstabit, text. *in cap. consulti sumus* 20. *hoc titulo*; vbi quidam Monasterium ingressus est, habitumque ibi nouitiorum assumpsit, quæritur vtrum, ante professionem emissam, & intra probationis tempus ei, licet de Monasterio exire, & absque nota apostasiæ ad sæculum migrare, in qua quæstione varij varias dixerunt opiniones. Innocentius tamen illius decisionis Author, distinctione adhibita opiniones illorum conciliauit; nam vel ille, qui conuersus est absolutè proposuit sęcularem vitam mutare; ita vt in habitu regulari Deo perpetuo mācipetur, vel tantum voluit regularem obseruantiam experiri: primo enim casu, & si non possit ad sæcularem vitam redire, laxiorem tamen regulam eligere compellitur. In secundo verò casu licitè poterit vitam regularem deserēdo, sęcularem eligere: dum tamen abinitio suum propositum, & intentionem protestetur, asserendo se tantum probationis causa, non animo mutandi vitam habitum nouitiorum suscepisse, ex qua decisione duplex procedit difficultas, prima ex verbis illis, *Proposuerit absolutè vitam mutare.* Ex quibus deducitur solummodo sufficere propositum mutandi vitam, & persistendi in Religione, absque eo quod interueniat votum, vel promissio: ergo non rectè in præsenti Pontifex. Ideo Clericis, non permittit ad vitam sæcularem transire, ne contra votum, quo Deo perpetuo sē manciparunt discedant, cum etiam si votum non interueniisset, sed tantum propositum idem obseruari deberet, *vt in dicto capit. consulti* 20. *hoc titulo.* Secunda difficultas, nascitur ex eo, *quia in dicto capit. consulti* 20. Pontifex affirmat, præcedere debere protestationem ex parte illius, qui habitum nouitiorū suscepit, etiam probationis causa, cum hæc non sit necessaria, vt constat *ex textu nostro, & in capit. statuimus* 23. *hoc titulo*: ergo ad hoc, vt possit nouitius, qui probationis causa habitum suscepit ad pristinum statum redire, non est necessaria voluntatis protestatio, sed solùm sufficit, quod generaliter habitum suscipiat, vt præsumatur probationis causa Religionem ingredi, *vt in dicto capit. statuimus.* Quibus difficultatibus, vt satisfaciamus ad notandum est, primam non obstare nam, & si Pontifex, verbo illo *Proposuerit*, vtatur, non tamen est intelligendum, de propposito nudo, sed de promissione confirmata, vel vestita, seu proposito, quæ promissio ex habitus susceptione de-

deducitur; siquidem solum propositum suscipiendi habitum Monachalem, non inducit voti obligationem, nisi susceptione firmetur. Notat *Thomas Sanchez de matrimonio, libro 9. disputatione 33. numero 18. & in præcepta Decalogi, tomo 1. libro 4. capit. 1. numero 20. Barbosa in dicto capit. consulti, numero 3.* ita etiam est intelligendus, *text. in capit. Gonsaldus 17. quæst. 2. capit. ex transmissa 3. de renuntiatione*; vbi probatur, quòd etiam si interueniat votum Religionis, poterit nouitius intrà annum, ad sæculum redire; nam & si *in dicto capit. transmissa mentio voti fiat*, non est intelligendus, de propria voti significatione; ita vt votum simplex significet, sed tantum desiderium, vel votum, quod postea proposuit emittere; ita Panormitanus, & Archidiaconus ibidem. Nec obstat secunda difficultas, quæ ex vltimis illius textus verbis deducitur; scilicèt, protestationem esse necessariam ad hoc, vt quis possit ad sæculum redire; nam prima *Gloss. in dicto capit. consulti*, verbo *Distinguendum*, vt difficultatem componat existimat Innocentij decretum, *in dicto capit. consulti*, abrogatum esse per decisionem Gregorij, *in dicto capit. statuimus 23. hoc titulo.* Ex quo constat illum, qui nouitiorum habitum suscepit, etiam si nulla interueniat protestatio liberè, posse sæcularem vitam assumere, nisi contrarium appareat, vel aliter poterit responderi cum Panormitano *in dicto cap. consulti*, quòd eius decisio procedat ad hoc, vt ipse teneatur præcisè in eadem Religione permanere, nisi protestatio interueniat, non verò, vt ab Ecclesia compellatur, quę cum nō adstringat vitam Monasticam peragere, nisi probetur eum animo persistendi habitum suscepisse, *dicto cap. statuimus*; hodie verò ex Concilio Tridentino *sess. 25. de regularibus, cap. 15.* nulla professio valet intra probationis annum facta.

7 Quinto, eodemque modo est interpretandus text. *in cap. non solùm 2. de regularibus, lib. 6.* vbi sub excommunicationis pœna districtiùs inhibetur, intra annum probationis, quemquā impediri ad sæculū redire, sicut de sua voluntate processerit, nisi maior quatuordecim annis, tacitè, vel expressè professus sit, aut euidenter constet illum vitam mutare voluisse, vel ex clara probatione, seu competentibus inditijs constiterit. Ratio est, quia quoad Ecclesiæ forum (vt supra diximus) tantum valet expressa professio, ac tacita, vel propositum mutandi vitam, cum susceptione habitus Religionis, si clara probatione, vel competentibus inditijs comprobari poterit, quia cum res iam sit publica, & Ecclesiæ nota; ideò non permittitur tali personæ libere recedere, sine legitima causa; notat *Suar. de Religion. lib 1. tract. de voto, capit. 2. num. 15. Barbosa in collectaneis, ad nostrum text. in dicto cap. statuimus, hoc tit.*

8 Sextò, ex eodem filio infertur interpretatio ad text. *in cap. beneficij 4. de regularib. lib. 6.* vbi Bonifacius VIII. statuit nouitium intra annum probationis ante professionem emissam, non posse beneficio expoliari, quod in sæculo habebat, nisi constet absolutè vitam velle mutare; quia eo in casu etiam Pontifex voluit, ac in illis, in quibus fuit facta tacita professio, vel expresse, vt etiam ante professionem, & solemne votū posset quis beneficio priuari, ne fortè illa occasione omitteret implere obligationem suam, de qua sufficienter Ecclesiæ constabat per habitus Religionis susceptionem, & protestationem voti, seu propositi mutandi vitam; docet *Suar. vbi supr, Æman. Rodriguez quæstion. regular. tom. 3. quæst. 15. art. 12. Barbos. in collect. ad text. in d. cap. consulti 20. hoc tit.*

9 Septimò, aduersus vltimam nostri text. partem, quatenus docet propositū in probationis anno, non impedire quo minus possit ad sæculum redire; obstabit tex. *in cap. postulasti 21. hoc tit.* Ex quo probatur, quod ad hoc, vt quis ad sæculum redire possit intra annum probationis necessarium est, quod sit minor; cuius species sic se habet: quidam minores habitū Religionis susceperunt postmodum ante factam professionem ad suas Ecclesias reuersi sunt, quæstio est: vtrùm debeant in suis Ecclesijs remanere? Pōtifex respondit, in suis Ecclesijs remanere posse, quia minores sunt. Ecce text. vbi permittitur eis, qui habitum Religionis assumunt ad sæculum redire, si minores sunt: ergo si maiores fuerint, & intra annum habitum sumpserint, non poterunt ad sæculum redire; siquidem, ex illius decisione necessarium est, quod minores sint ad hoc, vt possint ad sæculum redire; cui dubio respondendum est; ideo in prædicta specie

fuis-

fuisse propositam quæstionem de minoribus, quia dubium non fuit; vtrum hi, qui nouitiorum habitum susceperunt probationis, tantum causa possint, intrà annum pœnitere; sed loquitur de his, qui animo persistẽdi, & mutandi vitam Monasterium ingressi sunt, qui licet in ea permanere, vel aliam minorem eligere compellatur; minoribus tamen ob ætatis imbecilitatem permittitur ad sæculum redire; etiam si mutare vitam absolutè proposuissent; vndè cum adinstar eorum, qui probationis tãtum causa habitum susceperunt prædicti minores iudicentur; merito, eos Pontifex Ecclesiastici Beneficij capaces efficit, permittitque, vt possint ad sacros ordines promoueri; notat *Panormitanus in dicto cap. postulasti 21. & Barbos. in collectaneis, ad eundem text. vide à me tractanda in cap. 1. de voto, num. 13. & in cap. 2. de testamentis, vbi latè scripsi.*

DE CONVERSIONE CONIVgatorum.

TITVLVS XXXII.

Ad textum in cap. præterea 1. capit. quidam 3. cap. cum sis præditus 4. capit. coniugatus 5. cap. vxoratus 8. capit. ex parte 9. capit. consuluit 10. capit. placet 12. capit. ad Apostolicam 13. capit. accedens 17. cap. significauit 18. cum alijs hoc titulo, de Conuersione Coniugatorum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, si vxore consentiente Religionem professus fuerit, ac vxori restitutus, & ea defuncta aliam super induxerit, debet ea dimissa ad Monasterium redire.*

2 *Religionis professio consentiente vxore valida est quoad maritum secus, quoad vxorem.*

Professio à marito emissa, de licentia vxoris, sibi, vel metu facta est non tenet.

Professio Religionis à marito facta, si mulier sex, vel iuuenis est, quomodo admittatur?

3 *Cap. 1. cap. ex parte 9. de conuersatione coniugatorum.*

4 *Vxorem sæculo remanente, à maritus possit ad Religionem transire.*

5 *Cap. consuluit 10. de conuersione coniugatorum.*

6 *Cap. qui vxorem 33. quæst. 5.*

7 *Cap. Agatossa 27. quæst. 2. conciliatur cum cap. ex parte 9. de conuersatione cõiugatorum.*

8 *Cap. præterea 1. de conuersione coniugatorum.*

Maritus, vt Religionem profiteatur, si vxor iuuenis est illa, etiam debet Religionem profiteri, si verò senex votum solemne castitatis emittere.

9 *Cap. coniugatus 5. de conuersione coniugatorum.*

Cap. Episcopus 77. distinct.

Coniugatus, quomodo, & quando consentiente vxore, possit Sacros Ordines suscipere.

10 *Cap. cum causa 6. de raptoribus.*

11 *Cap. quidam 3. de conuersatione coniugatorum.*

Cap. placuit 12. de conuersatione coniugatorum.

12 *Cap. veniens 16. de conuersatione coniugatorum.*

Cõiuges separantur propter adulterium, vel infidelitatem.

13 *Cap. 1. de conuersione coniugatorum, cap. si vir, & vxor 27. quæst. 2.*

1 CONCLVSIO. Quæ ex omnibus his iuribus deduci solet, hæc est: *Si maritus vxore consentiente Religionẽ professus fuerit, ac vxori restitutus, & ea defuncta aliam super inducens, debet ea dimissa ad Monasterium, quod verè professus fuit redire.* Quæ conclusio vltrà iura, suprà adducta comprobatur, etiam ex textu *in cap. notificasti, cap. qui vxorem, capit. quod Deo 33. quæst. 5. cap. si vir, & vxor, cap. Agatossa 27. quæst. 2. cap. multorum 20. cap. si quis coniugatus 22. capit. si vir, & vxor 23. cap. quia Agato 25. cap. scripsit 26. eadem 27. quæst. 2. l. Deo nobis 42. Cod. de Episcopis, & Clericis, Authentic. de nuptijs, §. Secundum occasionem, nouel. 22. §. Irreprehensibile, nouel. 167. §. Prædictis quidam, nouel. 23. l. 12. titul. 7. partit. 1.* Exornant *Hostiensis in summa, huius tit. num. 2. Turrecremata, Archidiaconus, & antiquiores omnes, in dicto cap. Agatossa, & in dictis iuribus, Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, disputatione 33. Suarez 3. tomo de Religione, lib. 6. cap. 7. & lib. 9. cap. 4. num 2. & vltimo, Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 3. Belarminus lib. 2. de Monachis, cap. 35. Gutierrez de matrimonio, cap. 95. Lesius lib. 2. de iustitia, & iure, cap. 41. dubitatione 3. numero 25. Nauarrus lib 3. consiliorum tit. de conuersione coniugatorum, consilio 5. Petrus Gregorius lib. 9. syntagmatum, capit. 15. numero 8. Syluester,* verbo *Matrimonium 8. quæst. 12. dubitatione 4. Sotus in 4. distinctione 27. quæstione 1. articul. 4. columna vltima, Basilius de matrimonio, lib. 7. cap. 25.* Idem *de impedimentis, cap. 30. §. 2. & cap. 9. §. 1.* cum traditis *à Barbosa in collectaneis in dictis iuribus.*

2 Ratio, quare maritus, qui cõsentiente vxore in sæculo remanẽte, si Religionem fuerit ingressus, ac vxori restituerit, tenetur ea defuncta, & dimissa secunda, quam sibi temere copulauit, ad Monasterium redire, ea est, quia mariti professio valida fuit, cum consensu, & voluntate vxoris facta fuisset, quæ vtriusque voluntas, ad eius validitatem sufficit, *dicto cap. Agatossa 27. quæst. 2. cap. qui vxorem 23. quæst. 5. cap. consuluit 10. hoc titulo*; siquidem nulla fit iniuria vxori, quæ spontaneam licentiam marito profitendi dedit; notat *Suarez vbi suprà, dicto lib. 6. cap. 7. num. 9. Thomas Sanchez dicta disputat. 33. num. 4. Abbas in præsenti, numer. 2. & 3. & in cap. vxoratus, num. 5. hoc titulo*, quod viri votum, licèt in se validum sit, cum debitum exigere non possit, quia consensum habuit vxoris; tamen, quoad vxorem firmum, & irreuocabile non est, eo quòd vxor, quæ in sæculo remansit iuuenis, & de incontinentia suspecta erat, cuius sola voluntas licitam, & firmam, non redit mariti professionem; cum eius quoque conuersio consideretur, *cap. cum sis, cap. vxoratus, cap. ad Apostolicam, hoc titulo*; ideòque, quoad thorum vxoris debuit reuocari, nec ipsa libera in sæculo manens relinquatur in periculo viuendi, cum iniuria creatoris, vndè cessante suspitione ipsius vxoris per mortem eiusdem, quæ suspicio sola efficaciam voti impediebat, compellitur vir redire ad Monasterium, & à secunda coniuge separari; cum qua initum matrimonium nullum est ratione voti solemnis, in professione illa valida emissio, docet *Abbas in præsenti, numer. 2. Hostiensis 1. Thomas Sanchez dicta disp. 33. num. 5. Suar. dicto cap. 7. num. 9.*

3 Primo, aduersus Vrbanum Tertium *in dicto capit. ex parte 9. hoc titulo*, quatenus docet vxorem, cuius licentia, & permissione maritus professionem, emisit posse ipsum, iam professum repetere. Obstabit sequens dubitandi ratio; nam vxor in sæculo remanens, quæ marito Monachalem habitum suscipiẽdi licentiam præstitit, nulla ei efficitur iniuria, nec videtur maritus vxorem fraudare, quæ sciuit, & consensit, *capit. scienti, de regulis iuris, lib. 6. l. nemo videtur fraudare, ff. eodem.* Ergo si coniugi in sæculo manenti, non est facta iniuria suum maritum repetenti ad vsum matrimonij, non erit redendus, nec restituendus; siquidem restitutio solummodo locum habet, vbi præcessit iniuria, vel in re ipsa exitit. Augetur difficultas, ex eo, quod vxor per spontaneum consen-

ſenſum marito præſtitum iuri ſuo ceſsit, quod contra eum habebat, quod ſtatim per profeſsionem fuit adquiſitum Deo, & Religioni. ergo priuanda nō erit Religio iure ſuo, iam ſibi adquiſito, quod ſimul vir, & vxor, quatenus ad illum reſtabat illi donauerat: ergo minus rectè, *in dicto cap. ex parte 9.* Vrbanus III. docet, quod ſi vxor, quæ licentiam dedit, & non fuit conuerſa, ſuum ſocium, iam profeſſum petat, illi redendus eſt ad vſum matrimonij. Qua difficultate antiquiores, ita ſunt oppreſsi, quod exiſtiment vxorem, cuius conſenſu maritus profeſſus eſt, non poſſe virum a Monaſterio reuocare; & aſſerunt non obſtare, *text. in dicto cap. 1. cap. ex parte 9. hoc titulo*; quia iura illa procedunt caſum, in quo licentia ab vxore per vim, & metū fuit ex torta, quę mariti profeſsi repetitionem impedire, non poterat, *capit. accedens, hoc titulo, Thomas Sanchez vbi ſuprà, lib. 7. diſput. 35. gloſſa finali, in cap. 1. & Gloſſ.* verbo *Conſentiente, in cap. ex parte 9. hoc titulo.* Verùm hæc opinio fere omnium interpretatum placito reij citur, quia diuinationis vitio laborat, & aperte oponitur verbis textus, *in d. cap. 1. cap. ex parte 9. hoc titulo*; quæ iura, & ſi expreſse nō cabeant profeſsionem mariti validam eſſe; tamen aſſerunt maritum, ſic profeſſum mortua vxore teneri ad Religionem reuerti, ad quam redire nō deberet; niſi profeſsio valida fuiſſet, & expreſsè, *text. in dicto cap. ex parte 9.* ſignificat ſecundum matrimoniū à tali profeſſo factum mortua prima vxore, nullum fuiſſe; nam ſeparatio à ſecunda vxore præcipitur, & reuerſio ad Religionem iniungitur; & ita ſupponit, validam fuiſſe profeſsionem; ſed ſi à marito emiſſa fuerit, de licentia vxoris per vim, & metum, ex torto accipi non poteſt, vt conſtat ex illis verbis *De licentia, & permiſsione vxoris*, quæ verba validā profeſsionem ſupponunt. Notat *Thomas Sanchez dicto cap. 7. num.* 11. Quare alij interpretes exiſtimarunt, diſcrimen conſtituendum eſſe inter eum caſum, quo vxor manens in ſæculo, quæ licentiam dedit viro profitendi, conſcia erat iuris diſponentis virum, non poſſe Religionem profiteri, niſi ipſa licentiam cōcedens voueat, etiam caſtitatem, ſi ſenes ſit, ſi vero iuuenis, pariter ingrediatur Religionē, & inter caſum, quo huius iuris inſcia erat, in primo enim caſu inquiunt interpretes, non poſſe vxorem virum profeſſum à Monaſterio reuocare, ſed vxor in ſæculo remanens, cogitur votum caſtitatis emittere, vel Religionem profiteri; quia vxor manens in ſæculo dum conſcia iuris fuit prævia illa licentia, videtur tacitè vocare, & ad id ſe abſtringere, quoad ipſius ingreſſus valorem irreuocabilem conſideratur; nam volens aliquid, videtur velle id omne, per quod peruenitur ad illud, *capit. prudentiam, de officio delegati, leg. ad rem mobilem, leg. ad legatum, ff. de Procuratoribus*; cum non videatur velle actum fruſtraneum efficere. In ſecundo verò caſu, quando coniux in ſæculo manens, ius illud ignorabat: ſocium iam profeſſum repetendi poteſtatem habet, quia tunc ratione ignorantiæ, non poteſt in tali coniuge præſumi voluntas vouendi perpetuam caſtitatem, aut Religionem, & ideo vouere non cogitur, & quia permitti, non debet liberam permanere in ſæculo, ſine ſuo coniuge; & ideo illi redendus, & reſtituendus eſt, & in hoc ſecundo caſu aſſerunt procedere, *text. in dicto cap. 1. cap. ex parte 9. hoc titulo*; *ita Gloſſ. in cap. qui vxorem 33. quæſt. 5. Gloſſ.* verbo *Vel ipſa, in dicto capit. Agatoſſa 27. quæſt. 2. Panormitanus in præſenti, num. 4. & 8. & in dicto cap. ex parte, num. 4. Thomas Sanchez dicto lib. 7. diſputatione 33. num. 14.* Sed hæc interpretatio conuincitur, ex eo, quia Vrbanus III. *in dict. capit. ex parte 9.* abſolute, & ſine vlla diſtinctione affirmat, vxorem conſentientem mariti profeſsioni illum, iam conuerſum à Monaſterio reuocare poſſe, nulla facta mentione talis ignorantiæ, & ita nos diſtinguere non debemus, *argumento text. in l. 1. §. Generaliter, ff. de legatis præſtandis.* Prætereà, quia vxor manens in ſæculo nō præſumitur vouiſſe caſtitatem, aut Religionem, eo quod ſciat ius, hoc præſcribens, quia fieri potuit, vt ipſa noluerit implere tale ius, ſed tantum dare licentiam, vt maritus videat, ſeu meditetur, quid facere poteſt, vel relinquere Prælatis eam curam, vt ipſi proſpiciant talem profeſsionem poſsint admittere, necne, ne videatur peccare vxor, quæ non inducit maritū ad profeſsionem faciendam, ſed tantum quantum in ipſa eſt, permittit profeſsionem fieri, nec tenetur facere, omne id, quod permiſſum eſt ad mariti licitā profeſsionem, nec etiam debet contradice-

dicere, quia hoc ad eius officium non expectat, nec præsumi potest vxorem votũ continentiæ, vel Religionis emisisse, nec illud sufficienter vouisse præsumitur. Quare ad illud emittendum cogi non potest, propter scientiam iuris, magis quam si illam non habuisset; imò ētiam, si in eo peccasset ad id compelli, non poterat, cum pœna hæc non sit proportionata culpæ; nec vllo iure inuenitur imposita, & licèt vxoris licentia effectum nõ habeat, nisi ipsa vouente; tamen si hoc ius præcipiens seruatum non est, propterea non debet cõpelli vouere; quia potiùs maritus professionem faciens, vel Prælatus ius illud transgreditur, quàm vxor ipsa, quæ professioni mariti consensum præstitit. Si autem vxor, quæ in sæculo manſit vouere, non cogitur æquum est, vt ei reddatur, ne libera in sæculo manens relinquatur in periculo viuendi, cum castitatis iactura; quare his, & alijs omissis magis veriorem esse existimo, quam refert eruditissimus, summãque laude dignus mihique semper colendissimus primarius, & Collega noster Doctor D. Ioannes Rodriguez de Armenteras, in commẽtarijs, quæ discipulis recitauit in omnibus iuribus Vrbani III. præcipuè *in d. cap. ex parte 9. hoc titulo*; dum asserit cõiugem in sæculo manentem, quæ licẽtiam dedit marito, nullum ex eo votum Religionis, vel castitatis emisisse, & sic ex iuris Canonici concessione suum socium, seu maritum repetere posse; nam quantumcumque illa voluerit iuri suo renuntiare; Ecclesia tamen non vult, nec præsumitur illam renuntiationem acceptare, nisi sub ea conditione, vt ipsa etiam ad frugem melioris vitæ conuertatur; quæ conditio ex volũtate ipsius Ecclesiæ semper pendet; & ideò si illam implere, non vult renuntiatio manet in acceptata, atque ideo non habet effectum. Nec etiam obstat ius, quod professionem adquisitam videtur Deo, & Religioni, quia non potuit ei maius ius adquiri, quam quãtum vxori erat quæsitum, quæ vxor, quoad vsum coniugalem prærertur; siquidem sub ea tacita conditione Deo fit; scilicet, si aliter cõiux conuerti voluerit, cum renuntiatio aliter facta, non præsumatur; siquidem Religio, non potest professionem illam acceptare, quam sub modo ei ab Ecclesia præscripto, nec repetitio coniugis professi remaneri potest; etiam si licentia à viro, vel vxore præstita sit. Cuius prætextu nulla fuit ipsi Religioni iniuria facta, per huiusmodi professionem; siquidem satis sit, quod non fuerit iuri suo Religio priuata, quia eius renuntiatio, non fuit aliter acceptata, quod quidem Ecclesia, non constituit in eius fauorem, sed in fauorem pudicitiæ, & castitatis cõiugalis, cuius læsione, vel morali periculo, non placet separatio alterius coniugis; meritò, coniux manens in sæculo potest, non obstante licentia ab ea præstita, maritũ repetere, & Monasterium similiter obligare eum restituere, seu liberam facultatem ei dare; quamvis propter scandalum vitandum, id fieri debeat authoritate Iudicis competentis; notat *Suarez 3. tom. de Religione, libro 6. capit. 7. numero 13. cum sequentibus.*

4 Secundò, aduersus ea, quæ refert text. *in dicto cap. ex parte 9. hoc tit.* quatenus probat maritum illum professum a Monasterio reuocatum, & vxori restitutum teneri, ea defuncta, & vxore postea ducta, ea secunda dimissa, ad Monasterium a quo per priorem vxorem reuocatus fuerat redire. Obstabit sequens consideratio; videlicèt, quod professio à marito in prædicta specie facta invalida fuit, nam vxore sua in sæculo remanente, non poterat maritus ad Religionem transire, vt constat *ex dicto capit. ex parte*, versiculo *Quia verò*, & ita ad summum inducere potuit obligationẽ simplicis voti, iuxta text. *in capit. quidam 4. hoc titulo*; sed votum simplex, licèt matrimonium contrahendum impediat; tamen post contractum non dirimit, *cap. meminimus, capit. rursus, qui Clerici, vel vouentes, Suarez 3. tomo de Religione, lib. 9. cap. 4.* Ergo maritus cum ibidem simplex votum Religionis, emisisse credatur prima defuncta, si secundam duxerit poterit cum ea remanere, nec ad Monasterium redire compellẽdus erat, & consequenter minus rectè contrariũ, *in dict. cap. ex parte 9. hoc titulo*, statutum est verum huic dubio respondeti debet Religionis votum, *in dicto cap. ex parte 9.* à marito emissum consentiente vxore, quæ in sæculo remansit, validum, & solemne fuisse, quia emissum fuit præhabito vxoris consensu, qui solus necessarius est, & sufficiens ad valorem professionis, sed quia vxor ipsa castitatem, nõ vo-

vouerat; ideò illa viuente reditus eſt ei maritus, vt ipſa ſuo iure y tatur, & caſtitatem, quam non promiſſerat ſeruare non cogitur, illa vero mortua, non potuit ſimile ius alteri vxori adquiri; nam ſi profeſsio valida fuit, & morte vxoris impedimentum eſt ſublatum, non poteſt ab obligatione in Monaſterium reuertendi excuſari, & hac de cauſa nullum, *in dicto cap. ex parte* 9. decernitur matrimonium cum ſecunda vxore contractum, & obligatio marito imponitur, ea dimiſſa, ad Religionem, quam profeſſus fuit redeundi; notat *Suarez de Religione 3. tomo, libro 9. cap. 4. numero* 23.

5 Tertiò, aduerſus deciſionem, *ex text. in dicto capit. ex parte 9. hoc titulo*; quatenus docet maritum, qui vxore conſentiente Religionem, ingreditur; teneri ea defuncta ad Monaſterium redire, à quo ab ipſa reuocatus fuit. Obſtabit text. *in capit. conſuluit* 10. *hoc titulo*; vbi conſultus Pontifex de marito, qui profeſſus fuit, manſitque in Religione, vſque ad vxoris mortem, an poſsit ex religione exire, & vxorem ducere ductamque retinere? Conſultationi reſpondit Clemens III. quod prædictus vir, nec habitum poteſt abijcere, quem aſſumpſit, nec aliquam, ſibi matrimonium copulare, qui ſi contraxerit matrimonium irritum, & nullius momenti erit. Ex quo text. manifeſtè colligitur, quòd maritus, qui non habuit expreſſum conſenſum vxoris in ſæculo manentis, ſi Religionem ingrediatur, tenetur ea defuncta in Religione manere, & conſequenter validam emiſsiſſe profeſsionem; igitur vxoris licētia minime neceſſaria eſt, ad hoc, vt eius vir Religionem valeat profiteri. Difficultatem agnouit, *Gloſſa*, verbo *Tranſiens*, & verbo *Dirimendum, in dicto cap. ex parte 9. hoc titulo*, & vt eam diſſoluat opinatur, text. *in dicto cap. conſuluit* 10. *hoc titulo*; eſſe intelligēdum caſu, quo præhabita vxoris licentia, quæ ſenes erat, vel ſi iuuenis, promiſsit Religionem ingredi; tunc enim votum à marito emiſſum ſolemne, & validum deciditur, *dicto capit. Agatoſſa* 27. *quæſtione* 2. *capit. cum ſis, capit. ad Apoſtolicam hoc titulo*, & hac de cauſa cogitur vir in Religione perſeuerare, quæ Gloſſæ interpretatio valdè impugnatur ab Abbate, *in dict. capit. conſuluit* 10. *numero* 1. *quare ipſe Abbas ibidem, numero* 2. aſſerit quod ideò, *in d. cap. conſuluit* 10. Maritus Religionē profeſſus vxore mortua, non poteſt aliam ducere, & ſi duxerit illam relinquere debet, & in Monaſterio remanere, quia profeſſus ille ab vxore ſuperſtite reuocatus non fuerat, & ea ingreſſa viā vniuerſæ carnis; etiam valida, & perfecta fuit profeſsio, cum morte eiuſdem oblatum ſit obſtaculum eius firmitati aduerſum maximè, cum vxor in ſæculo relicta, voto vitæ ſuæ ſpacio diſsimulauit, cum reclamare poſſet, & virum de Monaſterio reuocare, quæ diſsimulatio, & tacurnitas vxoris ſcientis, vſque ad mortem viri ſui in Religionem ingreſsi cōſenſum inducit, & ratam efficit profeſsionem. Notat *Zauarela, Butrius, & Archidiaconus ibidem, num. fin. Enrichus in cap. placuit, num.* 4. *hoc titulo*. Sed licèt hæc interpretatio, communi interpretum placito recepta ſit, nobis tamen placere, non poteſt ea; ſcilicet ratione, quia ibidem profeſsio mariti, abſque vxoris licentia facta, nulla eſt ipſo iure, *cap.* 2. *capit. placet, capit. quidam, de conuerſione coniugatorum, capit. cura ſola* 33. *quæſt.* 5. *Thomas Sanchez dicto lib.* 7. *diſputatione* 34. & ita minimè poteſt reſtaurari, nec vires aſſumere ex alterius coniugis morte; quare ea omiſſa, magis veriorem eſſe exiſtimo, quam refert *Sanch. dicta diſput.* 34. *num.* 18. *& diſp.* 35. *num.* 15. dum aſſerit; *ideò in dicto capit. conſuluit* 10. ratam fuiſſe profeſsionem à marito factam, abſque vxoris licentia, quia ipſe maritus poſtea, poſt mortem vxoris in eam expreſsè cōſenſit, vel ratam habuit, & hac ratione profeſſus vir, non poteſt vxore defuncta ad ſæculum redire; nec aliud contrahere matrimonium: idque contractum irritum erit, ſed potiùs in Monaſterium, quo intrauit perſeuerare cogendus eſt. Quam interpretationem etiam ſentit, *Gloſſ. in dicto capit. conſuluit*, verbo *Dirimendum, Angelus in ſumma*, verbo *Matrimonium*, 4. *num.* 16.

6 Quartò, contra deciſionem text. *in dicto cap. ex parte* 9. *hoc titul.* Obſtabit text. *in cap. qui vxorem* 33. *quæſt.* 5. vbi ex Concilio Remenſi docemur, quòd qui vxorem ſuam velare permiſsit, aliā accipere non poteſt, ſed ſimiliter conuerti debet: Igitur vxor *in dicto capit. ex parte* 9. quæ mariti profeſsioni conſenſum præſtitit in ſæculum remanere non po-

potuit; sed similem debuit professionē facere. Cui difficultati, vt respondeamus, omissa solutione glossæ, *in dict. capit. ex parte*, verbo *De iure*, & *in dicto capite Agatossa*, verbo *Vel ipsa*; obseruandum est, sanctionum Patrum institutionibus cautum esse, quod vir vxore sua, aut vxor viro suo, non assumente Religionis habitum, non debeat ad Religionem transire, nec alterius conuersio permittitur, nisi vterque ad Religionem migrauerit, *cap sunt, qui dicunt, cap. Agatossa, capit. quia Agato, cap. scripsit, capit. si quis coniugatus, capit. si vir, & vxor 27. quæst. 2. cap. cum sis præditus, cap. ad Apostolicam, hoc titulo.* Nam cum vtriusque coniugis corpus copulatione ipsa sit vnicum factum, incongruum est in partē conuerti, & partem in sæculo remanere, *dicto capit. Agatossa, in fine, dicto capit. quid Agato, Thomas Sanchez dicto lib. 7. disputat. 32.* nisi vxor adeò integræ opinionis existat, quod nulla suspitio marito habeatur eam ad secunda vota velle migrare, vel quod minus continenter debeat viuere, nam si talis extiterit marito eius in Monachorum consortio recepto, ipsa publicè in conspectu Ecclesiæ continentiam professa in domo propria, cum filijs, & familia poterit permanere, *dicto cap. si quis coniugatus 27. quæst. 2. cap. cum sis, capit. vxoratus, hoc titulo*; vel si ita senex, & sterilis est, quod sine suspitione possit in sæculo remanere; tunc enim cum nullum existat continētiæ periculum recte viri trāsitus ad Religionem permittitur, ea priùs votum castitatis vouente: Cæterum si iuuenis sit, vt meritò de incontinentia suspecta redatur, non potest vir eiusdem ad Religionem migrare, ea in sæculo remanente; sed vterque debet vitam regularem assumere, ne illius conuersio vxori relictæ, in sæculo fieri possit perditionis occasio, *dicto cap. Agatossa, cum similibus.* Id enim fieri debet, vt legitimè, & licite fiat professio firma, & valida remaneat, vt relaxationi non sit locus, iuxta quam doctrinam est intelligendus, *text. in dict. capit. qui vxorem 33. quæst. 5.* nam dum docet virū professioni vxoris consentiē tem debere similiter conuerti; procedit eo in casu, quo ipse iuuenis erat, & de incontinentia suspectus; nam tunc etiā conuerti debet, vt vxoris eius legitima professio sit; si vero forma hæc à Sacris Canonibus præscripta seruata non est, sed vir licentia sola vxoris in sæculo rē manentis, quæ votum castitatis, vel Religionis non emisit, non propterea debet irritari professio, sed valida manet; nam licèt sic professus ab altero coniuge in sæculo remanente possit repeti, eo tamen defuncto debet ad suum Monasterium reuerti ratione voti, quod sine salutis suæ periculo violare non potest, *cap. 1. cap. ex parte 9. capit. consuluit 10. hoc titulo*: quæ iura licèt expostulent, vt coniux incontinens, simul etiam cum conuersio profiteatur, vt legitimè fiat professio, non tamen irritam professionem reddunt contra factam; siquidē multa fieri prohibentur, quę tamen facta tenent, *cap. ad Apostolicam, de regularibus*; docet *Gloss.* verbo *Nullatenus, in cap. 18. hoc titulo, Abbas ibidem, numero 8. Enriquez 9. Ancarranus 3. Thomas Sanchez dicto lib. 7. disput. 33. num. 2. Gregorius Lopez Gloss.* verbo *Vale el casamiento, in l. 12. tit. 7. part. 1.*

7 His omnibus obstabit, *text. in cap. Agatossa 27. quæst. 2.* vbi Gregorius Pontifex, Adriano, Panormitano, Notario *lib. 9. Epistola 43.* scribit Agatossam mulierem, coram eo conquestam fuisse maritum suum, contra voluntatem suam in Monasterio Vmbici Abbatis esse cōuersum, quod quia ad eiusdem Abbatis culpam, & inuidiam, non est dubiū pertinere experientiæ suæ præcepit, vt diligenti inquisitioni discutiat, ne fortè cū eius voluntate conuersus sit, vel ipsa se mutare promisserit, & si hoc repererit, & illum in Monasterio remanere prouideat, & hanc sicut promisit, mutare compellat: si verò nihil horum factum est, & ipsa in fornicationis crimen lapsa, non est reddere ei debeat maritum suū, omni excusatione cessante, quo loci illa Pontificis attendite verba, versicul. *Ne fortè, cum eius voluntate conuersus sit, vel ipsa se mutari promiserit*, iuncto versiculo *Si verò nihil horum factum est*; quæ verba planè obstendunt maritum, cum vxoris voluntate Religionem ingressum in ea remanere debere, nec posse ab vxore repeti; nam Pontifex distinctione locutus fuit nimirum, si vxor consensum præstitit, aut pariter conuersa est, & in quocūque illorum euentu validam, & firmam esse professionem declarat. Igitur vxor in sæculo remanens, quæ professioni viri sui consensit ipsum, de Monasterio repetere prohibetur, contra Vrbani III.

de-

decisionem *in dicto cap. ex parte 9. hoc titulo*, cui difficultati respondit *Thomas Sanchez dicto libro 7. disput. 33. num. 4.* dum asserit eo inter validam fuisse mariti professionem, quia consensus vxoris fuit facta, qui solus consensus ad eius validitatem desideratur, vt constat ex his, quæ suprà retulimus, *& in dicto cap. ex parte 9. hoc titulo*; sed hæc interpretatio repellitur. Tum ex eo, quia manifestè opponitur verbis, & contexturæ dicti capitis Agatossæ, in quo non tantum valida, sed etiam irreuocabilis decernitur professio, ita vt vxor, cuius consensu vir Religionem professus est, nequeat professionem reuocare. Tum etiam, quia Pontifex ibidem, æquiparationem facit horum duorum casuum; scilicet, consensus vxoris marito præstitus professioni, & mutationis vitæ, seu similis conuersionis; sed conuersio vxoris necessaria non est, vt maritus validè profiteatur, sed vt licitam tantum, & irreuocabilem professionem emittat (vt suprà diximus) ergo Pontifex in eo text. de licita, & irreuocabili loquitur professione, & cõsequenter sentit, solum vxoris consensum necessarium esse, vt vir eo præhabito professus nequeat a Religione reuocari; quare ea omissa, & reiectis alijs congestis à *Gloss. ibidem*, verbo *Vel ipsa*, eius vera interpretatio pendet ex supra traditis: Ex quibus colligitur coniugis professionem: Tum licitã, & firmam manere, cum alter coniux, si iuuenis est, & de incontinentia suspectus parem faciant conuersionem, aut si senex est votum castitatis emittat, si in sæculo remanere velit. Igitur text. *in dicto capit. Agatossa*, quatenus solùm petit vxoris consensum, vt in Religione professus in ea remanere cogatur, necessariò debet intelligi de vxore sene, & ita sterili, vt in ea incontinentiæ suspitio cadere, non possit; quæ si licentiam marito profitendi præstitit (quod supponere debet text. ille) firma, & irreuocabilis erit professio; sim autem sine incontinentiæ periculo vxor in sæculo viuere non possit; quia iuuenis est, & de incõtinentia suspecta, debet etiam ipsa conuerti, vt etiam vir eiusdem simul, & irreuocabiliter profiteatur, & ita vel vxoris senis, & sterilis in sæculo remanentis castitatis votum, cum consensu desideratur, vel si iuuenis, & de incontinentia suspecta conuersio simul desideratur, & à viro emissa professio repetioni coniugis, non subiaceat, sed firma, & irreuocabilis remaneat; notat *Archidiaconus*, *& Turrecremata in dicto capit. Agatossa.*

8 Sextò, huic doctrinæ obstat text. *in cap. præterea 1. hoc tit.* vbi Alexander III. de quodam marito consultus, qui de licentia, & permissione vxoris Monasterium ingressus professionem fecit vxore in sæculari habitu remanente, nec transeunte ad Religionem, aut perpetua continentia viuente, an possit ab Episcopo suo ad torum vxoris reuocari, an illa compellenda sit continentiam obseruare, Vbergensi Episcopo scripsit, quod nisi vxor ad Religionem transiret, aut perpetuo castitatem seruare promiserit, vir potest, & debet de Monasterio exire, & ab vxore reuocari, ex cuius decisione aperte deprehenditur sufficere votum castitatis vxoris in sæculo remanentis, de cuius consensu vir professus est ad hoc, vt licita, & irreuocabilis sit conuersio à marito facta, contra nupera nobis tradita, quæ iura id non probant, vt licitus sit mariti ingressus; imò enixè fieri interdicunt, quando vxor manens in sæculo iuuenis est. Quã difficultatem, vt soluant interpretes asserunt differentiam versari inter casum, quo quærimus dè licito coniugis transito ad Religionem, & inter casum, quo agitur de iure reuocationis coniugis professi; quoniam in primo casu, vt licitus sit ingressus, non sufficit alterius coniugis castitatis promissio, sed eius quoque cõuersio desideratur, si iuuenis est, & de continentia suspectus, *cap. cum sis, cap. ad Apostolicam, hoc tit.* sufficit tamen castitatis promissio, si senes, & sterilis est, *dicto cap. vxoratus, hoc tit.* & in primo casu superiora procedunt, in secundo autem ad effectum ne coniugi in sæculo remanenti concedatur reuocatio professi, satis est votum castitatis alterius coniugis, quia cum coniux in sæculo remanens cessit iuri suo licentiam spontaneam alteri profitendi cõcedens voto castitatis à se prius emisso; atque ita *text. in dicto cap. 1. hoc tit.* qui disiunctiuè petit, aut vxoris conuersionem, aut perpetuæ castitatis promissionem accipiendus est, de hoc reuocandi professum, non verò de licito eius ingressu; docent *Innocentius, & Abbas in dict. cap. 1. hoc tit. & in cap. significatum, cap. vxo-*

ri-

vatus, numer. 5. eodem, Cardinalis in dict. cap. ex parte, in fine, Thomas Sanchez plures referens dict. disput. 33. num. 9. potest etiam responderi dicendo, *text. in dict. cap. 1. hoc tit.* dum concedit reuocationem esse accipiēdum iuxta superiorem resolutionem; scilicèt, nisi vxor vouerit castitatem, aut Religionem professa sit, in hunc modum debet intelligi, vt in sene sufficiat prædictum votum, in iuueni autem professio necessario desideretur; & sic text. *in dict. cap. 1. hoc tit.* minimè superioribus aduersatur; *notat Hostiensis in dict. cap. significauit, hoc tit. num. 2. in fin. idem in summa eodem tit. num. 8. Enriquez lib. 6. de matrim. cap. 8. num. 9.*

9 Septimò; superiorem trāditam doctrinam turbat, text. *in cap. coniugatus 5. hoc titul.* vbi idem Alexander III. decernit nullum coniugatorum esse ad Sacros Ordines promouendum, nisi ab vxore continentiam profitente fuerit absolutus, quæ decisio apertè probat, nunquam desiderari ingressum vxoris Religionem, siuè senex, siuè iunior sit, sed sufficere in vtroque euentu castitatis, in sæculo seruandæ perpetuam promissionem, ad hoc, vt vir eiusdem Sacros Ordines rectè suscipere valeret: ergo ad viri professionem sufficit, dumtaxat vxoris votum, absque vlla distinctione iuuentutis, vel senectutis eius, contra ea, quæ nuper retulimus; ex quibus constat ad licitam mariti professionem vxoris votum sufficere cum senex, & sterilis est, non si iuuenis, & de incontinentia suspecta, quæ pariter conuerti debet; cuius non dissoluendi gratia, nōnulli iuris nostri antiquiores Interpretes existimarunt promotionem viri ad Ordines, longè differre à Religionis professione; nam ad professionem viri semper necessaria est conuersio vxoris iuuenis, vt suprà diximus, ad promotionem verò ad Ordines solius continentiæ promissionem sufficere, & ita esse intelligendum text. *in dicto cap coniugatus 5. hoc tit.* Cuius diuersi iuris rationem reddunt, quia dum in sæculo vir ad Ordines promouetur tenetur necessaria alimenta vxori subministrare, *cap. omninò 31. distinct.* & ita aufertur vxori occasio vagandi, & incontinentiæ ob alimentorum penuriam, insuper potest vxorem incontinentem corripere, ac punire, quæ omnia cessant viro Religionem profitente, cum bonorum, & liberi arbitrij proprietate careat, *capit. Religiosus de electione lib. 6. capit. 2. cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorū, Gloss. in cap. Episcopus*, verbo *Sequestrato 77 distinct. Gloss.* verbo *Nec Religiosam, in cap. quia sunt 28. distinct. Gloss.* verbo *Castitatem, in cap. 2. de Clericis coniugatis, Hostiensis in summa, huius tit. num. 5. Enriquez in dicto cap. coniugatus, num. 5. & 8. hoc titul. Basilius lib. 7. de matrimonio, cap. 25. num. 5.* Sed hæc expositio: tum ratione, tum etiam authoritate cōuincitur: ratione quia si vxor iuuenis professi compellitur ingredi Religionem, *d. cap. vxoratus, hoc tit.* à fortiori vxor, promouendi ad Ordines, compelli debet regulatem habitum assumere, quippe faciliùs potest Clericus Sæcularis vxorem inuisere, & conseruato pristino amore, ea familiaritèr vti; vndè patentissimo incontinentiæ periculo exponitur, & tantum abest, vt ipse vir Clericus factus vxorem inuisens eius incontinentiā corrigat, vt potior occasio proxima incontinentiæ sit, ipsemet eius curam gerens; & quia vxor iuuenis, quantumvis casta in sæculo remanens est, in incontinentiæ periculo exposita, eo quod mulieres faciles, inconstantes, & volubiles sunt, *cap. forus, de verborum significatione*: ergo credendum non est ius Canonicum voluisse vt ea in sæculo remanente, vir ad Sacros Ordines promoueretur: iuris authoritate, etiam prædicta solutio conuincitur, ex text *in capit. Episcopus 77. distinct. qui est desumptus ex Concilio Agatensi, cap. 16. & 17.* vbi traditum est, quod si coniugati iuuenes consueuerint ordinari vxorum voluntas; ita exquirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo Religione promissa, posteà quam pariter conuersi fuerint Ordinētur, ex quo decreto manifestè colligitur coniugatum, non aliter posse Sacros Ordines accipere, quam si vxor iuuenis Religione promissa pariter conuertatur: Ergo diuersa ratio nō est inter viri professionem, vel eius promotionem ad Ordines, cum vtroque in casu idem iuris sit & cōsequenter omninò reijcienda est interpretatio suprà adducta. Quare ea omissa respondendum est, text. *in dict. capit. coniugatus 5. hoc tit.* qui tantum vxoris votum castitatis expostulat ad viri promotionem esse intelligendum, quando vxor senex,

&

& libera à periculo incontinentiæ erat; nam tunc ſolo vxoris, caſtitatis voto poterit maritus Sacris Ordinibus inſigniri, ſecus ſi iuuenis eſſet; nam tunc non poteſt maritus ordinari, niſi vxor ipſius profeſſa ſacrum, quæſibi velamẽ imponat, notat *Thom. Sanch. vbi ſup. diſp. 39. nu. 5.* iuxta quam interpretationẽ accipiendus eſt etiam, text. *in cap. volumus 31. diſt. Thom. Sanch. vbi ſupra, num. 8.*

10 Octauò, ſupra traditis obſtabit text. *in cap. cum cauſa 6. de raptorib.* vbi Põtifex Lucius III. à Vurgenſi Epiſcopo conſultus, de quodam milite, qui mulierem conſentientem cauſa contrahendi, cum ea matrimonium à parentibus ſuis rapuit, & eam deſponſauit, & carnaliter cognouit; vtrum illam poſteà Monaſterium ingreſſam, & eius conſortiũ recuſantẽ, maritus eam repetere poſſet? Reſpondit Põtifex, quòd cum ibi raptus dicatur admitti, vbi nihil ante de nuptijs agitur, iſte miles dici non debet raptor, cum habuiſſet aſſenſum, & prius eã deſponſauit, quam cognouiſſet; licèt Parẽtes reclamarent à quibus dicitur eam rapuiſſe, & cum poſt matrimonium carnis commixtione perfectũ vxor ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed maritus, & eo cõuerſo? Si matrimonium præhabitis legitimis documentis conſtiterit, non poterit poſtmodum ipſa Monaſterium ingredi, ſine aſſenſu viri, aut aliter continentiam profiteri. Ideò ei reſtitui debet maximè, ſi probari non poſsit, vt mulier profiteretur continẽtiam aſſenſiſſe: conſideratio deducitur ex verbis illius tex. *maximè, ſi probare nequeunt virum.* Quæ verba manifeſtè obſtendunt vxorem Monaſterium ingredi non poſſe, non ſolùm ſine aſſenſu mariti, ſed etiam eo conſentiente: Igitur vir, *in dicto cap. ex parte 9. hoc tit.* etiam vxore ſua conſentiente Religionem ingredi non poterit, & conſequẽter minus rectè decreuiſſe videtur, validam eſſe profeſsionem mariti conſentiente vxore. Sed reſpondendum eſt, text. *in d. cap. cum cauſa 6.* maturè perpenſum, potiùs conuenire deciſione, text. *in d. cap. ex parte 9.* quàm contrariari, quippè non probat vxorem validè profiteri, non poſſe viri ſui interueniente conſenſu, is enim ſolus deſideratur, vt valida cenſeatur coniugis profeſsio, *dicto capit. ex parte 9.* ſed eius ſenſus eſt Religionem ingreſſam, ſine aſſenſu viri ſui; vel etiam eo conſentiente, non adeò valide, & irreuocabiliter profiteri poſſe, quin a viro ſuo in ſæculo remanente repeti à Monaſterio nequeat; nam vir profeſsioni vxoris conſenſum præſtans, poteſt eam iam profeſſam à Monaſterio reuocare, cum profeſsio forma, & irreuocabilis non ſit, niſi maritus in ſæculo manens, ſi iuuenis, & incontinentiæ ſuſpectus eſt pariter conuertatur, aut ſi ſenex eſt Caſtimoniã profiteatur, vt conſtat *ex d. cap. cum ſis, d. cap. coniugatus, cap. Apoſtolicam, hoc tit.* & hoc eſt quod text. *in d. cap. cum cauſa 6. de raptorib.* intendit, & ex eius cõtextura colligitur, in qua non de iure, & validitate profeſsionis vxoris agitur, ſed poteſtate reuocationis à Religione, & eam marito competere affirmat, quia licèt profeſsioni conſenſerit (quod ibi non probatur) non tamen vir perpetuã vouit continentiam, aut parem emiſsit profeſsionem, quod deſideratur, vt coniugi in ſæculo manenti interdicatur poteſtas reuocandi profeſſum; docet *Panormitanus, & antiquiores in dict. capit. 6. num. 3.*

11 Nonò, prædictis obſtabit text. *in cap. quidam 3. hoc tit.* vbi maritus, qui profeſsionem fecit, & vxoris reſtitutus, ea defuncta non tenetur ad Monaſteriũ redire: ergo *in d. cap. ex parte 9.* Maritus Religioni profeſſus, ac vxori reſtitutus, ea defuncta, debet compelli remitti ad Monaſterium, à quo ab vxore reuocatus fuerat. Cui difficultati reſpondendũ eſt text. illum procedere in viro, qui in vita vxore Religionẽ intrauit. Quo caſu voti Religionis effectus non eſt, vt tollatur vxori ius repetendi ipſum ius matrimonij: ideò repetere poteſt, & ea mortua adhuc à Religione ſolutus eſt; nam Religionem fruſtra profiteretur vnus ex cõiugibus, altero invito, niſi ius quæſitum alteri conſeruaretur; ſed cum caſtitatis votum, quod in profeſsione Religionis includitur, *cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorũ*, impediat aliud contrahere matrimonium, & conſtante tollat ius exigendi debitum *in d. cap. quidam 3.* quia obligat quatenus vouenti ſoli præiudicare poteſt, valet: ergo votum, quoad caſtitatem obſeruandam à vouente valet ex eo tempore, quo initũ eſt, ſed non valet, quoad paupertatem, ante, aut poſt ſolutum matrimonium, quia initio, nec potuit emitti in præiudicium vxoris, nec conualeſcit poſt mor-

mortem ipsius, quæ est vera illius decisionis sententia, & ratio; *notat Butrius, & Panorm. ibidem. Thom. Sanch. d. lib. 7. disp. 34. num. 1. & seqq.* quæ omnia æque procedunt in professione ab vno ex cõiugibus, altero ignorante, facta, nam, & hæc irrita est, nec viuens alius iure suo priuatur, nec etiam eo mortuo Religioni obligatus est, qui votum emisit, sed simplex tantum castitatis feciſſe creditur, *d. cap. placuit 12. hoc tit.* & ad hunc sensum refero dubia verb. text. *in d. cap. placuit 12.* versic. *Redire verò ad sæculum in eius potestate non est, sed in potestate mariti*; quorum verborum sentẽtia est, quod mulier, quæ ignara est mortis mariti, si Religionem ingrediatur frustra profitetur; nam reuerso marito mulier ad sæculum reuocari potest, quia cum vna caro sint, non potest vna pars redire ad Dominum alia in sæculo remanente, *d. cap. ad Apostolicam 13. hoc tit. Thom. Sanchez d. disp. 34. nu. 15.* quidquid contrarium existimet, *Panorm. & Butr. in d. cap. placet*, eodem modo intelligenda sunt verba *in dict. cap. placet*, vers. *Quantum ad ipsum tenuit votum*, quæ verba non habent illum sensum; scilicèt, quod tenuit votum solemne Religionis; nam idem text. in vers. *Si verò id declarat, & contrarium* expressim affirmat; meritò illorũ verborum sensus est; scilicèt, vt quantũ ad ipsam tenuit votum; scilicèt, simplex tantum, vt debitum a marito exigere non possit, & vt mortuo marito impediat matrimoniũ contrahendum, quãuis non dirimat contractum, *Thom. Sanchez vbi supr. disp. 34. num. 5.* licèt aliud senserit, *Gloss.* verbo *Exigere, in dict. cap. quidam 3. hoc tit.* & similiter constat professionem illam inscio vno coniuge factam nullam esse; siquidem, nec eo mortuo poterit compelli ad Religionem redire, licèt consultius faciat ad animæ salutem si redeat, & ita sunt intelligenda verba, text. *in dict. capit. placet 12.* versic. *Consultus itaque dicimus*, notat *Thomas Sanchez vbi suprà, num. 1. Butrius in dict. cap. placet, num. 5. Sylvester*, verbo *Diuortium, quæst. 16. casu 3.*

12 Decimò; aduersus decisionem, text. *in dict. cap. ex parte 9. hoc tit.* Obstabit text. *in cap. veniens 16. eodem*, vbi maritus, qui de licentia vxoris professionem Monachalem solemniter fecit; ita per eam à lege coniugali eximitur, vt mulier non possit ipsum repetere. Igitur minus rectè, *in dicto capit. ex parte 9.* vxor maritum suum, iam professum a Monasterio repetere potuit. Sed respõdendum est illius text. decisionem non esse generaliter accipiendam; sed potiùs restringendam ad eum casum, quo vxor in sæculo remanens, professioni mariti consensum præstans, adulterij rea facta est: tunc enim virum repetere non potest, quominùs regulare votum adimplere valeat, nec super ipsius reuocatione aliquatenus est audienda cum ipsius intentio exceptione adulterij elidi possit, *vt probat text. ille in fine: Adulterium enim vnius coniugis permittit alteri coniugi potestatem ad Religionem ingredi, capit. Agatossa 27. quæst. 2. capit. constitutus 15. & fin. hoc titul.* nam propter adulterium recte diuortium fit, & a mutua cohabitatione adulter repellitur, *Matthæi cap. 5. & 19. cap. dixit 32. quæst. 1. cap. significasti, cap. ex litteris, cap. gaudemus, de diuortijs, cap. plerumque, de donationibus inter vir, Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 10. disp. 2.* & in hac specie par est ius viri, & vxoris, *cap. præcepit 10. & vlt. 23. q. 5. cap. placuit 32. q. 7.* propter infidelitatẽ quoque separantur coniuges a mutuo consortio, quia iniquum est alterũ, cum altero habitare, cum periculo peruersionis à fide, quod grauissimũ damnum est, *cap. 2. cap. de illa 6. de diuort. cap. idolatria 28. q. 1.* merito innocens ius habet profitendi in Religione, aut emittẽdi votum castitatis, nec vindicari potest ad eandem mutuam cohabitationem, *Th. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 3. & 15.*

13 Vndecimò; his omnibus obstabit text. *in cap. 1. vers. Ignorante Episcopo, hoc tit. cap. si vir, & vxor 27. q. 2.* Ex quibus iuribus constat non sufficere coniugis consensum, vt alter coniux possit ad Religionẽ migrare, sed necessarium esse ad voti Religionis validitatem Episcopi licentiam. Ergo minus rectè supra resolutũ est alterius coniugis consensum, cum cæteris requisitis sufficere, vt alter coniux possit votum solemne Religionis emittere. Sed huic dubio respondendum est, Episcopi licẽtiam non esse necessariam ad professionis valorem, sed tantum desiderari, vt licitè fiat non tamẽ, vt validè, quia *in d. c. si vir 27. q. 2.* ad id licentia Episcopi desideratur, non aliter verò facta professio irrita manebit. *c. 1. in fin. hoc tit.* vbi asserit virũ, qui ignorãte Episcopo de licẽtia vxoris professus

est

eſt remouendum non eſſe, ſi vxor caſtitatem vouerit: ergo ſentit text. ex defectu licentiæ Epiſcopi, nihil officij profeſsioni; *ita ſentiunt Gloſſ.* verbo *Conſcientiæ, in dict. cap. ſi vir Archidiaconus ibidem num. 1. Belam. & Turrecremata, nu. 1. Baſilius Pontius, vbi ſuprà, de impedim. cap. 9. §. 1. verſic. At ſi, in fin.* cum traditis a *Barboſ. in collectaneis, ad text. in cap. 1. hoc titulo, num. 4.*

Ad text. in cap. verum 2. cap. ex publico 7. cap. ex parte 14. hoc titul. de conuerſ. coniug.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ratum, & non conſummatum diſſoluitur per profeſsionem Religionis, compellitur tamen ſponſus intra duos menſes deliberare ad Religionis ingreſſum.*

2 *Matrimonium duo in ſe continet; ſcilicèt, coniunctio animorum, & corporum.*

3 *Terminus duorum menſium reputatur breuis, & plura iura de illo bimeſtre ſummariè proponuntur.*

Matthæi cap. 14. & cap. 2. de translation. Epiſcop.

4 *Votum ſolemne dirimit ſolùm matrimonium ratum, non conſummatum.*

Cap. cum ſocietas 24. quæſt. 2.

Cap. verum 2. de conuerſ. coniugat.

5 *Matrimonium ratum, & conſummatũ, quare non diſſoluatur per profeſsionẽ.*

Cap. fin. de ſponſa duor.

Paul. ad Corinth. 1. cap. 7. d. cap. verum, in fin. de conuerſ. coniug.

6 *Matrimonium, non dirimitur per votũ ſimplex, & quæ differentia extet inter illum, & ſolemne.*

Cap. commiſſum, de ſponſalib.

7 *Religionem ingredi, an poſsit his, qui iurauit aliquam vxorem ducere.*

8 *Matrimonium de præſenti difficilius diſſoluitur, quàm illud de futuro.*

9 *Iuramentum præſtitum in vtilitatem partis, ſine eius conſenſu, an poſsit in meliùs commutari.*

Epiſcopalis ſtatus excellẽtior, & perfectior eſt Monachali.

Cap. per tuas, de voto.

Profeſsio ante annũ probationis fieri non debet.

Capit. ex publico 7. de conuerſione coniugatorum.

1 CONCLVSIO. Matrimoniũ ratum non conſummatum diſſoluitur per profeſsionẽ Religionis vnius coniugis, & ſponſo, vel ſponſæ datur bimeſtre ad deliberandum de Religionis ingreſſu. Conſonat text. *in d. cap. verum 2. cap. ex publico 7. cap. ex parte 14. in fin. hoc tit. cap. deſponſatam 27. q. 2. cap. iuuenis, de ſponſalibus, Auct. de Santiſsim. Epiſcop. §. Sponſalibus quoque, collat. 9. Concil. Trident. de Sacrament. matrim. ſeſſ. 24. can. 6. l. 9. tit. 1. lib. 3. fori* Exornant *Menoch. de arbitr. caſu 455. nu. 10. Enriquez in ſumma, lib. 10. cap. 34. §. 3. in commento, litt. R. Gutierrez lib. 1. Canonic. quæſt. cap. 17. nu. 2. Idem de matrimon. capit. 54. in principio, Æmanuel Rodriguez quæſtion. regular. lib. 3. quæſt. 1. art. 4. Ægidius de Sacramentis, tom. 2. diſp. 26. num. 3. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 26. num. 30. Thomas Sanchez de matrimon. lib. 2. diſput. 18. per totam, Couarruuias de ſponſalibus, part. 1. cap. 5. numero 11. & part. 2. cap. 7. §. 4. numero 6. Matienço ad Rubricam, tituli 1. gloſſ. 1. num. 68. lib. 5. Recopilation.* cum traditis a *Cenedo in collectan. ad Decretales, collectan. 29. numer. 1. Barboſa in Rubrica, ff. Soluto matrimonio, part. 2. num. 73. Moneta de commutation. vltimar. voluntat. cap. 4. num. 111. Layman in Theol. morali, tractat. 10. part. 3. capit. 6. num. 3. Auguſtin. Barboſ. in collectan. ad text. in dict. capit. 2. numero 2. & in dict. capit. ex publico 7. numero 2. & 3. Idem in remiſſion. ad Concil. dicta ſeſsione 24. de Sacrament. matrimon. can. 6. Baſilius Pontius de matrimon. lib. 9. cap. 7. n. 2. & 3. & cap. 9. per totum.*

2 Ratio; decidendi, quoad primam noſtri tex. partem eſt; ideò matrimonium ratum non conſummatum diſſoluitur, etiam quoad vinculum per ingreſſum Religionis, & profeſsionem, quia in matrimonio duo conſiderãtur; videlicèt, coniunctio animorum, qua charitas ſignificatur, quæ inter Deum, & iuſtam animam conſiſtit. Secunda eſt coniunctio corporis, quæ ſignificat Chriſti, & Eccleſiæ coniunctionem per aſſumptionem humanitatis, *cap. debitũ, de bigamis,* & cum animorum coiunctio ſpiritualis ſit, & corporum coniunctio corporalis, *cap. omne 27. quæſt. 1.* & con-

sequenter, sicut corporalis commixtio, quæ fit per copulam matrimonialem morte corporali tantum dirimitur, *cap. licitum* 32. q. 7. docet *Magister in quarto sententiarum, distinct.* 7. *cap.* 1. Quem sequuntur Theologi, & est certissima opinio de fide tenenda teste Victoria *in summa de matrimonio, quæst.* 304. *Abbas in dicto capit. ex publico, numero* 43. *& in capit. cum sis, numero* 4. *hoc titulo, Couarruuias desponsalibus,* 2. *part. cap.* 7. *§.* 4. *numero* 8. ita etiam spiritualis, id est, coniunctio animorum, cum ante copulam vir, & vxor non sint vna caro effecti, *cap. ad Apostolicam, hoc titulo*, dissoluitur morte spirituali, id est, per professionem Religionis, quæ censetur mors spiritualis, *capit. placuit el* 2. 16. *quæst.* 2. *cap. verum* 2. *hoc tit. Diuus Thomas in* 4. *distinct.* 27. *quæst.* 1. *art.* 4. *colum.* 4. Ratio verò decidendi, ad secundam nostri tex. partem ea est; videlicèt, duos menses dari sponsæ ad ingressu Religionis, ne diu sponsus malitiosè defraudetur debito coniugali, & propter timorem incontinentiæ eiusdem sponsi, docet *Sotus in* 4. *distinction.* 27. *quæst.* 1. *artic.* 4. *column.* 12. & ideò potiùs assignantur duos menses, quam alud tempus, quia terminus duorum mensium reputatur breuis, *leg. non tantum, Cod. de legatis, leg.* 2. *Cod. de secundis nuptijs*, & præiudiciũ illius breuis temporis ex parui momenti; meritò, non consideratur: quomodo etiam est intelligendus text. *in cap. lator, qui filij sint legitimi, leg. quod si nolit, §. Si quid ita, ff. de ædilitio edicto, leg.* 1. *Cod de temporibus appellationum, l. publicas, leg. omnes, Cod. de feriis, leg. aufertur, §. Qui compensationem, ff. de iurè Fisci, l. mariti, C. ad leg. Iuliam, de adulterijs, leg. tutor, §. Vsuræ ff. de administratione tutorum, l.* 3. *C. de iure emphiteutico, l. prospexit, ff Qui & à quibus, leg. fin. &* 3. *Col. ad leg. Iuliam, de adulterijs, l. penultima, ff. de fide iussoribus, Authentic. vt factæ nouæ constitutionis, §. Sancimus*, videndus *Couarruuias lib.* 2. *variarum, cap.* 2. *num.* 1. *Cuiacius in tit. ff. de diuersis præscriptionibus, cap.* 13. *ad finem. Idem lib.* 30. *observationum, cap.* 39. *Rebardus ad leg. duodecim tabullarum, capit.* 8.

3 Primò; primæ nostri text. decidendi rationi obstabit illa, *Matth. authoritas, cap.* 14. *vers. Quos ergo Deus coniunxit homo, non separet*, relata *cap.* 2. *de trãslatione Episcopi*: ergo matrimonium ratum, etiam non consummatum ab hominibus per professionem, non potest dissolui; sed respondendum est, huiusmodi matrimonium per Religionis ingressum, non humana, sed Diuina authoritate dirimi, *cap. scripsit* 27. *quæst.* 2. *cap. ex prate* 24. *hoc tit. Couarru. de sponsalibus* 2. *part. cap.* 7. *§.* 4. *num.* 6. *Gutierrez Canonicarum, cap.* 27. *num.* 16. Nec obstabit, si dixeris non dirimi matrimonium ratũ, per professionem Religionis Diuina authoritate; siquidem solemnitas voti, quæ contingit per professionem in Religione fit per actum humanum, *cap. vnico de voto, lib.* 6. & est inuenta iure Ecclesiastico, vt explicat *Caietan.* 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 7. *Couarruu. d. §.* 4. *num.* 8. quia respondendum est, iure Diuino votum solemne dirimere matrimonij consummationẽ, & censeri solemne illud, quòd fit adhibita tali solemnitate, prout lex humana ordinauit, vt explicat *Sotus lib.* 7. *de iustit. quæst* 2. *art.* 5. *colum.* 7. ex quibus infertur, non posse defendi decidẽdi rationẽ eorum qui existimant; ideò matrimonium non consummatum dissolui per professionem Religionis, quia solùm consummatum dicitur matrimonium, *argum. text. in cap. non est dubium* 27. *quæst.* 2. & esse indissolubile lege Diuina; at verò non consummatũ esse dissolubile solùm, ex dispositione legis Ecclesiasticę; *ita gloss. fin. in d. cap. ex publico*, sed apertè cõuincitur, quia licet matrimonium ratum non consummatur, non dicatur perfectum perfectione accidentali, quæ consistit in eius operatione, & vsu ad finem ipsius, hoc est, ad prolẽ suscipiendam, *d. cap. dubium* 27. *quæst.* 2. qui text. ita est intelligendus; tamen est perfectũ perfectione essentiali, dum tamen interueniat solemnitas, *Concil. Trident. de qua in sessione* 24. *de reformatione matrimonij, cap.* 1. *l. nuptias, ff. de regul. iur. cap. cum locum, cap. cum apud, de sponsalibus*, ac proindè est indissolubile lege Diuina, vt docent *Theologi in* 4. *distinct.* 16. Nec obstabit text. *in cap. cum societas*, versic. *Vt præter commixtionem sexuum, non habeant in se nuptiæ cõiunctionem Christi Ecclesiæ, & Sacramentum* 27. *q.* 2. quia verba illa, non sunt legenda cum negatione illa *non*, sed absque ea affirmatiuè, quasi diceret, & sensus esset, vt præter commixtionem sexuum habeant in se Christi Sacramentum, vt ex originali restituit, *Couarruuias vbi suprà, §.* 4. *num.*

num. 14. *Gutierrez dicto cap.* 17. *num.* 13. *& 14. & conſtat ex palea ipſius text. in decreto relata.*

4 Secundò; concluſioni ſupradictę obſtabit dicere, quod matrimonium de præſenti copula conſummatum diſſolui, non poteſt profeſsionem Religionis, *capit. 2. cap. cum ſis, capit. vxoratus, hoc titulo*; quia authoritate humana ſeparari non poſſunt, *Matthæi cap. 19. cap. 2. de translatione Epiſcopi, cap. quos Deus 32. quæſtion. 2.* ſed prædicta authoritas, etiam militat in matrimonio rato non conſummato cum copula, quod eſt verum matrimonium, & Sacramentum nouæ legis, *capit. debitum, de bigamis, capit ad abolendam, de Hæreticis, Tridentin. dicta ſeſsione 24. capit. 1.* ergo matrimonium ratum, non poteſt diſſolui per profeſsionem Religionis, quod dubium adeo difficile eſt, vt nonnulli exiſtiment, non poſſe reddi rationem differentiæ; cur diſſoluatur per profeſsionem matrimonium non conſummatum, & non diſſoluatur matrimonium per copulam conſummatum, ſed ſolutio huius difficultatis eſt; ideò matrimonium conſummatum, non diſſolui per profeſsionem Religionis; quia in eo non ſolùm datur promiſsio, quędam de perpetua cohabitatione; ſed etiam traditio actualis, per quam vterque cóiux tradit alteri poteſtatem ſui corporis ad vſus matrimoniales, *Paulus 1. ad Corinthios relatus in capit. quidam 3. in fine, hoc tit.* vbi vir non poteſt, abſque vxoris voluntate ſe offerri Religioni; ſiquidem iam corpus, & voluntas non eſt propria offerentis, & Deo non placet votum, aut oblatio de rapina, *capit. non eſt putanda 1. quæſt. 1. Gloſſ. in capit. ex tranſmiſſa, de decimis*; vndè ſequitur matrimonio conſummato, non poſſe alterum coniugem ad Religionem conuerti; atverò matrimonium ratum non cõſummatum; ideò diſſoluitur per profeſsionem Religionis, quia licèt ſit quędam virtualis promiſsio, per quam vir, & vxor, ius quodam ad petendam poſſeſsionem corporis viri ad vſus matrimoniales, nondum tamen habet ipſam poſſeſsionem; & ideo quilibet ipſorum poteſt ſe Deo in Religionem tradere, & valet traditio, quia facta eſt ab eo, qui ſui corporis dominium habebat, argumento text. *in leg. quod tibi, Cod. de his, quia non domino*, & quia fit in vſus multo meliores, quam matrimoniales, quæ ratio differentiæ deprehendi poteſt, *ex dicto capit. 2.* verſicul. *Quia cum non fuiſſent vna caro ſimul effecti, hoc titulo*, id eſt, cum adhuc non ſit vera, & realis poſſeſsio translata; *ita Diuus Thomas in 4. diſtinct. 38. quæſt. 1. artic. 3.* & probatur dicta differentia exemplo venditionis; nã ſicut prima venditio, in qua nulla traditio interuenit, tollitur, & annullatur per ſecundam in qua fuit facta traditio, *l. quoties 15. Cod. de rei vindicatione*; ita etiam matrimonium non conſummatum, in quo nondum eſt tradita poſſeſsio dirimitur per traditionem factam Deo, & Religioni; atverò conſummatum non dirimitur, quia in eo eſt facta realis traditio, vt ſupra diximus.

5 Tertiò; ſolutioni obſtabit text. *in capit. fin. de ſponſa duorum*, dum probat, quod contrahens de facto matrimonium cum ſecunda, viuente prima, & cum qua nondum conſummauerat, licèt habeat copulam cum ſecunda, non dirimitur primum matrimonium. Reſpondendum eſt: ideò traditionem factã ſecundæ ſponſæ, *in dict. cap. fin.* non valuiſſe, quia non erat matrimonialis, ſed fornicaria, ſeu illicita, cum facta fuiſſet ab eo, qui non poterat alteri ad vſus matrimonij ſe obligari, *dict. cap. gaudemus, de diuortijs*. Nec obſtabit, ſi replices obijciendo iuris regulam, qua docemur quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, *capit. quod ſemel, de regulis iuris, lib. 6. leg. ſicut, Cod. de obligationibus, & actionibus*, cum nemo poſsit mutare conſilium in alterius præiudicium, *cap. mutare, de regulis iuris, lib. 6. leg. nemo poteſt, ff. Eodem*: Ergo licèt matrimonium, non fuiſſet conſummatum in ſpecie noſtri text. mulier illa non potuit à matrimonio ſemel contracto diſcere in præiudicium ſponſæ; quia reſpondendum eſt, regulam illam, quod ſemel placuit, & cætera eſſe veram, & procedere quoties, quis temere voluiſſet recedere ab eo, quod ſemel placuit, attamen iuſta cauſa ex natura rei, vel circunſtantię æquitatis poteſt recedere, quilibet, & ſic ſponſus poterit profitendo Religionem recedere à matrimonio, ex reſolutis in ſecunda decidendi ratione, & in præcedenti argumento. Nec etiam obſtat prædicta regula, *Mutare conſilium*, & cætera, quia in textu noſtro ſponſa, quæ ingreditur Religionem

mutat consilium in melius, quod facere licèt, *capit. certè 12. quæstion. 1.* iuxta illud sapientis est mutare consilium; nec obstat exindè resultare præiudicium sponsæ, quia nemini iniuriam facit, qui profitetur; siquidem vtitur iure suo, *l. nullus, ff. de regulis iuris, l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniurijs.*

6 Quarto; hucusque traditis obstabit dicere, quòd per consensum matrimonialem, de præsenti quilibet sponsorum adquirit potestatem alterius ad vsus matrimoniales, *iuxtá illud Pauli ad Corinthios 1. cap. 7.* versic. *Vir non habebit potestatem sui corporis. sed mulier relato, in cap. 2. in fine, hoc titul. cap. non debet, de consanguinitate, & affinitate;* sed sic est, quod is, qui non habet sui corporis potestatem, non potest ad Religionem cõuerti, *vt in toto titulo de seruis non ordinandis, capit. manifestum, cum sequentibus 33. quæst. 2.* ergo nec sponsa de præsenti in victo sponso: cui dubio respondendum est, verum esse, quòd qui sunt in potestate aliorum, non possunt sine eorum consensu profiteri ex iuribus in argumento adductis, *Diuus Thomas 2. 2. quæst. 88. artic. 8. Sotus lib. 8. de iustitia, & iure, quæst. 8. art. 3. Abbas, & omnes in cap. scripturæ, de voto.* Sed per contractum matrimonium, de præsenti ante cõpulam (vt suprà diximus) nõ adquirit potestatem, nec dominium alterius: ergo vouere poterit. Nec obstabit illa Pauli authoritas, quia procedit, quando matrimonium per copulam consummatũ est: cæterùm ante consummationem, quilibet ipsorum poterit Religionem profiteri, vt in text. nostro, & sic dissoluitur matrimonium per professionem. Nec obstabit, si dixeris matrimonium non dirimi per votum simplex, *cap. rursus, qui Clerici, vel vouentes, cap. vnico, de voto, lib. 6.* & sic, nec per votum solemne cum Deus non constituat differentiam inter votum simplex, & solemne, *dicto cap. rursus, cap. iuramenti 22. quæst. 5. capit. quærellam, ne Prælati vices suas.* Doctores omnes *in cap. debitores, de iure iurando, Couarruuias in capit. quamuis pactum, 1. parte, §. 2.* quia respondendum est, apud Deum non esse differentiam inter votum simplex, & solemne, vt sic vtrumque debeat seruari, sed quoad vinculum differunt, quia simplex est tãtum datio, solemne vero est rei dato traditio, & acceptatio facta in forma Ecclesiæ; & ideò magis peccat transgrediens votum solemne, quàm simplex, *cap. Virginibus 27. quæst. 1.*

7 Quinto; aduersus text. *in dict. capit. ex publico,* obstabit sequens consideratio, nam si cõtracto matrimonio ante consummationem licitum esset alteri ex sponsis Religionem profiteri; multò fortiùs liceret ei, qui iurauit cum aliqua contrahere, sed hoc in casu debet prius seruare iuramentum contrahendi matrimonium, quam profiteatur sponsus, *vt in cap. commissum, de sponsalibus:* ergo per professionem matrimonium, non debet dissolui. Cui dubio respondendum est, iuuenem illum *in dict. capit. commissum, de sponsalibus,* non obstante iuramento, potuisse profiteri Religionem, quod primo probatur, quia non videtur sponsus infringere iuramentũ, qui ad Religionem confugit, *argumento text. in cap. 3. de iure iurando, cap. scripturæ, de voto,* cum per Religionem magis, quis constituatur in statu perfectionis; *notat Diuus Thomas 2. 2. quæst. 186. art. 1.* Rursus, quia post cõtractum matrimonium, ex text. nostro ante consummationem licèt profiteri. ergo à fortiori licebit ante contractum matrimonium ad vitandum circuitum, *Clementin. Auditor, de rescriptis, Barbosa axiomata iuris, littera C.* verbo *Circuitus, num. 72.* Rursus, quia difficiliùs dissoluitur matrimonium de præsenti, quam sponsalia de futuro, quia turpius ei, citur, quam non admittitur hospes, *cap. quemadmodum, de iure iurando,* & quia sponsalia, etiam iurata dissoluuntur per matrimonium de præsenti, *cap. sicut 22. de sponsalibus;* deindè, quia sponsalia etiam iurata possunt dissolui adueniente morbo aliquo, aut aliqua rationabili causa, *dict. capit. quemadmodum, de iure iurando cap. litteras, de coniugio leprosorum,* & sic multò fortiùs debent dissolui per professionẽ Religionis. Nec obstant verba text. *in dicto cap. commissum, de sponsalibus;* quia omissa interpretatione Innocentij ibidem, dicendum est textum illum loqui de consilio, non verò de præcepto; *notat Syluester,* verbo *Matrimonium 7. quæst. 5. num. 2. Couarruuias de sponsalibus, 1. part. cap. 5. num. 11.* & constat ex eo, quia si totius esset illi iuueni contrahere matrimonium, & posteà profiteri, tutum tamen erit ingredi Religionem dimissa sponsa, vt supponere videtur verbum illud

illud comparatiuum, *Tutius*, de quo in text. illo, nec ex eo, quod id ſit Tutius infertur eſſe neceſſarium, quia ſatis eſt tenere quod eſt certum, licet ſit conſilium eligere, quod certius eſt; nam licet ad ſalutem animæ ſit promptior via caſtitatis, quam coniugij, *cap. nuptiarum 27. quæſt. 2. cap. Nuptiæ 32. quæſt. 1. Clementina exiuit, de verborum ſignificatione, Tridentin. ſeſſ. 14. de matrimonio, cap. 10.* Tamen poteſt quis eligere viam coniugij, *cap. integritas 32. quæſt. 2. cap. placet, in fine, hoc titulo*, nec intelligas conſilium iſtud propter ſcandalum, vt vulgaris opinio exiſtit, *Gloſ. ibidem*, quia actus perfectionis, qualis eſt Religio, non debet remitti propter vulgi opinionem, docet *Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 43. artic. 7. ad 4.* Nec obſtat quod iuramentum, de quo *in dicto cap. commiſſum*, debebat præcisè ſeruari, cum non vergat in diſpendium ſalutis æternæ; quia reſpondendum eſt, quod cum habeat tacitam conditionē, niſi res ad eum ſtatum peruenerit, adueniente conditione deficit obligatio iuramenti; nec obſtabit, quod iuramentū præſtitum in vtilitatem partis, non poteſt ſine conſenſu partis remitti, nec in melius commutari, vt latè ſcripſi *in cap. 3. de iure iurando*; quia reſpondendum eſt, illud procedere in iuramentis præſtitis ſuper rebus temporalibus. Secus verò in iuramento de contrahendo matrimonio, quod habet conditionem illam, niſi iurans profeſſus fuerit Religionem, & Deo tradiderit poſſeſſionē ſui corporis, & voluntatis, vt ſentit *Antonius 2. part ſummæ, lib 10. cap. 2.*

8 Sexto; prædictis obſtabit, quòd ſtatus Epiſcopalis eſt excellentior, & fructuotior Monachali, licet Monachalis ſit ſecurius, *cap. niſi cum pridem, §. Neque poteſt, de renuntiatione, cap. licèt*, verſ. *Illa, de Regularibus, Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 182. artic. 1.* Sed vouens Religionem, non poteſt Epiſcopatū acceptare, antequam adimpleat votum, *capit. per tuas, de voto*. ergo ſic ſimiliter, *in dict. capit. commiſſum*, in matrimonio carnali dicendum erit, cum valeat argumentū de matrimonio carnali ad ſpirituale, *capit. 2. de translatione Epiſcopi*. Cui dubio reſpondēdum eſt, quod vt votum poſſit in melius, propria authoritate commutari oportet, vt illud, quod commutatur, ex omni parte ſit euidenter melius, & Deo gratius, *cap. ſcripturæ, de voto*, & ſi dubitetur; tunc neceſſaria eſt in commutatione illa ſuperioris authoritas, *cap. 1. vbi latè agemus, de voto, Caietanus in ſumma*, verbo *Voti diſpenſat*, verſic. *Ad concitandum, & in 2. 2. quæſt. 88. articul. 12. Angelus*, verb. *Votum 4. §. 2. Couarruuias in cap. quamuis pactum, 1. p. §. 3 num. 4.* verſic. *Ego verò*, & licet ſtatus Epiſcopalis, ex ſua parte ſit excellētior Monachali, tamen ex parte acceptantis Epiſcopatum dubium eſt, an Deo ſit gratior illum acceptare, licet acceptans vir iuſtus ſit, quia Epiſcopalis functio, & dignatas continet onus Angelicis humeris formidandam, *Trident. ſeſſ. 6. de reformatione, cap. 2.* & hac ratione, non licèt illum apetere, *cap. qui Epiſcopatum 8. quæſt. 1.* ideoque *in dicto cap. per tuas*, propter huiuſmodi dubium, non licebit vouenti ante implementum voti Epiſcopatum acceptare, ſed ſi hæc ſolutio tibi non placuerit aliam ſolutionem pete, quam tradit *Barboſa in collectaneis, ad text. in dicto capit. per tuas 10. de voto.*

9 Septimò; aduerſus Gloſſam in præſenti verbo *Intra duorum menſium*, quam ſequitur *Innocent. ibidem, numer. vnic. Abbas num. 11.* dum exiſtimant illud bimeſtre tempus, de quo text. noſter, eſſe aſſignatum ſponſæ, vt intra illud teneatur profiteri, aut redire ſuo ſponſo; obſtabit illud iuris principium, quo cauetur, quod nemo admittatur ad profeſsionem ante annum probationis *cap. ſtatuimus, de regularibus, capit. 2. eodem, lib. 6. Tridentin. ſeßione 25. de regularib. capit. 15.* Ergo non rectè Gloſſa in præſenti, & eam ſequentes aſſerunt, illud bimeſtre tempus dari ad profitendum: Cui dubio, qui Gloſſæ opinionē ſequuntur ſatisfacere conantur, dicendo, duos menſes dari ad ingrediendum, & profitendum ſpecialiter in ſpecie noſtri text. propter timorem incontinentiæ alterius in ſæculo remanſuri, & ne diu defraudetur à debito coniugali, vt ſuprà in ratione decidēdi diximus, quibus de cauſis, quandoque terminus a iure aſſignatus reſtringitur *Gloſſ. in capit. deſponſatam 27. quæſt. 2. Nauarr. in Manuali cap. 16. num. 16. Abbas in cap. quoniam frequenter*, verſic. *In aliis, num. 48.* vt lite non conſtet; quibus rationibus aſſerunt doctrinam Gloſſæ ſequentes, non obſtare *Concilium Tridentinum, cap. 15. ſeſſ. 25. de regul.* qui exiſtimant Conci-

cilium, *in dicto cap.* 15. non loqui in terminis noſtri text. *& dicto cap. ex publico*, ſed in terminis *dicto capit. ſtatuimus*, & corrigit deciſionem, *text. in dicto cap. ad Apoſtolicam, de regularibus*; nec debet extendi ad caſum noſtri text. quia generalis text. correctoria, non extenditur ad caſum particularem, habentem ſingularem rationem, *Gloſſ. in leg. ſciendum, ff. Qui ſatiſd. cogant.* ſed hac interpretatione omiſſa, verè dicendum eſt, illud bimeſtre tempus, de quo *in dict. cap. ex publico*, ſolùm dari ſponſo ad deliberandū de ingreſſu Religionis; atverò ad profeſsionem emittēdam curſus vnius anni tranſire debet, qui terminus a iudice mutari non poteſt; *Ita Thomas Sanchez libro 2. de matrimon. diſputat. 24. num. 4. Baſilius de matrimon. lib. 9. cap. 9 per totū, Gutierrez de matrimon. cap. 54. num. 15. Barboſſ. in collectan. ad noſtrum textum, & in dicto cap. ex publico, num. 8. Turrecremata in capit. ſunt qui dicunt 27. quæſt. 2. verſic. Ad tertium ſic proceditur, Barboſſa in collectan. ad Concil. ſeſsione 24. de Sacrament. Matrimon. can. 6. Soto in 4. diſtinction. 27. quæſt. 7. artic. 4. column. 12.* cum quibus apparet ineptam fuiſſe ſequentium opinionem gloſſæ, cum contrarium apparet ex verbis, & mente noſtri text. *& dict. cap. ex publico 7. hoc tit. de conuerſ. coniugator.*

DE CONVERSIONE INFIdelium.

TITVLVS XXXIII.

Ad textum in cap. laudabilem 1. cap. ex litteris 2. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem quis habere non poteſt illam, quæ mariti, nec machinauit, ſcius ſi machinatio non interceſsit.*

2 *Iuſtum eſt, vt quis puniatur in eo, in quo deliquit.*

3 *Inſidias parare inter coniuges atrociſsimum delictum eſt.*

4 *Vxoricidium, quando impediat, vel dirimat matrimonium.*

5 *Mala non ſunt facienda, vt indè veniant bona.*

Cap. qui habetis 14. quæſt. 5.

6 *Infideles legibus Eccleſiaſticis, non ligantur.*

7 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*

Cap. ſi quæ fuerit, §. Sed obijcitur 31. quæſtion. 1.

8 *Impedimentum habile ad impediendū, & dirimendum matrimonium ab Eccleſia induci poteſt.*

9 *Contrahendi fides ſimul, & adulteriū, an deſiderentur ad impediendum, & dirimendum ſecundum matrimonium ex prima fide celebratum.*

Cap. ſi quis viuente 31. quæſt. 1.

Cap. 1. de eo, qui duxit in matrimon.

10 *Dictio* maximè, *aliquando ſignificat* tantum.

Cap. 1. de diuortijs conſiliatur, cum capit. ſi quis viuente 31. quæſt. 1.

Cap. illud 3. & cap. 1. 31. quæſt. 1.

Conatus in iure noſtro, ſine opere ſubſecuto, non punitur, & iterum exponitur, text. in dict. cap. 1. de diuort.

11 *Homicidium non eſt impedimentum contrahendi matrimonium, niſi Sacerdos fuerit occiſſus.*

Cap. qui Presbyterum, de pœnitent. & remiſsion. cap. qui Presbyterum 24. quæſtion. 4.

12 *Vinculum coniugij ſemel habitum, numquam ex ciuilibus cauſis diſſoluitur.*

Cap.

Cap. quidquid 12. 31. quæst. 5. conciliatur cum cap. 1. de diuort.

Cap. quæsiuit 2. de diuortijs, cap. prima idolatria 28. quæst. 1.

Cap. si qua mulier 6. 31. quæst. 1.

13 *Machinatio mulieris, an diuertendi tantum, an verò dissoluendi matrimonij causam præstet?*

Cap. omnes causationes 32. quæst. 7.

1 CONCLVSIO. Non potest quis illam habere in vxorem, cuius maritū occidit machinatio ipsius mulieris, *cap. 1. de diuortijs, & per totum 28. quæst. 1. cap. vnico 32. quæst. 8. cap. 1. cap. relatum 4. cap. 5. cap. 6. & 7. 31. quæst. 1. cap. 1. cap. super hoc 3. cap. cum haberet 5. 6. & fin. de eo qui duxit in matrimoniū, cap. si forte mulier 11. de pœnitentia, dist. 1. cap. quod ait 14. dist. cap. si dicat 33. quæst. 5. cap. interfectores, cap. quicumque 7. cap. admonet 8. 33. quæst. 2. Concilium Meldēse cap. 6. Concilium Methense, cap. 7. l. consensu 8. Authentic. sed nouo, Cod. de repudijs, Authent. de nuptijs, §. Per occasionem, collat. 4. Authent. vt liceat matri, & auiæ, §. Quia verò, collatione 8. leg. 12. tit. 1. lib. 3. ordinamenti, l. 14. & 19. tit. 2. partit. 4.* Exornan *Thomas Sanchez de Matrimonio, lib. 10. disputat. 2. num. 3. & lib. 7. disputat. 7. §. 5. num. 3. Couarruuias in 4. 2. part. cap 6. Matienço in rubrica de matrimonio, num. 135. lib. 5. Recopilationis, tit. 1. gloss. 1. num. 178. Basilius lib. 7. de matrimon. de impedimento criminis, capit. 45. & cap. 52. num. 6. Gutierrez de matrimonio, cap. 95. & num. 9. & cap. 115. num. 10. Idem lib. 1. Canonicarum, cap. 24. num. 68. Bonacina de matrimonio, quæst. 3. puncto 6. num. 5. Valerius Reginaldus in praxi fori, pœnit. lib. 31. num. 130. vers. 2. Ægidius de Sacramentis, disp. 31. dubit. 5. num. 55. Syluester in summa*, verbo *Matrimonium 8. quæstion. 9. Turrecremata in cap. si quis viuente 31. quæst. 1. num. 5. Æmanuel Saa in summa*, verbo *Matrimonium, Vega 2. tom. summæ, cap. 34. casu 74. notabili 4. Diuus Thomas in 4 distinct. 35. quæst. vnica, in fin. in expositione litteræ Magistri. Idē part. 3. quæst. 60. artic. 2. in additionibus, Valencia 2. part. disput. 10. quæst. 5. punct. 3. Nauarrus in summa, cap. 22. num. 46. Toletus lib. 7. summæ, cap. 6. num. 2. Menochius de arbitrarijs, casu 360. num. 82. Farinat. in praxi criminali, quæst. 143. numero 155. Decianus lib. 9. tractatu criminalium, cap. 13. num. 16. & cap. 14. num. 44. Boetius decisione 262. num. 3. cum traditis à Barbosa in collectan. ad nostrum textum.*

2 Ratio; quare non potest, quis illam habere in vxorem, cuius maritum occidit machinatione ipsius mulieris, ea est, quia iustum videtur, vt quis puniatur in eo, in quo peccauit, *cap. litteras, de tempor. ordin.* Siquidem peccat contra matrimonium, qui vxorem occidit, sicut, & vxor si occidat maritum, vel eius machinatione ille ab alio occidatur, *cap. interfectores 33. quæst. 2.* cum nihil atrotius in coniugio reperiri possit, quam insidias parari, vel dare animam parandæ vitæ alterius coniugis, cum vterque cōiux artissimo, ac summo amicitię vinculo, viuere debent, *Thom. Sanchez lib. 7. de matrimonio, disput. 78. n. 1.* Ideoque ea ratione prohibetur; nequis possit in vxorē habere illam, cuius machinatione maritum occidit, *cap. si quis viuenti 31. quæst. 1.* nam vxoricidium ex statuto Ecclesiæ matrimonium impedit, sed quandoque non dirimit contractum impedit, quando propter adulterium vir occidit vxorem, aut etiā propter odium; tamen si timetur de incontinentia ipsius potest, cum eo dispensari per Ecclesiam, vt licite matrimonium contrahat: quandoque etiam dirimit contractum, veluti si aliquis interficit vxorem suam, vt ducat eam cum qua mechatur; tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendū cum illa; ita vt si de facto cum ea contraxerit, matrimonium dirimitur, sed per hoc non efficitur simpliciter persona illegitima, respectu aliarum mulierū; vndè si cum alia contraxerit, quamuis peccet contra statum Ecclesiæ faciens; tamen matrimonium contractum, non dirimitur, *Diuus Thom. 3. part. quæst. 60. artic. 2. in additionib.* Secus verò esi dicendum, si sine machinatione homicidium fuerit secutum. Ratio est, quia maleficia voluntate, & proposito distinguntur, *cap. cum voluntate, de sententia excommunicationis*, & quoniam pœna non est vlterius protrahenda, quàm fuerit delictum in excedente repertum, *cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte capituli*; nam ex dictum de matrimonio, non contrahendo est prohibitorium, & quicumque non reperiuntur prohibiti, cēsentur admissi, *cap. cum apud, de sponsalibus,*

libus; ideò mulier, quæ non procurauit interitum mariti, non impeditur contrahere cum eo, qui ex alia causa illum occidit, *capit. significasti, de eo qui duxit in matrimonium*, nō tamen excusatur quis, quominùs in hoc impedimentum incidatur; si alter ex machinantibus alterius coniugis mortem infidelis exiſtat, ac fidelis eam intentarit, vt coniugis morte secuta aliciat infidelem spè ineundi cū ipso coniugij, vt ad fidelem reducatur, quia vt text. noster asserit tale damnum cum lucro Ecclesiæ compensare nolit; siquidem non sunt facienda mala, vt indè eueniant bona, nec est committendū aliquod delictum, propter bonum alicuius, etiam spirituale, quod indè sequatur: sic licèt Sarraceni persuasionibus mulierum, quarum viros occiderunt ad fidem fuisse conuersi, *vt constat ex text. noſtro*, versic. *Per ipsas*, nihilominùs tamen tale lucrum cum homicidio, ab ipsis patrato minimè compēsatur, quemadmodum furtum, non est committendum, vt indè fiant eleemosynæ, *cap. non est putanda* 1. *quæst.* 1. *cap. fortè* 14. *quæst.* 5. nec huic vltimę decidendi rationi obstabit text. *in cap. qui habetis* 14. *quæst.* 5. vbi de male, & illicitè adquisitis potest fieri eleemosyna, quia est intelligendum de quæsitis, mediante aliquo actu illicito, & contra legem aliquam quæsita, quorum adquisitio interim, non est iniusta contra iustitiam commutatiuam, cum in illis adquiratur dominiū, veluti lucrum meritricis, aut Clerici negotiatoris, vt latè refert *Barbosa in collectaneis ad noſtrum text. num.* 5.

3 Primò; obstabit dicere, quòd in præsenti hoc impedimentum infidelem ante baptismum, non potuit ligare; quia infidelis legibus Ecclesiasticis adstrictus non est, *Apostolus ad Corinth. cap.* 4. vers. *De his qui foris sunt nihil ad nos*, de quo mentio habetur *in capit. gaudemus, de diuortijs*, quia per baptismum omnia crimina dimittuntur, *cap. deindè* 26. *distin. cap. firmissimè, de consecratione, distinct.* 4. *cap. maiores, de baptismo, Trident. sessione* 5. *de peccato originali*: Ergo infidelis in præsenti, qui maritum occidit, poterit post baptismum, cum vxori occisi matrimonium contrahere. Verum hoc dubio, non obstante verissimum est, nec etiam infidelem posse, cum vxore occisi matrimonium contrahere. Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta, etiam si laborent interpretes in exponenda ratione, qualiter poterit Ecclesia infidelibus, hoc impedimentum imponere in pœnam delicti tempore infidelitatis admissi, & qualiter illa pœna, per baptismum non extinguatur, cum omninò præterita delicta aboleat: & quidē huic difficultati dupliciter satisfaciunt. Primò dicunt, impedimentum illud commune esse fideli, & infideli mortem cōiugis machinantibus, quare, & si cesset per baptismum; ex parte infidelis, tamē manet ex parte fidelis. Secundò dicunt, deleri per baptismum peccata, & ipsorum pœnas, non tamen impedimenta. Sic *Hostiensis in præsenti, num.* 2. *Ioannes Andreas* 3. *Ancarranus* 7. *Zabarella oppositione.* 1. sed neutra solutio difficultatem dissoluit, non enim explicat quare Ecclesia, pœnam hanc infidelibus à sua iurisdictione exemptis statuere potuerit, quare ea, & alijs omissis verius dicendū est infideli eam pœnam in dictam non esse, nec in dici potuisse ab Ecclesia, sed soli fideli, vt perpetuo nequeat cum illo infideli, quantumcumque ad fidem conuerso matrimonium contrahere, sicut hodie ex Ecclesiæ præcepto irritum est matrimonium fidelis cum infideli, non ob impedimentū infidelis, sed quia fidelis eo impedimento Ecclesiastico afficitur; merito, si alter machinatorum baptizatus erat, matrimonium erit nullum, vt constat ex text. nostro. Indè infertur, quòd si vterque coniux infidelis sit, non oriri impedimentum, cum hoc non impediat ex natura rei, sed tantum ex lege Ecclesiastica, qua infideles non tenentur, *Enriquez lib.* 12. *summæ, capit.* 14. *num.* 2. *Thomas Sanchez lib.* 7. *de matrimonio, disput.* 88. *num.* 3. *in fine, Basilius lib.* 7. *de matrimonio, disput.* 45. *num. fin. Zabarella in præsenti, nu.* 3. *Barbos. in collectaneis, ad noſtrum text. num.* 3. *Andreas Valensis in tit. de eo, qui duxit in matrimonium, num. fin.*

4 Secundò, aduersus ea, quæ refert text. noster; videlicet, satis esse, quod impedimentum hoc dirimens contrahatur consilio, aut mandato ad coniugis mortem cooperatur; siquidem in text. nostro, vxor fidelis, non interficit virum, sed infidelis vxoris machinatione, & insidijs illum occidit, & tamen solum ponderatur coniugis mortis machinatio, quæ non petit proprijs manibus, sed qualicumque cooperatione,

non

non tamen sufficere ratihabitionē coniugis, etiam cum adulterio, vt tenent Doctores omnes in præsenti; obstabit dicere, quòd ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, etiam in delictis *cap. ratihabitionem* 10. *de regulis iuris, lib. 6. cap. finali, de iure iurando, lib. 6.* quæ regula etiam locum habet, quoad excommunicationis sententiam ferendam, *capit. cum quis, de sententia excommunicationis, lib. 6.* Ergo sola ratihabitio absque operatione, vel consilio sufficit, vt hoc impedimentum contrahatur. Cui dubio respondendū est, quòd quāuis ex nostri text. decisione, ad hoc impedimentum sufficiat iussio consilium, aut auxilium, non tamen sufficit ratihabitio. Ratio diuersitatis est, quia ratihabitio non dicitur causa actus, nec ad illum concurrit, sicut concurrunt consilium iussio, vel auxilium. Nec obstat, quod ratihabitio retrotrahitur, & mandato etiam in delictis equiparatur, quia id fictione iuris fit, & vt hæc locum habeat extrema debent esse habilia ad ipsum actum exercendum, quod hic esse non potest, quia morte iam illata, machinatio mortis, quæ ad hoc impedimentum requiritur amplius interuenire non potest, *Gloss.* verbo *Occidisse, in cap. si quis viuente* 31. *quæst.* 1. *Hostiensis in præsenti, Thomas Sanchez dict. lib. 7. de matrimon. disp. 78. num. 6. Andræas Valensis ad tit. de eo qui duxit, num.* 1. *Abbas in præsenti, num.* 10.

5 Tertio, obstabit illud Sanctissimi Dauid factum, qui cum Bersabè adulterium commisit, & mortem Uriæ machinauit cum eum interficere iussisset, & postea Dauid eam Bersabem vxorem duxit, vt refertur, *in cap. si qua fuerit, ff. sed obijcitur* 31. *quæst.* 1. cuius authoritate Lutherani existimarunt frustra, hoc impedimentum à iure Canonico esse statutum, cæterum ineptissima est eorum impugnatio cum ex rationibus supra adductis, satis apertè cōstet, quam iustè ab Ecclesia impedimētum hoc, etiam dirimens matrimonium statutum sit. Nec obstat illud Dauid factum, seu exemplum, quia eo in tempore, non erat hoc impedimentum ab Ecclesia statutum, vt notat *Thomas Sanchez dicta disput. 78. num. 1. in fin.* siquidem Ecclesia potest ratione delicti inducere nouum impedimentum habile ad impediendum, & dirimendum matrimonium, *cap. finali, de eo qui duxit in matrimonium*; notat *Abbas in præsenti, nu.* 4. *in fine.*

6 Quartò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes; videlicet, omnino oportere datam esse fidem, & interuenisse verum adulterium ante mortem coniugis; nam solùm adulterij asserunt non obstare matrimonio contrahendo, *cap. significasti de eo qui duxit in matrimonium, dicto cap. si quis viuente* 31. *quæst.* 1. Obstabit text. *in cap.* 1. *de eo, qui duxit in matrimonium*, versic. *Et illam maximè, cui fidem dederat vxor sua viuente*, pōderando verbum illud *Maximè*, quasi diceret idem esse, & sufficeret, si solum adulterium, absque fide contrahendi commississet. Sed respondendum est dictionem illam *Maximè* idem significare, ac si diceret *Tantum*, quasi sensus sit coniugium iniri non potest, cum ea fœmina, cum qua non tantum adulterium commissum est, sed etiam si simul data est fides de contrahendo matrimonio, post mortem coniugis, qua acceptione, maximè, etiam accipitur, text. *in cap. si quis Episcopus damnatus* 11. *quæst.* 3. *cap. cum contingat, de foro competenti*; notat *Abbas ibidem, numer.* 3. *Thomas Sanchez vbi supra, num.* 1. *Valensis in Rubrica, de eo qui duxit, num.* 3. Alias autem sola machinatio animo matrimonium contrahendi, absque adulterio sufficit, vt diximus constat ex text. nostro, vbi nulla adulterij mentio habetur; sed tantum de machinatione viri, absque adulterio, & nihilominus sola machinatio, cum animo contrahendi est impedimentum dirimens, si mors ex illa machinatione fuerit sequuta; nam sola machinatio morte non sequuta sufficiens non est; *dict. cap. si quis viuente* 31. *quæst.* 1. *capit. laudabilem, hoc titulo, Basilius vbi supra, num.* 4.

7 Quintò, his omnibus valdè obstabit text. *in cap.* 1. *de diuortijs*, vbi statutū est, quòd si qua mulier cum alijs innecem mariti sui machinata est, & maritus aliquem illorum, qui ipsum interficere volebant, de consilio, & consensu vxoris, se defendendo occiderit, potest post mortem vxoris, si voluerit aliam ducere; ipsa autem insidiatrix, absque spe coniugij pœnitentiæ stat subiecta: ex cuius decisione constat, quòd etiam si mariti mors non fuerit secuta nihilominus mulier insidiatrix, absque spe con-

coniugij decedente marito manebit, quæ iura ita adinuicē contraria ad concordiam reduces; si dixeris discrimen esse constituendum inter eum casum, quo mulieris machinatio sola in mortem mariti, vel sola machinatio in morte vxoris intercedit ob adulterium, vel odium, absque fine aliquo ineundi alterius matrimonium, & inter eum casum, quo machinatio mortis alterius coniugis, simul cum adulterio interuenit: primo enim casu coniugis machinatio nuptias impedit contrahēdas, tamen non dirimit contractas; ita vt coniux, qui alterius vitę insidiatur post eius morte nubere prohibeatur, nuptus tamen in coniugio permaneat, & ita est intelligendus text. *in dict. cap. 1. de diuortijs, cap. interfectores, cap. admonere, capit. quicumque* 33. *quæst.* 2. *Thomas Sanchez lib.* 7. *de matrimonio, disp.* 16. *n.* 1. *Basilius de matrimonio, lib.* 6. *de impedimentis, cap.* 14. *nu.* 2. attamen posteriori casu, quando cum adulterio interuenit machinatio mortis alterius coniugis, si illa effectum sortiatur fine matrimonij contrahendi cum eo, cum quo adulterium cōmissum est: Tunc non tantū impediuntur nuptiæ, sed etiam contractæ dirimuntur, text. ita intelligendus *in dicto cap. si quis viuente* 31. *quæst.* 1. *cap.* 1. *cap. significasti, cap. super hoc, de eo qui duxit in matrimonium*, text. noster intelligendus, *Thomas Sanchez dicta disput.* 78. *num.* 2. *Enriquez dict. lib.* 12. *capit.* 14. *numer.* 2. *Syluester* verbo *Matrimonium* 8. §. 9. Si enim coniux mortem coniugis machinatur, nec ea subsequatur, vel subsecuta, non vestiatur fine contrahendi alterius matrimonium, nuptiæ non impediuntur, sed poterit adulter, & coniux superstes altero defuncto matrimonium inire, *dict. cap. si quis viuente*, versic. *Occidisse notetur* 31. *quæst.* 1. quæ verba manifestè petunt actum mortis consummatum, & malitiosum, notaque infamiæ dignum, vt nuptiæ hoc in casu prohibeantur, *Thomas Sanchez dicta disp.* 78. *num.* 13.

8 Sextò, solutioni obstabit text. *in cap. illud* 3. 31. *quæst.* 1. vbi in Concilio apud alterum habito, *capit.* 6. statutum est, quòd si quis cum vxore alterius eo iuuente crimen fornicationis commisserit moriente marito aditus claudatur illicitus, ne vlterius ei coniugatur matrimonio, quam prius poluit per adulterium, quod etiam refertur, *in cap. nullus* 1. *eadem causa & quæst.* Ex quibus iuribus constat solum adulterium esse impedimentum cōtrahendi matrimoniū. Sed respondendum est iura illa esse intelligenda terminis habilibus suppositis, in quibus exaudiendum, & supplendum est machinationem interuenisse, & sic proceret eo casu, in quo cum adulterio concurrit duplex crimen; scilicèt, adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis, aut cum fide data de contrahendo futuro matrimonio, post coniugis mortem, vel cum connatu matrimonij de præsenti, cum adultera superstite ab altero coniuge; meritò ideo decernitur matrimonium contrahi, nō posse cum ea muliere, quę vel machinata fuit innecē mariti eo animo, vt adultero nuberet, vel fidem de futuro coniugio ineundo, post mortem mariti dedit de facto ve contraxit, cum eo cum quo adulterium commisit superstite viro suo, aliàs enim, si solum adulteriū interueniſſet, licitum esset matrimonium cum illa contractum, *capit. si quis viuente* 31. *quæst.* 1. *capit. significasti, de eo qui duxit, Thomas Sanchez dict. disp.* 78. *num.* 1.

9 Septimò, aduersus solutionem suprà in quinto dubio traditam ad text. *in dict. cap.* 1. *de diuortijs*; dum ibi asserimus solam mulieris machinationem etiam morte mariti, non secuta esse impedimentū impediens; ita vt post mortem mariti, absque spe coniugij remaneat, obstabit sequens consideratio; videlicèt, quòd quamuis mulier, *in dicto cap.* 1. *de diuortijs*; valdè deliberatam voluntatem occidendi maritum habuerit; tamen connatus ille effectum non habuit, cum mariti mors non fuisset secuta, sed solus connatus, sine opere subsecuto in iure nostro non punitur, *cap. fin. de sponsalibus, cap. vltimo* 15. *quæst.* 1. *cap. sicut* 32. *quæst.* 2. *cap. cogitationes, cap. solicitatores* 15. *de pœnitent. distinct.* 1. *l. cogitationis, ff. de pœnis, Couarruuias in Clementina si furiosus,* 2. *part. in principio numero* 5. Ergò quamuis mulier, *in dict. capit.* 1. *de diuortijs*, ex ea causa marito insidians intenderit, cum tamen ipsum nō occideret, non potuit puniri pœna priuationis coniugij. Cui dubio connatur satisfacere Pfæpositus, *in dicto cap.* 1. *de diuortijs, num.* 5. dum asserit; ideò mulierem ibidem puniri pœna priuationis fu-

futuri coniugij, non quidem ex machinatione in mortem mariti; sed ex homicidio facto a marito, cui ipsa causam præbuit; ita quod machinatio in mortem coniugis, secuto indè aliquo homicidio machinatorē priuet ipè coniugij; ita vt post mortem coniugis, non possit cum alio matrimonium contrahere, sed hæc interpretatio sustineri non potest, eo quod verbis tex. manifestè repugnat, cū nō mariti homicidiū, sed solam machinationem perpendunt ad hoc, vt ipsa futuri coniugij ſpè carere debeat. Quare *Hostiens. ibid. n.* 2. asserit, quòd *in d. cap.* 1. mulieris connatus effectum fuit consecutus, quoniam licèt nō sit occisus ille, quē mulier occidere intendebat, tamen de altero occisso tenetur, quoniam consilium ad necem mariti dedit, ex quo alterius mors secuta fuit; siquidem, qui ad crimen committendum consilium dat, tenetur etiam de eo, quod vltra consiliū factum est, *cap. is qui, de homicidio, lib. 6. l. quoniam multa, C. ad leg. Iuliam, de vi publica*; quare omissa etiam interpretatione, quam refert *Butr. & Zabar. in d. cap.* 1. *num.* 4. verisimè est dicendum, quòd & si *in d. cap.* 1. *de diuortijs*, mariti homicidium non fuerit secutum, tamen mulier punitur pœna priuationis futuri cōiugij, qua machinatio mulieris, non tātum intra animum retenta fuit; sed etiā ad opus externum processit, quæ ad proximum ipsius consummati sceleris peruenit, nec per mulierem connantem stetit; siquidem connatum peregit, sed per maritum, qui se defendendo occisso rem impediuit, *vt constat ex eodem cap.* 1. versic. *Se defendendo*, quo casu connatus ipse ad exteriorem actum deductus, etiā sine opere subsecuto perindè puniri debet, ac si delictum esset perfectum, & consummatum, quod maximè in atrocioribus criminibus procedit, in quibus connatus, qui per exteriorem operationem processit, perindè punitur, ac si delictum opere perfectum fuisset, *si per ipsum connantem non stetit, quia delictū consummaretur cum feciſſet, quidquid ad actus perfectionem potuisset, capit. si quis non dicat 6. cap. quisquis 9. cap. si fortè 11. cap. si quis de pœnitentia, distinct. 1. cap. 1. de homicidio, lib. 6. l. is qui cum tello, Cod. de sicarijs*; merito cum mariti homicidium, tàm graue crimen sit debuit mulier, licèt non fuerit consecuta effectum ex illo solo tantum connatu puniri; docet *Gloss. in d. cap.* 1. verbo *Insidiatrix*, quam sequitur *Menoch. de arbitrar. casu* 360. *num.* 82.

10 Octauò, aduersus id quod refert text. *in dict. cap.* 1. *de diuortijs*; dum asserit maritum, qui se defendendo aliquem occiderit posse post mortem insidiatricis mulieris vxorem ducere rationem redens, quia pro sui defensione homicidium commisit, & sic videtur insinuare à contrario sensu, quod si sine defensione homicidium commisisset, esset impedimentum contrahendi matrimonium. Obstabit dicere, quòd homicidium non est impedimentum contrahendi matrimonium; siquidem tantūmodo speciale est, quando quis Clericum occideret, qui vt ministet in matrimonio interesse debet, & ea ratione interfector eo Sacramento priuatur, *capit. qui Presbyterum 2. de pœnitentijs, & remissionibus, cap. qui Presbyterum 24. 17. quæst.* 4. Cui difficultati respondendum est, verum esse, homicidium regulariter loquendo, non impedire matrimoniū contrahendum, nisi in casibus expressis, à *Gloss.* verbo *Si voluerit, in dict. cap.* 1. *de diuortijs*, veluti si Presbyterum quis occiderit, quamvis si de facto contrahatur, non separantur, *Thom. Sanchez lib. 7. de matrimon. cap. 6. num. 9. Basilius dicto lib. 6. cap. 14. num. 2. Tolet. in summa, lib. 17. cap. 19.* Nec huic resolutioni obstat tex. *in dicto cap.* 1. *de diuortijs*, quia dum asserit homicidium a marito factum, propriæ vitæ defensione ipsum, non priuare spe futuri ineundi coniugij, quia exaudiendum est verbum illud *Maxime*; ita vt ratio decisionis in necessitate homicidij, non consistat; siquidem homicidium, non sit impedimentum contrahendi matrimonium maximè, & præcipuè, si se defendēdo agressorem maritus occidisset, & sic verbum illud *Maximè*, addendum esse *in d. cap.* 1. asserit Præpositus ibidem, *allegat.* 2. quæ interpretatio, si tibi non placuerit poteris; & melius dicere, text. *in dict. cap.* 1. in quo homicidium à marito factum fuisse pro sui defensione, asseritur respexisse ad innocentiam mariti, & inculpabile homicidium, non ad hoc, vt posset post mortē mulieris, aliud matrimoniū cōtrahere, quia id per se patet, sed ad hoc, vt posset vxorē dimittere, & ab ea diuortiū facere, fuit enim illius tex. potissima dubitatio: an possit maritus vxorē dimittere?

Eo quod ipsa ius vitæ insidiaretur, si aliquē se defendēdo occidit? Et deciditur posse, quia ignocendum est marito, qui pro sui defensione alium occidit, argumento text. *in cap. litteras, §. fin. de restitutione expoliator. cap. ex transmissa, eodem cap. 1. vt lite non cōtestata, cap. de benedicto 32. quæst. 1.* nam sicut potest maritus ob eius sæuitiam dimitti ex dictis iuribus, *Thom. Sanch. lib. 10. de matrimon. disp. 18.* ita etiam vxor potest à marito dimitti, si insidietur, & pariat mortem ipsi marito, eique restitutionem petenti obijciet maritus exceptionem hanc insidiarum, qua obiecta mulieri restitutio denegatur, nisi aliquo modo compesci possit, & cautioni sufficienti tali cōmodo prouideri, *d. cap. litteras, in fin. Hostiens. in d. cap. 1. de diuort. num. 2. Panormit. 4.* Quod tantum est intelligendum, quoad thorum, & mutuam cohabitationem, quia quoad vixerint semper coniuges erunt, *cap. 2. de diuortijs*; nam vinculum coniugij semel habitum, nūquam ex illis causis viuentibus cōiugibus amittitur, *cap. Apostolus cum alijs 32. quæst. 7. Hostiensis; & Abbas vbi suprà.*

11 Nono, his omnibus obstat text. *in cap. quidquid 12. 32. q. 5.* ex cuius decisione constat mulierem aliquid machinantē, aut facientem in mortem viri, nō posse ab ipso dimitti, nisi crimen adulterij cōmittat: igitur sola machinatio mulieris sufficiens non est, ad separationem coniugij inducēdam; sed necessariā omninò est fornicationis causa, contra ea, quæ nuper tradidimus. Difficultatē agnouit, *Gloss. ibidem*, verb. *Quidquid, & in cap. quemadmodum*, verbo *Denuntiare, de iur. iuran.* quam vt dissoluat asserit decisionem, text. *in d. cap. 1. de diuortijs, correctam esse per text. in dict. cap. quidquid*; ita vt hodie non possit maritus vxorem dimittere, etiam si vitæ eius insidias tendat, quæ solutio sustineri non potest: Tum quia si tex. *in d. cap. quidquid loquetur, de terminis decisionis*, text. *in d. cap. 1. de diuort.* careret ratione, cum magnā tribueret vxoribus delinquendi licentiam, & occasionem, & iniquissimum esset cogere maritum, cum ea machinatione in eius mortem, & graui vitæ periculo existere. Tum etiam, quia frustranea esset decisio, tex. *in d. cap. 1. de diuortijs*, si per text. *in d. cap. quidquid correctus maneret*; siquidem nihil diminutum, aut superfluum in iure esse debet, *capit. cum expediat, de electione, lib. 6.* quare ea reiecta respondit *Turrecremata in dict. capit. quidquid*; dum asserit text. illum esse intelligendum, in machinatione facta in causa licita, qualis est accusatio iudicialis, quæ machinatio cum non tendat ad mortem mariti, & eius securitati actu iudiciali prouideri possit mirum nō est, quod propter eam maritus ab vxore nō sit separandus, quam sequitur *Panorm. in cap. quemadmodum. § fin. in fine, de iure iurando*; sed hæc solutio difficultatem, non exaurit, nam repugnat expressè verbis, text. *in d. cap. quidquid*, verſic. *Quidquid mulier tua contra te cogitauerit*, quæ verba cum generaliter proferantur generaliter, etiam accipi debent, argumēto text. *in capit. quia circà, de priuilegijs, Gloss.* verbo *Generali, in cap. 2. de coniugio leprosorum*; & sic verba illa ad casum machinationis in accusatione mariti restringi non debent; maximè, cum statim exprimatur casus accusationis, in verſic. *Si te accusauerit*, ponderando dictionem illam, *Vel*, quæ disiunctionem casus denotat. Vlterius, si verum est ob machinationem solam, circa licitas res separationem fieri nō posse, sequetur exindè, quòd si ad factū mulier deueniſſet, quòd separatio fieri valeat, etiam extra casum adulterij, quod ipsemet, text. asserit in verſic. *Aut fuerit*, in qua particula reduplicari debet, verbum illud *Quidquid*, quod significat separationem fieri non posse, quidquid mulier contra maritum fecerit, quare ea omissa dicendum esse existimamus differentiam constituendam esse inter separationē, quoad thorum, & cohabitationem perpetuam, & inter separationem ad certum, vel incertum tempus factam: perpetua enim dimissio, & diuortium absolutum fieri non potest, nisi ob solam fornicationem carnalem, *Matth. cap. 5. & 19. cap. significasti, cap. gaudemus, cum alijs, de diuortijs, Thom. Sanchez lib. 10. de matrimon. disp. 3.* Separatio verò temporalis, ob alias causas præter fornicationem licita erit de iure permissa, quę tamdiù durat, quā diù causæ ipsæ permaneant: Si enim coniux sæuius sit, aut mortem mulieris machinetur, quam ob causam vnus diuertat cessante sæuitia, & machinatione Instauratur matrimonium, *Bellarminus libro 1. de matrimonio, capit. 14. §. Secunda causa est, Thomas Sanchez dicto libro 10. disputatione 15. numero 2.*

Ratio deducitur, quia fornicationis cauſa, ex ipſa coniugij natura petitur, eo quod fides promiſſa violata eſt, & cum hæc ſit perpetua; ita & dimiſsio, quæ propriè diuortium appellatur; ſiquidē non eſt diuortium, niſi quod animo cōſtituendæ perpetuæ ſeparationis fit, *cap. diuortium, de pœnitent. diſtinct. 1. l. diuortium 3. ff. de diuortijs.* Cæteræ autē cauſæ, cum non ſint ex natura ipſius coniugij, non ſunt perpetuæ, ac proindè, dum ipſi permanent diuortium permittitur, & ſic procedit veritas *D. Matthæi capit. 5. relata, in capit. ex publico, de conuerſione coniugatorum, cap. 2. de coniugio leproſorū*, quæ iura docent non licere diuortium excepta cauſa fornicationis, & ſic intelligi debent de perpetua ſeparatione, & diuortio abſoluto, cuius cauſa ſola fornicatio carnalis eſt, non verò de ſeparatione temporali, quæ ob cauſam ſæuitiæ, machinationis, & alias fieri poteſt, *dicto cap. litteras, in fine, de reſtitutione expoliatorum, cap. 1. de diuortijs, capit. idolatria 5. & 6. 28. quæſt. 1. Thomas Sanchez dict. lib. 10. diſp. 15.* vel aliter dici poteſt, quod licèt exceptio regulam in contrarium firmare ſoleat in caſibus, non exceptis, *l. nam quod liquide, ff. de pœnu legata*; tamen dictio *Exceptiua*, illa non firmat regulam in contrarium, circa caſos alibi in iure exceptos, *Euerardus in topycis loco, ab exceptione ad regulam, num. 5.* Vndè cum machinationis cauſa ſit à iure expreſſa, ob identitatem, & ſimilitudinem rationis, quam cum carnali fornicatione habet; meritò ob eam diuortium permittitur, illa autem authoritas, *Matthæi cap. 5.* minimè conuincit nullam aliam cauſam eſſe diuortij, ſed nullam aliam eſſe præterea, quæ in alijs iuris Eccleſiaſtici locis ius diuinum explicantis continentur. Cum igitur *in dicto cap. quidquid aſſeritur*, ob cogitationem, & fac ſeparationem fieri, non poſſe intelligendus eſt de ſeparatione perpetua, quæ ob fornicationem tantum permittitur, non verò de ſeparatione temporali cum hæc fieri valeat, ob alias cauſas maximè, ob cogitationē ad actū exteriorem productam innecem mariti. Quæ interpretatio apertè deducitur, *ex eodem text.* verſic. *Excepta cauſa fornicationis, Thomas Sanchez dict. lib. 10. diſput. 15.*

12 Decimò, prædictis obſtabit tex. *in capit. quæſiuit 2. de diuortijs*, vbi cum quæreretur: Vtrùm coniux pro furto, vel quocumque alio crimine coniugis ſui ab eo debeat ſeparari Pontifex Reſpondit, pro nullo crimine coniugis innocenti coniugij ſeparationem matrimonij permitti debere, niſi fidem ſuæ Religionis corrumpere velit. Verum ſi coniux, coniugem ad infidelitati maleficium traxerit ab eo ſeparari poterit, ex qua deciſione apertè colligitur, ob nulla crimina diuortium permitti, excepta corruptione, & peruerſione fidei; igitur crimen machinationis in mortem viri a muliere commiſſum, iuſtam diuertendi cauſam non præſtant: Sed reſpondendum eſt, *in dicto capit. quæſiuit*, Alexandrum III. non tractare de crimine coniugis, quod ad alterius coniugis mortem tendit, quale eſt machinatio, quæ iuſta diuortij cauſa eſt, *dicto cap. 1. de diuortijs*, ſed de alijs criminibus, quæ animam, corpore malè, vtente, perniciosè turpiterque corrumpunt, veluti furtum blaſphemia, & alia id genus, propter quæ diuortium ibi denegatur, cuius deciſio, & percipiatur, & vera eius mens aperiatur conſtituo, ob nullum aliud crimen excepta fornicatione carnali, vel ſpirituali hoc eſt, à diſceſſu, à fide licitum eſſe coniugibus diuertere, ſi coniux illo implicitus, non pertrahat alterum ad peccandum, Concilium Toletanum Duodecimum, *cap. 8. relatum, in capit. præceptum, & ex Diu. Auguſtino lib. 1. de Serm. Domini in Monte, cap. 32. relatum in cap. ſi vxorem, eadem cauſa 32. quæſt. 5.* Ratio eſt, quia fornicatio ſpiritualis, cum magnum afferat ſecum periculum peruertendi fidem alterius cōiugis; atque ideò dum coniux ille minimè reſipiſcit licitum eſt alteri diuertere, *dict. cap. quæſiuit, cap. quanto, de diuortijs, cap. fin. de conuerſione coniugator. cap. non ſolùm 28. quæſt. 1. Thomas Sanchez d. lib. 10. diſp. 15. num. 3. & 9. Enriquez de matrim. lib. 11. cap. 17. n. 6.* niſi Eccleſiæ ſententia acceſſerit hæreticum coniugem damnans; nam tunc perpetuum diuortium licitum eſt, & in pœnam delicti conſortio coniugali priuatur, *d. cap. fin. de conuerſ. coniug. cap. de illa, de diuortijs, cap. fin. de hæreticis, lib. 6. Thom. Sanchez dict. diſputat. 15. num. 19. & diſputatione 17. numer. 3.* Fornicatio autem carnalis directè opponitur fidei coniugali, & certitudini prolis, *Thomas Sanchez dict. diſp. 15. num. 2.* quæ ratio in

alijs criminibus minime reperitur; & ideo quantumvis coniux alijs grauissimis flagicijs coopertus sit, dummodo coniugem alterum, nō inducat ad peccandum minimè licitum est diuortium, *dicto capit. idolatria 28. quæstione 1.* qui text. dum probat, ob quodcumque crimen diuortium concedi, accipiendus est, quando coniux illis criminibus implicitus, nititur alterum ad ea peccata pertrahere; tunc enim cum periculum animæ immineat potest Diuino, & naturali iure illud auertere, consortium alterius declinando per id tempus, quo inducitur illa ad peccandum durabit tātum, *Thomas Sanchez dicta disputat. 17.* Nec prædictis obstabit, text. *in dicto capit. quæsiuit 2. de diuortijs*, supra pro dubitandi ratione adductus; vbi solùm ob hæresis crimen diuortium permittitur, negaturque ob alia crimina, id licere: quia respondendum est textum illum, ea quæ regulariter contingunt intendisse, argumento text. *in leg. nam ad ea, ff. de legibus*, cum coniuge enim hæresim amplectenti infectionis periculum regulariter immineat, quare rarò contingit coniuge alijs criminibus infecto cum naturale sit, vt quisque ad suam sectam alios pertrahere tentet præcipuè coniugem, cui tanta familiaritate, & amore coniunctus est, non immeritò, text. ille concedit posse diuertere ob hæresim, non ob alia crimina, quamobrem si periculum infectionis, ex alijs sceleribus emerserit, eadem diuertendi facultas concedenda est, quod text. ille non negat, ex quo ea differentia inter peruersionem fidei, & alia crimina colligi potest, vt in illa expectandum non sit, quod hæreticus coniux Catholicum coniugem peruertere nitatur; sed tantum eo existente in sua pernicia, licèt Catholico diuertere, quia ad peruersionis periculum semper imminet, at in alijs expectandum est, quòd coniux vitijs deditus ad ea inducere alterum moliatur, id enim periculum raro euenit; notat *Innocentius in dicto capit. 2. numero vnico, Abbas 3. Alexander 6. Belarminus lib. 1. de matrimonio, capit. 14. §. 2. Enriquez de matrimonio, lib. 11. capit. 17. numero 7.* Quod periculum, si euenerit concederetur diuortium ad tempus, quo inductio illa ad peccandū duraverit, ac proindè resipiscente coniuge tenetur alter coniux, ad eum reuertere, *Cardinalis in dicto cap. de illis; in fine, Belarminus dict. lib. 1. cap. 14. §. Secunda causa est, Thomas Sanchez dict. disp. 17. num. 14.*

13 Vndecimò, aduersus hanc solutionem expendi potest, text. *in capit. si qua mulier 6. 31. quæst. 1.* vbi docemur, quod si mulier in mortem mariti, cum alijs consiliata sit, & ipse vir aliquem, se defendendo ab illis occiderit, si probare potest ille vir vxorem ream esse consilij, potest ipsam dimittere, & si voluerit aliam ducere, ipsa autem insidiatrix pœnitentiæ subiecto, absque ipsè coniugij maneat, ex qua decisione deducitur maritum; cuius vitæ insidias parauit mulier, non tantum posse dimittere ipsam insidiatricem, sed etiam superstite ea, aliam ducere: ergo machinatio mulieris, non solùm iustam diuertendi causam præstat marito, sed etiam vinculum rumpit, & dissoluit matrimonium, & consequenter necessarium, non est expectare mortem vxoris ad hoc, vt maritus possit ad alias nuptias migrare. Quod omnino contrarium refert text. *in dicto cap. 1. de diuortijs.* Cui dubio omissis plurimis interpretationibus traditis ab antiquioribus, *in dicto cap. 1. de diuortijs*, veriissime dicendum est, illa text. verba, *in dicto cap. 1. de diuortijs*, versic. *Post mortem vxoris*, necessario sub intelligenda, & repetenda esse, *in dicto capit. si qua mulier 6. 31. quæst. 1.* quia hic text. deductus est, ex eodem Concilio, de quo mentio habetur *in dicto cap. 1. de diuortijs, vt constat ex Antonio Augustino in 1. collectione decretalium, lib. 4. titul. 20.* quæ additio frequentissima est in multis alijs iuribus, in quibus eadem difficultas reperitur, *vt in capit. vxor 17. 32. quæstion. 7. capit. dixit Dominus 32. quæst. 1.* notat *Couarruuias de sponsalibus, 2. part. cap. 7. §. 6. num. 25. Thomas Sanchez d. lib. 10. disp. 2. num. 3.* Itaque in eo decreto, neutiquam marito permittitur, viuente muliere insidiatrice aliam in vxorem accipere, sed tantum deciditur, vt tam graue machinationis crimen coerceatur, vt qui in culpa esset à secundo matrimonio prohibeatur, si forte defuncta prima secundo nubere velet, concessa tamen innocenti libera facultate, vt iterum nuberet, nō quidem prima vxore superstite, sed tantummodo illa defuncta; itaque in eo dispar erat conditio nocentis, & innō-

innocentis, quod innocens defuncta vxore ducere aliam poterat, at nocens etiam defuncta vxore inuptus manere debebat, olim enim in Ecclesia frequētissimum id pœnę genus fuit, vt quidā propter aliqua atrociora delicta, absque spe perpetui coniugij manerent, *capit. raptor, cap. statutum est* 27. *quæst.* 2. *cap. si quis, cap. de ea* 30. *quæst.* 1. *cap. hi verò* 32. *quæst.* 7. *cap. si quis cum matre, cap. si hom*° 35. *quæst.* 2. *cap. qui propinquam* 35. *quæst.* 3. *cap. incestuose* 35. *quæst.* 8. *cap. si autem* 36. *quæst.* 2. *Basilius lib.* 7. *de matrimonio, cap.* 52. *num.* 9. Potest etiam supra traditis expendi, text. *in cap. omnes causationes* 32. *quæst.* 7. consulet de eo qui velit, *Thomas Sanchez dicto lib.* 10. *de matrimonio, disp.* 17. *num.* 15.

DE VOTO, ET VOTI REdemptione.

TITVLVS XXXIV.

Ad textum in capit. de peregrinationis 1. capit. scripturæ 4. cap. non est 5. hoc titulo de voto.

SVMMARIVM.

1 *Votum ex iusta causa, & superioris authoritate interueniente in eleemosynam, vel aliud æquiualens potest commutari.*

2 *Episcopi in terris, quoad commutationem, quibusdam votis vicem Dei gerunt.*

3 *Episcopi in loco Apostolorum successerunt.*

4 *Creditore volente, aliud pro alio solui potest.*

5 *Cap. peruenit* 3. *de iure iurando.*

6 *Deus semper accipit id opus, quod sibi gratius sit.*

7 *Votum in euidenter melius propria authoritate potest commutari, secùs si dubium est; nam tunc causa & Episcopi authoritas desideratur.*

8 *Cap. scripturæ* 4. *de voto.*

9 *Votum Religionis liberat quemque à quibuscumque votis.*

10 *Cap. commissum* 16. *de sponsalibus.*

11 Tutius *verbum* Consilium *significat, non vero præceptum, secus in rebus dubijs.*

12 *Promissio cum iuramento duplicem inducit obligationem.*

13 *Creditore invito, aliud pro alio solui non potest.*

14 *Episcopalis status excellētior est Monachali.*

15 *Cap. per tuas, de voto.*

16 *Cap. licèt, de regularibus.*

17 *Religioso non licèt, etiam sanctitatis zelo, sine superioris licentia de prima Religione ad strictiorem transire, sed petita, & non obtenta licebit.*

18 *Liberatio obligationis non contingit, nisi solutione eius, quod debetur.*

19 *Cap.* 1. 32. *quæst.* 6. *cap. quod ait* 14. *distinct.*

20 *Compensatio, seu commutatio in spiritualibus periculosa est.*

21 *Votum an fieri possit de his, quæ tenemur iure necessitatis.*

22 *Obligatio vna, non impedit maiorem obligationem.*

23 *Votum Pontifici reseruatum non poterit Episcopus commutare.*

24 *Leuithici authoritas, cap. fin. & quomodo ceremonialia cessarunt.*

25 *Vota Pontifici reseruata qualia sint.*

26 *Summus Pontifex, an possit dispensare, vt post professionem qnis possit exire à Religione.*

27 *Cap. cum ad Monasterium 7. de statu Monachorum.*

28 *Cap. per tuas 10. de voto.*

29 *Episcopi olim Summi Pontifices appellabantur.*

30 *Voti obligatio, an proueniat de iure Diuino, Lucæ cap. 9.*

31 *Dispensatio in his, quæ iuris Diuini, vel naturalis sunt, non admittitur.*

32 *Cap. qui post 5. de regularibus, lib. 6.*

1 CONCLVSIO. Votum ex iusta causa, & superioris authoritate interueniente, in eleemosynam, vel aliud æquiualens potest commutari. Confirmatur ex text. *in cap. 2. cap. non est 5. cap. magnæ 7. cap. quod super his 8. hoc tit. cap. 3. & cap. venientes 19. cum suis Glossis, de iure iurando*, Extrauagans, & si Domini, de pœnitentijs, & remissionibus. Inter communes, *cap. sanè 10. cap. licèt 18. de regularibus, l. 4. & 7. tit. 8. part. 1.* Exornant *Diuus Thomas in 4. distinct. 34. q. 4. artic. 4. & 2. 2. quæst. 88.* vbi Theologi omnes, *Sotus de iustitia, & iure, lib. 8. q. 4. artic. 2. & 3. Couarruuias in cap. quamuis pactum, 1. part. §. 3. num. 3. Suarez de Religione, lib. 6. de dispensatione, & commutatione voti, per totum, Thom. Sanchez plures referens, lib. 8. de matrimonio, disput. 9. num. 3. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 36. num. 6. Iason in l. vltima, num. 4. ff. Qui satisd. cogant. Lesius de iustitia, & iure lib. 2. cap. 40. dubitat. 3. Basilius de matrimonio, lib. 8. cap. 8. num. 2. Barbos. latè de potestate Episcopi, part. 2. allegat. 36. num. 4. idem plures referens in collectaneis, ad nostrum text. & in cap scripturæ 4. & 5. hoc tit.*

2 Ratio est; scilicèt, ideò votum iusta causa, & superioris authoritate interueniente commutari potest in casibus Prælatis, vel Episcopis permissis, quia Episcopi in terris repræsentant ipsum Deum, quoad commutanda vota Deo facta; nam omnis Ecclesiæ gubernatio, dispensatio, & potestas est ipsis tributa, cum in locum Apostolorum successissent, *cap. 1. cum sequentibus 10. quæst. 1. cap. Episcopus, capit. præcipimus 12. quæst. 1. cap. gloria Episcopi 12. quæst. 2. Trident. de reformatione, sessione 21. cap. 6. & 8. & sessione 23. cap. 4. & de Sacramento ordinis, sessione 25. cap. 17. Duarenus de Sacris Ecclesiæ ministerijs, lib. 1. cap. 9.* Sicque cum Episcopus repræsentet Dei personam, qui creditor est in promissionibus votorum, ad eum pertinet iudicare, an votum commutari possit in aliud Deo magis acceptum, *vt in text. nostro, l. 7. tit. 8. part. 1.* meritò, potest ex causa remittere, & dispensare obligationem Deo factam, & debitum in aliud commutare; nam cum voluntate creditoris aliud pro alio solui possit, *l. 2. §. 1. ff. de rebus creditis*, principio institutionum, quibus modis re contrahitur obligatio, *cap. ad nostram, de iure iurando, cap. veritatis, de dolo, & contumacia*, & cum per votum Deo obligemur, rectè potest huiusmodi obligatio tolli, vel in aliam rem commutatio fieri ipso Deo, & eius ministro volente; notat *Gloss.* verbo *Arbitrio in præsenti, Couarruuias vbi suprà, 2. part. §. 3. num. 4. Sotus lib. 7. de iustitia, & iure, quæst. 4. art. 3. Viuianus in rationali ad nostrum textum.*

3 Primò, aduersus text. nostrum obstabit text. *in cap. peruenit 3. de iure iurando*; ex quo deducitur, quod vnusquisque potest votum suum, propria authoritate in melius commutare: ergo in voti commutatione non est necessaria superioris auctoritas, quæ difficultas adeò grauis est, vt Doctores omnes varias ei assignent solutiones, & primo nonnulli respondent, nostri text. regulam præscribentem in huiusmodi commutationibus, necessariam esse superioris auctoritatem obtinere in votis, & iuramentis explicitis, text. verò *in dict. cap. peruenit 3.* procedere in proposito intra mentem retento, quod propria authoritate in melius commutari potest, sed hæc interpretatio conuincitur, quia text. *in dicto cap. peruenit*; etiam loquitur in iuramẽto explicito; quare secundo nonnulli asserunt text. nostrum loqui in voto licito, text. verò *in dict. cap. peruenit, de iuramento illicito*; sed hæc interpretatio similiter refellitur ex eo, quia *in dict. capit. peruenit 3.* verbum illud *Melius*, apertè probat votum permissum fuisse, non verò illicitum; omissa etiam interpretatione, quam refert *Felinus in cap. ad nostram, num. 12. de iure iurando*, verius dicendum est iuramẽta, & vota Deo principaliter præstita posse, in euidẽter melius commutari, sine superioris auctoritate; nam Deus semper accipit, id opus, quod sibi magis gratius sit, *cap scripturæ 3. cap. quod super his 8. hoc titul.* & sic quando vtiliter euidens est, non requiri-

tur

tur Prælati auctoritas, veluti si commutatio fiat in ingressum Religionis, siuè in aliud, quod absque illo dubio sit melius; *ita Diuus Thomas 2.2. quæst. 88. art. 12.* dum asserit, superioris authoritatē necessariam esse in commutandis votis; quoties dubium est, quid sit gratius Deo: ergo quoties hoc certum est, nulla erit necessaria prælati authoritas, & in hoc casu procedit text. *in dict. cap. peruenit 3. de iure iurando, cap. licèt 6. de pœnitentijs, & remissionibus*; si vero dubitatur, an commutatio fiat de meliori bono. Tunc iusta causa, & superioris authoritate interueniente commutatio fieri poterit ex text. nostro, *dict. cap. licèt, de regularibus*, quam solutionem refert, *gloss. 1. in cap. scripturæ, hoc tit. Gloss. in cap. commissum, de sponsalibus, Caietan. in summa*, verbo *Voti commutatio, Sotus dict. lib. 8. quæst. 1. artic. 3. colum. 16. Nauarrus in Manuali, cap. 12. num. 52. Couarruuias in dicto cap. quamuis, 2. part. §. 3. num. 4.*

4 Secundò, obstabit text. *in capit. scripturæ 4. hoc tit.* vbi probatur solemne votum Religionis liberare, quemquam à quibuscumque votis, absque superioris auctoritate interueniente; sed respondendum est, regulam illius text. procedere, quoties primum votū commutatur in solemne Religionis; nam tunc minori voto ligatus ab eius obligatione liberatur; sed id quidem fit non propria auctoritate, sed Ecclesiastica, qua cauetur emittentem Religionis votum alijs antea emissis, non manere obligatum, propter excellentiam Religionis; nam Religio apud Deum est tanti momenti, vt reus voti non habeatur, qui temporalem obsequium in perpetuam Religionis obseruantiam commutat, *dict. cap. scripturæ 4. hoc tit. Sotus dict. lib. 8 quæst. 4. art. 3. Couarruu. vbi suprà, 1. part. §. 3. num. 4.*

5 Tertiò solutioni suprà traditæ, dum asserimus votum de ingrediendo Religionem meliùs, & perfectius omnibus esse, *ex dicto cap. scripturæ 4. hoc titul.* Obstabit text. *in cap. commissum 16. de sponsalibus*, vbi si quis promiserit cū iuramento aliquam vxorem ducere, tenetur prius iuramentum & promissionem adimplere, cum Tutius ei sit Religione iuramenti seruata prius contrahere, & postea, si velit ad Religionem migrare: ergo propter excellentiam Religionis, minimè alia vota cessare debēt. Cui difficultati primo, *Glos. ibidem*, verbo *Tutius*, respondit illud fieri, advitandum scandalum, & vulgi opinionem. Quam refert *Couarruuias in 4. 11. par. cap. 5. num. 11. & in dict. capit. quamuis, §. 6. num. 7.* a qua non multum distat, *Paludanus in 4. distinct. 28. quæst. 1.* dum asserit, text. illum procedere ex consilio advitandum prædictum scādalum, & vulgi opinionem, *vt constat ex illo* verb. *Tutius*, quod de consilio, & non de præcepto est intelligendum. Nec obstabit, si dixeris, quare si potuerit, non ingreditur Religionem; quia respondit Innocentius ibidem, quem sequitur *Couarruuias vbi suprà*, non habuisse animum, & voluntatem ingrediendi, vt significant illius text. verba; versicul. *Si postea elegerit*, sed apertè fallitur Innocentius; nam illa verba, non sunt referenda ad defectum voluntatis, sed ad defectum obligationis, quia ipse ad matrimonium, non ad Religionem se obligauit, quinimo, & de voluntate magis constabat, vt apparet ex verbis illius textus *ad frugem melioris vitæ suspirat*; nam suspiria internam, & vehementem animi curam, & solicitudinem significant. Sed horum omnium interpretatio substineri non poterit. Primò, quia neque ex eius text. littera, neque ex illius integra interpretatione constat de scandalo, nec de vulgi opinione. Secundò, quia cum summa sit ratio Religionis, *l. sunt personæ, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, l. Iulianus 14. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, non est verosimile, propter vulgi opinionem Religionis ingressum impediri. Tertiò, quia non est congruū rationi dumtaxat, propter consilium se exponere periculo vxorem ducendi, cū eius blandicijs à Religionis proposito posit euerti. Quartò, quia pro communi fundamento adduci non potest, quod desumitur ex illo verb. *Tutius*, quia verbum illud in rebus dubijs, & controuersijs, magis ad necessitatē, quam ad consilium refertur, argumento text. *in cap. iuuenis, de sponsalibus, cap. ad audientiam, de homicidio, Diuus Thomas, quotlibeto 8. artic. 13.* Quare his, & alijs omissis verissimè dicendum est, *in dict. capit. commissum*, inter se pugnare iuramentum ducendi vxorem, & propositum Religionis, quod cum euidenter melius sit; quæstio erat dubia, & controuersa; &

respondit Pontifex, Tutius esse vxorem ducere, & postea si voluerit ante copulam, Religionē ingredi. Ratio est, quia ex promissionibus iuramento firmatis duplex oritur obligatio, altera Deo, & altera parti, in cuius fauorem promissum est, *capit.* 1. *de iure iurando*, vbi latè scripsi. Obligatio verò, quæ Deo adquiritur, si soluitur in aliud euidenter melius, cessat, & talis mutatio fieri potest, sine superioris authoritate, quia cum omne votum sit Deo gratum, & Religionis status sit melius bonum. Euidenter constat, quod aliud votum si fuerit Religionis mutarum, Dei obligationē esse satisfactam; atverò quoties parti fuerit adquisita obligatio in ea forma, qua quis se obligauit in ea tenetur debitum reddere, cum aliud pro alio inuito creditore solui non possit, *l.* 2. *§.* 2. *ff. Si certum petatur*. Meritò cum *in dict. capit. commissum*, ex iuramento non solùm Deo fuisset adquisita obligatio, sed etiā mulieri, vt ex eodem text. constat illi prius satisfaciendum erit; vt vxorem ducat, & postea si Religionem elegerit, poterit ante copulam ingredi, vt demōstrat text. ille; nam obligatio parti, quæsita Dei satisfactione, non tollitur: sic in nostra specie, si aliquis iurauerit ducere Mariam in vxorem, licèt in Monasterio profiteatur, non manebit liberatus ab obligatione, sed prius tenebitur Mariam in vxorem ducere, iuramentumque adimplere, & postea ante copulam Religionem ingredi; & ita intelligendus est text. *in dict. cap. commissum*, vt tenet *Sotus in* 4. *distinctione* 43. *quæstion.* 3. *Thomas Sanchez lib.* 1. *de matrimonio, disput.* 43. *num.* 10.

6 Quartò, his omnibus obstabit dicere, quod si quis posset propria authoritate votum in melius commutare, posset etiam his, qui Religionem vouisset Episcopatus dignitatem acceptare, si ad illam electus, seu postulatus fuerit, antequam Religionem profiteatur; siquidem Episcopalis status excellentior est Monachali, *cap. nisi cum pridèm*, *§. Nec putes, de renuntiatione, capit. licèt*, versic. *Illa, de regularibus*, sed sic est, quod non potest, iuxta text. *in cap. per tuas, de voto*: ergo quis non poterit votum propria auctoritate in melius commutare; in cuius text. difficultate, *Abbas ibidem, nu.* 6. asserit illius text. decisionem ex eo procedere, quia vouens ille ex ambitione consenserat electioni suæ in Episcopū; nam si bono zelo ductus consensisset nullius culpæ reus foret; sed hæc expositio placere non potest, quia de illa ambitione in text. non constat; imò cum post electionem consuluisset Pontificē, quid efficere deberet potiùs præsumēda est bona intentio: quare *Hostiensis ibidem, num.* 2. asserit textum illum procedere eo casu, in quo Episcopus ille electus erat in læthali culpa; vtpotè qui votum Religionis tempore præstitum nō impleuerat; siquidem electio Episcopi in mortali culpa existens causanda est, cum elligatur ad administranda Sacramenta, quæ ministraturo gratiam exquirunt, eam tenent *Ioann. Andreas ibidem, num.* 6. *Butrius* 7. *Enricus* 3. sed neque hæc interpretatio admittenda est; quia si hac ratione niteretur decisio Pōtificis, solùm ad agendam præteritæ culpæ pœnitentiam obligaret, qua redderetur ille Sacramentorum ministerio aptus, nec verè text. dixisset opus esse Episcopatus renuntiatione. Quare *Enriquez in summa, lib.* 10. *de Sacramento Ordinis, capit.* 32. *numero vltimo, in Commento, littera Y. Æmanuel Rodriguez in summa, tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. asserit Summum Pontificem ibidem loqui de consilio, ex illo verbo *Consulimus*, cum nulla culpa sit acceptare Episcopatum, & obid adimplere Religionis votum; sed quamuis videatur Pontificem de consilio loqui, cum vtatur verbo illo *Consulimus*; tamen reuera præcepit, vt constat ex eodem textu, versic. *Si tuam desideras saluare conscientiam*, quia consilium obseruare, non pertinet ad sanitatem conscientiæ tuendam; & ideo dixit Pontifex *Consulimus*, non quia non sit præceptū, sed quia non procedebat in forma iudicij. si enim ita procederet cogeret. Quare his, & alijs omissis securè tenendum est illum teneri dimisso Episcopatu ad Religionem transire, quia acceptans Episcopatum admittit impedimentum Religionis promissæ, & sic erit voti reus, quamuis enim non repugnet, vt Religiosus fiat Episcopus, repugnat tamen, vt Episcopus fiat Religiosus, quia opportet illum prius fieri nouitium, & in operibus humilibus se gerere, quæ dignitatem Episcopalem dedecent: *ita Thomas Sanchez in præcepta Decalogi, tomo* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 5. *Azor institutionum moralium, part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *quæst.*

quæst. 2. & cap. 22. quæst. vltima; vbi respondit ad obiectionem illam de statu Episcopali, quod sit perfectior statu Religiosorum nihil impedire, quia votum sub præcepto cadit, Episcopatus verò consilij, non præcepti est, & ad illud quod licitus sit transitus a Religione ad Episcopatum; respondit, transitum illũ fieri authoritate Summi Pontificis, nõ propria authoritate religiosi, vt considerat, *Barbos. ad eundem textum, in collectaneis, numero 3.* vbi plura, & plures refert.

7 Quintò, obstabit text. *in capit. licèt 18. de regularibus*; vbi non licèt professo, etiam zelo Sanctitatis, transire ad Religionem strictiorem, nisi petita à superiore licentia, quamuis sit in euidenter melius, acperconsequens, quis propria authoritate, etiam in melius votũ mutare, non poterit. Cui dubio dicendum est, illius textus decisionem potiùs comprobare, quàm improbare omnia supra adducta; siquidem ex text. illo constat, sufficere petitam fuisse licentiã ob reuerentiam, etiam si non fuisset obtenta; meritò rectè sequitur posse propria authoritate votum in melius mutari; siquidem ibi superioris licentia, nõ desideratur necesse, sed tantum ad vtilitatem, cum sibi velit, siue nolit licitus est enim transitus: *Ita Diuus Thomas 2. 2. quæst. 89. artic. 4. Æmanuel Rodriguez quæstionum regularium, tomo 3. quæst. 52. num. 3. Thomas Sanchez in præcepta Decali, tomo 2. lib. 6. capit. 7. in principio, cum traditis à Barbosa in collectan. ad eundem text. num. 2.*

8 Sextò, prædictis obstabit sequens consideratio; videlicet, quòd liberatio obligationis non contingit, nisi solutione eius quod debetur, *l. 2. ff. de rebus creditis*, principio institutionum, quibusmodis tollitur obligatio, quod adeò verum est, vt etiam meliori resoluta inuito creditore, non liberetur debitor, *leg. vltima, ff. de vsu, & habitatione*: ergo similiter, qui Deo votum promisit, etiã aliam rem de meliori bono præstando, non liberatur. Cui considerationi respondendum est, regulam dictorum iurium procedere in obligationibus, & debitis homini ab hominibus factis, in quibus nisi solutione eius, quod debetur debitor non liberatur, nisi consentiente creditore; atverò nos loquimur in obligatione voti Deo facta, cui rectè præsumitur satisfactum, si res melior, quàm in voto contenta soluta sit, *dicto cap. peruenit, de iure iurando, cap. scripturæ 4. hoc titulo*; ideòque votum in euidenter melius propria authoritate mutari potest, & solutione alterius rei magis dignæ debitor liberatur, quia creditor, hoc est Deus, non inuitus, sed volens solutionem illam, liberationemque tacite admittit, vt constat ex iuribus, & rationibus suprà adductis.

9 Septimò, obstabit dicere, quòd votum pure, & sine conditione factum, nec compensationem, nec commutationem admitti, *cap. 1. in fine 32. quæst. 8.* quia in spiritualibus periculosa est cõmutatio, vel compensatio, *cap. quod ait 14. distinct.* cum semper in spiritualibus compensatio reijciatur, *cap. si Euangelica 55. distinct. cap. cum olim, cap. quæsitum, de rerum permutatione*: Ergo votum propria authoritate commutari non poterit: Cui difficultati, Glos. in præsenti respondit asserens, omne votum posse commutari, nisi sit votum necessitatis in baptismo factum, de quo existimat esse intelligendum text. *in dicto capit. 1. 32. quæst. 8.* atverò text. nostrum procedere in votum voluntatis, quod admittit commutationem ex causa, & superioris authoritate interueniente; sed hæc solutio defendi non potest, quia nõ omne votum est commutabile; siquidẽ Religionis, castitatis, & vltramarini sint reseruati, & in eis non cadat in inferioribus iudicibus dispensandi potestas. Deindè, quia votum necessitatis, non est propriè votum, cum sine voluntate baptizati fiat, sustinetur tamen, quia patronus pro eo promittit, & baptizatus acceptat, quòd pro eo factum est. Quare pro eius vera solutione scire oportet. Vtrùm votum fieri possit de his ad quæ tenemur præcepto necessitatis; scilicèt, si quis promittat in Quadragesima ieiunare, vel in Paschate confiteri, & quod in his, non cadat votum probatur, quia debet esse voluntatis, & habere aliquod erogationis; deindè, quia votum non est in præcepto, sed in consilio, id est, in his, quæ de consilio ad perfectionem facimus, vt in text. nostro cũ similibus, sed contraria sententia; imò quòd in his, quæ de præcepto sunt possit cadere dispensatio, & quod sit materia voti probatur ex eo, quia vna obligatio non impedit maiorem obligationem,

nem, ſicut nec vnus fideiuſſor alterum impedit; atque ita qui aliquid præcepti vouit, etiam ex voto obligatur; ſed ſi illud violauerit, non dupliciter peccat, ſed tantum grauius, & illam circunſtantiam tenetur confiteri; ita Gloſſ. in præſenti, & Doctores omnes; meritò verius dicendum eſt, votum obligare in his, quæ ſunt de præcepto Eccleſiæ, quòd ſi vouens impleuerit, maius meritum eſt, vt conſtat ex textu noſtro *dicto cap. 3. de iure iurando*; ſi verò violauerit, ex circũſtãtia maius peccatum erit; deindè animaduertendum eſt ad validitatem diſpenſationis, in caſibus ad Pontificem reſeruatis, etiam neceſſariam eſſe cauſam, ſine qua, nullo modo per Pontificem concedi ſolet. Ratio eſt, quia cum Deo fiat obligatio, & Deus creditor ſit, non videtur remittere ſuam obligationem, niſi iuſta interueniente cauſa; *Ita Diuus Thomas 2. 2. quæſt. 88. artic. 12. ad 2. Gloſſ. celebris ab omnibus approbata*, verbo *Adimplere, in cap. non eſt 5. hoc tit. Couarruuias in capit. quàmuis pactum, 1. part. §. 3. num. 4.* Quibus animaduerſis dicendum eſt in his, quæ nõ ſunt de neceſsitate, ſed meræ voluntatis, ſub voti commutationem cadere, & ex cauſa ſuperioris arbitrio commutari poterunt, vt in text. noſtro; at verò in votis Pontifici reſeruatis, nullus inferior commutandi poteſtatem habet, nec Pontifex id facere ſolet, ſine iuſta cauſa, & ita procedit, text. *in dict. cap. 1. 32. quæſt. 8.* qui expreſsè loquitur in voto continentiæ, nec de cauſa ad commutationem ibi mentio facta fuit; & ideò dicitur, quod ſi homines purè, & ſine conditione vouerint, etiam purè, & nulla adiecta conditione vota illa adimplere debent, ſi nulla commutatione ſubeſt cauſa; notat *Turrecremata in dict. cap. 32. quæſt. 8.* Nec obſtabit, quòd ſuprà diximus; ſcilicèt, periculoſam eſſe commutationem, ſeu compenſationem in ſpiritualibus, *dicto cap. quod ait 14. diſtin. cum ſimilibus ſuprà adductis*; quia reſpondendum eſt, verum eſſe permutationem propria authoritate factam in ſpiritualibus, ſeu beneficialibus periculoſam, & inualidam, & ſæpè punibilem eſſe, *cap. quæ piè 1. quæſt. 2. cap. fin. de pactis*: at vero cum ſuperioris auctoritate rectè fieri poteſt, *dicto capit. quæſitum, cap. cum vniuerſorum, de rerum permutatione, Duarenus de Sacris Eccleſiæ miniſterijs, lib. 6. cap. 5. Rebuffus in praxi, titul. de permutationibus*; ita etiam voti commutatio propria authoritate, niſi in euidenter melius, fieri non poteſt, *dict. cap. 3. de iure iurando*, iuſta autẽ cauſa interueniente ſuperioris authoritate commutari poterit.

10 Octauò, prædictis obſtabit illa Leuithici authoritas, *cap. fin.* verſ. *Animal*, quod immolari poteſt Domino, ſi quis vouerit, Sanctum erit, & mutari non poterit, id eſt, nec melius malo, nec peius bono. Ex qua Sacræ Scripturæ authoritate euidenter colligitur, quod votũ Deo promiſſum, nec etiam in melius mutari poteſt; ſed illa Sacræ Scripturæ authoritas non obſtat, quia lex illa ad præcepta Ceremonialia veteris legis expectat, quæ præcepta poſt Chriſti aduentum omninò ceſſarunt, *cap. tranſlato, de conſtitutionib.* (de qua re infrà dicemus, *in capit. 1. de purificatione poſt partum*) Quare iam ad exemplum in noſtra ſpecie trahi non poteſt; notat *Suarez tomo 2. de Religione, lib. 6. cap. 18.* vel aliter dicendum eſt, illud Sacræ Scripturæ teſtimonium eſſe intelligendum, de animale iam oblato ad ſacrificium, & conſecrato, non tamen antequam offeratur; nam hoc in caſu redimi, & commutari poteſt; *Ita D. Th. 2. 2. quæſt. 88. art. 10. ad 2.* vel aliter dici poteſt, quod illa Sacræ Scripturæ authoritas, debet intelligi adinſtar voti ſolemnis, vel ſimplicis; nam in voto ſolemni in quo homo Diuino Cultui ſe tradit, non cadit diſpenſatio, vel commutatio; ſic nec in animali Deo oblato, quod immolationi idoneum erat; qua de cauſa, nec redimi, nec mutari poterat; animal verò, quod ſanctificari non debebat per immolationẽ redimi poterat, adinſtar voti ſimplicis, quod ex text. noſtro redimi poteſt, quam ſolutionem refert *Sotus lib. 8. de iuſtitia, & iure, quæſt. 4. artic. 1.* Sed hæc interpretatio defendi non poteſt, quia animal licèt Deo oblatum immolationi ſit dignum, adhuc in eo diſpenſatio cadere poteſt, adinſtar voti ſolemnis, quod licèt per ſuſceptionem ordinis, & profeſsionem in Religione approbata factam ſit ſolemnizatum, *cap. vnico, hoc titul. lib. 6.* adhuc tamen interueniente iuſtiſsima cauſa Summus Pontifex, ex communi ſententia (vt infrà dicemus in ſolutione ad octauum) in eo diſpenſare poterit: ergo non rectè dicitur, propter ſolemnitatem, & idoneitatem, nõ poſſe

VO-

votum commutare; quare magis congrua interpretatio deduci solet; scilicet, quod cum licita sit dispensatio, & commutatio cum causa, sed ea deficiēte fieri non possit, & id quod dicitur, *Leuitici cap. 27. Scilicèt, si votum fuerit de re idonea Deo factum mutari, non possit sine iusta, & rationabili causa*; ibi non negatur cōmutationem fieri posse cum iusta subest causa. Siquidem ex natura voti generaliter, non excludatur causa; merito ex his apparet, tàm votum simplex, quam solemne commutari posse circunstantijs suprà adhibitis.

11 Nono, obstabit dicere, quòd vota legitimè facta, dumtaxat a Pontifice remitti, aut commutari possunt, *capit. non est 5. 7. & 9. hoc titulo*: ergo non ab Episcopo, prout text. noster asserit. (vt ibi notant Doctores omnes) Sed respōdendum est, iura in argumento adducta procedere in votis Pontifici reseruatis, quæ sunt quinque; scilicèt, *continentiæ perpetuæ, Religionis peregrinationis*; Hyerusalem, Romæ, & Sancti Iacobi, de quibus latè tractat *Thomas Sanchez vbi suprà, disputat. 9. Doctissimus Pater Mendus Societatis Iesu in expositione Bullæ, de commutatione, cap. 26. num. 22.* vbi late tractat, quibus potestas competat commutandi, vel irritandi vota; atverò text. noster loquitur in alijs votis Sedi Apostolicæ, non reseruatis, quorum superior est Episcopus, vel alius Abbas competens; nam cum text. noster, non loquatur de reseruatis Sedi Apostolicæ necessario est intelligendus; ita vt superior sit Episcopus, vt constat ex eodem text. versic. *Ab eius, qui præsidet pendet arbitrio, notat Gloss. in præsenti*, verbo *Arbitrio, Abbas num. 7. Auendaño de exequendis mandatis, lib. 1. cap. 4. num. 34.* pro qua sententia facit; nam quoties à iure permittitur dispensare imperſonaliter, nec explicatura, quo sit facienda dispensatio censetur, concessa facultas dispensandi Episcopis, cum verba aliquid debeant operari, *cap. si Papa 10. de priuilegijs, lib. 6. iuncta eius Gloss.* verb. *Debeāt*, & ex eo, quod text. noster non determinat, à quo sit facienda dispensatio cōsequenter affirmat fieri debere per Episcopum; notat *Glossa in præsenti, & Glossa in cap. postulasti, de Clerico excommunicato, Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 8. disputatione 1. numero 1. cum sequentibus.*

12 Decimò, aduersus id, quòd supra retulimus; scilicèt, Summum Pontificem ex eius suprema potestate, posse in quolibet voto dispensare, & sic in solemni Religionis, si iustissima interueniat causa; ita vt is qui profitetur in Religione approbata, in qua emittitur votum perpetuum castitatis, *Clement. exiuit, §. Cum igitur de verborum significatione, Trident. sessione 25. de regularibus, cap. 1.* dummodo illa iusta, & necessaria causa ad pacem, & quietem Reipublicæ Christianę existat, veluti quia hęres deficit in Regno poterit Pontifex facere, vt Monachus exeat de Monasterio, & matrimonio contrahat: Ita tenent *Couarruuias in capit. 2. de testamentis, num. 10.* & vt probabiliorem amplectitur, *Thomas Sanchez lib. 8. de matrimonio, disputat. 8. num. 7. & in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. cap. 2. num. 9. Augustin. Barbos. in collectaneis, ad text. in cap. cum ad Monasterium 7. de statu Monachorum, nu. 13.* Obstabit tex. *in dict. cap. cum ad Monasterium 7. de statu Monachorum, cap. per tuas 10. hoc titul.* vbi custodia castitatis adeò est connexa regulæ Monachali, vt supra, nec contra eam possit Pontifex licentiam indulgere. Cui difficultati cōmuniter respondent, Innocentius, Hostiensis, & Cardinalis ibidem, dicentes textum nullum loqui in simplici licentia, non verò in dispensatione iustissima interueniente causa, quasi sensus sit, nō posse ad libitum, sine iusta causa Pontificem id facere, quam solutionem improbat, *Abbas ibidem, num. fin.* dum asserit Pontificem, non posse commutare votum illud, nisi in aliud euidenter melius. Vel aliter asserunt ibi Pontificem redarguere Abbatem Monasterij, qui existimabat, sibi licitum esse dispensare cum Monacho ad proprietatem retinēdam; atque ita vsus est Pontifex, quadā exageratione involuens argumentum, quasi à maiori ad minus, dicens *Vix mihi potestas est dispensandi, & tibi permitteretur? Ita Thomas Sanchez lib. 8. disput. 8. num. 7. & 12.* Quare *Ferdinandus de Mendoça lib. 2. de confirmando Concilio Illyberitano, cap. 30.* asserit *in dicto capit. cum ad Monasterium*, Summi Pontificis nomine intelligi, id est, Episcopum; atque ideò illi non licere in votis solemnibus Religiosorum dispēsare ex eo, quia in Europa, & Asia, Episcopi olim Summi Sacerdotes, Summique Pontifices

ap-

appellabantur; quare hac, & alijs omissis verius est dicendum, cum Monacho manente Monacho, in sensu composito, non posse Pontificem dispensare; scilicèt, esse Monachum simul, & castitatem non obseruare; & ita est intelligendus textus *in d. cap. cum ad Monasterium*: atverò in sensu diuiso, text. ille non negat, quin eo in casu possit Pontifex cũ eo dispensare, id est, de Monacho, non Monachum faciendo extrahendo eum à Religione; *Ita Basilius de matrimonio, lib. 8. cap. 2. num. 13.* Aliàs plures rationes refert *Barboss. in collectaneis, ad text. in dict. cap cum ad Monasterium 6. de statu Monachorum, num. 14.* Ita similiter est interpretandus textus *in cap. per tuas 10. hoc titulo.*

13 Vndecimò, prædictis obstabit dicere, quòd obligatio adimplendi votum à iure Diuino prouenit iuxta illud *Psalm. 75.* versic. *Vouete, & reddite Domino Deo vestro*, relatum *in capit. magnæ, hoc tit. Lucæ cap. 9.* versic. *Nemo mittens*, sed in his, quæ sunt iuris Diuini, vel naturalis, dispensatio, irritatio, aut commntatio cadere non potest, *capit. litteras 13. iuncta eius Gloss.* verbo *Non potest, de restitutione spoliatorum, cap. qui omnipotentem 9. 11. quæst. 3. capit. sunt quidam 25. quæst. 1.* quia huiusmodi ius est immutabile, *§. Sed naturalia, instituta de iure naturali* cum adductis à *Morla in Emporio, titul. 1. quæst. 2. num. 5.* Ergo nulla dispensatio, aut commutatio in voto cadere potest; sed respondendum est, quòd præceptum voti & iuramenti cadit in actu humano, quo casu Pontifex, non dispensat in præcepto iuris Diuini; sed in his, quæ humani iuris sunt. Votum enim ex duobus formatur ex promissione vouẽtis, & ex præcepto obligatorio ad adimplendum votum, dispensans autem non tollit præceptum, quod est de iure Diuino, sed tãtum promissionem, & obligationem ex voto ortam, cum sit actus humanus pendens à voluntate vouentis, & sic non datur dispensatio, vt aliquid fiat contra votũ; sed ad id, quod sub voto cadebat, sub eo non cadat, quasi non sit debita materia, vt docet *Diuus Thomas 2. 2. quæstion. 88. artic. 10. ad 2. & quæst. 89. artic. 9. ad 1. Sotus lib. 1. de iustitia & iure, quæst. 7. art. 3. & lib. 8. quæst. 4. artic. 1. Couarruuias in dicto cap. 2. de testamentis, num. 12.* Siquidem Prælatus Vicẽ Dei gerit, à quo constitutus est dispensator rerum spiritualium, *Paulus 1. ad Corinthios, cap. 10.* ideò ab eius arbitrio pendet discernere, quid sit opus gratius Deo, quod vè expediat soluere, vel non soluere: *Ita Diuus Thomas vbi suprà, Barbosa in collectaneis, ad text. in dict. capit. cum ad Monasterium, de statu Monachorum, numero 14. in fine.*

14 Duodecimò, obstabit text. *in cap. qui post 5. de regularibus, lib. 6.* Vbi qui emisit votum de intrãda certa Religione, si ingrediatur laxiorem, & ibi profiteatur, pœnitentiæ subijcitur, & tamen videtur in melius, & perfectius votum commutare, cum prius votum sit simplex, posterius autem solemne, & per solemne videatur simplici voto satisfactum, *dict. cap. qui post 5. de regularibus, cap. scripturæ, hoc tit.* & nihilominus ei imponitur pœnitentia: ergo videtur non esse licitam commutationem; etiam in melius propria authoritate factam. Cui difficultati responderi solet, profitentem in laxiori Religione, peccare omittendo strictiorem, quam suscepturum voto promisserat, quia minus præstitit, quam promisit; adeò, vt materiam peccati mortalis esse dicat, *Nauarrus in Manuali, capit. 12. num. 48. Palacius in 4. distinct. 38. disputat. 1. post quartam conclusionem, fol. 829. colum. 1.* Cæterùm emissa professione in laxiori, licitam esse perseuerantiam in ea solutio, Prioris vinculo voti affirmat, non quasi fuerit in melius commutatum; sed quia per professionem Religio adquirit ius in eum ad perseuerandum; *ita Caietanus 2. 2. quæst. vltima, artic. 8. in solutione ad tertium.* Sed hæc interpretatio conuincitur ex eo, quia non bene cohæret pœnitentiam esse imponendam, & voto esse satisfactum per professionem in laxiori Religione, & licitam esse perseuerãtiam in ea. Rursus, quia licèt Religio adquirat ius in Monacho dum viuit, non tamen ita adquirit, quin liceat ei transitus adstrictiorem, *cap. licèt de regularibus*: ergo cum liceat professo laxiori Religione, transitus adstrictiorẽ; etiam si de ea votum nõ emisserit a fortiori dicendum est, necessarium talem transitum ei, qui strictiorem Religionẽ promisit ante professionem in laxiori, nec posse tuta conscientia perseuerare in laxiori Religione, aliàs pœnitentia, non esset imponenda pro professione,

&

& perſeuerantia in laxiori, cuius contrarium, docet tex. *in dicto cap. qui poſt in finalibus verbis.* Quare *Palud. in 4. diſtin. 38. quæſt. 3. art. 1. num. 11. & quæſt. 4. art. 3. num. 32. Diuus Antoninus 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 8. affirmat text. in dict. capit. qui poſt*, eſſe intelligendum de eo, qui vouit ingreſſum Religionis ſtrictioris, & perſeuerantiam in ea, qui ſemper peccat laxiorem ingrediendum, etiam ſi velit in ea profiteri, & continuò perſeuerare, quia cum prius votum ſimul ſit ingrediendi, profitendi, & perſeuerandi non videtur vouens profitendo, & perſeuerando in laxiori totum, quod promiſsit, implere, ſed in minus commutare; vndè meritò pro hac tranſgreſsione pœnitentia imponitur, tamē quia poſterius votum ſolemne eſt derogat priori in poſterum, quia ſimplex tantum erat, quam interpretationem ſequitur, *Thomas Sanchez lib. 4. ſummæ, cap. 16. num. 17.* ſed hæc interpretatio, non conuenit litteræ, text. ſiquidem, *in dicto cap. qui poſt*, non fuit votum de perſeuerando, ſed tantum de certa Religione intranda, quod minus continet; nam iſte poteſt ex iuſta cauſa ante profeſsionem exire, ſi bona fide ingrediatur Religionem, non autē ſi perſeuerantia præmittatur, quia vouens videtur cedere iuri ſuo, niſi notabilis mutatio adueniat, vt conſtat ex his quæ retulit, *Thomas Sanchez dict. cap. 16. num. 74. & 81.* Quare his, & alijs omiſsis verius dicendum eſſe exiſtimo: Ideò commutationem *in dicto capit. qui poſt 5. de regularibus, lib. 6.* non fuiſſe omnimodo licitam, ſed pœnitentiam imponendam eſſe profitēti in laxiori, quia commutatio non fuit facta in bonum euidenter melius, cum ſtrictior Religio ſit melius bonum, quam laxior, & opera inſtrictiori facta, gratioſa futura eſſent Deo, quam facta in laxiori, & ideò perſeuerantiam eſſe licitam in laxiori Religione, in qua profeſsio emiſsa eſt, quia ſecundum eſt fortius vinculum, cū poteſterius ſit ſolemne, quod derogat priori ſimplici, vt ex eodem text. conſtat in verſic. *Non obſtante & in dict. cap. ſcripturæ, hoc titul. Barboſ. omninò videndus in collectaneis, ad text. in dict. cap. qui poſt 5. de regularib.*

[✠]

Ad text. in capit. venientis 2. hoc titulo.

SVMMARIVM.

1 *Commutare poteſt Pontifex votum vltramarinum maximè in puerili ætate factum.*

2 *Pontifex gerit in Eccleſia Dei Vicem Chriſti, habetque in ea pleniſsimam poteſtatem.*

Votum cum deliberata voluntate procedit.

Peccatum non imputatur impuberi, qui rationis capax non eſt.

Impubes doli capax ex delicto, & voto obligatur, & quod in ſolemni.

3 *L. 2. §. Voto, ff. de policitationibus.*

Votum reale, & perſonale in quo differant.

Malitia ſupplet ætatem in matrimonio, non verò in voto.

4 *Votum à pueris factum, an patrum, vel tutorum authoritate irritari poſsit?*

Capit. puella 20. quæſtione 2. cap. 2. de regularibus.

5 *Cap. literaturam 3. de voto.*

6 *Obligatio fidei, & iuris iurandi, æquè militat.*

7 *Societas adimplendi votum à Pontifice tolli poteſt.*

1 CONCLVSIO. Summus Pōtifex poteſt commutare votum vltramarinum; maximè in puerili ætate factum. Conſonat text. *cap. 1. & 2. & ferè per totam 20. quæſtion. 2. capit. mulier 14. 32. quæſt. 2. §. Pupillus*, verſ. *Nam & infans, Inſtitut. de inutilibus ſtipulationibus, leg. 1. & fin. Cod. de falſa moneta, capit. ſicut, capit. ſignificatum, cap. ad noſtram, de regularibus, capit. paruuli 22. quæſtione 5. l. 2. §. Voto, ff. de policitationibus, leg. ſi infanti, Cod. de iure deliberandi, cap. eos, de conſecratione, diſtinct. 4. capit. firmiſsimè 15. quæſtione 1. l. 3. titul. 8. partit. 1.* cum à me traditis *in dicto cap. ſicut, cap. ad noſtram, de regularibus.* Exornant *Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 8. diſp. 20. nu. 13. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 16. 35. & 56. Suar. de Religion. tom. 2. tract. de voto, lib. 6. cap. 5. num. 9. & cap. 19. num. 16. Nauarr. in manuali, cap. 12. num. 70. Æmanuel Rodriguez in ſumma, tom. 2. cap. 92. num. 3. in fine, D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 12. Couarruu. in cap. quamuis*

pactum, 3. *part.* §. 1. *num.* 3. *Azor institutionum moralium, part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 17. *quæst.* 7. *Sairus de Claui Regia, lib.* 6. *capit.* 10. *num.* 25. cum traditis a *Barbos. in collectaneis ad hunc text.*

2 Ratio, quare Summo Pontifici vltramarini voti dispensatio, & commutatio competit, ea est, quia Summus Pontifex plenarie Vicem Christi in tota Ecclesia gerit, habetque in ea plenitudinem potestatis in omnibus votis ad dispensandum; notat *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12. & quoniam votum vltramarinum est de maioribus votis, *cap. magnæ* 7. *hoc tit.* ideo illius commutatio, vel dispensatio, tantùm ad Summum Pontificem expectat, vel cum ipsius speciali mandato, *cap. multa* 9. *hoc tit.* & ratio quare pueri, qui non habent vsum rationis voti obligatione non tenentur, ea est, quia votum ex deliberata voluntate procedit, quæ deliberatio in puerum non cõsistit; meritò eius votum non tenet, *Sotus lib.* 3. *de iustit. quæst.* 3. *art.* 2. *conclus.* 1. nam infans non intelligit, *l.* 1. *Cod. de falsa moneta, l. si infanti, C. de iure deliberandi, cap. eos, de consecratione, distinct.* 4. quare, nec etiam peccatum imputatur impuberi, qui ratione capax non est, *cap. firmissimè* 15. *quæst.* 1. meritò in voti obligatione á mentibus, & furiosis æquiparantur, *capit. sicut, de regularibus, capit.* 1. *cum sequentibus* 20. *quæstion.* 2. *leg.* 3. *titul.* 8. *partit.* 1. Si verò puer doli capax fuerit in voto obligatur, etiam si sit intra annos pubertatis, quæ masculis in quatuordecimo anno contingit, fœminis verò duodecimo, etiam si alieno iuri subiectus, & filius familias sit; quæ sententia expressè constat text. nostro; notat *Glossa in præsenti*, verbo *In puerili ætate, contra Vlpianum, in leg.* 2. §. *Voto, ff. de policitationibus.* Ratio, quia sicut se potest obligari diabolo per delictum, *capit.* 1. *de delictis puerorum*; ita & Deo; nam ad hoc, vt ex voto obligatio nascatur satis est, quod ipse vouens naturaliter obligetur, quod limitandum est in voto solemni Religionis; nam in eo non obligatur, nisi is qui iam pubes factus est, *capit.* 1. *de regularibus, lib.* 6. & hodie ex Concilio Tridentino *sessione* 25. *de regularibus, capit.* 15. vsque ad annum decimumsextum expletum professio antea facta nullius est momenti, in his autem pueris, qui doli capaces sunt facilius voti cõmutatio, seu dispensatio fit. Ratio est, quia votum ab illis in puerili ætate missum videtur, potiùs procedere ex quadam animi fragilitate, quam ex arbitrio discretionis, vt in text. nostro; meritò alia causa non petita in votis ab illis pueris emissis dispensatur, quia in illis semper iure optimo præsumitur in prudentia, & leuitas in vouendo eo, quod impuberes maturo consilio careant: *Ita Thomas Sanchez de matrimon. lib.* 8. *disputat.* 20. *num.* 13. meritò facilitas illa vouendi, præstat causam facilius voti commutandi, vt in text. nostro, *cap. puella* 20. *quæst.* 2. quare cum in præsenti in illa voti commutatione existat authoritas Summi Pontificis (vt suprà diximus, *in cap.* 1. *hoc titulo*) & similiter concurrat causa. Quę duo in cõmutatione, vel dispensatione illius voti desiderantur, *Gloss. in cap. non est* 7. *hoc titulo*, & causa consistat in eo, quia in puerili ætate votum vltramarinum factum fuerat, in qua ætate inest naturalis facilitas; maximè in voto vltramarino, ad cuius implementum labores, & pericula existunt, quæ in puero adimpleri non poterant; meritò, iusta de causa votum illud commutatur in eleemosynis, vel alijs pijs actibus ab ipso Pontifice assignandis.

3 Primò, obstabit dicere, quòd puerorum nulla est obligatio, *capit.* 1. *&* 2. 20. *quæst.* 2. *capit.* 2, *capit. sicut, cap. significatum, cap. ad nostram, de regularibus*: Ergo votum pueri in præsenti, non est obligatorium, nec aliqua indiget commutatione, & quod puer ex voto non obligetur expressè, docet text. *in l.* 2. §. *Voto, ff. de policitationibus, leg.* 3. *tit.* 8. *partit.* 1. Sed respondendum est, quod omnia hæc iura limitanda sunt in puero doli capaci, qui plenum vsum rationis habet, & ita de eo est intelligendus est, text. noster in quo voti obligatio datur; notat *Gloss. in præsenti*, verbo *In puerili ætate, Abbas num.* 3. argumento text. *in cap. puella, cap. mater* 20. *q.* 2. Sed hæc interpretatio conuinci videtur, ex text. *in dicta leg.* 2. §. *Voto, ff. de policitationibus*, vbi etiam, si puer doli capax sit, non obligatur voto. Sed huic difficultati respondit, *Gloss. ibidem*; dum asserit distinctionem esse adhibendam inter votum reale, & interpersonale, ita vt cum primum patri præiudicet, non valeat; secùs verò secundum personale,

quo

quo obligatur doli capax, vt in præsenti, sed hæc interpretatio, etiam conuincitur, ex text. *in dicto capit.* 1. & 2. 22. *quæst.* 1. *cap. mulier* 32. *quæst.* 2. *capit. significatum cum alijs, de regularibus*; in quibus iuribus constat, nec doli capacem impuberem ad vota personalia esse adstrictum. Quare his, & alijs omissis verius est dicendum impuberem doli capacem, siuè ante septenium, siuè post ad rationis vsum proueniat obligari omni voto simplici reali, vel personali, iuxta veram nostri text. sententiam. Ratio, quia cum ex ipso rationis vsu ad læthale reatum se possint diabolo obligari, *dicto capit.* 1. *de delictis puerorum*; ita, & Deo ad cuiuscumque simplicis voti valorem, ea deliberatio sufficeret, quæ desideratur ad culpam mortalem contrahendam: *Ita Thomas Sanchez in summa, libro* 4. *capit.* 1. *numero* 2. merito, mirum non est, quod puer doli capax Deo obligetur in omni simplici voto reali, vel personali. Nec obstant iura suprà in ratione dubitandi adducta, quia non procedunt in simplici voto personali, sed in solemni Religionis; nempè de professione, quæ intra annos pubertatis fieri non potest, *capit.* 1. *de regularibus, lib.* 6. & hodie per Tridentinum *dicta sessione* 25. *capit.* 15. nec fieri potest, vsque ad annum decimumsextum completum, aliàs nulla erit professio, nec in hoc malitia supplet ætatem, sicut in matrimonio carnali, *capit. de illis, de desponsatione impuberum*, quia hæc ætas præfinitur à lege ad iudicium, & discretionem actui requisitum habendum, in quo malitia supplet ætatem. Atverò text. noster loquitur de voto simplici, ad quod obligatur puer doli capax ante pubertatem, *Couarruu. in* 4. 1. *part. cap.* 2. *num.* 1. *Thomas Sanchez in summa, lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 5. vbi plura, & plures refert.

4 Secundò, obstabit quod vota à pueris facta parentum, vel tutorum arbitrio irritantur, *cap. puella* 20. *quæst.* 2. *cap.* 2. *de regularibus* ergo frustra à Pontifice commutatio postulatur. Sed huic dubio respondendū est, quòd vota à puero doli capace emissa possunt à patre, vel tutore irritari, quæ irritatio fundamentum accipit a iure naturali, sed perficitur à iure positiuo designante ætatem, intra quam pueri voluntas patris potestati, & voluntati subijciatur; nam cum deficiat in tam tenera ætate deliberatio perfecta, ad tantam obligationē ei defectui natura prospexit prębens parentibus, vel eorum vicem gerentibus facultatem huiusmodi vota irritandi. Ita sunt intelligendi tex. *in dict. cap.* 1. & 2. 20. *quæst.* 2. *cap.* 2. *cap. significatum, de regularibus, Thom. Sanchez d. lib* 4. *summæ, cap.* 18. *num.* 5. *præcipuè, in capit.* 35. *num.* 13. & ratio propter quam in præsenti dispensatio desideratur, nec patris irritatio sufficit, ea est, quia impubes ille quo intra pubertatē vouerat, vt constat ex text. nostro, versic. *Hyerosolimam disposuit proficisci*, notat *Gloss. in præsenti*, verbo *Disposuit*, & *Gloss.* verbo *Facilitate, in fine*, quam sequitur *Abbas ibidem, num.* 3. & 4. *Hostiensis*, & *Zabarela ibidem*. Sed tunc instat; nam cum impubes votum illud emisisset ex rationibus suprà adductis, absque alia causa, quam fragilitatis, poterat Summus Pontifex in eo dispensare; & sic nec commutatio in eleemosynis desideratur, vt notat *Barbos. in collectaneis, ad nostrum textum, num.* 2. Sed huic considerationi respondit, *Thomas Sanchez dict. lib.* 8. *de matrimonio, disp.* 18. *num.* 13. *in fin.* dum asserit verisimū esse in præsenti potuisse Pontificem, absque vlla causa voto illo in puerili ætate emisso, absque commutatione in eleemosynis dispensare, sed id fecit miscendo commutationem aliquā ne a suo stylo ordinario recederet, qui est partim dispēsare, & partim commutare; *Ita Barbos. in collectaneis, ad nostrum textum, num.* 3.

5 Tertio, obstabit dicere, quòd vt votum obliget necesse est, vt sit factum ex deliberatione, *cap. literaturam* 3. *hoc tit.* sed in præsenti cum facilitate, & fragilitate à pueris factum est, vt ex eius litera constat: ergo non obligat, nec commutatione indiget; sed respondendum est, verisimum esse in voto desiderari, deliberationem, & voluntatem explicitam cum animi consideratione, vt latius agemus *in cap. sequenti*, ac proindè intra pubertatem vouens præsumitur facilis, ex qua fragilitate (vt suprà diximus) oritur causa commutationis, quamvis post pubertatē inciperet votū illud peregrinationis peragere, *vt constat ex tex. nostro.*

6 Quarto, obstabit dicere, quòd fidei, & iuris iurandi eadem est obligatio, *cap.* 3. *cap. quærellam, de iureiurando*; sed pueris ius iurandum non obligat, *capit.*

paruuli, cap. pueri 22. quæst. 5. ergo nec fides voti; sed respondendum est, fatendo voti, & iuramenti parem esse obligationem; licèt, quoad pœnam sint diuersa, nam contempta Religio iuramenti, satis Deum vltorem habet, *d. cap. paruuli, cap. pueri 22. quæst. 5.* itaque, quemadmodum puerum votum obligat, si puer doli capax est; sic etiam, & iuramentum (vt suprà diximus) notat *Gutierr. in Authentica Sacramenta puberum, nu. 117.* Si verò puer non sit doli capax, nec vsum rationis habeat eius iuramentum, non obligat, quia in iuramento, sicut in voto debet adesse iudicium, & in illa ætate puer nescit, quid agat, *l. 1. C. de falsa moneta, Gloss.* verb. *Iurare, in cap. paruuli 22. quæst. 5.* Iuramentum autem à doli capace, & maiori emissum præcisè obligat, & excludit commutationem, *cap. debitores, cap. ad nostram el 1. de iure iurando*; quòd verum est, quamdiù durat iuris iurandi vinculum, non tamen impedit, quin aliquando ex iusta causa à superiori absoluatur, vel relaxetur, *cap. venerabilem, de electione, cap. 1. de iure iurando*, vbi late scripsimus.

7 Quintò, aduersus text. nostrum obstabit principiū illud, quo docemur, quod is qui fidem societatis alteri dedit integrè obligatus est, *cap. debitores, capit. ad nostram el 1. cap. si verò, de iure iurando*; sed in præsenti per fidem illam, puer ille societatis pactū, & peregrinationis dedit, vt ex littera text. constat: Ergo illa priuata obligatio, non poterat à Pontifice in præiudicium tertij, dissolui, præcipuè. Cum obligatio à iure gentium proueniat, *l. ex hoc iure, ff. de iustit. & iur. Clementin. Pastoralis, de re iudicata*; notat *Gloss. in præsenti*, verbo *Socij fideles*. Sed respondendum est, in tex. nostro Pontificem potuisse illam societatis fidē tollere, quia fides societatis in præsenti à puero data fuerat, in consequentiā voti vltramarini, & ita tanquam voto accessoria debet sequi eius naturam, cum vorum esset principale, *leg. item veniunt, §. Cum prædixerimus, ff. de petitione hæreditatis, cap. de prudentia, de donationibus inter*; sed votum ex iusta causa potest, cum superioris authoritate commutari, vt in text. nostro: ergo sicut Pontifex potuit ex iusta causa votum vltramarinum commutare, & absoluere; sic similiter consequenter potuit, etiam societatis sponsionem à voto dependentem; nota 1t *Abbas, Hostiensis, Honorius, & Cardinalis in præsenti.*

Ad text. in cap. literaturam 3. de voto.

SVMMARIVM.

1 *Ex sola conceptione boni explicandi; nō obligatur quis ad bonum conceptum exequendum.*

2 *Propositum voti non obligat, nec votum dicitur.*

Votum, quid sit?

Votum desiderat animum se obligandi interiorem cordis, vel exteriorem oris.

Votum est adinstar policitationis.

Votum, vt valeat tria in se continere debet; scilicèt, deliberationem, propositum, & promissionem.

3 *Cap. qui bona 17. quæst. 1.*

Sapientis est mutare consilium.

Propositum deliberatum in corde obligat, quoad Deum.

4 *Cap. consulti 20. de regularibus, cap. 1. de voto, lib. 6.*

5 *Iterum exponitur, tex. in dict. cap. consulti 20. de regularibus.*

6 *Propositum deliberatum suscipiendi habitum, obligat in foro conscientiæ, quoad Deum.*

7 *Cap. statuimus 23. de regularibus.*

8 *Cap. fin. de voto.*

9 *Cap. non solùm 2. de regularibus.*

10 *Cap. beneficium, de regularibus, lib. 6.*

11 *Lucæ capit. 9.* versic. *Nemo mittens manum ad aratrum, respiciens retro, aptus est Regno Dei.*

12 *Propositum, & missio manuum ad aratrum inter se differunt.*

Cap. sed pensandum 6. distinct.

1 CONCLVSIO. Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur, quis ad bonum conceptum exequendum. Consonat tex. *in cap. dudum, de cōuers. coniug. cap. sicut tenor, de regular. cap. si quis iratus 15. 2. q. 3. arg. text. in c. præsens 20. q. 3. c. 1. de his quæ vi, c. viduas, iuncta eius Glos.* verb. *Proposito 27. q. 1.* probatur etiā, quia policitatio est tolius asserenti, promissio, per quam obligatur quis eis cui policetur, *l. si quis rem, l. pactum, ff. de policitationibus*; sed votum est quædam policitatio per quā vouens Deo se obli-

gat,

gat. Ergo absque promissione, saltim vouentis, nulla oritur obligatio. Deindè, quia sine voluntate se obligandi nemo ex promissione tenetur, sed qui habet propositum aliquid faciendi, statim non habet voluntatem se obligandi: ergo nihil est, ex quo obligatio oriatur, quousque accedat cōsensus: ergo propositus solus, etiam absolutus vouendi aliquid in cultum Dei non erit votum, nec inducit obligationem voti, & consequenter eius omissionem peccatum, non erit, *capit. qui bona 4. §. Aliud est, in fine 17. quæst. 1.* Nam licèt voluntas proponat aliquid facere, non ex eo sequitur interuenisse voluntatem se obligādi ad id faciendum. Deindè confirmatur, quia votum est promissio Deo facta de meliori bono, vt notant omnes in Rubrica de voto; sed qui aliquid agere proponit, nec verbis promissionem suam profitetur, nec animo, nec corde concipit, cum non dum habeat voluntatem se obligandi, vt constat ex textu nostro: Ergo ad obligationem voti non est satis propositum. Probatur etiam ex Sacræ Scripturæ testimonijs, quæ apertè insinuant voti obligationem nasci ex promissione externa, quoad Deum, *Deuteronomij cap. 23.* versic. *Cum votum voueris Deo tuo, non retardabis reddere, si nolueris policere, absque peccato eris*: iuncto versic. *Facies sicut promisisti, Ecclesiast. capit. 5.* vers. *Cum votum voueris Domino, memor eris reddere*; displicet namque ei stulta promissio. Rursus, quia nouitijs cōceditur annus probationis, & toto eo in tempore à Monasterio exire, & sic liberos manere a voti proposito, *Tridentin. sessione 25. de regularibus, cap. 15. & 16.* Ergo propositum per se non est sufficiens, vt obliget Religioni, latè *Thomas Sanchez ad præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 1. per totum*, vbi plura, & plures refert, *Barb. in collectaneis, ad nostrum text. num. 1. 2. & 3.*

2 Ratio, quia ex solo proposito, absque animo se obligandi nemo ad voti implementum adstringitur, ea est, quia cum ad essentiam voti requiratur, animus se obligandi, siuè interior sit cordis, siuè exterior oris, & in eo qui tantùm propositum habuit, non detur talis animus, non manebit obligatus; nam ad obligationem voti requiritur promissio implicita cordis, vel explicita oris; notat *Diuus Thomas 2. 2. quæst. 88. artic. 1. Syluester in summa*, verbo *Votum*, & constat ex nostro text. versicul. *Quod si plus non est in voto processum*; ex quo deducitur principalem mentem, Pōtificis ibi fuisse, quod requiratur promissio ad voti obligationem; notat *Couarruuias in cap. quamuis pactum, 1. parte, §. 3. in fin.* nam (vt supra diximus) votum est adinstar policitationis, *l. 2. ff. de policitationibus*, & policitatio requirit promissionem, *l. pactum 4. ff. de policitationibus.* Tum etiam, quia ex doctrina *Diui Thomæ, dict. art. 1.* ad obligationem voti tria sunt necessaria, primum *deliberatio*, secundum *propositum*, tertium *promissio*, & sic votum deciditur, *initiari, confirmari, & consummari*; initiatur cum propositū in animo seminatur, ex quo nemo obligatur, nec quoad Deum in interiori, nec quoad Ecclesiam in exteriori foro, vt constat ex text. nostro. Deindè, quia cum post deliberationem processit, & in corde firmiter proponit votum adimplere; tunc obligatio oritur, quoad Deum, non tamen quoad Ecclesiam, quia Ecclesia non potest compellere, ex quo sibi non constat; consummatur autem votum, cum verba pronuntiantur, & tunc efficax oritur obligatio, quoad Deum, & quoad Ecclesiā, *cap. licèt, infrà hoc titul.* Sicque in voto sola promissio cordis, cum animo se obligandi non sufficit, vt votum firmū, & validum maneat; quia cum promissio sit Deo facta, quocumque modo adsit animus ipsi Deo obligamur, cum Dominus hominum respiciat corda, *capit. si quid inuenisti 14. quæst. 5. cap. nouit 13. de iudicijs, Paulus ad Hebræos 4.* versic. *Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, cap. Deus Omnipotens 2. quæst. 1. Matthæi 5.* versic. *Ego autem dico vobis, quod omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam, iam mecatus est eam in corde suo, cap. sed pensatum 6. distinct. capit. revera 2. & 13. 32. quæst. 5. cap. omnis iniquitas 25. 29. & 30. de pœnitentia, distinct. 1. capit. vnum 3. §. Criminis 25. distinct. cap. vouentibus 2. 17. quæst. 1.* & sic ex his apparet, quod in voto non tantum expressa; verumetiam tacita promissio, cum animo, & voluntate obliget ad adimplēdum; ita promissum, nam promissio Deo facta differt ab ea, quæ hominibus fit, quia hominibus voce, aut signis declarari debet, *l. 2. ff. de pact. l. 2. l. 3. §. 1. l. 51. & 54. ff. de obligationib. & actionib.* leg.

leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis; at verò, quæ Deo fit per ſolam mentis, ſeu cordis conceptionem obligat, 1. *Regum, capit. 16.* verſic. *Homo enim videt ea, quæ patent*, Dominus autem intuitur cor.

3 Primò, concluſioni ſuprà adductę obſtabit Diui Gregorij authoritas ſuper Ezechiel *homilia 3.* relata *in cap. qui bonà 17. quæſt. 1.* vbi probatur, quod is, qui aliquid agere deliberat, & deliberata, non implet in conſpectu Dei cecidit: ergo ex ſolo voti propoſito efficax oritur obligatio. Sed huic dubio dicendum eſt, Diuum Gregorium ibidem, non loqui de caſu, quo, prout ſignificat culpam, cum omiſsio maioris boni poſſit contingere ſine culpa; ſed loqui de caſu, prout ſignificat non proficere, vel amittere id, quod quis poſſet lucrari, nec lucratus eſt. Vndè Diuus Gregorius non dixit ſimpliciter, ante oculos Dei cecidiſſe eum, qui meliora agere deliberat, & poſt deliberata non implet, ſed cecidiſſe ex deliberatione, vt conſtat ex originali illius text. cùm non dixit eius opera diſplicere Deo, ſed tantùm minus placere, vt docet *Suar. vbi ſuprà, d. cap. 2. n. 10. Leſius lib. 3. de iuſtit. & iure, cap. 2. dub. 6. num. 24. & 49. in fin.* qui exiſtimat talem receſſum à perfectione contingere poſſe, abſque peccato, quando aliqua iuſta cauſa ſubeſt, veluti ſi à Religione ante profeſsionem, ob eius aſperam regulam exierit, ſi eam obſeruare non audeat; merito, & ſi mutare propoſitum ſit inconſtantia, attamen proponens aliquid facere poteſt propoſitum mutare, ſi adimplere, ſibi ſit difficile, cū ſapientis ſit mutare conſilium, ſeu propoſitum, nec tunc ex mutatione peccatum committit, cum non ex propoſito, ſed ex promiſsione obligatus maneat: notat *Leſius lib. 3. de iuſtitia, cap. 2. dubio 6. num. 49.* vel aliter dici poterit, text. *in dict. cap. qui bona*, eſſe intelligendum in eo, qui cum propoſito deliberato votum promiſsit implicite, quo in caſu obligatio, quoad Deum ſtat, alias enim ex ſolo propoſito, non maneret obligatus, *Syluęſter in ſummâ*, verbo *Votum*, 1. *quæſt. 2.* dum aſſerit, non ſufficere ſolum propoſitum; etiam præcedente deliberatione, niſi ſequatur promiſsio ſaltim in corde concepta.

4 Secundò, obſtabit text. *in cap. conſulti 20. de regularibus*, vbi cum valdè dubium eſſet, an ne is, qui habitum ſumpſit intra tempora probationis, licitè poſſit, abſque Apoſtaſiæ nota à Monaſterio exire, in qua quæſtione omiſsis diuerſorum ſententijs, diſtinguit Pontifex, an is, qui propoſuerit abſolutè vitam mutare, & de cætero omnipotenti Deo habitu regulari famulari, & tunc compellì debet regulariter viuere, vel ad laxiorem regulam pertranſire; ſi verò propoſuerit experiri obſeruantiam regularem, vt profiteatur ſi placet, & ſi non placet ad priſtinum ſtatum reuertatur, & tunc poteſt ad ſæculum redire; dum tamen non ſæculariter viuat: ergo ex his vltimis verbis conſtat, quod is qui non promiſsit, ſed tantum propoſuit meliora agere, non poteſt liberè ad ſæculum redire: in cuius text. difficultate, nonnulli aſſerunt, quòd & ſi ſolùm propoſitum mutandi vitam, non inducat obligationem aliquam; tamen ſi propoſito mutationis vitæ accedat operis inchoatio, tàm grauis, qualis eſt ſuſceptio habitus Monachalis; tunc propoſitum mutandi vitam inducere obligationē, ſaltim perſeuerandi in tali propoſito, cum mutatio ab eo, non videatur poſſe fieri, ſine graui nota, & ſcandalo; *Ita Paludanus in ſupplemento, Gabrielis in 4. diſtinct.* 38. ſed hæc interpretatio apertè conuincitur ex ſequentibus 1. quia id videtur eſſe contra intentionem Eccleſiæ, vt inducatur aliqua obligatio, ſaltim voti ſimplicis; ſiquidem Eccleſia aſſignauit nouitijs annum probationis, vt experiantur aſperitates Religionis, & ſimiliter Religio eorum vires, quod omne noſtrum ius liberè eſſe voluit, *capit. ad Apoſtolicam, de regularibus, cap. non ſolùm, cap. beneficium, eodem titul. lib. 6. Tridentin. ſeſsione 25. de regularibus, cap. 15. & 16.* Præterea, quia hæc non eſt apta materia, vt dicamus ſtatum Eccleſiæ locum habere poſſe, nec verba text. *in dicto cap. conſulti*, inducunt præceptum, vel nouam aliquam obligationem. Rurſus, quia illa operis inchoatio, præcedente propoſito, non auget voluntatem, nec cauſam, ex qua induci poſſit aliqua obligatio: ergo ex illa habitus ſuſceptione, non magis adſtrictus, quis manet Religioni, quam antea erat propoſito. Antecedens probatur; quia illa ſuſceptio habitus ſolùm eſt effectus ante concepti, non verò voluntas ſe obligandi ad perſeuerandū in opere inchoato, ex ſola illa habitus ſuſceptione; dein

dè,

dè, quia opus externum, non habet per se tantam efficaciam, vt absque voluntate possit imponere obligationem aliquam cum cauta, & radix obligationis sit ipsa voluntas, argumento text. *in leg. non omnis, ff. de rebus creditis.* Præterea, quia scandalum, quod ex recessu possit oriri, & non perseuerandi accidentale est, vel ita leuè, quod facilè vitari queat, si prudenter fiat, quod experientia docet, cum quotidie videamus nouitios deserere habitum, & tamen indè nullū nobis generatur scandalum. Aliter autem nonnulli interpretantur, text. *in dicto cap. consulti*; asserentes ex vsu, & statuto Ecclesiæ propositum mutandi vitam inducere obligationē voti simplicis, nam antiquitus dupliciter suscipiebatur habitus Religionis. Primo modo, animo experiendi, & tunc licitum erat nouitio redire. Secundo modo, non tantum experiendi, sed animo perpetuo manendi in Religione, & tunc censebatur nouitius, saltim tacite obligare se Religioni voto simplici, eo quod tale votum esset annexum huic habitus susceptione; vndè ad sæculum redire non poterat, sed tenebatur viuere regulariter; ita vt laxiorem Religionem, solùm transire poterat, *vt constat ex dicto capit. consulti*, versic. *Distinguendum est*; vtrùm is, qui conuertitur proposuerit absolutè vitam mutare, vt sub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur: an conditionaliter, obseruantiam regularem experiri; nam primo casu debet, vt regulariter viuat ad laxiorem saltim regulam transire, postea verò morem illum antiquatum esse apparet, & Canones liberum desiderant nouitium, vsque ad professionem, nisi votum interueniisset expressum, vt in text. nostro, & Tridentinum, *dicto cap.* 15. & 16. Sed hæc interpretatio, etiam conuincitur ex eo, quia exindè sequitur, quòd propositum absolutum mutandi vitam, cū susceptione habitus Religionis esse sufficiens ad votū solemne castitatis, quòd est omninò contrarium contra id, quod decisum est, *in cap.* 1. *hoc titul. lib.* 6. vbi tantum solemne votum fit, vel per susceptionem Sacri Ordinis, vel per professionem in Religione approbata, & tamen text. *in dicto cap. consulti*, tantum loquitur de proposito antecedenti professioni, siuè tacitæ, siuè expressæ, vt constat ex eodem text. versic. *Si ante professionem emissam.* Deindè, quia text. ille loquitur de susceptione habitus nouitiorum, vt indicant verba illa, Monasterium ingressus est habitum summendo nouitij, sed impossibile est per talem habitus susceptionem induci professionem solemnem, etiam tacitam; cum ad id requiratur, quòd nouitius accipiat habitum professorum, vbi distincti sunt habitus nouitiorum, & professorum, *capit. super eo, de regularibus, capit.* 1. *eodem tit. lib.* 6. velut, vt benedicantur vestes, quæ profitentibus tempore professionis concedi solet, *cap. statuimus*, versic. *Nihilominus, de regularib.* Merito enim, cum in dictis iuribus constet habitum nouitiorum, non esse signum Religiosi professi, similiter dicendum erit, nec esse signum voti solemnis: ergo susceptio habitus nouitiorum, cum proposito absoluto mutandi vitam, non poterit solemne votum castitatis inducere. Quare his, & alijs omissis verius dicendum est, text. *in dicto cap. consulti* 20. *de regularib.* non loqui de mero, & nudo proposito, sed de proposito absoluto, saltim firmato promissione simplici; notat *Panormitanus in præsenti, num.* 2. *Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 1. *Syluester*, verbo *Religio* 3. *quæst.* 19. & 5. *quæst.* 9. *Thomas Sanchez ad præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *capit.* 1. *num.* 20. cum traditis à *Barboss. in collectaneis, ad text. in dict. capit. consulti, num.* 2.

5 Tertiò, huic solutioni obstabunt verba text. *in dict. capit. consulti* 20. *de regularibus*, versic. *Proposuerit absolutè*; quę indicant Innocentium III. ibidem, tantum locutum fuisse, de mero, & nudo proposito, non verò de vestito, & firmato promissione: cui dubio respondeū est, ex proposita materię consultatione, & responsione Pontificis, *in d. cap. consulti*, facilè constare superiorem solutionem; nam cum Innocētius Pontifex distingueret; an firmo proposito mutandi vitam fuerit, quis Religionem ingressus; an verò conditionaliter ad experiēdam Regulam, quo casu suprà diximus liberam facultatem concedi nouitijs redeundi ad sæculum, sed cum hæc facultas, *in dict. cap consulti*, denegetur in secundo illo casu, vt constat ex eodē text. versic. *In secūdo casu potest ad sæculum*, non tamen, vt viuat sæculariter remanere; ergo verba illa demonstrant aliqualem promissionem, simul cum proposito mu-

mutandi vitam interueniſſe, argumento text. *in cap. ſuper eo 9. de regularibus*, vbi cū à principio proponatur quæſtio de Clericis, qui ſimpliciter habitum Religionis ſuſceperunt, & ante profeſsionem ad priorem ſtatum reuerſi fuerunt Alexander Tertius præcepit, vt ad laxiorem Religionem ſaltim tranſirent, & non eſſe admittendos in ſæcularibus Eccleſijs, rationem ſubiungit, ne contra votum, quod Deo fecerunt venire prohibeantur: ergo quia ſuſceptio habitus (de quo in eo text. facta fuit mentio) præcedente propoſito, etiam aliqua promiſsione firmato: quod & ſubiecta materia, & verba illius text. indicant; *Ita Thomas Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 1. num. 20. Idem de matrimon. lib. 9. diſput. 33. num. 19. Barboſ. plures referens in collectaneis, ad text. in dict. cap. ſuper eo 9. de regularibus, num. 4.*

6 Quartò, ſuperiori interpretationi obſtabit dicere, quòd quando propoſitum ſtat firmatum promiſsione ſimplici, etiam ſi habitum Religionis, non ſuſcipiat is, qui ita promiſsit, tenebitur Religionem ingredi, vt ſuæ conſcientiæ ſatisfaciat: Ergo adhoc nihil operabitur habitus ſuſceptio contra iura ſuprà allegata, *dict. cap. conſulti, cap. ſuper eo, de regularibus*; ſed reſpondendum eſt, diſtinctione adhibita inter forum internum, & externum, nam quoad internum conſcientiæ expectat nihil intereſt, eum qui habitum Religionis ſuſcepit, & inter eum, qui non ſuſcepit. Quia vtroque in caſu poſt propoſitum, ſaltim ſimplici promiſsione firmatum: tenetur illud implere, alias conſcientiæ ſuæ non ſatisfacit. Si vero propoſitum non ſit firmatum, ſaltim ſimplici promiſsione, ſiue nouitius habitum Religionis induerit, ſiuè non, hac profeſsione non tenetur. Cæterum, quod attinet ad forum exterius, qui abſolutè proponit mutare vitam cōpromiſsione aliqua, ſaltim ſimplici, abſque habitus ſuſceptione, non cogitur in Religione permanere, ſed relinquitur ſuæ ſcientiæ, vel conſcientiæ; ſi tamen habitum Religionis ſuſceperit declarans, ac proteſtans propoſitum firmatum aliqua promiſsione. Iuxta ſpeciem text. dicti capitis cōſulti. Tunc ei non conceditur facultas dimittendi habitum, vt liberè ad ſæculum ſæculariter reddeat, & viuat, quia propoſitum illud, iam eſt publicum, & notorium Eccleſiæ; vndè, vt libere recedat neceſſaria eſt aliqua cauſa legitima, vel tranſitus ad laxiorem Religionem: *Ita Suarez vbi ſuprà, dicto capit. 2. numer. 5. Leſius dicto libro 3. de iuſtitia, & iure, capit. 2. dub. 6.*

7 Quintò, obſtabit text. *in cap. ſtatuimus 23. de regularibus*, vbi Gregorius Nonus, docet licitum eſſe nouitijs intra annum probationis ad ſæculum redire, niſi ſuſcipiant habitum conſuetum datum profeſsis, vel niſi profeſsionem emiſſerint, vel euidenter appareat, quòd tales abſolutè voluerint vitam mutare, & perpetuo in Religione Domino deſeruire: Ecce vbi Gregorius Pontifex, æquiparat profeſsionem tacitam, & expreſſam, & propoſitum perpetuò remanendi in Religione: ergo propoſitum ſolùm deliberatum ſufficit, abſque promiſsione. Sed reſpondendum eſt, text. *in dicto cap. ſtatuimus 23. de regularibus*, eodem modo eſſe intelligendum, vt ſuprà diximus in 4. *dubio*; nempè de propoſito abſoluto mutandi vitam firmato, aliqua promiſsione; nam tunc induēti habitum Religionis, non permittitur libere ad ſæculum redire iuſta ea, quæ diximus in præcedenti argumento; *Ita Azor, Leſius, & Suarez vbi ſuprà, num. 16.*

8 Sextò, obſtabit text. *in cap. fin. de voto*; vbi cum dubitaretur: An duo Monachi, quorum alter fuerat Cruce ſignatus, & alter deſiderabat inſigniri tenerentur ad obſeruantiam voti, adeundi terram Sanctam? Et reſpōdit Honorius III. Vtrùmque teneri, niſi eorum Eccleſiæ enormiter læderentur, ex ipſorum abſentia, & vtiles eſſent futuri, verbo, & exemplo, & idoneos Procuratores ſuis Eccleſijs relinquere debent: ecce qualiter ſolùm deſiderium recipiendi Crucem ſufficit, vt Monachus teneatur implere votum adeundi terram Sanctam: ergo ſolùm propoſitum ſufficit ad votum, ſed huic dubio ſimiliter reſpondendum eſt, textum illum non eſſe intelligendum de ſolo propoſito, & deſiderio proficiſcendi Hyeroſolimam, ſed de propoſito, & deſiderio firmato promiſsione ſaltim ſimplici, vt ſupra diximus; nam & ſi eo in text. nullum ſignum exterius appareat, tamē præſumitur ex mente illius; ſi quidem verba illa tenemini votum peregrinationis implere apertè demonſtrant, eſſe intelligen-

genda de voto, non verò de desiderio, aut proposito; ita vt Pontifex credatur loqui de impletione voti, non vero de impletione desiderij, aut propositi, vel respectu illius Monachi, qui promisit, vel respectu vtriusque; si ille qui a principio desiderium tantum habuerat, ex post facto animo saltim interno votum emisisset; *Ita Suarez dicto capit. 2. numero 17.*

9 Septimò, obstabit text. *in cap. non solùm 2. de regularibus, lib. 6.* vbi Alexander IIII. statuit ne alicuius nouitij renuntiatio admittatur, & ne impediatur ad aliam Religionem transire, intra annum nouitiatus, nisi tacitè, vel expresè professus fuerit, aut euidenter constet vitam mutare voluisse: ergo sola mutatio vitæ, quem obligat Religioni, acperconsequens Religioni propositum, sine promissione sufficit ad voti rationem. Sed respondendum est verba illa, aut euidenter constet illum voluisse vitam mutare, non esse intelligenda de proposito, & voluntate simplici, sed de volũtate firmata aliqua promissione, vel saltim protestatione externa, vt indicant verba illius textus suprà adducta, quod tamen non præsumitur, nisi clara probatione, vel competentibus inditijs obstendatur; notat *Barbossa in collectaneis, ad eundem textum, numero 3. cum sequentibus.*

10 Octauò, obstat text. *in cap. beneficium, de regularibus, lib. 6.* vbi Bonifacius Octauus præcipit, ne intra annum probationis, alicui auferatur beneficiũ ingredienti Religionem, nisi ipsius accedat consensus, seu absoluta mutatio vitæ, vel professio tacita, vel expressa: ergo sentit Bonifacius solam mutationẽ vitæ sufficere ad prouidendum beneficium nouitij, quasi per eam mutationem vitæ nouitius Religioni adstrictus sit, sicut per professionem tacitam, vel expressam; alias namque, si professus non existimaretur beneficium, alias cõferri nondũ posset, cum non sit vacans; argumento tex. *in cap. cum in cunctis, §. Cum verò, de electione, cap. 2. cap. litteras cum alijs de concessione Præbendæ, cap. licèt 28. de Præbendis, lib. 6.* sed textum illum similiter suprà citati, Authores intelligunt de proposito absoluto mutandi vitam, confirmato aliqua promissione. Vndè mirum non est, quod hic casus æquiparatur professioni tacitæ, vel expressæ saltim, quoad effectum, de quo in text. illo agitur, *Ita Iesus vbi suprà, num. 23.* Vel dic Bonifacium VIII. ibidem voluisse, vt etiam ante professionem, & solemnem votum nouitius priuaretur Beneficio; ita vt alio conferatur, si dicti Monachi accedat consensus, seu sequatur professio tacita, vel expressa, vel quod euidenter constet nouitium voluisse mutare vitam; non tamen ex eo, quod vitæ mutatio æquiparetur professioni tacitæ, vel expressæ, sed ne occasione beneficij, quod habet omitteret implere propositum, quod iam per susceptionem habitus notum erat Ecclesiæ, *Suarez tom. 3. de Religione, lib. 5. cap. 16. Barbos. in collectaneis, ad eũdem text. num. 2.*

11 Nono, obstat illa, *Lucæ authoritas. cap. 9.* versic. *Nemo mittens manum ad aratrũ, & respiciens retro, est aptus Regno Dei*: per quæ verba indicatur propositum solum, & voluntatem sufficere, & non perseuerare esse culpam, cum dicatur illum, non esse aptum Regno Dei: ergo ex solo proposito tenetur, quis ad obseruantiam voti, alias culpam contrahit: quæ quidem Lucæ authoritas refertur in originali, apud Diuum Gregorium, *in cap. qui bona 4. 17. quæst. 1.* Sed respondendum est, *cum Diuo Thomâ dict. quæst. 88. artic. 1. ad finem*: dum asserit mittere manum ad aratrum, plus esse, quam proponere; nam qui mittit manum ad aratrum, iam procedit aliquid faciendo: qui verò solùm proponit, nihil agit, nisi tunc, quando accedit promissio, vel si proponat absque promissione, solùm est actus ad faciendum, vt in exemplo arantis, qui non mittit manum ad aratrum, nondum erat, etiam si quodammodo paratum, se exhibeat ad arandum; vndè metaphoricæ Christus Dominus, vtitur verbo illo mittere manum ad aratrum proferens verba illa, cum quidam proponeret sequi Christum dicens, sequar te Domine, sed permitte mihi primum renuntiare his, quæ domi sunt. Cui Christus respondit, nemo mittens manum suam ad aratrũ, & respiciens retro, aptus est Regno Dei, *ex dict. Lucæ cap. 9.* quod intelligi potest, vel de statu perfectionis, aut de munere prædicandi Euangelium; vndè his, qui proposito, & voluntate deliberata manifestaque Deo, statuit sequi Christum. Iam manum mittere videtur ad ara-

aratrum, quia quoad Deum ex voluntate, iam aliquid opere, & promissione fecisse videtur.

12 Decimò, obstabit dicere, quòd sicut per animi cogitationem quis obligatur ad peccatum, *Matthæi dict. cap. 5. versic. Iam mecatus est in corde suo, cap. sed pensandum 6. distinct.* Ita, & per animi cogitationem quis debeat obligari ad votum; sed respondendum est, quod licèt solo corde peccata commutantur, tamen quia diuersa ratio est voti, quia peccato per pœnitētiam consultum est, votum autem per pœnitentiam non tollitur, & quia tanta est obligatio in voto; ideò tantum in eo Ecclesia requirit causam, vt non conficiatur, absque deliberatione proposito, & promissione.

Ad textum in cap. scripturæ 4. cap. non est 5. hoc tit.

DE horum iurium materia latè scripsi *in cap. 1. hoc titulo*, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad text. in cāp. licèt vniuersis 6. hoc titulo de voto.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus potest compellere laicum hæredem ad executione voti vltramarini per excommunicationem, & bonorum substractionem, ad quod se obligauit pro defuncto.*

2 *Indignus successionis hæres efficitur, qui mandata defuncti adimplere recusat.*

Hæres qui non exequitur votum defuncti, quoad vires hæreditarias grauiter peccat, cap. Sylvester 11. quæst. 1.

3 *Potestas Pontificia, & sæcularis in quo differant.*

4 *Hæres adeundo commoda, & incommoda hæreditatis in se suscipit.*

Cap. licèt vniuersi, de voto.

5 *Cap. Beatus Paulus 5. 22. quæst. 5. personale in se continet tacitam conditionem cum potuere, & quid in reali.*

6 *Cap. quod super his 8. de voto.*

7 *Capit. licèt vniuersi 6. de voto, & in num. 8.*

8 *Filius grauari non potest, quoad legitimam, etiam quoad piam causam.*

9 *Leg. Statius Florus 48. §. Cornelio fœlici, ff. de iure Fisci, cap. 2. de supplenda negligentia Prælatorum.*

Bona restitutioni subiecta, an propter crimē possidentis confiscari possint.

10 *Policitatio simplex de iure ciuili, non producit actionem, & eius definitio proponitur.*

Policitatio nuda, an in foro conscientiæ obliget.

1 CONCLVSIO. Iudex Ecclesiasticus potest compellere laicum hæredem ad executionem voti vltramarini, per excommunicationem, & bonorum substractionem, ad quod se obligauit pro defuncto; probat text. *in cap. si hæredes, de testamentis, cap. ex parte, de censibus, cap. Sylvester 13. 11. quæst. 1. cap. fin. de sepulturis, cap. 1. de solutionibus, l. 2. ff. de policitationibus, l. si quis ob honorem 11 ff. eodem, l. hæreditas 53. in fine, ff. de petitione hæreditatis, l. veteris 13. Cod. de contrahenda stipulatione, l. nulli 28. Authentica licèt, Cod. de Episcopis, & Clericis, l. 4. tit. 15. part. 1. l. fin. tit. 10. part. 6.* exornant *Suarez 2. tom. de Religione, lib. 4. capit. 9. num. 2. & cap. 11. num. 15. Thomas Sanchez lib. 4. ad præcepta Decalogi, cap. 15. num. 25. Laymam 2. tom. moralium, lib. 4. tract. 4. cap. 3. num. 12. Couarruuias in capit. si hæredes, num. 9. de testamentis, Castillo lib. 3. controuersiarum, cap. 19. num. 119. Molinæ lib. 1. de primogenijs, cap. 9. Molina de iustitia, & iure, tract. 2. disput. 626. num. 8. Nicolas Garcia de expensis, cap. 16. num. 32. Espino in speculo testamentorum, gloss. 19. num. 33. & gloss. 28. num. 47. Padilla in Authentica hoc amplius, Cod. de fideicommissis, Suarez lib. 4. de voto, capit. 11. numer. 1. & 2. tom. de Religione, lib. 4. cap. 9. num. 2. Auend. in l. 40. Tauri, glos. 1. num. 73. Castillo controuersiarum iuris, lib. 3. cap. 19. num. 119.* cum traditis à *Cenedo ad Decretales, collectan. 90. Barbos. in collectan. ad nostrum text. num. 3.*

2 Ratio decidendi, ab eodem Innocentio III. in præsenti assignatur, versic. *Nisi vnus*; dum asserit indignum esse successione, & emolumento testatoris, eum qui eius mandata adimplere recusat, *Authentica hoc amplius, Cod. de fideiussoribus, capit. si hæredes, de testamentis, cap. fin. de sepulturis, Couarruuias, & Padilla locis suprà citatis*; nam cum defunctus possit onerare, & grauare eum, quē ho-

honorauerat emolumento, poterit graue obligatione vitari, Hierosolymam forti manu, hoc est, cum exercitu expensas faciendo, vnde sequitur, quod licèt Andræas exponte votum non susceperit, tamen teneretur, ad eius implementum cum fuerit consecutus emolumentum paternum, vt probant supra citati Authores, inde rectè potuit præcedenti admonitione, de qua in text. nostro, si contumax fuerit in non implendo votum excommunicari; nam vt peccatum euitetur quilibet laicus, etiam Princeps subijcitur Ecclesiæ, & ab ea puniri potest, *cap. nouit, de iudicijs, cap. alius 15. quæst. 6. cap. dilecto 6. de sententia excommunicationis, lib. 6. Trid. sess. 25. cap. 3.* quoniam hæres qui non exequitur votum defuncti ad quod se extendunt vires hæreditatis grauiter peccat, *cap. Syluester 11. quæst. 1. dict. l. 2. ff. de policitationibus*, ad cuius implementum potest cõpelli, per excommunicationem, & bonorum subtractionem, *cap. si aliquis 26. quæst. 6. meritò iusta de causa*, ipse Andreas Regis filius a successione Regni Vngariæ à Pontifici priuatur, donec votum adimpleat, siquidem pro mensura peccati debet esse pœna, *Deutheronomij, cap. 25.* quibus accedit, quod omnis obligatio defuncti ad hæredes transit, *l. vnica, C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes sed votum est obligatio defuncti, cap. magnæ, hoc tit.* ergo obligatio voti ad hæredes transit; tum etiam ex alijs rationibus infrà pro nostri text. intellectu referendis.

3 Primò obstabit dicere, quod vtraque potestas sæcularis, & Pontificia distinctæ, & separatę sunt, *cap. quoniam 10. dist. cap. solitæ 6. de maioritate, & obedientia*, & inde Innocentius III. pollicetur se non perturbare, aut minuere iurisdictionem sæcularem, *in cap. nouit 13. in principio, de iudicijs*: ergo non rectè Innocentius III. contra Andræam Ducem procedit, & cognoscit, de successione bonorum, & Regni priuatione, pro cuius dubij solutione adnotandum est verissimum esse vtramque iurisdictionem distinctam, & separatam esse inter Ecclesiasticos, & sæculares, ex dictis iuribus, sed nihilominus iurisdictio sæcularis in habitu, & potentia, quoad sæculares penes Ecclesiasticos residet, quia vtraque potestas, & iurisdictio Petro, & successoribus Petri, a Christo fuit data, *Matthæi cap. 16. & 18. Ioannes 20. capit. in nouo testamento 21. dist. cap. quodcumque 24. quæst. 1. Trident. sess. 14. de Sacramento Pœnitentiæ, cap. 3. & 6.* sed illa potestas iurisdictionis data fuit, quoad causas Ecclesiasticas, & spirituales in potentia, & exercitio in habitu, & actu, sed quoad causas sæculares, & temporales in habitu, & potentia, tantum non verò in actu, & exercitio, quæ secuta iusta causa ad actum, & exercitium reducitur, *cap. licet ex suscepto 10. de foro competenti, cap. de prudentia 3. cap. per vestras 7. de donationibus inter, Couarruu. in regula peccatum, 2. part. §. 9. num. 7.* quare ratione peccati iudex Ecclesiasticus in tẽporalibus contra sæculares poterit agnoscere, *cap. multi 182. quæst. 1. cap nouit de iudicijs*, & propter inobedientiam, & pertinaciam priuari à bonis, & deponere à dignitate, *dict. cap. nouit, de iudicijs*, ex quibus apparet Innocentium III. in præsenti contra Andræam perfectam, & legitimam habere cognitionem ratione voti, & pœna excommunicationis, priuationis, successionis, & hæreditatis, vsque dũ votum adimpleret, procedere posset, *cap. 2. hoc tit.* vbi ratione voti absolui adolescentem a contractu societatis; quia in voto, & iuramento ratione materiæ Ecclesiasticus iudex legitimus, & competens est, etiam inter sæculares, vt in text. nostro, *cap. ad nostrã 1. & 2. cap. cum contingat, cum alijs, de iure iurando, capit. fin. de foro competenti, lib. 6.*

4 Secundò, aduersus text. nostrum; quatenus docet filium hæredem per bonorum subtractionem, ab Ecclesiastico iudice compelli posse, ad executionem voti, si ipse illud adimpleturum promisserit; obstabit dicere, quod obligatio voti realis transit ipso iure, seu facto ex vi hæreditatis receptæ, ad hæredem defuncti, qui votum suum non impleuit, *cap. Syluester 11. quæst. 1 cap. si hæredes, de testamentis, cap. ex parte, de censibus*; & meritò, quam hæres sponte hæreditatem adeundo, sicut commoda eius, & omnia iura adquirit, *l. hæredem cum vulgatis, ff. de regulis iuris*; ita etiam onera, & reales obligationes in se suscepit, *cap. conuenior 23. quæst. 8. cap. 1. de solutionibus*, inter quas obligationes est votum reale; ergo cum hæredes hæreditario nomine vota defuncti implere cogantur, minus rectè in præsenti cauetur filium Regis

gis Vngariæ, eiusque hæredis ad voti vltramarini à patre omissi executionem, ideo teneri, quia ipse votum implere, sine qualibet obligatione promiserat, & quia onus illud sponte susceperat, cũ solum modo ex vi bonorum, quæ ad ipsum peruenerunt modis omnibus, etiã si sponte non suscepisset votum implere tenebatur. Sed huic dubio respondendum est, quod licet reale votum ex vi bonorum, quæ ad hæredem peruenerũt ad ipsum transeat; ita vt hæreditario nomine adstrictus sit illud exiqui ex iuribus, & rationibus suprà adductis; tamen in nostra specie necessaria fuit promissio filij, & eius voluntaria acceptatio, quia non erat quæstio, de compellendo filium ad sumptus reales persoluendos, qui expendendi erant in militibus alendis, & alijs belli oneribus supportandis, nam eorum solutio ad filium ipso iure; vt hæredem competebat, sed tantum agebatur, de cogendo filium, ad adimplendum personale votum, quod in peregrinatione visitandi Hierosolymam consistebat, ad quod, vt teneretur necessaria omnino fuit obligatio personalis ipsius filij, cum alias actio illa per mortem Regis stingueretur, nec posset ad hæredem transire, & hac de causa, text. noster affirmat filium promississe votũ, sine qua promissione cogi non poterat, ad totius voti personalem solutionem.

5 Tertiò, aduersus text. nostrum, quatenus docet Vngariæ Regem votum, quod Domino promisisset Hierosolymitanam Prouintiam forti manu visitandi fideique filio suo exequendam commisisse, & per eum exequi teneri; obstabit sequens consideratio; scilicet, quod ex quo Rex ille mortis præuentu votum emissum perficere non potuit, non tenebatur per filium suũ illud exequi, quia in voto intelligitur, & si non exprimatur, conditio illa singularis, *si potuero*, qua deficiente deficit voti obligatio, *cap. Beatus Paulus V. 2.2. quæst. 2.* vbi Diuus Paulus, cum ad Hispanos se promisisset, iterum dispositione diuina maioribus occupatus ex causis implere non potuit, quod vouit quantum enim ipsius voluntati interfuit, hoc pronuntiauit, quod revera voluisset efficere, quantum enim ad diuina secreta cõsilij, quæ vt homo omnia non potuit, licet spiritu Dei plenus agnosceret, superna prætermisit dispositione præuẽtus, *notat Glos. ibidem*, verbo *Diuina*, vbi *Turrecremata, & Archidiaconus, Innocentius, in cap. Scripturæ, num. 1. hoc tit. Panormitanus 3. & in præsenti, num. 12.* ergo in text. nostro prædictus Vngariæ Rex, cum suprema dispositione præuentus, non potuisset implere, quod vouit non debet per filium votum executione mãdare, cum deficiente conditione; obligatio quoque voti deficere videatur: sed huic dubio respondendum est, quod licet in voto personali, sub intelligatur, conditio illa generalis, *si potuero*, & ideò viuens si præuentus morte, vel alio perpetuo detentus impedimento votum adimplere non posit, non teneatur per hæredem illud, ad executionem reducere, *dict. cap. Beatus Paulus V. 2.2. quæst. 2.* tamen in votis realibus, hæc conditio locum non habet, quod licet per se, quis exequi non possit, tamen per aliũ implere tenetur, quia non tam respicit actum personæ vouentis, quam res, vel actiones, quæ per alios executioni mãdari possunt *cap. ex parte, de censibus, l. 2. ff. de policitationibus*; idemque iuris est in voto mixto; scilicet reali, & personali; nam licet personale, non possit per hæredem, vel alium adimpleri; tamen reale, quod per se independenter est à personali hæres adimplere tenetur; merito cum in nostra specie, Vngariæ Rex non tantum personale, sed etiam mixtum votum emisisset, debuit tamen reale, licet morte præuentus, non potuisset illud exequi, per alium suum hæredem executioni mandare facere, qui hęres quamuis, quod reale in illo voto erat ex vi receptæ hæreditatis, exequi teneretur, *dict. cap. Syluester, cum suprà traditis*, personale tamen obligationes subire non cogebatur, nisi ad illud se sponte obligasset, & eius implementum suscepisset; cui obligationi cum filius hæres in præsenti, se sponte subdidisset, merito in totum adimplere cogitur; notant *Hostiensis*, & *Panormitanus in præsenti*.

6 Quartò, prædictis obstabit, text. in *capit. quod super his 8. huius tit.* vbi de his, qui pro succursu terræ Sanctæ signum Crucis assumpserint, idest vouerunt ire ad auxilium præbendum terræ Sanctæ, asserit text. ille, quod quamuis impediti sint; ita vt ire non possint, nihilominus expensas, quas ineundo facturi

turi erant tenentur mittere in subsidiū eiusdē terræ sanctæ, & tamen expensæ ipse non pertinent, ad votū reale per se, & independenter a personali, sed pertinent, ad votum mixtū reale, & accessoriū personali: ergo distinctio a nobis tradita sustineri non potest: cui difficultati responderi solet, id tempore illo fuisse constitutū, ad magnum illius voti, & recuperationis terræ sanctæ fauorē, vt sic, qui ex dicto voto Crucē Sanctam suscepissent, quocumq; modo possent, siue per alios auxilium policeri conferrent, quæ tamen præsumptio in alijs votis mixtis cessat; *ita Innocent. in præsenti Abbas, in d. c. quod super 8. n. 5.* sed hæc interpretatio text. nostro, non satisfacit, qui expressæ loquitur, tam de his qui pro defensione terræ sanctæ, quàm de alijs, qui deuotionis, vel satisfactionis causa illius peregrinationis vouerit. Quare hac, & alijs omissis vere respondendū est, text. illum nō loqui de impotentia per se excusante, ab obligatione voti, sed de impedimēto redeundi difficilè, aut minus vtilè, ad voti implementum; nam ū impedimētum per se esset sufficiens, ad excusandū iter, tunc in commutatione ratio expēsarum habēda est, *c. magnæ 7. hoc tit.* quæ expositio textui consonat, in quo de his sermo est, qui indigent dispensatione, vel commutatione permissa, *c. ex multa 9. hoc tit.* vt ex verbis eiusdē, *text. colligitur vers. Votum, non possunt vtiliter adimplere*, quæ verba non sunt intelligenda, de morali, & perpetua impotentia, sed de difficultate adimplendi votum; ita *Suarez de voto, lib 4. cap. 11. num. 1.*

7 Quinto, solutioni obstat text. noster, vbi Rex Vngariæ, qui votū mixtū fecerat terræ sanctę filium illū adimplere iussit, & etiā, quoad personalem obligationem filius, ad votum implendum compellitur, cum penis in præsenti positis: ergo vota mixta, etiam quoad personalē obligationē hęres cogitur adimplere. Pro cuius difficultatis solutione, ex verò nostri text. intellectu animaduertimus Regē Vngariæ votū vouisse Domino Hierosolymitanam Prouinciā visitandi, cū forte militum manu; id est, cum militibus secumferendis, & ita votū mixtum emisisse partim personale, dum refertur, ad illam peregrinationē, & visitandi actionem personalē; partim reale, dū refertur, ad sumptus reales, qui faciendi erant in militibus alendis, & alijs oneribus in bello suportādis, cuius voti obligatio pro ea parte, quæ realis erat iuxta accidentalē mixturā contingentē, ex intentione vouētis, volens ea æque principalem in voto esse, ac ipsius opus personale in eo permissum potuit in hæredem transire quamuis à vouēte, vt potè mortuo nō possit adimpleri pro ea parte, quæ erat personalis, nam cum illa duo; scilicèt, opus personale, & reale in voto deducta fuerint, æquè principaliter, cū neutrum eorum fuisset accessoriè connexū, ideò eorum quodlibet virtualiter constituit votū diuersum, ac proinde licet personale nequeat adimpleri, tamē implēdū est, quod potest nēpe: reale volēs igitur Vngariæ Rex agēs in extremis adimplere votum, quod nō potuit, eius obligatio ab hærede adimpletur, non solum pro parte, quæ realis erat, sed etiā pro ea; quæ personali erat, quæ per eius mortē expirabat, cū exequēdum votū fidei filij sui cōmisit, & ab eo voluntariā acceptationē, & sceleris implemēti promissionem assumpto per ipsum filiū Crucis signaculo, ex postulauit, eumq; filium hæredē bonorum suorū patrimonialiū fecit, & ad voti implemētum copiā competentē reliquit, quā ipse Rex facturus erat, & cum filius onus à patre iniunctum, & hæreditatem sub illa conditione sponte suscepisset, & votum impleturū sine dilatione qualibet assumpto Crucis signaculo promisisset, vt constat *ex text. nostro, vers. Se id impleturū*, sine dilatione qualibet promissi iuncto, vers. *Nisi onus à patre iniuncti, & à te sponte susceptū*, merito parētis votū; ita sponte a filio susceptum exequendum est, & si ad executionem non deduxerit, non solum a paterna successione indignus redderetur; sed etiā priuatur à Regno, quod ei vt primogenito debebatur; siquidē monitus à Romano Pontifice, vt propriā promissionē adimpleret, hoc agere recusabat, quare pro nimia eius cōtumacia excommunicatur, & in ea protervia existēs, ab ipso Pōtifice à Regno, vt indignus priuatur, quod vniuersalis Pastor facere potuit in ordine ad finē supernaturalē, & bonū Ecclesiæ, & pacē Regni Vngariæ; siquidē Pōtifex, ex iusta causa potest Regē a Regno priuare, *c. Adrianus 63. dist. c. alius 15. q. 6 c. grandi de supplēda negligentia Prælatorū, lib. 6. c. 2. de re iudicata, lib. 6.* notat *Suar. d. cap. 11. n. 15. Couarruuias in cap. si hæredes*

redes de testamentis, num. 3. Castillo lib. 3. controuersiarum, cap. 19.

8 Sexto, decisio nostra quatenus asserit filium votum à patre iniunctum, & a se sponte susceptum a paterna successione esse indignum, & a Regno priuandum turbatur ex sequenti consideratione, nam filius grauari non potest in legitima portione, etiam fauore pietatis, vt aliquod pium opus subire teneatur, *capit. finali 17. quæst. 4. authentica, hoc amplius, Cod. de fideicommissis*; siquidem portio legitimæ non lucrum, sed quasi debitum paternum est, *l. vltima, §. Non enim ff. de Codicilij*, & sic nullo adiuncto grauamine filio relinqui debet, *l. quoniam in prioribus, C. de inofficioso testamento*, & primogenitus post obitum patris vocatus non potest, ab ipso patre grauari, cum aliquo onere, ex primogenio soluendo, *l. vnum, ex familia §. 1. ff. de legatis 2.* quia hoc ius, ex institutione antiqua ei defertur, non verò ex voluntate, & iudicio patris defuncti, meritò onus aliquid ei adiungi non potest, argumento text. in *l. 1. §. Is qui, ff. ad Senatus Consultum Trebellianum, l. ab eo, Cod. de fideicommissis, Couarruuias in capit. si hæredes, de testamentis, numero 14.* Igitur filius in legitima portione grauari, nec à primogenio in text. nostro priuari poterat, etiam si opus pium à patre, sibi iniunctum exequi noluisset, & consequenter, non rectè contrarium statuisse videtur Innocentius in præsenti: sed huic dubio respondendum est, quod licet verissimum sit regulariter a patre, non posse filium in legitima grauari, *dicto cap. fin. 17. quæst. 4. dict. authentica, hoc amplius, Cod. de fideicommissis*, nec filium primogenitum post obitum patris posse in maioratu grauari, *dict. l. vnum ex familia, ff. de legatis 2.* Tamen in text. nostro, hoc non procedit in quo filius onus illud à patre iniunctum sponte suscepit, & illud implere propria voluntate, & ore suo promisit, quem cum Summus Pontifex monuisset, vt propriam promissionem adimpleret noluit agere, atque ex ea causa pro nimia contumacia eum vinculo excommunicationis enodauit, in qua cum proterve perseueraret rectè à Romano Pontifice Regno fuit priuatus, apud quem potestas deponendi Reges. Iusta interueniente causa competit, *dict. cap. Adrianus 63. dist. cap. alius 15. quæst. 6. Suarez de defensione fidei, lib. 3. cap. 31. Açor 2. part. Moralium, lib. 11. cap. 15. quæst. 8.* Merito enim cum Andræas in præsenti duplici obligatione esset astrictus prima, ex mandato paterno maledictionis comminatione. Secunda ex ipsius Andræ sponte à promissione, quatenus voti obseruantiam spote susceperat, & sine vlla dilatione se impleturum promisisset. Ex quibus obligationibus tria succedunt delicta; primum ingratitudinis, & inobedientiæ circa mandatum paternum. Secunda in eo, quod simulans Hierosolymam ire accepit Crucis signaculum, & milites aduersus fratrem suum maiorem, iã Regem conuertit, vt eundem à suo Regno expoliaret cõtra omne ius. Tertiò, quia simulauit Crucis signo susceptio exercitum comparare, ad terræ sanctæ recuperationem, quo nomine plures deceperat: quibus delictis tres pœnas imponit Innocẽtius III. Prima, quia cum priuat paterna successione, & hæreditate, nisi absque aliqua dilatione votum impleuerit, quæ respicit primum delictum, & primam obligationem. Secunda pœna est, quæ eundẽ Andræam iure succedendi, hoc est spe successionis Regno Vngariæ priuat, quã ipse Andræas habebat Rege Vngariæ maiore eius fratre, sine prole legitima decedẽte, quæ pœna respicit secundum delictũ, & secundum obligationẽ. Tertia pœna est excõmunicationis, quæ omnibus delictis cõuenit, nam frequentissimũ est hæredes excommunicationibus, & censuris, ad adimplenda mandata pia testatorum cõpelli posse, vt constat ex text. nostro, & eius integræ interpretatione ab Antonio Augustino, & Concio in præsenti recepta.

9 Septimò, his omnibus obstabit dicere, quod his qui habet Regnũ, vel primogeniũ pro culpa, vel negligentia sua, non illo priuatur, sed dumtaxat vsufructus administratione, *l. Statius Florus 48 §. Cornelio Fœlici, ff. de iure Fisci, cap. grãdi 2 de supplenda negligentia Prælatorum, lib. 6.* ergo nõ rectè in præsenti Andræas à Ducatu, & Regni successione priuatur. Pro cuius dubij solutione cõmuniter in præsenti disputare solet, quæstio illa, vtrum bona restitutioni subiecta confiscari possint, propter crimen possidẽtis, quã quæst. ommitto, quia institutino nostri non est interim de ea videndus erit, *Spino de testament. gl. principali, n. 33. & 42. Couarruu. in 4 p. cap. 7. §. 5. & in Clement.*

si

si furiosus, 1. *part.* §. 2. *numero* 16. *Antonius Gomez in l.* 4. *Tauri, numero* 91. *Molina de primogenijs, lib.* 4. *capit.* 11. *Tellez Fernandez in l.* 17. *Tauri, numero* 18. vnde respondendum est; non obstare iura suprà in argumento adducta; quia in Andræas in præsenti non priuatur ab administratione, vt in *dict. capit. grandi*; nec ab vsufructus commoditate, vt in *dict.* §. *Cornelio Fœlici*, quia nec ipse habebat vsufructum, nec administrationem, sed dumtaxat spem succedendi, si Rex Vngariæ eius frater, sine pro legitima decessisset, & de illa spe priuatur, ab Innocentio III. si votum non adimpleuit, quod Pontifex ob eius contumatiam, & crimina recte facere potuit, vt supra resolutum est.

10 Octauo; obstabit dicere; quod simplex promissio, & policitatio de iure ciuili, nullam producit actionem, *l. iurisgentium* 7. §. *Sed cum nulla*, *ff. de pactis*, *l.* 1. §. *Non semper*, *ff. de policitationibus*, quia policitatio est solius offerentis promissio, *l. pactum*, *ff. de policitationibus*, *Couarruuias*, *in dict. capit. quamuis pactum*, 2. *part.* §. 4. *numero* 15. *Canonistæ omnes*, *in capit.* 1. Secundum eius veram interpretationem de pactis, sed votum nihil aliud est, quam simplex policitatio Deo facta, *l. si quis rem*, §. *Voto*, *ff. de policitationibus*: ergo votum illud policitatione factum nullam obligationem producere potuit; pro cuius dubij solutione disceptare solet, quæstio illa, vtrum nuda promissio, seu policitatio obliget in foro conscientiæ, de qua *Caietanus*, 2. 2. *quæstion.* 88. *artic.* 1. & *quæst.* 113. *artic.* 1. *dubio* 4. *Sotus lib.* 7. *de iustitia, & iure, quæstion.* 2. *artic.* 1. *ad primum*. Sed quidquid sit, de alijs promissionibus, quæ hominibus fiunt, de voto verò, quod est promissio Deo facta, sine dubio, quod obligat vouentem, etiam si mentalis sit in foro interiori & exteriori, quia est actus virtutis Religionis, & qui frangit votum, violat fidem, & Religionem, quæ Deo debetur, quod ita præceptum diuinum naturale, & Canonicum suadet; *capit.* 1. *cum alijs* 17. *quæst.* 1. *Turrecramata, & ordinarij omnes*.

Ad text. in capit. magnæ 7. capit. quod super 8. cap. ex multa 9. hoc tit.

DE materia horum iurium plura diximus, in *cap.* 1 *hoc tit.* quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad text. in capit. per tuas 10. hoc titulo.

DE huius text. intellectu plura scripsi, in *cap. verum* 2. *de conuersione coniugatorum*, *in* 6. *dubio*.

DE STATV MONACHORVM.

TITVLVS XXXV.

Ad textum in capit. Monachi 2. de Statu Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Monachi in Monasterio pretio non recipiantur.*
2 *Monachatus spirituale eius est.*
Monachatus, ad Monasterium pretio receptus à Sacris Ordinibus priuatur, & recipiens à Sacris Ordinibus suspenditur.
Puniri quis meretur in eo in quo deliquit.
3 *Professio Religiosa licet sit status spiritualis, etiam contractus vltro citro obligatorius dicitur.*
Capit. de illis 3. de conditionibus appositis.
4 *Capit. de regularibus 25. de simonia.*
5 *Cap. dilectus 30. de simonia.*
Accusatio, & inquisitio in quo differant.
6 *Capit. dilectus 30. de simonia conciliatur, cum capit. inquisitionis 22. de accusationibus.*
7 *Cap. quoniam de simonia.*
Simonia, an sit, vt Moniales in Monasterio, pro pretio recipiantur.
Correctio iurium admittenda non est.
Necessitas, an excuset à furto.
Capit. vnico, de statu Regularium, libro 6.
Monialis pecunia recepta, pro eius sustentatione, absque periculo simoniæ recipi potest.
8 *Cap. veniens 19. cum capit. de hoc de simonia & in num 11.*
Turpia pacta contra leges, & bonos mores irrita sunt.
9 *Capit. audiuimus 41. conciliatur, cum capit. veniens de simonia.*
Abstinendum est, non solum à malo, sed etiam ab omni specie mali.
10 *Turpitudo quoties extat, ex parte dantis, & recipientis cessat repetitio.*
Consultius verbum necessitatem, an consilium importet.
Capit. constituit 20. quæst. 3. capit. constituit 16. quæst. 7.
11 *Prohibitus dare, vel recipere respectu beneficij, an gratis accipere possit.*
Capit. si quis obiecerit in fin. 1. quæstion. 1. cap. fin. 1. quæst. 3.
12 *Capit. qui libentius 2. de conditionibus appositis.*
Simonia, quæ dicatur.
Libertatis donatio sub modo, si Religionem profiteatur, an sit simonia.

1 CONCLVSIO. Monachi in Monasterio pretio, non recipiantur: consonat text. in *capit. non satis 8. capit. veniens 19. capit. de regularibus 25. capit. dilectus 30. capit. quoniam 40. capit. audiuimus 41. de simonia, capit. quam pio, capit. nullus, 1. quæstion. 2. capit. qualiter 24. vers. Cum super, de accusationibus, cap. consuluit 20. quæst. 3 capit. constituit 16. quæst. 7. l. 22. tit. 7. volum. 1.* exornãt *Turrecramata, in dict. capit. quoniam dict. capit. nullus, 1. quæstion. 2. Couarruuias, in regula peccatum, 2. part. §. 2. numero 8. Suarez, tomo 1. de Religione, li. 4. capit. 17. & capit. 60. Æmanuel Rodriguez, tomo 2. quæstionum Regularium, quæst.*

quæst.48.art.1.& tom.3.quæst 63.art.3. Diuus Thomas 2.2.quæst 100. articulo 3. & 4.& in 4.dist 23.quæstion.2.& 7.& quæst.3.ad septimum, Açor institutionum Moralium,part.3.lib.12.capit.16.quæst. 1. Nauarrus in tractatu de redditibus Ecclesiæ monitu 62.Spino in Speculo testamẽtorum,glos.7.principali, numero 30.Gutierrez,lib.1.Canonicarum,capit.32. numero 22.Cerola in praxi Episcopali,part.1. verbo Moniales, Cænedus ad Decretales plures referens,collect.16.Barbos.in Collectaneis ad nostrum text. & in cap. non satis 8.de simonia,num.2.

2 Ratio est, quia ius Monachatus est,quid spirituale,*Abbas in præsenti,numero* 3.& quoniam dare temporale,pro spirituali simonia est, *capit. cum pridem cum vulgatis,de pactis*, & ita receptus a Sacris Ordinibus prohibetur ascendere; & recipiens ab officio suspenditur: ratio est,quia quis meretur punire in eo, in quo deliquit, *cap. litteras, de temporibus ordini,cap.quoniam, de simonia*; quæ idem censendum est in monialibus; notat *Abbas in præsenti*; sed si sponte, sine aliqua conditione, & pura intentione aliquid dare voluerit non prohibetur; *cap.tua nos,de simonia, Bibianus in rationali ad nostrum text.*

3 Primo, aduersus text.nostrum in principio obstabit sequens consideratio; videlicet,quod professio Religiosa licèt status quidam spiritualis sit, & oblatio,quæ Deo fit,& quidam genus consecrationis personæ,ad cultum Dei, tamen est quidam contractus humanus inter Religionem & Religiosum, nam Religiosus se tradit Religioni totum se in illa transferendo, & Religio acceptando, illum obligando se, ad eius alimoniam, & ita suscipit omnia onera temporalia, quæ ad sustentationem talis personæ necessaria sunt, sed onus illud,quod Monasterium suscipit alendi Religiosum pretio æstimabile est, vel, vt melius loquar indiget temporali subsidio,cum alienum non sit à ratione naturali, vt qui Religionem ingreditur temporale, aliquod subsidium secum offerat, quoad ipsum sustentandum, siquidem tunc temporale, pro spirituali non accipiatur,sed tantum pro temporali alimonia,& consequenter simonia, quæ in receptione temporalium, pro spiritualibus non consistit, *capit.studet,cum alijs 1.quæst.1.* in hac specie locum babere non potest, & confirmatur ex simili argumento ducto,ex matrimonio carnali, quod licèt Sacramentum sit, tamen humanus contractus est, & hac ratione habet enixa onera temporalia,& incommoda, quæ non possunt, sine bonis temporalibus sustentari, & licitum est vtrique coniugi aliquid, ad hoc conferre adeo, vt possit vir eam in vxorem non accipere, quæ sibi certam pecuniæ quantitatem in dotem dare promisit, si pecunia promissa non soluatur, *capit.de illis 3.de conditionibus appositis*; igitur,cum pro matrimonio carnali, quod Sacramentum est ratione onerum,quæ subit vxus est maritus, possit vxori ipsi pecuniam dare; sic similiter dicendum videbatur posse Monachum, qui Religionem ingreditur, pro receptione sua Monasterio pecuniam præstare,pro eius alimonia, & necessaria sustẽtatione,& perconsequens minus rectè in præsenti captum,& statutum est Monachos, pro pretio in Monasterio recipi non posse. Pro cuius dubij solutione ad notandum est in ingressu Religionis duo expendi, & considerari posse, vnum est beneficium spirituale, quod Religioso confertur,dum Deo per professionem consecratur, ad quam recipitur; aliud est onus, quod Monasterium suscipit alendi Monachum,seu Religiosum; priori enim modo ingressus Religionis consideratur, quatenus spiritualis res est, & spirituale beneficium, quod principaliter Monacho confertur, & gratis debet condẽnari, alias si pro eius ingressu pecunia recipiatur propria materia simonia est, quia res maxime spiritualis dicitur, *capit. quam pio 1. quæst. 2.* & ita est intelligendus, text.noster.Si verò posteriori modo ingressus Religionis consideratur,quatenus concernit onera temporalia, quæ Religio in se suscipit in ea persona, quæ Religionem ingreditur, ex natura rei, non est simoniacum, aut malum aliquod recipere, cum tunc temporale, pro spirituali, non recipiatur, sed tantum pro tẽporali;scilicet, pro subsidio, quo Religio indiget ad sufferenda onera Religiosi,quod similiter in matrimonio dicendum est,in quo dotis causa, & sustentationis ratione, propter onera matrimonij, non propter Sacramentum principaliter promissio fit, iuxta text.ita intelligendum, *in dict. capit.3.*

de conditionibus appositis, Couarruuias de sponsalibus, 2. part. cap. 3. §. 3. Barbos. in collectaneis adeundem text. num. 4.

4 Secundo decisioni nostri text. valdè obstabit *Clementis III. responsum relatum, in capit. de regularibus 25. de simonia*; vbi dum quæritur, quid agendum esset, de quibusdam Religiosis, qui scientibus ipsis per simoniam ingressum Religionis habuerunt; respondit Pontifex, ipse aliorum Pontificum vestigijs inhærens ab eisque editas constitutiones super hac re secutus, vt locum quem taliter adempti sunt omnino dimittere, & solitudines, seu alia Monasteria strictiora adire teneantur, in quibus tam execrabile excessum, sine intermissione deplorent; sint autem ignorantibus ipsis pecunia data fuit compellendi sunt eidem loco renuntiare, & postmodum reducantur, in ipsum, si absque scandalo remanere potuerint, vel in alio qui sit, de ordine ipso ad seruiẽdum Deo collocentur; cuius decisionis ratio, dum prohibet Monachos, pro pecunia ad cœnobia mitti petenda, est ex nuper perpensis, pro nostri capitis decidendi ratione, sed text. ille quatenus, hanc Monachorum receptionem, pretio factam detestatur adhibita pœna remotionis à Monasterio, in quo pecunia data Monachus ingressus fuit, & detrusionis in aliud districtiùs refragare videtur nostri capitis decisioni, in qua Monachus, qui pro receptione pretium dat, à sacris remouetur ordinibus, nec à primo Monasterio discedere, nec in aliud artius ingredi compellitur. Sed huic difficultati respondẽdum est, text. nostrum in quo pœna depositionis à Sacris Ordinibus irrogatur Monacho simoniacè recepto, non negare pœnam expulsionis à Monasterio, quod per simoniam ingressus fuit, & detrusionis in aliud artius puniendum esse, vbi perpetuam agat pœnitentiam, sed eum sensum habere, quod Monachus, qui per simoniam ingressum Religionis habuit, si de simoniæ crimine in modum accusationis conuincatur, à sacris ordinibus deponitur, & insuper de hoc Monasterio expellitur, & aliud artius intrare cogitur, ne per sæculum damnabiliter euagetur; si verò non per modum accusationis, sed inquisitionis, Monachus huius criminis reus factus sit, à Monasterio expellitur, & aliud adire cogitur, in quo tam execrabile facinus continuè deploret, non autem à suis ordinibus deponitur, iuxta text. sic intelligendum, *in dict. cap. de regularibus 25. de simonia*, in cuius decisione nulla depositionis habita mentione expulsionis pœna irrogatur, quia per inquisitionem de hoc Simoniæ crimine agebatur, quo casu pœna depositionis ab ordinibus non infligitur, *cap. qualiter 24. vers. Cum super, de accusationibus*, quia de hoc actum non est, *capit. cum dilectus, de ordine cognitionum*. Si autem per accusationem ageretur; tunc Monachus deponendus esset, quia est accusationis pœna, *cap. super his*, vers. *Quoniam, capit. qualiter 24. vers. Ad degradationem, de accusationibus*, *Glos.* verbo *Forma*, in *dict. capit. qualiter*, *Hostiensis in summa, tit. de accusationibus, §. Quis sit effectus accusationis, & quis inquisitionis, Glos. in præsenti*, verbo *Ad sacros*, *Hostiensis ibid. num. 1. & in cap. dilectus, de simonia, num. 6.*

5 Tertio, ex his infertur interpretatio ad text. *in cap. dilectus 30. de simonia*, vbi cum Archiepiscopus Carnutiensis, Ecclesiam suam visitans in Monasterijs multos simoniaca prauitate receptos fuisse reperiret, qui potiùs gratis recipi debuissent; imo etiam ad Religionis obseruantiam inuitari: quæsiuit à Pontifice, an quia multitudo reperitur in causa illa seueritatis sit aliquid detrahendum; siquidem multitudo causæ seueritatis diminuenda est, *cap. vt constitueretur 50. distinct. capit. commessationes 44. distinct. cap. non potest 23. quæst. 4. cap. 2. de temporibus ordi, cap. latores, de Clerico excommunicato.* Respondit Pontifex; quod si prædicti fuerint coram ipso accusatione Canonicè instituta pulsati, & conuicti; tàm dantes, quam recipientes Canonicâ procellentur vltione. Si autem per solam inquisitionem de hoc crimine, sibi constiterit, eos, qui per simoniam in talibus locis sunt recepti, inde emoueat, & ad artiora Monasteria, ad agendam pœnitentiam compellat, Abbatibus autem, & Prælatis competentem iniungat pœnitentiam; & donec illam peregerint eos à Sacrorum Ordinum executione suspendat, & iniungat Episcopis suis, vt hanc formam per suas Diœcesi studeant obseruare, illud tamẽ gratẽtur recipere poterunt, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum, quæ decisio dum Monachorũ receptionem

nem pretio fieri vetat ſuperiori inſtitui tur ratione pro noſtri tex. deciſione firmata, ſed quatenus conſtituit, quod Monachi de crimine ſimoniæ conuicti in modum accuſationis à ſuis ordinibus deponuntur: conuicti autem per viam inquiſitionis à Monaſterio ſimonia habito expellantur, & ad aliud artius ad agendam pœnitentiam dirigantur, nuper traditis conſentaneum eſt; ex quibus conſtat illud intereſſe, inter vtrumque procedendi modum, quod Monachus accuſatus, & de hoc ſimoniæ crimine conuictus deponi à ſuis ordinibus debet, quoniam ad hoc inſtituitur accuſatio, iſque effectus accuſationis eſt, *cap. ſuperbis, cap. qualiter 24. de accuſationibus*, & de illo Monaſterio experitur detrudendus in aliud artius, vt ibi perpetuo domino ſeruiat, ne damnabiliter per ſæculum euagans anima ſua detrimentum patiatur, inquiſitus verò Monachus, & per modum inquiſitionis cõuictus, non punitur pœna depoſitionis a ſuis ordinibus, quia non eſt ille inquiſitionis effectus, ſed tantum remotionis à Monaſterio, & detruſionis in aliud, ad quod intenditur inquiſitio, *dict. cap. qualiter, iuncta eius Gloſſ.* verbo *Forma*, *Hoſtienſis in dict. cap. dilectus 30. de ſimonia, num. 6.*

6 Quartò, deciſioni text. *in dicto cap. dilectus 30. de ſimonia*; ex quo conſtat Monachum de ſimoniæ crimine, per modum inquiſitionis deponi non debere, ſed tantum a Monaſterio remoueri, & in aliud ſtrictius ad agendam pœnitentiam detrudi. Obſtabit text. *in capit. inquiſitionis 22. de accuſationibus*; vbi is contra quem vitium ſimoniæ criminis per inquiſitionem probatum eſt, deponitur perindè, ac ſi de eo crimine accuſatus, & conuictus eſſet, *vt conſtat ex eodem text.* verſic. *Quo caſu erit*, ſicut in accuſationis iudicio procedendum: igitur Monachus per inquiſitionem de ſimoniæ vitio conuictus debet à ſuis ordinibus deponi mouit dubium, *Gloſſ.* verb. *Amotos, in dict. cap. dilectus*, illud tamen inſolutum reliquit; quare eius ſoluendi gratia dicendum eſt. text. *in dict. cap. inquiſitionis loqui, de ſæcularibus*, text. vero *in dict. cap. dilectus 30.* procedere in regularibus, inter quos ingens eſt diſcriminis dicendi ratio; nam regulares in modum inquiſitionis de ſimonia conuicti in quantitate pœnæ releuantur, quia in alio grauantur, cum forma inquiſitionis, quando de ipſis agitur, non ita ad vnguem obſeruatur, & facilius, liberiuſque cum cauſa agatur, vt a ſuis reuocentur adminiſtrationibus, *cap. qualiter. §. fin. de accuſationibus ex regula iuris*, qua docemur, eum qui in vno gravatur in alio releuari, *cap. 1. de Parochijs, l. eum qui, §. In pupillaribus, ff. de iure iurando*; at verò in inquiſitione contra fæculares perſonas facienda ſolemnis ordo præſcriptus, *in dicto cap. qualiter ſeruandus eſt*; vndè cum in hoc non grauentur, nec in pœna leuari debent, ſed ſeuerius cum ipſis agi oportet; ſcilicèt, vt conuicti etiam per modum inquiſitionis de ſimoniæ vitio depoſitionis pœna puniatur: eſt & alia diſcriminis ratio, quia regulares hoc potiùs præſumuntur facere intuitu eleemoſynæ, & animæ ſaluandæ; & ideò cum ipſis mitius agitur. Sæculares verò pecuniã dant ambitionis, & auaritiæ cauſa, vt ordines, vel beneficia obtineant; & ideò cum ipſis durius agendum eſt, & maiori ſunt ſeueritate coercendi, docet *Panormitanus in cap. dilectus 30. de ſimonia, num. 8. Hoſtienſis 6.* verſic. *Quod ſi de hoc.*

7 Quintò, ſolutioni obſtabit ſuprà adductæ, text. *in capit. quoniam 40. de ſimonia*, vbi cum ſimoniæ priuatas apud multas moniales; adeo inualuiſſet, quod vix aliquas in ſorores recipere velent ſine precio, volentes paupertatis prætextu, in huiuſmodi vitio perſiſtere, ſtatuit Concilium Generale Lateranẽſe, *cap. 63.* ſub Innocentio III. celebratum anno 215. vt quæcumque de cætero talem prauitatem commiſiſſent, tàm recipiens, quàm recepta, ſiuè ſit ſubdita, ſiuè Prælata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo Monaſterio repellatur, & ad locum arctioris regulæ ad agendam pœnitentiam detrudatur, receptæ autem ſimoniacè, ante hoc Synodale ſtatutum remotæ de Monaſterijs, quæ perperàm ſunt ingreſſæ, in alijs locis eiuſdem ordinis collocentur, niſi fortè propter nimiam multitudinem alibi nequeant cõmodè collocari, & ne damnabiliter in ſæculo euagentur, in eiſdem Monaſterijs recipi debent, diſpenſatione adhibita, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſsignatis, quod etiam contra Monachos, & alios regulares obſeruandum decernitur, & Diœceſanis Epiſcopis præcipitur, vt ſingulis annis hoc faciant, per

per ſuas Diœceſes publicare, nec per ſimplicitatem, vel ignorantiam ſe velint aliqui excuſare. Ex qua deciſione plane colligitur Monachos, qui pretio dato in Monaſterio recepti ſunt, ab ipſis Monaſterijs, quæ perperàm ſunt ingreſſi, ſine ſpe reſtitutionis expelli debere, & in alio ſtrictioris regulæ detrudi, vbi perpetuo domino ſeruire valeant, quod quidem ſtatutum eſt generaliter, & indiſtinctè, ſiuè per inquiſitionem, ſiuè per accuſationem ſimoniæ, crimen contra ipſos probatum fuerit, cum text. ille nulla inquiſitionis, vel accuſationis habita diſtinctione generaliter, hanc pœnam Monachis, pro receptione ſua pecuniam dantibus infligendam eſſe decernat contra ea, quæ nuper in numer. precedenti retulimus. Difficultatem tetigit, *Gloſſ.* verbo *Expellatur, in dict. capit. quoniam* 40. *de ſimonia*, quam vt ſoluat dicendum exiſtimauit deciſionem text. *in cap. dilectus* 30. *de ſimonia* (vbi diſtincti ſupra tradita proponitur) corrigi, per text. *in dict. cap. quoniam* 40. *eiuſdem titul.* cui hodie ſtandum eſt, ita vt qualitercumque conſtet de crimine ſimoniæ contra Monachos, hæc pœna imponēda ſit; ſcilicèt, vt expellantur, & artiori Monaſterio ad agendam perpetuā pœnitentiam detrudantur, ſine executione ſui ordinis, cum aliàs veram, & iuſtam pœnitentiam agere non poſsit, *capit. requiratis* 1. *quæſt.* 7. *quam Gloſſ. interpretationem antiquiores omnes ibidem*: nos tamē eam reijcimus, eo quod iurium correctio admittenda non eſt, niſi vbi probatur expreſsè, *l. præcipimus, Cod. de appellationibus, cap. cum expediat, de electione, lib.* 6. quare ea omiſſa veriorem exiſtimo, *Hoſtienſis, Innocentij, & Panormitani ibidem, num.* 8. qui docent text. *in dicto cap. quoniam* 40. *de ſimonia*; intelligendum eſſe, quando in modum inquiſitionis contra Monachos actum eſt, & eo modo de ſimoniæ vitio in ingreſſu Monaſterij commiſſo cōuicti ſunt, quo caſu à Monaſterio expulſi, aliud artius adire compelluntur, ſed ſi in modum accuſationis ageretur, tunc pœna depoſitionis poneretur; & ſic licèt deciſio illa indiſtinctè loquatur, tamen intelligenda eſt terminis habilibus ſuppoſitis, hoc eſt iuxta diſtinctionem text. *in dict. cap. dilectus* 30. *de ſimonia*; ſiquidem nouum non eſt in iure, vt priores leges, & conſtitutiones ad poſteriores trahantur, *leg. non eſt nouum, ff. de legibus, cap. Paſtoralis, cap. vt debitus, de appellationibus*: Ergo ſi in modum accuſationis regularis de ſimonia conuictus ſit, deponitur: Si verò in modum inquiſitionis conuincatur, non deponitur; ſed quomodocumque fiat in artius Monaſterium detruditur, ne per ſæculum damnabiliter euagetur, vt in eo text. cauetur, a quibus pœnis Religioſę immunes, non ſunt, quę paupertatis, & neceſsitatis prætextu, abſque precio aliquas in ſorores admittere recuſant; nam licèt à furto ſoleat excuſare neceſsitas, ſeu paupertas, *cap. diſcipulos, de conſecratione diſtinct. 5. cap. ſi quis* 3. *de furtis, Couarruu. in regula peccatum*, 2. *part. §.* 1. *num.* 3. *Cenedus ad decretum, collectanea* 92. nam licèt in ſe malum ſit, & omni iure prohibitum; tamē tempore neceſsitatis deſinit eſſe malum cum eo in tempore omnia debeant eſſe communia, *cap. ſicut* 47. *diſtinct.* cum in illo res aliena non contrectetur, furtum eo in tempore committi, non dicitur ab alijs tamen, non excuſat paupertas, quæ ita in ſe mala ſunt, vt nullo tempore, etiam neceſsitatis malitiam, & turpitudinem admittant, qualia ſunt idolatria, adulterium, homicidium, ſimonia, & ſimilia, quę prætextu paupertatis admittenda non ſunt, *cap. ſicut* 32. *quæſt.* 4. *cap. ita ne* 32. *quæſt.* 5. *cap. ſacris, de his quæ vi*: igitur moniales illæ non poſſunt à vitio ſimoniæ prætextu paupertatis excuſari, quia debent ab illa illicita receptione abſtineri, & tantùm tot recipere, quod poſsint de redditibus Monaſterij viuere, *cap. vnico, de ſtatu regularium, lib.* 6. præſertim, quia vitium ſimoniæ paupertatis prætextu paliabant forſan dicentes, non poſſumus te ſuſtinere, niſi tecum deferas vndè viuas, & ſic nullo modo volebant eas recipere, niſi illo foro, vel pacto interueniente, & cum ſuper hoc reprehenderentur, reſpondebant, non ducit nos auaritia, pauperes ſummus, non habet legem neceſsitas, & ideò excuſandæ ſumus, argumento text. *in capit.* 2. *& fin. de obſeruatione ieiuniorum, cap. quod non eſt licitum, de regulis iuris, lib.* 6. quarum reſponſio in eo tex. reprehenditur; nam Religioſæ, quæ non niſi pacto interueniente alias admittebant ſimoniacè ſunt, & vt tales puniuntur, quoniam ius Monachatus ſpirituale eſt, vt in text. noſtro cum ſimilibus, & in ſpiritualibus pactio ſimoniam inducit,

cit, *cap. finale, de pactis, cap. tua, de simonia, cap. quam pio 1. quæstion.* 2. Potest tamen Monasterium pro necessaria alimonia, & sustentatione pecuniam, ab ingressuris fœminis exigere, qua ad ipsas alendas Religio obligatur; quia tunc pecunia illa, non datur pro beneficio spirituali, quod confertur Religiosæ, dum consecratur Deo per professionem, ad quam recipitur, sed pro honore, quod Monasterium suscipit alendi illam, quod cum temporale sit pretio æstimari potest; *Ita Suarez 1. tom. de Religione, lib. 4. cap. 17. num. 14.*

8 Sextò, ex eadem doctrina interpretor, text. *in cap. veniens 19. de simonia*, vbi cum quidam Presbyter se Monastico habitu velet induere, Abbas, & fratres eum in Monachum recipere noluerunt, quousque certam pecuniæ quantitatem dare eis conuenit: in qua specie mandat Pontifex Abbatem, & Monachos pecuniam, tàm indigne acceptam præfato Presbytero restituere teneri, & pro tanto prauitatis excessu ab officij executione suspendi, & illum Presbyterum in alio Monasterio in habitu Monastico seruire Deo: cuius decisionis ratio ex supra dictis exigenda est, quia cũ Religiosa professio spiritualis sit ad salutem animarum, & perfectionem charitatis, & Dei cultum; meritò pecunia pro ea exigi non potest, & Abbas, ac fratres, qui tam indignè pecuniam receperunt, in pœnam huiusmodi perniciæ ab officii cessatione suspenduntur, & eandem restituere compelluntur, quia receptio iniqua est, & à iure reprobata; idcircò data non potuit ipsis recipientibus adquiri, *capit. de hoc, de simonia*; vbi scriptum est, ratione simoniacæ conuẽtionis receptum, absque animæ periculo retineri non posse, vbi Doctores omnes, quibus adstipulatur, text. *in l. iuris gentium 7. §. Si ob maleficium, & §. Generaliter, ff. de pactis, l. generaliter, ff. de verborum obligationibus*; vbi pacta turpia contra bonos mores, aut contra leges irrita sunt: igitur consequenter ratione illorum conuentionum, nullum ius recipiendi adquiri potest; siquidem titulus adquisitionis nullus est, *l. non dubiũ, Cod. de legibus*; meritò, cum conuentio recipiendi pretium pro Religionis ingressu sit a iure reprobata; idcircò illa acceptio pecuniæ illicita est, quia ratione inducit obligationem restituendi, *Couarruuias in regula peccatum, 2. part. §. 2. num. 7.*

9 Septimò, aduersus ea, quæ nuper retulimus, & tradit, text. *in dict. cap. veniens, de simonia*; scilicèt, pecuniam pro receptione Monachi accepram ab Abbate, vel Monachis restituendam esse ei, qui pro sua receptione dedit. Obstabit text. *in cap. audiuimus 41. de simonia*, in cuius specie scriptum est, quod cum nõnulli velent ingredi Religionem, Episcopi quidam eos profiteri prohibebant, & difficultates ingerebant, & malicias, donec ipsis certa summa pecuniæ persolueretur. In qua specie Innocentius III. affirmat huiusmodi exactiones penitùs esse inhibendas, eo quod secundũ Apostolum non solùm à malo, sed etiã ab omni spe mali sit abstinendum, *capit. emendari 1. quæst. 1. capit. cum ab omni, de vita, & honestate Clericorum*, & qui contra hoc fecerit exacta publicata restituer in vtilitatem locorum, in quorum dispendium fuerunt soluta, fideliter conuertenda: Ex qua decisione manifestè deprehenditur pecuniam exactam, pro Monachi receptione restitui debere, non ei, qui ipsam dedit, sed potius Monasterio in cuius dispẽdium fuit soluta, & non solùm ipsa pecunia simoniacè exacta, sed etiam duplicata restitui debet contra id, quod refert text. *in dicto cap. veniens*, vbi solius pecuniæ illicitè exactæ restitutio fit, & non Monasterio, sed ei, qui pro receptione sua dedit, quæ iura, vt ad concordiam reducantur constituendum est, quod si Monachus, vt recipiatur pecuniam det soli Prælato, vel alij cuique; ita vt Monasterium non sit in culpa. Tunc ille, qui pecuniam recipit, debet illam restituere Monasterio, in cuius ignominiam soluta fuit, nec debet restitui ei, qui dedit, argumento text. *in capit. de hoc 2. de simonia*; nec obstat text. *in dict. capit. audiuimus 41. in fin. eiusdem titul.* vbi cum duplicatione restitutio fieri debet, quia procedit in pecunia exacta per superiorem, quasi per extorsionem, & quandã concussionem; nam ratione superioritatis isti Episcopi ingerebant difficultates, & malitias interdicendo, excommunicando, vel aliàs vexando, siuè etiã ipsis conquærentibus, iustitiam denegando, & sic potiùs violẽter, & per oppressionem consequebantur pretium, quam ex spontanea voluntate dantis;

ideò

ideò nihil mirum, quod duplicatum restituere debeant; notat *Abbas in dict. cap. audiuimus, Suarez de Religione tom. 1. lib. 4. cap. 60. num. 10.*

10 Octauò, aduersus id, quòd refert text. *in dict. capit. veniens 19. de simonia*; scilicèt, pecuniam prohabitus receptione acceptam restituendam esse ei, qui dedit; obstabit principium illud, quo docemur, quòd quando turpitudo stat ex parte dantis, & recipientis cessat repetitio, *l. 3. si obturpem*, versic. *Porrò, ff. de conditione obturpem causam*: Ergo *in dicto cap. veniens 19.* ei qui dedit, non debet pecunia reddi cum ex parte eius, etiam turpitudo constet, vt per se patet. Pro qua difficultate diluenda valdè laborant interpretes asserentes, verum esse, quod si quis Monasterio pecuniam det pro receptione sua; tunc indigne a Monachis recepta ei, qui dedit, non restituitur simpliciter, sed secundo Monasterio ad quod is, qui dedit trāsire debet Monasterio sit onerosus, sed in eo seruiente habeat vsum illius pecuniæ, arg. text. *in cap. de lapsis 16. quæst. 6 cap. si quis rapuerit 27. quæst. 1.* Et primo Monasterio pecunia non remaneat, ne cum eodem pernicioso facto pœnam; & præmium consequatur, argumento text. *in l. siue hæreditaria, ff. de negotijs gestis*, aliàs via fraudibus apperiretur, quod permittendum non est, *cap. peruenit 93. distinct.* & asserunt non obstare text. *in dicto cap. veniens 19. de simonia*; cui plures assignant solutiones, prima est text. illum posse intelligi eo in casu, quando Presbyter ille pro receptione sua pretium dedit ante emissam professionem, & Pontificem consuluit de conuentione à Monachis facta, quæ solutio colligi potest, ex eo, quod mandatur ei pecuniam restitui, cuius non fuisset capax si professus fuisset, *cap. non dicatur 12. quæst. 1. cap. Monacho 27. quæst. 1.* Sed hæc interpretatio expressè opponitur postremis, eiusdem text. verbis, in quibus huic Presbytero præcipitur, vt habitu Monastico in alio Monasterio Domino seruiat, quod minimè ei præciperetur, nisi Religiosus esset, nec dici potest in illis verbis consilium potiùs, quam præceptum contineri, quasi sensus sit consultius facere, si aliud Monasterium ingrediatur; nam id repugnat vltimis text. verbis, versic. *Præcipias*, quibus text. vtitur, quæ verba præceptum, non consilium, denotant, *l. 1. §. Iuris præcepta, ff. de iustitia, & iure, Gloss. ibidem*, verbo *Præcipias*; qua realiter, & vere, *Couarr. in regula peccatum, 2. part. §. 2. num. vltimo*, asserit ibidem; ideò danti pecuniam esse restituendam, quia ipse bona fide Monachis dedit exigentibus prætextu consuetudinis ad prandium Monachorum, & cum hoc in casu, non omninò manifesta esset dantis turpitudo, nihil mirum, quòd danti restituatur, sed hoc est intelligendum, nō in gratiam ipsius, sed Monasterij ad quod transfertur, quā interpretationem secutus est *Suarez de Religione, tom. 1. lib. 4. de simonia, cap. 60. num. 10. Barbos. in collectan. ad text. in dicto cap. veniens 19. de simonia, nu. 4.* omitto interpretationem, ad text. *in cap. constituit 20. quæstion. 3.* de quo videnda est Glossa Marginalis in text. nostro, & ad text. *in cap. constituit 16 quæst. 7* de quibus tractat *Boetius in cap. in præsentia, de probationibus, num. 102. Suarez tom. 3. de Religione, lib. 6. cap. 5. Sanchez lib. 47. ad Decalogum, cap 34. num. 2.*

11 Nonò, aduersus id, quòd refert text. *in dict. capit. dilectus 30. de simonia*, versic. *Illud tamen gratenter, &c.* ex quo deducitur, quòd facto Religionis ingressu poterit Monasterium recipere illud, quod sibi fuerit gratenter oblatum; siquidem ex circunstantia temporis præsumitur, quod illud non datur, nec recipitur pro Monachi receptione; imò cēsetur omnimoda gratuita datio; nam prohibitus dare, seu accipere aliquid, non censetur prohibitus dare, seu gratis oblatum suscipere; quia eo in casu cessant verba, & mens prohibitionis; nam quia gratis dat, absque vllo respectu cōmutationis dat, seu oblatum recipit, argumento text. *in l. 1. de donationibus, capit. 1.* eodem, nisi ex circunstantijs temporis, seu dati muneris verò similiter appareat gratuitam donationem simulatè receptam fuisse in fraudem prohibitionis; vndè si finito ministerio aliquid gratis offeratur cessat præsumptio simulationis, vt pro illo ministerio detur, *dict. cap. dilectus 30. cap. si quæstiones, de simonia.* Obstabit text. *in cap. si quis obiecerit, in fine 1. quæst. 3.* versic. *Nec anteà, vel postea*, ex quo constat, quod prohibitus dare, vel suscipere aliquid pro aliqua re, nec tempore ministerij, nec finito ministerio possit dare, vel suscipere; sed respondendum est, textum illum loqui de

eo

eo, qui finito ministerio aliquid soluit, tãquam debitum pro re spirituali, quod omnino prohibitũ est; quæ interpretatio colligitur ex illo verb. *Soluat*, in tex. illo appositio, quod debitum reddere significat, argumento text. *in l. solutiones, ff. de verborum significatione*, vbi late Rebuffus, eodemque modo est interpretandus text. *in capit. finali*, versic. *Ante, vel post* 1. *quæst.* 3. quia eius solutio deducitur ex verbo illo *Exigatur*, ibi relato, quod significat rem aliquam iure debitam petere, Calepinus in suo dictionario verbo *Exigo*, qui vero gratis oblatũ in nostra specie recipit, non dicitur rem debitam exigere; siquidem datio gratuita, & spontanea simoniam, non inducit, *vt in dict. cap. dilectus*, vbi Doctores omnes.

12 Decimò, prædictis obstabit difficilis, & extraordinarius textus *in cap. eo libentius 2. de conditionibus appositis*, vbi apparet duo mancipia fuisse manumissa, sub ea conditione, vt Monachi fierent: cuique conditioni cum alterum parere noluisset? Respondit Pontifex, cogendum esse, vt sic manumittentis voluntas impleatur: Ergo conditio circa spiritualia, nempè circa Religionis ingressum imposita valere debet: in cuius textus difficultate omissa Glossa, & Abbatis interpretatione ibidẽ, & aliorum existimantium in text. illo conditionem, seu modum ingrediendi Religionem in manumissione positum vanisse, quia pro substantia non requirebat partis acceptationem, & patet ex eo, quia modus adiectus fuit manumissioni proprij serui, ac proindè sicut libertas data proprio seruo statim suum habet effectum, antequam aperte acceptetur, *leg. 2. ff. Manumissis vindicta*; ita etiam de modo adiecto, omninò dicendum erit, *cap. accessorium, de regulis iuris, lib. 6.* Cum igitur modus ille de ingrediendo Religionem, absque partis acceptatione tunc habeat vim; meritò, vt quantumcumque ad spiritualia verteretur improbari non debet; nam iura in spiritualibus, solùm prohibent pactiones, seu conuentiones, *dicto cap. fin. cum vulgaris, de pactis, & conuentionis*, subsistentia est, vt actus, absque partis acceptatione, non subsistat, *l. quamcumque* 10. *ff. de obligationibus, & actionibus, l.* 1. *§. Conuentiones, ff. de pactis*; quare pro ver. illius textus interpretatione duo principia ad notanda sunt. Primum est, nullã simoniam, vel eius speciem dari posse, nisi cum onerosus contractus celebratur, vel non gratuita spiritualium datio, aut receptio fit: gratiosa autem, & liberalis donatio, nullo iure potest improbari, vt patet ex simoniæ diffinitione, cum sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spiritualibus annexum; & nomine emptionis omnem contractum onerosum intelligunt Doctores, vt colligitur ex traditis *à Gratiano per totam* 1. *quæst.* 1. *& in capit. fin. de transactionibus*; vbi gratis, & amicabiliter componere in spiritualibus culpa non est: posterius principium est, donationem libertatis, vel alterius rei sub modo, seu cõditione factam, vel ob causam esse in duplici differentia, aliquando enim modus, causa, & conditio, in fauorem donatoris, aut tertij adijcitur, aliquando tantum ipsius donatarij recipientis, vtilitate continet: priori casu, conditio, modus, vel causa efficiunt, vt donatio illa, iam non sit propria, & liberalis, sed magis onerosi contractus naturam accipit, posteriori vero casu conditio, modus, & causa nõ efficiunt, quominus omninò gratuita, & liberalis donatio fiat *l.* 11. *ff. Donationibus*: his suppositis dicendum est, text. *in dict. cap. quò libentius 2. de conditionibus appositis*. Donationem enim illam libertatis sub modo, vt Religionem ingrediatur vitio simoniæ carere, quia ex omni parte liberalis erat, nam & libertas data, & Religionis conditio solus recipientis fauorem principaliter cõtinebat; atque ideò Romani Pontifices rem, quasi ita perspicuam statuunt. Nec obstat text. *in dicto cap. quam pio* 1. *quæst.* 2. quia respondendum est, in eo text. conditionem, vel pactum, non gratuitum fuisse, quia is, qui temporalia dabat spiritualia, etiã recipiebat, *vt in capit. tua nos, de simonia, Barbos. in collectan. ad text. in dict. capit. 2. de conditionibus appositis num.* 3. de quo etiam supra dixim us, *in cap.* 4. *&* 6. *hoc tit. dub.* 3. *& quoad text. nostrum in* versic. *Si peculium*, vide, quæ infra dicemus, *in cap.* 4. *&* 6. *hoc titul. dub.* 3. *in eodem text.* versic. *Nec singuli dicemus*, *in cap. quod Dei timorem* 5. *hoc titulo.*

Ad text. in cap. super quodam 4. capit. cum ad Monasterium 4. de statu Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Monachi proprium, habere non possunt.*
2 *Monachi in ipsa ordinationis susceptione facultatibus, & voluntatibus propriis renuntiant.*
Peculium, quid sit?
Monachi quare testamentum facere non possunt.
Monachi peculij administrationem habere possunt præcedente Prælati licentia ad vtilitatem Monasterij.
3 *Cap. cum ad Monasterium 6. §. fin. in fine, de statu Monachorum.*
Peculium est duplex, aliud in proprietate aliud verò in vsu tantum consistit.
Prælatus maiorem subdito potestatem conferre non potest, quam ipse habet.
4 *Tridentina Synodus sessione 25. de regularibus, cap. 2.*
5 *Cap. cum sit 2. de conditionibus appositis.*
6 *Cap. insinuanto 7. qui Clerici, vel vouentes.*
Conditio contra substantiam actus violat actum.
7 *Cap. veniens 19. de simonia.*
Præcipimus verbum præceptum, & non consilium denotat.
8 *Cap. quicumque fin. 12. quæst. 5.*

1 CONCLVSIO. Quæ ex his iuribus deduci tolet, sic se habet Monachi proprium habere non possunt. Comprobatur ex text. *in cap. 2. hoc titulo, cap. non dicatis 2. quæst. 1. capit. Monacho 27. quæst. 1. cap. scimus, cap. nullo 12. quæst. 2. cap. Ioannes, cap. fin. de regularibus, cap. ex parte, de accusationibus, cap. super quodam 4. cap. cum ad Monasterium 6. hoc titulo, cap. cui portio, cap. nullo, cap. non dicatis 12. quæst. 1. cap. in præsentia, de probationibus, Authentica ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, Tridentin. sess. 25. de regularibus, cap. 2. l. 14. tit. 7. partit. 1.* cum alijs à me infrà in decidendi ratione referendis, illustrant *Petrus Gregorius lib. 15. syntagmatum, cap. 14. num. 28. Felinus in cap. cum M. de constitutionibus, num. 26. Nauarrus in commentario 2. de regularib. num. 14. & comm. 3. num. 17.* Idem *cons. 20. num. 5. Æmanuel Rodriguez quæstionum regularium, tom. 3. quæst. 29. artic. 8.* Idem in summa *tom. 2. cap. 31. numer. 3. Azor institutionum moralium, part. 1. lib. 12. cap. 12. quæst. 1. Miranda in Manuali Prælatorum, tom. 1. quæst. 28. artic. 8. Thomas Sanchez ad præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 22. num. 15. Zerola in praxi Episcopali*, verbo *Moniales, part. 1. §. 2. Suarez de Religione, tomo 3. lib. 8. cap. 14. num. 18. Lesius de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 30. Basilius de matrimonio, lib. 7. cap. 10. num. 5. & capit. 13. num. 8. Couarruuias in 4. 2. part. cap. 3. §. 1. num. 18.* cum traditis a *Barbos. in collectaneis, ad text. in cap. 2. hoc tit. num. 2.* & in notis ad *Tridentinum dict. sessione 25. cap. 2. Cenedo in collectaneis ad Decretales, collectan. 124. & ad decretum, collectanea 50.*

2 Ratio est, quia Monachi omnes ex lege suæ professionis votum paupertatis amplectuntur, cum expresse regulares omnes, & Monachi in ipsa susceptione ordinationis, non solùm facultatibus, sed voluntatibus proprijs renunciant, *cap. cum ad Monasterium, hoc titul. dict. cap. non dicatis 12. quæst. 1. Authentica ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, & quamuis in communi quædam possideant, *Tridentinum dicta sessione 25. de regularibus, cap. 3. cap. ex his qui, §. Porrò, de verborum significatione, lib. 6.* tamen propria singuli non habent, *Thomas Sanchez ad Decalogum, dict. capit. 18. & 26.* Vndè merito in Lateranensi Concilio captum est, ne peculium habendi Monachis concedatur facultas; nam peculium omninò videtur cum paupertate pugnare, eo quod peculium (vt inquit *text. in l. depositi 5. ff. de peculio*) est quasi pusilla pecunia, vel pusillum alicuius patrimonium; nam olim hominum possessiones pecuniæ dicebantur, quia singuli totum, quod habebant in pecoribus possidebant teste Augustino *in cap. totū 1. quæst. 3.* aliàs, si huiusmodi peculium obtinerent, ab spiritualibus exercitijs facilimè se abstinerent, cum se occuparent in generali administratione, quare nec testamenta facere queunt, vtpotè nihil habentes post ingressum Monasterij. Cui vna cum propria persona, omnia-

niaque habent consecrarunt, *capit. quia ingredientibus, capit. Prælatum* 19. *quæst.* 3. *Authentica ingressi, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, Basilius libro* 7. *de matrimonio, capit.* 13. *Azor* 1. *part. moralium, lib.* 12. *capit.* 6. *quæstione* 3. *Cenedus ad decretum, collectanea* 50. nisi liberos habeat, quibus post Religionis ingressum legitimam distribuere; licèt redditis bonis Monasterio quæsitis, *capit. si qua mulier* 19. *quæstione* 3. *Authentica si qua, Cod. de Episcopis, & Clericis, Thomas Sanchez lib.* 7. *ad Decalogum, capit.* 9. *per totum*; meritò iusta de causa Sacrorum Canonum constitutionibus sancitum est, ne Monachi peculium habeant, & qui illud habuerit à communione Altaris remoueatur, & si cum eo decesserit sepultura Christiana priuetur, & in sterquilinio sepellitur, *capit.* 2. *capit. super quodam* 4. *capit. cum ad Monasterium* 6. *hoc titul.* constat enim eum in peccato mortali constitutum, & in pœnitentem decisione, cui Ecclesiastica denegatur sepultura, *capit. proventibus* 13. *quæstione* 2. *capit. Ciprianus* 21. *quæstione* 3. *capit. placuit* 23. *quæstione* 5 *cap. quia in omnibus, de vsuris, cap.* 2. *de furtis*; quia quibus non communicamus viuis in Sacramentis, non debemus communicare in sepultura, *capit. sacris, de his quæ vi, capit. fin. de sepulturis*, nisi certa apparuerint pœnitentiæ signa, *capit. à nobis el* 2. *de sententia excommunicationis*, à qua pœna liberantur Religiosi peculiũ habentes ex causa administrationis bonorum Monasterij cum licentia Abbatis, *capit.* 2. *huius tit.* veluti si est vestuarius, vel eleemosynarius, aut aliam simi lem administrationem habuerit, cuius ratione vsum illius expendere, & recipere potest in Monasterij vtilitatem, talis enim ratione administrationis peculium habere poterit, cum in eo paupertatis bono minimè delinquat, cum proprietarius non sit; siquidem ex voluntate superioris detineat, & ad eius nutum reuocabile sit, & possidens eo reuocante remittere debet, cum talis non vtantur rebus illis, tamquam suis, sed vt alienis, cùm alieno superioris arbitrio, & nomine possideat; notat *Innocentius in dict. cap.* 2. *hoc tit. Hostiens. num.* 3. *Thom. Sanchez dict. lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 22.

3 Primò, nuper decidendi rationi, traditis obstabit text. *in cap. cum ad Monasterium* 6. *§. fin. in fine, hoc titulo*, ex quo deprehenditur Prælatum, non posse Monacho licentiam concedere habendi aliquid proprium, *vt constat ex eodem text.* versic. *Nec æstimet Abbas, quòd super habenda proprietate possit, cum aliquo Monacho dispensare*: Igitur minus rectè Lateranensi Concilio, *in capit.* 2. *hoc tit.* statutum est posse Monachum ex licentia, & dispensatione Abbatis peculium possidere: pro quorum iurium cõciliatione adnotãdum est, peculium, siuè patrimonium duplex esse, *Nauarrus commentario* 2. *in cap. non dicatis, de regularibus, num.* 14. vnum quod est propriè dictum dominium, & vera proprietas, quale habent homines sęculares, *cap. quo iure* 8. *distinct. l.* 1. *ff. de adquirendo rerum dominio*; cuius iuris regulares omnes sunt incapaces, qui per votum solemne paupertatis omnibus eis, iam quæsitis, & quærẽdis; imò & capacitate quærendis renuntiauerunt, *dict. capit. non dicatis, in principio, & fine, & in nostro capit. cum ad Monasterium, §. final. Diuus Thomas* 2. 2. *quæst.* 186. *num.* 3. *& 6. Nauarrus de regularibus, commentario* 1. *numero* 15. Aliud verò peculium, latè sumptum est, quod ad solam administrationem, possessionem, & facti vsum dependentem à voluntate Prælati pertinet, qui eius vsum, & administrationẽ arbitratu suo reuocare potest, quod peculij genus varium est, varièque solet a Prælatis Religionum, Religiosis suis permitti; nam vel ita conceditur ipsis, vt nequeat à superiore reuocari, quod ius possidendi, nullus Superior licentiã Religioso indulgere potest, quia id esset eum efficere proprietarium, *Nauarrus tom.* 3 *consiliorum, tit. de statu Monachorum, consil.* 15. *num.* 2. *Turrecremata in dict. capit. non dicatis, artic.* 2. *num.* 3. *Angelus in summa*, verbo *Abbas, num.* 17. qua ratione, nec Põtifex huic Monacho sic manenti in Religione concedere potest, nisi eum a voto paupertatis absoluendo, *Th. Sanch. d. lib.* 7 *cap.* 16. *n.* 9 potest tamẽ Pontifex Monacho licentiam concedere aliquid retinendi; ita vt nullus Prælatus Pontifici inferior valeat illud reuocare, quia cum rem illã habeat ex legitima Põtificis licentia, qui est Supremus Religionum Prælatus, & quia cum licentia illa possit ab ipso Pontifice reuocari, Monachus proprietarius nõ efficitur, *Nauarr. lib.* 3. *tit. de regularibus in consilijs, consil.* 47. *nu.* 3. *Thom. Sanchez vbi*

vbi proximè, *num.* 3. Similiter etiam, quando conceditur Monachis pecuium à ſuperiore Prælato; nam & ipſe poteſt pronutu, & volũtate ſua reuocare; dum tamen ex legitima cauſa ad vſus honeſtos, & pios fiat, veluti, vt annuos reddi-tus ex fundo aliquo, vel pecunia in cenſum percipiant ad nutum ſuperioris reuocabiles, qui annui redditus ipſis, vel parentum largitione, vel conſanguineorum donatione, annuatim aſsignati ſunt, vt ex eis ſe veſtiant, vel libros emant ſuo commodo, pariter, & incommodo, dependente tamen à voluntate Prælati, qui talem portionem reuocare poteſt, *Abbas in cap. cum ad Monaſterium, hoc titul. num.* 8. *& in cap. edoceri, de reſcriptis, num.* 3. *Syluester* verbo *Abbas*, & verbo *Religio* 6. *quæſt.* 7. cuius rei ratio eſt, quia cum hoc ſit quoddam, quaſi proprietatis genus, paupertatemque Religioſam aliquantulum labefactans, neceſſe eſt, vt ad ſui conceſsionis validitatem aliqua iuſta cauſa exiſtat, *Thomas Sanchez dict. lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 1. *Azor* 1. *tom. tit.* 12. *cap.* 9. *num.* 4. non tamen poſſunt Prælati, nec ſoli, nec cum capitulo permittere Religionis, vt bona ex quacumque cauſa, aut titulo proueniẽtia in quoſcumque vſus expendant, etiã honeſtos, ſi nulla eſt iuſta conceſsionis cauſa; nam tunc vterque, tàm Prælatus licentiam dans, quàm ſubditus ea vtens paupertatis voti præuaricatur exiſtit, *Nauarrus dict. comment.* 2. *de regular. nu.* 23. *Syluester*, verbo *Religio, dict. quæſt.* 7. Ratio eſt, quia Prælatus maiorem ſuodito poteſtatem conferre non poteſt, quàm ipſe habet, *capit. nullius plus, de regulis iuris, lib.* 6. ſiquidem Prælatus bonorum Monaſterij dominus non eſt, ſed tantum nudus adminiſtrator, *capit.* 2. *de donationibus*; ideò ea bona arbitratu Religioſi ad inutilia, & minus neceſſaria concedere, non poteſt; ſed tantum ad honeſta, & pia. ſi iuſta ſubſit cauſa, *Thomas Sanchez dicto capit.* 22. *num.* 2. Quibus præhabitis diluitur, iam difficultas deducta, *ex dicto capit. cum ad Monaſterium, §. fin.* nam text. ille eſt intelligendus de peculio primi generis, quod propriè dicitur dominium, ſeu facultas diſponendi ſuo arbitrio, cuius peculij, ac proprietatis regulares omnes ratione profeſsionis ſuæ, in qua votum paupertatis, & proprietatis emittunt, iure Diuino, ita incapaces effecti ſunt, vt nec Prælatus, quoad proprietatem poſsit diſpenſare, quæ interpretatio deducitur, *ex dicto capit. cum ad Monaſterium*, verſic. *Nec æſtimet Abbas*, quod ſuperhabenda proprietate, &c. quæ verba planè demonſtrant in tex. illo agi de verò, & perfecto dominij iure; at vero tex. *in dict. cap.* 2. *huius tit.* loquitur de peculio ſine proprietate, quoad ſolam adminiſtrationem, poſſeſsionem, & vſum facti dependentem à voluntate Prælati, qui ad adminiſtrationem conceſsum arbitrio ſuo reſtringere, ac penitùs reuocare poterit, vt cõſtat *ex eodem tex.* verſ. *Niſi ab Abbate fuerit ei, pro iniuncta adminiſtratione permiſſum*; cuius facultatis habendi peculium religioſi, incapaces non ſunt, cum illud proprio nomine non habeant, ſed Monaſterij, ex legitima cauſa. Docet *Abbas in dict. cap.* 2. *hoc tit. num.* 4 *& in dict. cap. cum ad Monaſterium, num.* 8. *Nauarr. vbi ſuprà, de regularibus, num.* 25. *Azor dict. lib.* 12. *cap.* 9. Quod adminiſtrationis ius interdum committitur ſolùm in vtilitatem, & damnum Monaſterij concedentis ſicuti officialibus committi ſolent, aliquæ villæ, vel domus adminiſtrandæ nomine Monaſterij, ad nutum ſuperioris reuocabiles, quod licitum eſt, *ex dict. cap. cum ad Monaſterium, §. Tales, dict. cap.* 2. *hoc titulo*, quam reuocationem Prælatus, quãdocumque voluerit facere poteſt, quamvis ipſe, vel anteceſſor eius, vna cum capitulo adminiſtrationem illam conceſsiſſent, *Abbas in d. cap. hoc tit. nu.* 9. *Azor d. cap.* 9. *quæſt.* 8. Interdum verò adminiſtratio bonorum regularibus conceditur in vtilitatem, & damnum ipſorum, veluti ſi cum legitima licentia beneficium, aliquod poſsideant eis competit adminiſtratio redditũ, quos ad decentem ſuſtentationem & pias cauſas applicare poterunt, ſed quod reliquum eſt, ad Eccleſiam pertinet, cui additi ſunt. *Nauarrus de additis Eccleſiaſ. q.* 1. *monitu* 33 *Azor d. lib.* 12. *cap.* 1. *q.* 6. *&* 7. vel ſi extra Monaſterium degunt in peregrinatione, vel in Vniuerſitate ſtudiorum cauſa licentiam, habent pecuniam in ſuſtentationem retinere, *Nauarrus commentar.* 2. *de regularibus, num* 15.

2 Secundò huic interpretationi, & veriſsimæ reſolutioni opponũtur Tridentina Synodus *ſeſſ.* 25. *de regularibus, capit.* 2. in illis verbis *Tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus poſsidere*; ex qui-

quibus colligitur, non posse Prælatos vsum, aut administrationem bonorum regularibus concedere: igitur regulares, non solum prohibentur bona propria habere, sed etiam vsum, aut administrationē eorū; ita vt nec Conuentus nomine, nec ex causa administrationis ab Abbate iniunctæ, ea bona valeant possidere, contra ea, quæ suprà retulimus. Cuius difficultatis soluendæ gratia, plures interpretes relati à *Thom. Sanch. d. lib. 7. cap. 22. n. 7.* Existimarunt in eo Tridentini decreto nouum, ius contineri, ius antiquum Canonicum corrigens; atque ita attento nouo Tridentini iure concedi, non posse huiusmodi peculium, quod inspecto iure antiquo eis permittebatur. Sed hęc interpretatio nobis placere non potest, eo quod iurium correctio inducēda non est, *cap. cum expediat, de electione, lib. 6. l. 1. C. de inofficiosis donationib.* nec ab antiquo recedendum, nisi quatenus nouum expresserit, *l. fin. C. de appellationib.* At nulla ratio noua cogit cur id Tridētini decretum, ita explicemus (vt statim ex sequētibus apparebit) igitur illa interpretatio defendi non potest. Quare ea omissa verissimè est dicēdum, in eo decreto nihil noui iuris indūci; sed solùm confirmari statuta antiqua relata, *in d. cap. 2. & in d. cap. cum ad Monasterium, hoc tit.* quæ regularibus peculia interdicebant; quare sicut illa decreta prohibent peculium cōcessum à Prælatis Religiosis, propter eorum importunitatem, & leues causas ad quoscumque vsus prophanos, & superfluos, vel ad solos vsus licitos, non interueniente iusta, & legitima causa concessionis, vel peculiū ita concessum, vt pro nutu Abbatis reuocari non possit; ita etiam de eadem peculij prohibitione, intelligi debet Tridentini decretum, *in dict. sess. 25. cap. 2.* Quare licitum, etiam hodie erit peculium ex iusta causa Religiosis concedere ad vsus licitos, & honestos, dum tamen sit reuocabile ad superiores notum, sicut iure antiquo, etiam licitum erat, quod quidem in omnibus Monialium, & virorum Conuentibus; ita obseruatum videmus, quod valdè necessarium est, cum aliquando Monasteria nō suppeditant necessaria ad vitā Religiosorum, *Nauarr. d. comm. 2. de regular. n. 2. verb. de statu Religionis, tract. 5. c. 6. n. 15.*

5 Tertiò, conclusioni suprà propositæ, obstabit text. *in cap. cum sit 2. de conditionib. appositis*; vbi proponitur, quendam Diaconū duo mancipia manumisisse ea conditione, vt Monachi fierent, vbi ipse fuerat, & adiecisse, vt si quis cōtra fecerit seruituti, iterum subderetur; atque vnum ex his, hac conditione despecta, inter sæculares sociasse: In qua specie quidam Presbyter illius Monasterij, coram Pontifice de hoc conquestus fuit, qui Diœcesano Episcopo mandauit, vt si ita esse inuenerit, eum compellat, vt Monasterio permaneat, nec Monasterio deserendi vlla sit illi facultas, sed voluntati manumittētis parere cōpellatur. In qua decisione expendo verba illa, vt Monachi fierent, & in Monasterio, vbi ipse fuerat permanerent iuncto versic. *Voluntati manumittentis parere compellatur*, quæ priora verba planè demonstrant Diaconum Religiosum mansisse, seruosque proprios manumisisse, vt Monachi fierent in Monasterio, vbi ipse fuerat: igitur Religiosus proprium aliquod habere potest. Mouet dubium, *Gloss. ibidem*, verb. *Vbi ipse fuerat*, vbi duplicem refert solutionem, primo verba illa, vbi ipse fuerat, in quibus tota difficultatis vis extat, non ad Diaconum, qui manumisit, sed ad Presbyterum, seu Monachum, qui nomine Monasterij. Coram Romano Pontifice, conquestus fuit referenda esse, & ita significare vidētur Diaconum illum seruos manumisse, vt Monachi fierent in Monasterio, vbi ipse Presbyter fuerat, sed hæc Glossæ interpretatio reijcitur, quia non conuenit contexturæ ipsius text. quare secūdò, *Gloss. ibidem*, existimauit Diaconum, illum manumissorem non fuisse Monachum illius Monasterij, vbi manumissi morari debebāt, sed Clericū tantum, vel patronū, *cap. præsens 20. quæst. 3* & ita ex eo tex. non deducitur Religiosos, quid proprium habere posse, quam sequitur *Hostiensis num. 1.* eaque conuenit traditæ a *Cuiacio in posthumis ad eundem text.* qui existimauit Diaconum illum non fuisse Religiosum. Sed hospitem, aut ministrum Oratorij; itaq; sensus illius text. est seruos manumissos esse à Diacono ea conditione, vt Monachi fierent in eo Monasterio, vbi ipse fuerat, tāquam hospes, & minister Oratorij, non verò tamquam Monachus, aliàs seruos proprios habere non posset, *dict. cap. non dicatis 12. quæst. 1. Abbati 54. distinct.*

6 Quartò, aduersus nostri text. sententiam obstabit, text. *in cap. insinuante 7. qui Clerici, vel vouentes*; vbi cum quædam nobilis mulier habitum Monasterij Sancti Augustini induisset eo adiecto tenere, vt in domo propria, cum omni sua substantia remaneret, & in eiusdem Ordinis habitu permansisset, illumque postea dimisisit asserens invictam, & coactam illum accepisse, & cuidam publice fuit matrimonialiter copulata, de quo procedente tempore, quatuor filios procreauit, quod cum ad aures Pontificis peruenisset mãdauit, quibusdam Episcopis, quatenus si præmissis veritas suffragatur præfatam mulierem ad male dimissum Religionis habitum re ad summendum, & seruandum emissum votum, quod vouit monere, & induere procurent, & si opus fuerit per censuram Ecclesiasticam compellant: Ecce speciem, ex qua manifestè constat, & deprehenditur posse Religiosas bona propria possidere, & conditionem habendi proprium, & professioni, & statui Religioso, non repugnare. Mouet dubium, *Gloss. ibidem*, verbo *Vt in domo propria*, cuius soluendi gratia, docet professionem emissam, ea apposita conditione, vt in domo sua, cum omni substantia, & proprietate bonorum remaneret, prorsus validam esse, reiecta conditione, & pro non adiecta habita, quasi turpi, argumento text. *in cap. 1. de conditionibus appositis*. Sed hæc solutio conuincitur ex eo; nam si Monachus recipiatur sub tali conditione habendi proprium, ipso iure receptio nulla esset, quia est conditio contra substantiam Monachatus, *cap. cum ad Monasterium, in fine, hoc titulo*; quemadmodum, si conditio apponitur in matrimonio carnali, quæ sit contra eius substantiam, *cap. fin. de conditionibus appositis, capit. solet 32. quæstion. 2. Couarruuias de sponsalibus, 2. parte, capit. 3. §. 1. & 2. Basilius lib. 3. de matrimonio, capit. 3. 4. & 9.* Qua ratione eam solutionem reijcit, *Gloss. ibidem*, & aliam tradidit; scilicèt, repugnare professioni status Religiosi conditionē contra eius substantiam: vndè cum abdicatio proprietatis pertineat ad substantiam voti paupertatis, eo quod status Religiosus, essentialiter tribus votis constet, *dicto capit. cum ad Monasterium, §. final*, conditio contra abdicationem proprietatis nullam efficit professionem; quare *in dicto capit. insinuante*, non habetur mulierem emisisse votum, cum conditione proprietatis habendæ, sed cum conditione, vt de licentia Prælati cum vsu bonorum in domo sua remanere posset; quæ conditio non est contra naturam status Religiosæ, nam quamuis bona sua habeat; tamen tantum ea habet ad vsum dependentem à voluntati Prælati, quàm Glossæ interpretationem sequitur, *Thomas Sanchez ad Decalogum, lib. 7. capit. 22. numero 5. & lib. 5. de matrimonio, disput. 9. numero 4. in fine, Suarez 3. tom. de regularibus, capit. 4. numero 2. Basilius lib. 3. de matrimonio, cap. 10. numero fin.* cum traditis a *Barbos. in collectaneis, ad eundem textum, num. 3.*

7 Quintò, aduersus conclusionem suprà adductam, expendo textum, *in capit. veniens 19. de simonia*, in cuius specie quidam Presbyter ingressus fuit Religionem conuentione facta triginta solidos, Abbati, & fratribus Monasterij dandi, qui cum in Monachum recipere noluissent, quousque illud preriũ eis dare conuenit postulantibus illud, prætextu consuetudinis Monasterij pro pastu, & alimonia, in qua specie Pontifex mandauit: cuidam quatenus, si ita esse inuenerit Abbatem, & maiores personas Monasterij, pro tantæ prauitatis excessu ab officij executione suspendat, & restituere faciat pecuniam præfato Presbytero, tam indignè acceptã, & dicto Presbytero præcipiat in alio Monasterio in habitu Monastico, domino studeat deseruire. In qua specie expende verba illa ad restituendam pecuniam præfato Francisco, tàm indignè susceptam compellat, quæ verba planè probant pecuniam, quam Monachi turpiter, & simoniacè receperunt a Presbytero pro receptione sua, & professione Monastica; eidem Monacho restitui debere. Igitur consequenter apparet Religiosum pecuniam habere posse, eiusque possidendę, ratione professionis suę incapaces non esse, alias eidem Monacho pecuniam restitui Pontifex, nõ præcipisset, cuius text. difficultas Doctorum ingenia torquet; nonnulli asserunt, text. illum, ita exponendum esse; scilicèt, Presbytero illi, qui pro receptione sua exactam pecuniam soluit, antequã solemnẽ emitteret professionem, pecuniam restitui mandauit, quo in tempore ca-

capax, adhùc obtinendi erat, sed nō fuisset, si professionem emitteret, vt in text. nostro, & *in dict. cap. non dicatis cum similibus 12. quæst. 1.* Sed hæc interpretatio non conuenit illus text. verbis, in quibus præceptum huic Presbytero imponitur, vt in habitu Monastico Domino seruiat in alio Monasterio, quod minimè ei præciperetur, nisi Religiosus esset: nec satis ad solutionem videtur, si quis dicat ea verba consilium propositum, quam potiùs præceptum importare; ita vt consultius faciet Presbyter, si aliud Monasterium ingrediatur gratia debiti Deo impendēdi famulatus, & obsequij, non autem ingressum facere cogatur; nam id aduersatur, verbo *Præcipimus*, quo text. ille vtitur, quod præceptum, non verò consilium, *denotat Gloss. ibidē*, verbo *Præcipimus*; vndè verior est aliorum interpretatio asserentium pecuniam, in eo text. restitui Monacho, non vt eam habeat, nec vt verus sit eius pecuniæ dominus, sed vt is translatus ad aliud Monasterium, eam secum in id Monasterium deferat ad alimenta, sibi necessaria. Vndè fit ibi non probari Religiosum pecuniæ habendæ capacem esse, *Couarruuias in regula peccatum, 2. part. §. 2. num. fin.*

8 Sexto, supra traditæ solutioni obstare videtur, text. *in capit. quicumque, fin. 12. quæstione 5.* vbi postquam traditur, hæreditatem illius Ecclesiæ personæ, quæ sine testamento, & cognatione decessit ad Ecclesiam, vbi deseruisset deuolui; quod etiam cautum est, *in cap. 1. & 2. de successionibus abinteſtato*, & statim asserit, idem ius in Sancti Monialibus obseruari; ita vt earum bona, sine testamento, & cognatis, decedentibus debeant ad Monasterium, vbi vitam suam peregerunt, pertinere: igitur ex hoc text. apertè deducitur Religiosas, quæ Monasticam vitam professæ sunt, ratione professionis incapaces bonorum non esse, cum testamentum condere, & conficere de bonis suis valeant. Difficultatem agnouit, *Turrecremata in eo text. numero 1.* & eam soluit dicens, ibidem non agi de Monialibus professis, quæ ratione voti paupertatis bona propria, Diuino iure tenere prohibentur, sed de quibusdam Monialibus, quales sunt in terra Teuthonicorum, quæ proprijs bonis, non renuntiant, sed sicut Clerici sæculares nullam faciunt professionem, & tales possunt condere testamentum, de quibus loquitur, text. *in capit. Virgines 27. quæstion. 1. Archidiaconus*, & *Gloss.* verbo *Sancti Monialibus*, *in dicto capit. fin. 12. quæst. 1. Gloss.* verbo *Canonicus*, *in capit. dilecta 12. de maioritate*, & *obedientia*, *Azor 1. part. institutionum moralium, lib. 13. cap. 9. in fine*, versicul. *Sciendum*, alia plura, quoad hunc text. retuli, *in capit. 2. de testamentis.*

Ad text. in capit. quod Dei timorem 5. de statu Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Regularis, potest professi Ecclesiæ Parochiali etiam sæculari, sed debet habere socium sui ordinis, si commodè fieri potest.*

2 *Monachi olim ad regimen Parochialium Ecclesiarum admittebantur.*

Parochus solus, non potest Ecclesiæ officia exercere.

Væ soli, nam cum ceciderit non est, qui eum subleuet.

3 *Monachus Græcè dicitur, Latinè verò singularis appellatur.*

Monachus, non poterit Sacramenta ministrare, nisi Monacho in Monasterio existenti, cap 1. cum alijs 16. quæst. 1.

Monachus sine Monasterio, ita caret vita, sicut pisces sine aqua.

Monachi olim, non erant Sacerdotes.

4 *Cap. ne pro cuiuslibet 37. 6. quæst. 1.*

Monachus, quando solus in beneficio existere potest.

5 *Capit. final, de Capellis Monachorum.*

6 *Capit. in Ecclesijs 1. Capellis Monachorum.*

7 *Cap. in Parochia 31. 16. quæst. 1.*

8 *Cap. quod Dei timorem 5. de statu Monachorum.*

Cap. Monachi 2. de statu Monachorum.

9 *Cap. super eo 9. de regularibus.*

Beneficia Parochialia, & simplicia in quo differant.

10 *Capit. quorundam 6. 74. distinction.*

Cap. Deus qui 12. de vita, & honestate Clericorum.

11 *Cap. sicut 33. de simonia.*

12 *Cap. ad nostram 5. de confirmatione vtili, vel inutili, cum capit. super eo 9. de regularibus.*

Cap. Religiosus, de electione, lib. 6.

CONCLVSIO. Canonicus regularis poterit præfici Ecclesiæ Parochiali, etiam sæculari, sed debet habere secum socium sui ordinis, si commodè fieri poterit. Consonat text. *in cap. in Ecclesijs 1. cap. ex parte, cap. ad audientiam, de Capellis Monachorum, capit. vnico, eodem tit. lib. 6. cap. cum singula 31. de Præbendis, lib. 6. cap. in Parochia, cap. Doctos, cap. Monachis, cap. si quis Monachus 16. quæst. 1. cap. si Monachus, cap. moderamini, cap. si nonnulli, §. His omnibus, capit. si quem à Clericatu, cap. legi, cap. Monachi, capit. sic viue cum alijs eadem 16. quæst. 1. capit. priscis 55. distinct. cap. nullus 58. distinct. leg. 24. & 25. titul. 7. partit. 1. Gloss.* verbo *Monasterialibus, in cap. 1. 55. distinct. Gloss.* verbo *Maiorem, in capit. 2. 58. distinction. & Gloss.* verbo *Canonici, in cap. cum singula, de Præbendis, lib. 6. Gloss.* verbo *Secularibus, in Clementina vnica, de supplenda negligentia Prælatorum, Glossa* verbo *Regimen, in dicto capit. quod Dei timorem.* Exornant *Hostiensis in summa, tit. de statu Monachorum, num. 8. & 9. Enricus in præsenti, num. 15. Couarruuias in capit. 2. de testamentis, num. 3. Gonçalez ad regulam octauam Chancellariæ, gloss. 7. nu. 48. Lambertinus de iure patronatus, parte 1. lib. 2. quæst. 7. art. 19. Azor tomo 1. institutionum moralium, titul. 12. capit. 19. quæst. 13. & tom. 2. lib. 3. capit. 2. quæst. 8. Thomas Sanchez lib. 7. ad Decalogum, capit. 29. num. 35. Petrus Gregorius libr. 15. syntagmatum, cap. 17. num. 7. Lesius lib. 2. de iustitia, cap. 34. num. 6. & cap. 41. dub. 12. Rocchus de iure patronatus,* verbo *Honorificum, quæst. 4. num. 13. Æmanuel Rodriguez quæstionum regularium, tom. 1. quæst. 34. artic. 4. & tom. 3. quæst. 28. art. vltimo, & quæst. 53. art. 2. Syluester,* verbo *Religio 7. quæst. 3. & 4. Barbos. in collectaneis, ad nostrum text. num. 3.* cum à me referendis, *in cap. 1. de Capellis Monachorum.*

2 Ratio est, quia olim (vt statim dicemus) Monachi in Beneficijs sæcularibus, & ad Ecclesiarum Parochialium regimen, ordinari, & præfici poterant, vt sic minus prædicationis subirent, *capit. doctos 16. quæstione 1. capit. priscis 55. distinct.* & licèt in Laterrnensi Concilio, *in capit. 2. hoc titulo*, caueatur ne Monachi singuli per villas, & oppida, per quascumque Parochias, vel Ecclesias ponantur; tamen cum ibidem specialiter, de Canonicis regularibus mentio non habeatur, qui & si à Sanctorum Monacharũ consorcio, seiuncti non dicantur; tamen quia laxiori regulæ inseruiunt, vt text. noster docet; ideò Canonici regulares possunt Parochialibus Ecclesijs præfici, & plebanum officium exercere, *vt in text. nostro, & in cap. cum pro vtilitate 16. quæst. 1.* dum tamen secum habeat socium sui ordinis (si commodè fieri potest) quia Parochus solus, non potest commodè Ecclesiæ officia exercere, & Sacramenta administrare, *cap. vt quisque, de vita, & honestate Clericorum*, vbi latè scripsi; num solus multa incommoda sustineret dicente solemne Ecclesiastici, *cap. 4.* væ soli, nam cum ceciderit nemo est, qui subleuet eum, & quoniam Monachus Parochiæ deputatus permanendo, cum alio Monacho, melius in his, quæ Deo sunt exercetur, & regularis obseruantiæ, tàm consorcio, quàm solatione perfruitur. Ideo Canonicus regularis, non debet constituĩ in Ecclesia Parochiali, sine socio sui ordinis, vt text. noster asserit, *Gloss. in Clementina ne in agro, §. Ad hæc, hoc tit. cap. 2. eodem.*

3 Primò, aduersus conclusionem suprà adductam obstabit sequens consideratio; nam Monachi conuersatio, & vita (secundum eius nominis Ethimologiam) Græcè Monachus dicitur Latinè verò singularis appellatur, & sic nomen suum agnocens, verè, & propriè, debet solitariam vitam agere; vndè nec pœnitentiam dare potest, nec baptizare, nec infirmum visitare, nec mortuum sepelire, nisi Monachum, vel Canonicum regularem in suo Monasterio secum commorantem, vel fortuitu quemquam aduenientium fratrũ, si ibi mori contigerit, *capit. placuit 1. capit. si cupis 16. quæst. 1.* nec ad Ecclesiam sæcularẽ transire, nec alijs quibuscũque negotijs se implicare, sed suo claustro cõtentus esse debet, quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita Monachus, seu Canonicus regularis, sinè Monasterio, quia mũdo mortuus est, Deo autẽ viuit *cap. placuit 8. 16. q. 1.* Igitur, nec Monachus,

chus, nec Canonicus Regularis debet à Monasterio foras egrediens Parrochialis Ecclesiæ regimini, & Curæ præfici, etiam si secum socium sui Ordinis habeat. Pro cuius dubij solutione nonnulla prænotanda sunt; & primo olim Monachos dici verbo Græco, *homines à cæterorum consortio segregatos*, quietam durissimè, & laborissimè in montibus, saltibus, & speluncijs vitam degentes, *cap. placuit 8. cap.* verò, *cap. cupis 16. quæst. 1. Duarenus lib. 1. de Sacris Ecclesiæ ministerijs, cap. 20. Petrus Gregorius, lib. 15. Syntagmatum, cap. 14. num. 20.* meritò Monasteria in locis solitarijs fundabantur, vt sic melius in contemplatione Deo seruirent, *cap. luminoso 18. quæst. 2. capit. quidam Monachi 16. quæst. 1.* quare Clerici depositi propter delicta in Monasterijs recludebantur, *cap. Sacerdos 81. dist. cap. de lapsis 16. quæst. 6. capit. Clerici 4. de excessibus Prælatorum, Salzedus in praxi, capit. 136. Iulius Clarus in praxi criminali, §. fin. quæst. 70. Petrus Gregorius, lib. 31. Syntagmatum, capit. 27.* quare cum Monachi solitudini silentio, pœnitentiæ, & contemplationi Deo dicati essent extra Monasteria commorari prohibebantur, ac ab Ecclesiasticis ordinibus arcebantur, nullique in Monasterijs reperiebantur Sacerdotes, aut Clerici, *capit. alia causa, cap. hinc est, capit. generaliter 16. quæst. 1. l. generaliter, Cod. de Episcopis, & Clericis*; meritò tanquam laici, & vt cæteri, ex populo ad communionem respiciendam, simul in vnum conueniebant, Nouella 133. *Abbas in cap. dilectus de Capellis Monachorum*, & Sacerdotes quærebant, qui eis moræ Græco, siuè Latino Missas celebrarent, *dict. cap. hinc est in fine 16. quæst. 1.* Idcircò Monachi, & Abbates eorum Sacerdotibus suberant, *capit. à Subdiacono 93. distinct. capit. generaliter 16. quæst. 1.* Verum, vt ab hac molestia liberarentur posteà cœperunt, ex eis aliqui ex suis Monasterijs presbyteri ordinari; dum tamen tantum in cœtu Monasterij Sacramenta ministrarent; acproinde prohibebantur extra Monasteria Clericorum munera obire, & exequi, *capit. placuit 1. capit placuit. 8. capit. interdicimus, capit. peruenit cum alijs 16. quæst. 1.* Sed postmodum Monachi illi, qui erant, ad Sacerdotium promoti, authoritate Episcopi, & Abbatis consensu cœperunt extra Monasterium officia, presbyterorum subire, *cap. ex authoritate, capit. sunt nonnulli 16. quæst. 1. Duarenus vbi suprà, cap. 20.* hac ergo via patefacta, ex Monasterijs, velut ex quodam seminario legi, & à summi consueuerũt ad munera Ecclesiastica, & Parochiarum Ecclesiarum regimen, qui probatæ inter ipsos vitæ, & eruditionis exemplum habebant, cum tunc grauis Ecclesiæ ministrorum necessitas existeret, & idonei ministri deficerent, qui authoritate Episcopi Parochialibus Ecclesijs præficiebantur, *capit. priscis 1. dist. 55. capit. Monachi 33. & 34. quæst. 1. Couarruuias in capit. 2. de testamentis, numer. 3. Thomas Sanchez, dict. lib. 7. capit. 29. numero 29.* Si verò Parochiale beneficium pleno iure Monasterio subesset; tunc authoritas Episcopi necessaria non erat, vt Religiosus, ad illud promoueretur, sed satis erat licentia Prælati regularis, quo in casu Episcopo, tantum examinatio, & visitatio competit, *Tridentinum, de reformatione, sess. 7. capit. 7. & 8. & sessione 24. capit. 3. & 18.* Si autem beneficium Monasterio non subsit; tunc præter Prælati assensum desideratur, etiam authoritas Episcopi, Siluester, verbo *Religio 7. quæst. 3. Thomas Sanchez, vbi suprà, num. 66.* & sic sunt intelligenda iura, *in dict. capit. doctos, capit. si Monachus 16. quæst. 1.* Ideòque id inductum fuit fauore boni animarum propter officium prædicationis; vt constat ex text. nostro, sed licèt iuris communis concessione fauore animarum in dicta relicto Monasterio, de licentia Prælati, id Monachus olim permissum esset, non ideo, ab instituto, & vita Monastica recedere poterant; siquidem Religionis munia obseruare cõpellebantur; hoc est, quoad habitũ Monasticum; & cætera, quæ non impediũt ministerium Curæ animarum, *capit. de Monachis 16. quæst. 1.* & licèt antiquo iure soli Monachi possent promoueri, *capit. in Parochia, cum alijs 16. quæst. 1.* tamen hodie nouo iure ex Concilio Lateranensi, *cap. 2. hoc tit. & in cap. penult. & vltimo, de Capellis Monachorum*, Sancitum est, ne singuli Monachi Parochialibus Ecclesijs præficiantur, nisi Canonici regulares sint, & socium habuerint, *l. 24. tit. 7. partit. 1.* ex quibus iam appareret solutio, ad dubitandi rationem, & iura suprà adducta, quæ tantum locum habent in illis primis tẽporibus, in quibus, vt supra diximus solitarij pœnitentiam agebant, & propter necessitatem

Pa-

Parochialibus Eccleſijs præficiebantur.

4 Secundò, prædictis obſtabit text. in *capit. ne pro cuiuslibet 3. quæſtion. 1.* vbi Gregorius Pontifex ſcribit, quod ſi Monachus, ad regimen Parochialis Eccleſiæ fuerit aſſumptus, adeò eximitur à poteſtate ſui Abbatis, vt nullam communionem habeat, cum priori Monaſterio, nec debet pro Monachi promotione onus aliquod Monaſticum ſuſtinere. Igitur minus rectè Abbas Religioſo, iã Parocho præfecto, & a ſua iuriſdictione exempto poterit ſui Ordinis ſocium aſſignare: in cuius text. difficultate, Ioannes Andræas, Abbas, & alij antiquiores, in text. noſtro, *& in dict. cap. fin. de Capellis Monachorum*, varias aſsignant ſolutiones diſtinctumque referunt; ſcilicèt, quod ſi Religioſus promoueatur, ad Eccleſiam Parochialem Monaſterio ſubiectam, ad quã conuenit Monachum promoueri, & ad libitum ſuperioris reuocari obedientia remanente; tunc non poteſt in Parochiali Eccleſia, ſine ſocio ſui Ordinis Monachos conſtitui; nam cum ipſe adhuc Clauſtralis ſit poteſt Abbas ei ſocium aſsignare, vt in text. noſtro cum ſimilibus. Si autem Religioſus perpetuo promoueatur, ad Eccleſiam Parochialem, tanquam quilibet Clericus ſæcularis Monaſterio non ſubiectam, non tenetur Abbas, ſibi ſocium dare, nã tunc deſinit eſſe Monachus, tanquam Monaſterij, & Abbatis poteſtate exemptus, & ita eſſe intelligendum, text. in *dict. capit. ne pro cuiuslibet 16. quæſt. 1. docet gloſ. in Clementina ne in agro, §. Ad hæc*, verbo *Clauſtrum*, *de ſtatu Monachorum*, *Abbas in præſenti numero 9. Gregorius Lopez in l. 24. tit. 7. partit. 1.* verbo *Con otros Frayles*. Sed hæc interpretatio, aperte conuincitur, ex text. noſtro, *& in capit. 2. hoc tit.* vbi agitur, de promotione perpetua Religioſi, ad Parochialem Eccleſiam Monaſterio, non ſubiectam; & nihilominus ſocius eiuſdem Monaſterij deſideratur, & magis expreſsè deducitur, *ex dict. capit. 2. hoc tit.* verſ. *In quibuſcumque Parochialibus*; quod verbum, *quibuſcumque*, vniuerſale eſt, & omnes Parochias comprehendit, ſiuè ſint, ſiuè non ſint Monaſterio ſubiectæ, & ſic cuilibet Parochiali Eccleſiæ Monachus, ſine ſocio præficiendus non eſt; quare ea ſolutione omiſſa verius dicendum eſt, quod ſi Monachus, ad Clauſtralem Eccleſiam promoueatur; vt omnino, & in totum beneficium ſit Monaſterio ſubiectum; tunc debet habere ſocium ſui Ordinis ſi Eccleſiæ, ſeu beneficij redditus duorum alimoniæ ſufficerent; quod ſi difficultatibus Eccleſiæ ſubſtentarj non poſsint, tunc debet in Eccleſia ſeruari, quod traditur *in Clementina ne in agro, §. Hæc, hoc noſtro titulo*. Si vero Eccleſia, nõ ſit prædicto modo Monaſterio ſubiecta. Tunc in illo iure antiquo ſolus Monachus, abſque ſocio poterat promoueri, *dict. capit. in Parochia*, *cum ſimilibus 16. quæſt. 1.* Nam licet Abbas ſocium, ſibi dare, non teneatur, cum iam exemptus eſſet à ſua poteſtate, *dict. capit. ne pro cuiuslibet 16. quæſt. 1.* non ideo tollitur iuris prohibitio conſtituẽtis Monachum, aliter promouendum, non eſſe, niſi cum ſocio; notat *Abbas*, *in præſenti numer. 9. Gregorius Lopez*, *vbi ſuprà*, verbo *No lo deue dexar ſolo*.

5 Tertiò, ex dictis interpretor text. *in cap. finali*, *de Capellis Monachorum*, vbi cum nonnulli Monachi Archiepiſcopo Burdegelenſi, lege Diœceſana ſubiecti contra ſtatutum Lateranenſis Concilij, in quibuſdam Parochijs ſolitarij habitarent; mandat Pontifex eicẽ Archiepiſcopo, quatenus Abbates, & Priores ipſorum, per cenſuram Eccleſiaſticam monitione præmiſſa compellat, vt vel ipſos reuocet, ad Clauſtrum facientes per Clericos ſæculares in eiſdem Eccleſijs deſeruire, vel alocient, ſibi alios Monachos, cum quibus vitam poſſent ducere, & regulam exercere, quæ deciſio apertè inſinuat Monachum Eccleſiæ Parochialis Monaſterio ſubiectæ regimini præpoſitum ſolitarium eſſe non poſſe, ſed tenere Abbatem ſocium ſui Ordinis, ſibi adiungere, per quos deſeruiatur Eccleſia, ſi ipſis de facultatibus ſuis poſsit prouidere, alioquin remouetur Monachus ſolitarius, & ad Clauſtrum reducitur, ne contra Lateranenſis Concilij conſtitutionem; ita Eccleſiam habeat, & Clericus ſæcularis poterit in ea ordinari; nam licèt regularia beneficia, per regulares ſolita gubernari non poſsint, ſæcularibus Clericis committi, *capit. cum de beneficio 5. de præbendis*, *lib. 6. Clementina 1. de electione*, *Clementina 1. de ſupplenda negligentia Prælatorum*, adeò, vt nec Monachis alterius Monaſterij concedi poſsint, *capit. ſingula*, *§. Prohibemus*, *de præbendis*, *lib. 6.* Tamen

men id verum est, & procedit quamdiu beneficia hæc per regulares ordinata remanere poterunt, hoc est, si de redditibus beneficij duo Monachi regulares subsistentari possunt, quo casu, ad sæculares Clericos, non transfertur beneficium, *capit. inter quos de Religiosis domibus*, sed si fructus Ecclesiæ non sufficiant duobus Monachis Regularibus; tunc propter fructuum defectum, poterit Ecclesia sæculari Clerico regenda committi, *capit. inter quatuor 5. dict. capit. fin. ita intelligendus, de Cappellis Monachorum, Abbas, & Hostiensis ibidem, numero 1.* Nec obstabit, si instes dicendo, quod etiam Clericus sæcularis in Ecclesia, cui præficitur secum debet habere alium Clericum idoneum, ad exercendum officium Ecclesiasticum, nec enim potest solus Missam, siue alia diuina officia, sine ministri suffragio celebrare, *capit. proposuit in fine, de filijs presbyterorum, capit. vt quisque. de vita, & honestate Clericorum*; vbi latè de hac rescripsi, & sic si Ecclesia regularis sufficit duobus Clericis sæcularibus, qui omnino adesse debent, multò fortiùs duobus Clericis Regularibus sufficere debet, qui paucioribus debent esse contenti; quia respondendum est cum Hostiensi, *in dict. capit. fin.* dicente; quod si Prioratus (de quo ibi) Curam animarum non habet cessat ratio prædicta, si vero Curatus est; tunc si nō potest prouidere, nisi vni Monacho, omnino remouetur Monachus, & sæculari Clerico Prioratus conceditur, qui forsam facilius reperietur, vt ipsum recipiat, & ei deseruiat cum vno Clerico, supplens defectum fructuum Ecclesiæ de proprio patrimonio, quod Monachus facere non potest, cum nihil proprium habeat, *capit. non dicatis 12. quæst. 1.* cum à me traditis, *in capit. super quodam 4. hoc tit.* Sed si Monachus, cum auxilio parentum, vel amicorum sui Ordinis socium habere possit, tunc Diœcesanus, hoc prohibere non potest; notat *Abbas, & Hostiensis, in dict. cap. fin. de Capellis Monachorum.*

6 Quarto, supra traditis obstabit Vrbani III. decretum, *in cap. in Ecclesijs de Capellis Monachorum*; vbi Pontifex statuit, quod Monasteria, quæ habent populum habeant, etiam Capellanum institutum, ab Episcopo, de consilio Monachorum, qui populum regat, ipseque Sacramenta ministret, & circumeat Parochiam, cum necessarium fuerit, cuius ordinatio, dispositio; & totius vitæ cognitio, ex solius arbitrio Episcopi pendet, quæ decisio apertè impugnat omnia suprà tradita, nam cum iure antiquo possit Monachus eximi à Monasterio habendo socium sui Ordinis, & Ecclesiæ sæculari præfici (vt dictum est) fortiùs poterit in proprio Monasterio Monachus Curam populi exercere, quia magis repugnat instituto regulari in priori casu, quam in posteriori, quippe in priori opportet egredi à Monasterio, & socium sui Ordinis habere, secus in posteriori, & fauor occurrit animarum, & maior Monasterio obligatio, ad prospiciendum illi, & habet, non solum socium, sed etiam socios in Religione existentes: ergo magis idoneus censendus erit ad Curam gerendam imminētem in proprio Monasterio, quam Ecclesiæ foris sitæ, & consequenter videtur rationi dissonare, vt cum Monasterium non habeat populum possit regularis esse Parochus, quam cum populum, siquidem eo habente, nequeat Cura, per Monachum Regi, sed debeat illi Clericus sæcularis præfici. Cuius dubij solutio (ne eandem inculcare videamur) petenda est, ex his quæ infrà dicemus, in *capit. 1. de Capellis Monachorum*, in quarto dubio, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

7 Quinto, suprà traditis obstat Pelagij Pontificis decretum relatum, *in capit. in Parochia 31. 16. quæst. 1.* vbi cum in Ecclesia Parochiali Sancti Laurentij, quæ vocauerat, & erat de iure patronatus cuiusdam magnifici viri Theodori, quia in possessione ipsius fundata erat, & sic ex datione fundi ius patronatus habebat, *cap. Abbatem 18. quæst. 2. capit. significauit de testibus, Lambertinus de iure patronatus, 1. part. quæst. 2. artic. 4.* cum presbyteri de esse cognouit, quare Theodorus quendam Rufinum Monachum, olim sibi vita, Religione, & moribus comprobatum, quem postulat, ibi: *Presbyterum consecrari Pontifex cum presbyterum fecit, vt in ea Ecclesia sacra ministeria posset adimplere.* Ex qua decisione colligitur Monachum de iure antiquo, non posse Parochiali Ecclesiæ præfici, sed dispensationem Apostolicam necessariam esse. Igitur minus rectè supra dictū est, absque vlla dispensatione, cum Ecclesiæ necessitas, vel vtilitas existat posse

Mo-

Monachos earum regimini, & gubernationi præponi. Cui difficultati respondendum est, in text. illo, non probari Apostolicæ Sedis licentiam, & dispensationem requiri, vt Monachus ad Ecclesiam Parochialem sæcularem possit assumi; quia ibi Rufini præsentatio facta valida præsumitur, absque alia dispensationis mentio licèt in eo, *cap. facta videatur*, in vers. *Et hunc postulat*; tamen dispensatio, hæc non est igitur, ad hoc, vt Rufinus Monachus, ex vi præsentationis à Theodoro patrono factæ, ad Ecclesiæ Parochialis regimen admittitur, sed potiùs dispensatio, & diligentia Pōtificis fuit petita, vt extra tempora ordinaretur, & breui tempore Diaconus, & Presbyter fiat; siquidem ordinationes Diaconorum, & Presbyterorum, nisi certis temporibus, & diebus à sacris Canonibus præscriptis exerceri non debent, *capit. ordinationes 3. capit. quod à patribus, cap. 7. 75. dist. capit. litteras, de temporibus Ordini*; in quibus iuribus dispensatio, extra tempora soli Pontifici reseruatur. Nec obstat text. in *cap. consultationi eiusdem tit.* de quorum concordia videnda est, *glos.* verbo *Poteris, in dict. cap. consultationi*: ergo cum Theodorus, qui Monachum, ad Parochianam Ecclesiam præsentauit, velet eum extra tempora ordinare, & breui tempore in presbyterū consecrare, iure optimo licentia, & dispensatio Sedis Apostolicæ fuit necessaria, *Lambertinus vbi suprà, 2. part. art. 19. quæst. 7. num. 13.*

8 Sextò, prædictis obstabit text. in *dict. capit. quod Dei timorem 5. hoc tit.* vbi quidam plebanus desiderans, ad meliorem vitam transire officium plebani resignans coram fratribus Sancti Victoris Bononiensis de sua conuersione promissionem fecit, sed professionem solemnē non emisit, nec habitum assumpsit, sed Parochiani considerantes laudabilem ipsius administrationem à Florentino Episcopo impetrauerunt, vt ministraret ibidem, & hoc obtinuerunt a quodā Sedis Apostolicæ legato, postmodum à Pontifice postularunt, quod hoc ratum haberet; præsertim cum de licentia Abbatis Sancti Victoris id fecisse; vndè Innocentius III. respondit, vt exercens plebani officium vnum Canonicum Regularem, si commode fieri posset, secū habeat, cum quo in his, quæ Dei sunt, & regularis obseruantiæ, tàm que consortio, quàm solatio perfruatur, & quà decisione probari videtur Canonicum Regularem, non posse iure communi, ad regimen Parochialis Ecclesiæ promoueri, alioquin solius Episcopi dispensatio sufficeret, simul etiam cum Abbatis licentia, vt suprà retulimus, nec oporteret hoc à Pontifice impetrari, vt gratuitis verbis promotionem, hanc concederet, quæ Pontificis dispensatio præsumitur, *ex eodem text.* vers. *Ad nos ratum haberi supliciter postularunt*, quæ verba iuncto, vers. *Sic annuendum duximus postulatis*, demonstrant promotionem illam indiguisse Pontificis dispensatione, & ratihabitione, vt sic gratia Pontificis promotio illa iusta censeatur; igitur iure communi rata non est, nec fieri potest promotio personæ regularis, ad regimen, & Curam Parochialis Ecclesiæ cōtra id, quod supra retulimus; cui dubio nonnulli respondent plebanum, *in dict. cap. quod Dei timorem*, non fuisse regularem, sed tantū promisisse conuersionē, non tamen solemne votū emisisse, nec habitum Religionis sumpsisse, vt eōstat *ex eodem text. §. Sane*, & ideo Pontificis dispensatio fuit necessaria, vt interim voto non complecto eandem Curā acceptarent, & exercere posset; sed hæc interpretatio cōuincitur, *ex eodem text.* vers. *Cum de licentia Pontificis*, quæ verba probant plebanum intrasse demum Sācti Victoris antequam fuisset assumptus in plebanum, & sic sine licentia Prioris sui, qui locum Abbatis in domo illa tenebat, non potuisse Parochiam in domo illa administrare; vnde constat plebanum debere secum habere alium Canonicū Regularē sui Ordinis, nè contra prædicti Lateranensis Concilij mentionem solus remaneat. Nec obstant *verba eiusdem, text. in §. Sane*; nā licèt plebanus solemnē Religionis professionem non emisisset, nec habitū mutasset; tamen tacitā professionē fecit; siquidē officiū plebani resignans, creditur absolutè voluisse mutare vitā, vt sub habitu regulari omnipotenti Deo, de cætero famularetur, quo casu pro Religioso habetur, & in Religione perpetuo Domino deseruire debet, *c. consulti c. statuimus, de regular. Suar. de Relig. 3. to. li. 6. c. 19. Thom. Sanchez, li. 4. ad Decalog. c. 1. n. 20.* Quare ea interpretatione reicitur veritsime est dicendum, text. in *dict. c. quod Dei timorem 5. hoc tit.* non probare Monachum in-

iure antiquo, non posse Parochiali Ecclesiæ regimini præfici, nam illa text. verba: *A nobis ratum, & illa sic annuendũ*, insinuare videntur Pontifici ratihabitionem necessariam fuisse, vt plebanus officium suum posset exercere, ex facto Parochianorum, quod ita fieri à Pontifice postularunt; tamen illa ratihabitio non postulatur ab eis, vt sic fuisset necessaria, cum sufficeret Episcopi auctoritas, & Abbatis consensus, sed quia dubitarunt; scilicet, an Canonici Regulares possent promoueri, ad Ecclesiam Parochialem inspecta Lateranensis Concilij prohibitione, *in dict. capit. 2. hoc titulo*. Vndè Pontifex considerans illius Lateranensis Concilij decretum simpliciter, non prohibere Monachorum promotiones, ad Parochiales Ecclesias, sed prospicere, ne singuli, absque socio promouerentur, postulationi Parochianorum, sibi prætitæ respondit, vt plebanus sic electus secum habeat vnum Canonicum regularem, *cap. ex parte de postulando, capit. non magnopere, ne Clerici, vel Monachi, capit. præsenti 23. quæst. 3. capit. cum in Ecclesijs, de maioritate, & obedientia*; nam licet Canonici Regulares à Monachorum consortio seiuncti, & separati dicantur, *capit. præsens in fine 20. quæst. 3.* tamen Innocentius III. *in nostro capit. quod Dei timorem* constituit sub Lateranensi Concilio, & eius decreto comprehensos fuisse in id etiam, vt si necessitate, vel vtilitate suadente, ad Parochialis Ecclesiæ regimen promouentur, debeant, ad similitudinem Monachorum socium sui Ordinis secum habere; *ita Hostiensis in præsenti num. 1. Panormitanus 12.*

9 Septimo, eandem doctrinam turbare videtur, *text. in capit. super eo 9. de Regularibus*, vbi cum quidam Clerici habitum Religionis suscepissent, eo animo, vt ad sæculum non redirent, & ante factam professionem, ad Priorem statum reuerterentur, quæsitum fuit vtrũ ne possent remanere. Respondit Pontifex, quod si absteritatem Religionis, ad quam migrarunt, non potuerint obseruare; tunc ad minorem Religionem cogendi sunt transire, nec amplius in Ecclesijs sæcularibus debent assummi, ne contra votum, quod Domino fecerunt, veniant, sed si ante susceptionem habitus in probatione positi exire voluerint, ad priorem statum redire non prohibentur. In cuius text. specie noto verba illa: *Nec in Ecclesijs sæcularibus amplius debent ad summi, ne contra votum, quod Domino fecerunt eant.* Ex quibus verbis apertè deducitur Clericum, qui fuit ingressus animo non reuertendi, ad sæculum, non posse amplius ad Ecclesiam sæcularẽ assummi: Igitur Religiosus olim non poterat in Ecclesia sæculari beneficium consequi, contra ea, quæ supra resoluta sunt. Cui difficultati responderi solet iura à nobis supra adducta prohibere Monachos possidere sæcularia beneficia, *dict. capit. super eo 9. de Regularibus*, sed iure speciali, dispensatione concessa, illa iuris communis prohibitio relaxatur; sed hæc interpretatio manifestè conuincitur, *ex nostro capit. quod Dei timorem cum similibus*; ex quibus constat Religiosos iure communi antiquo capaces esse beneficiorum Parochialium possidendorum, nec vllam ad hoc superioris dispensationem desiderari. Igitur capacitas, hæc dispensatione non indiget. Qua ratione hæc interpretatio reijcitur à Panormitano ibidem, *num. 4.* Meritò ea omissa respondendum est, discrimen versari inter beneficia Parochialia, quæ Curam habent animarum annexam, & inter beneficia, quæ simplicia sunt, nec eam Curam animarum habent; priora, nam propter animarum fauorem, & prædicationis officium regulares possidere poterant, cũ necessitas, vel vtilitas Ecclesiarum id expostulet; dum tamen socium sui Ordinis habeant, posteriora autem; scilicet beneficia simplicia prohibebantur habere, de quibus simplicibus loquitur, *text. in dict. capit. super eo 9. de regularibus*; quæ solutio comprobatur ex Concilio *Hispalensi 2. capit. 9. relato. in capit. in nouâ 16. quæst 7. capit. cum de beneficio, de præbendis, lib. 6. Abbas in dict. capit. super eo, numero 3. Archidiaconus in capit. fin. 58. distinct. Couarruuias in capit. 2. de testamentis, numero 5. capit. nullus Religiosus 28. de electione, lib. 6 cap. ex multa, de voto, l. 23. tit. 5. partit. 1. Thomas Sanchez vbi suprà, num. 32. Gonçalez, ad regulam 8. Chancellariæ, glos. 7. numero 49. Lambertinus lib. 2. de iure patronatus, 2. part. art. 19. quæst. 7. num. 3.*

10 Octauò, huic solutioni obstabit text. in *capit. quorundam 6. 74. distinct.* vbi probatur Monachum beneficium simplex obtinere posse, & proponitur,

ibi

ibi Maximianum Episcopus Syracusanum ordinasse in Ecclesiæ Sanctæ Luciæ Cosmam Monachum in Subdiaconum, postea Ioannem, qui successor Maximiani fuit, feciſſe eum presbyterum, & posuisse in possessione Ecclesiæ, quæ dicebatur Iuliana, vbi ex loci qualitate, & tristitia in tantum affligebatur, vt vitam sibi pœnam existimaret, propter quod prædictus Cosmas supplicauit Pōtifici, vt pristino loco restitueretur, quare Gregor. Pont. Ioanni Syracusano Episcopo scribit quatenus eum, ad eam Ecclesiam, ad quam anteà Subdiaconus fuerat factus officio reducatur, nisi aliqua causa sit, quæ iustè animum suum contra ipsum exasperare possit; ex quo decreto palam colligitur Monachum capacem esse beneficia simplicia obtinendi: ergo differentia tradita inter Parochialia, & simplicia beneficia obtineri non potest: difficultatem tetigit *Glos.* verbo *Syracusana, in dict. cap. quorundam* 74. *distinct.* Cuius soluendi gratia asserit Ecclesias, de quibus sibi mentio habetur fuisse regulares, & ideo potuisse Monachum, ad eas promoueri, & in eis Canonicatum, seu præbendam habere; quam interpretationem sequitur *Panormitanus in nostro capit. quod Dei timorem, numero* 5. eadem interpretatione accipiendus est, text. in *capit. si quis, de alterius* 58. *distinct.* vbi si quis Episcopus, ab alieno Monasterio aliquem Monachum accepit, ad Clericatumq; promouere voluerit, vel in suo Monasterio maiorem Monasterij constituere, sine licentia Abbatis à cæterorum communione seiunctus, sua tantum plebe contentus erit, & Monachus, nec Clericus, nec præpositus perseueret: ex cuius decisione deducitur Monachum in Ecclesia sæculari Prælatum esse posse, & consequenter simplex beneficium obtinere, vel in suo Monasterio maiorem constitui posse, & ideò mirum non est, si Episcopus, cum licentia Abbatis alienum Monachum, ad Ecclesiam posset promouere, docet *Panormitanus in nostro capit. quod Dei timorem, numer.* 5. *Suarez de censuris, disputat.* 23. *sectione* 1. *numero* 1. eodemque modo est interpretandus text. in *capit. Deus qui* 12. *de vita, & honestate Clericorum*; vbi supponitur Monachum Canonicum fuisse. Ratio est, quia Ecclesia in eo text. non sæcularis, sed regularis erat, notat *Glos. ibidem*, verbo *Præferri*, in fine, *Thomas Sanchez, vbi suprà num.* 74. & 75.

11 Nono, hucusque traditis obstabit text. in *cap. sicut* 33. *de simonia*, vbi Monachus potest promoueri, ad rectoriam Ecclesiæ sæcularis; vt constat ex eodem text. vers. *Cum in Temblacensi Ecclesia fueris Monachus, fuisti tandem promotus, ad regimen Ecclesiæ Florensis*; ex quibus verbis colligitur Monachū promotum fuisse, ad regimen sæcularis Ecclesiæ, & consequenter non esse incapacem simplicis beneficij possidendi, mouet dubium *Panormitanus in eo text. num.* 2. sed illud intolutum relinquens remittit se ad ea, quæ tradit in nostro *capit. quod Dei timorem.* Nos tamen existimamus illius text. tententiam accipiendam esse, non de Ecclesia sæculari, quā nisi necessitas vrgeat, Monachus habere non potest, & si simplex est, dispensatio Pontificis desideratur, *Glos.* verbo *Sæcularis, in Clementina* 1. *de electione*; sed præcipuè est intelligendus de Ecclesia Monachali, nam Florentis Ecclesia, ad cuius regimē fuit promotus tuberat Ecclesiæ Temblacensi, in qua Monachus existebat, & ita rectè Monachus, ad ipsius Ecclesiæ regimen electus fuit, notat *Hostiensis ibidem num.* 2.

12 Decimo, prædictis obstat text. in *capit. ad nostram* 5. *de confirmatione vtili, vel inutili*; vbi quidam regulares Nemanensis Ecclesiæ litteras confirmationis super quibusdam administrationibus à Sede Apostolica impetrabant Religionis suæ conditione suppressa, quod cum ad notitiam Pontificis peruenisset, ipse decreuit, quod non crederet huiusmodi litteras a Chancellaria sua emanasse, quare mandat confirmationes illas, ab ipsis Canonicis, cum regulares existant, taliter impetratas irritas, & inanes esse, & in parte illa in qua text. supponit regulares in Ecclesia Cathedrali Canonicos esse, *vt ex eodem text.* constat vers. *Quas ab ipsis Canonicis, cum Regulares existant*, ex quo aperte demonstratur Canonicos Regulares posse in Ecclesia sæculari simplex beneficium consequi cōtra decisionem, text. in *capit. super eo* 9. *de Regularibus*, difficultatem mouit, *Decius in dict. capit. ad nostram, de confirmatione vtili, vel inutili, numero* 1. & 2. & vt eam soluat existimat verum esse iure communi inspecto Monachum posse in Ecclesia sæculari

Ca-

Canonicatum habere ſui Abbatis præcedente conſenſu, *cap. Religioſus, de electione, lib. 6.* vbi Religioſus poteſt electioni de ſe factæ, ad prælaturam aliquam extra Monaſterium ſuum conſentire, cum licentia ſui ſuperiori, qui illã dare poteſt, *capit. præterea, de præbendis, dict. capit. ad noſtram 5. de confirmatione vtili, vel inutili*; vbi ſimiliter regularis in Eccleſia ſæculari Canonicus eſſe poteſt, nec his obſtare, text. in *dict. capit. ſuper eo, de Regularibus*; cui reſpondit text. illum nõ procedere in eo, ad quod ſolet communiter allegari, nam verba illa; *nec amplius in Eccleſijs ſæcularibus debent aſſummi*, non ſunt generaliter accipienda quaſi doceant Monachum profeſſum, non poſſe habere dignitatem in Eccleſia ſæculari, cum ad eam ex conceſu Abbatis admittantur, ex iuribus ſuprà adductis, ſed referenda ſunt ad caſum ibi propoſitum, qui erat de Clericis, qui dimiſo habitu Religionis, ad Eccleſias ſæculares reuertebantur, qui in illis amplius aſſummi non debent, ſed in Religione perſeuerare, cum non poſſint à regulari propoſito diſcedere, cum verò Religioſi ſint. Sed hæc Decij interpretatio nimis ſententiam dicti capitis ſuper eo reſtringit, qui licet ſpecialiter loquatur, de illis Clericis, de quibus ibi Pontifex fuit conſultus. Tamen ratio qua nititur generalis eſt, & ad omnes Religioſos pertinet, qui in Eccleſijs ſæcularibus aſſummi non debent, ne contra votum, quod Deo fecerunt, veniat qua ratione interpretes ducti docuerũt prohibitionem, hanc in iure receptam eſſe; quibus non obſtant ſuprà a Decio perpenſa; nam text. in *dict. cap. Religioſus, de electione, lib. 6.* non loquitur in Eccleſia Monachali, ad quam Religioſus aſſummi poteſt Abbatis accedente conſenſu, *Thomas Sanchez, dict. lib. 7. capit. 29. numero 59.* nec obſtat text. *in dict. capit. præterea, de præbendis*; quia ibi Religioſus Archidiaconatum obtinuit, ex diſpenſatione Pontificis, qui ſolus eam potuit indulgere, *Abbas, in dict. capit. ſuper eo notabili vltimo*; nec etiam obſtat, text. in *dict. capit. ad noſtram*; quia loquitur de Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini, *Abbas ibidem, numero 1.* vel Eccleſia, de qua ibi regularis erat, quo caſu non repugnat, quo minus Regulares dicantur Canonici, *Abbas in dict. capit. ad noſtram 5. numero 4. & in capit. cauſam, de iuditijs.* Admonendi tamẽ ſumus, quod omnia hucuſque reſoluta procedunt de iure antiquo, hodie verò nullus regularis capax eſt beneficij curati, abſque Põtificis diſpenſatione, & ita obſeruari videmus, & conſtat ex declaratione Sanctæ Congregationis Concilij Tridentini relata, ab Auguſtino Barboſa in notis ad Tridentinum, *dict. ſeſsione 14. capit. 10. Thomas Sanchez, dict. lib. 7. cap. 29. numero 7. Gonçalez, ad regulam octauam Chancellariæ, gloſ. 7. numero 53. & ſequentibus.*

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

TITVLVS XXXVI.

Ad textum in capit. nunc autem 1. de Religiosis domibus.

SVMMARIVM.

1 *Consecratio Basilicæ, si dubitatur in cuius Diœcesi sit facienda, ille Episcopus consecrauit, qui prius in illa Episcopalia exercebat.*

2 *Episcopalis quasi possessio vnius iuris, etiã in cæteris iuribus Episcopalibus præsumitur.*

Baptizare Crismare, & consecraree, odem iure censentur.

Dominus is semper præsumitur, qui possidet.

3 *Cap. auditis 13. cap. cũ olim 18. de præscriptionibus.*

Tantum quis obtinet, quantum probat.

4 *Diœceses omnes sunt distinctæ, & diuisæ, c. dilectus 2. de Capellis Monachorũ.*

5 *Termini locorum inter eines diuisi, non attenduntur ad Episcopalem iurisdictionem.*

1 CONCLVSIO. Si dubitatur in cuius Diœcesi sit Basilica consecranda ille Episcopus consecrauit, qui prius in illa Episcopalia exercebat; cõsonat text. in *cap. 2. hoc tit. cap. vlt. de offic. Archidiaconi, cap. causam, de probation. cap. dilectus, de Capellis Monachorum, cap. tua fraternitas, de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris, cap. 1. 10. dist. cap. licèt in singulis, cap. inter memoratos, cap. dilecto 16. quæst. 3 cap. possessio territorij, cap. si quis Episcoporum 16 quæst. 5. cap. nonnè 8. quæst. 4. cap. à memoria, vt litè pendente, cap. cum in tua, de decimis, cap. Pastoralis, de his quæ fiunt à Prælatis, cap. cum ad Sedem, de restitutione expoliatorum, cap. quærellam, de electione, capit. consultationibus, de iure patronat. cap. nemo, de consecratione, dist. 1. cap. piæ mentis, cum sequentib. 16. quæst. 7.* ẽxornant plures Rotæ decisiones relato à *Barbosa in Collectan. ad nostrum text. Hostiens. in capit. super eo, num. 3. de Parochijs, & in cap. querimoniam, num. 2. de iur. patronat. Felinus in cap. causam, num. 12. de probation. lib. Tiraquel. de retract. §. 36. num. 12. Gutierrez, cons. 4. num. 33. Rebuffus de decimis, quæst. 9. num. 4. Menochius de retinenda, remed. 3. num. 158. Azor, instit. Moralium, part. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 10. Miranda in manuali Prælatorum, tom. 2. quæst. 38. art. 3. conclus. 3. Barbos. de potestate Episcopi, 2. part. allegat. 27. & ordinarij omnes, in cap. dilectus, de Capellis Monachorum.*

2 Ratio, quare si dubitatur in cuius Diœcesi Basilica consecranda sit, ille Episcopus consecrauit; qui prius in loco Episcopalia exercebat ea dicitur, quia ille qui est in possessione vnius iuris Episcopalis præsumitur, etiam esse in possessione alterius, nisi cõtrarium probetur, *argument. text. in cap. cũ in tua de decimis*, nam incongruum est, vnam eandem, quæ Ecclesiæ substantiam duplici, quodammodo iure censeri, *c. cognouimus 12 quæst. 2.* & quoniam hæc iura baptizare, Crismare, & consecrare eodem iure competunt, ideoque ad Basilicam, quæ dedicanda est debet disquiri, cuius Ciuitatis Episcopus, antequam fundaretur baptizauerit incolas, & ad cuius consignationem sub annua de uotione cõcurrerint, non enim terminis hæc, aut locis conuenit definiri; sed ille, ad consecrationem est vocandus, cui per hunc modum constat debere permitti, *dict. cap. cum in tua, de decimis*; nam alio non apparẽte, is qui possidet præsumitur dominus, *cap. cum ad Sedem, de restitut. expoliatorum*; siquidem,

dem, ad validitatem iurium, etiam Sacramentalium sufficit possessio conferentis; scilicet, quando conferens habet potestatem conferendi, *cap. quanto, de cõsuetudine*, meritò in præsenti Episcopus, qui probabit exercitium istorum duorũ iurium, vel Sacramentorum admittitur ad Ecclesiæ consecrationem, & ad cætera vniuersalia iura Episcopalia.

3 Primò, aduersus text. nostrum, & eius decidendi rationem obstabit, text. in *cap. auditis* 13. *cap. cum olim* 18. *de præscriptionibus*, in quibus iuribus constat, quod exercens iura Episcopalia solum præscribit in illis, quæ exercuit augetur difficultas, ex doctrina Glos. in *l.* 1. *§. Si quis, ff. de itinere actuque priuato*; vbi etiam Baldus asserit, quod si quis prætendat habere iurisdictionem in loco tãtum obtinet, quantum probat se exercuisse, nõ amplius similiter, etiam si inferior à Principe dicit se habere potestatem exigendi vectigalia, ex præscriptione, solũ obtinet in illis rebus, in quibus probat exegisse; argument. text. in *cap. cum contingat, de decimis, cap. cum cõsuetudinis, de consuetudine*: ergo sic similiter in præsenti, quãvis Episcopus probet se exercuisse iurisdictionem Episcopalem in Baptismo, & Crismate in loco illo; si tamen non probauit in consecratione Ecclesiæ in hoc vltimo non obtinebit; quibus omnibus difficultatibus facilimè satisfacies, si dixeris text. nostrum procedere quando locus iste, de quo extat contentio erat, etiam in Diœcesi istius Episcopi, vel saltẽ non constabat, quod esset in Diœcesi alterius, meritò enim quando Episcopus in loco illo probat possessionem vnius iurisdictionis Episcopalis; probat etiam tacitè in eo vniuersalem iurisdictionem, etiã quoad Ecclesiæ consecrationem; at vero iura in argumẽto adducta procedũt, quando locus pertinet ad alium, nam tunc quantum probat obtinuit, sed nõ vltra; notat *Abbas in præsenti num.* 3. *in fine, Zauarela, in cap. dilectus, de Capel. Monachorum, num.* 15. *cum seqq.* eodemque modo est interpretandus, text. difficilis, in *cap. dilectus* 2. *de Capel. Monachor.* vbi Ecclesia tãtum obtinet in eo quod probauerit. Ratio est, quia ibi ab alio Episcopo possidebatur; de cuius text. interpretatione latè agit, *Innocentius, & Zauarela ibid. num.* 15. *Abbas num.* 12. *&* 15. vbi plura alia contraria referunt.

4 Secundò, his omnibus obstabit dicere, quod in text. nostro nulla debet esse ratio dubitandi; siquidem omnes Diœceses sunt distinctę, & diuisæ, iuxta text. in *cap. Pastoralis, de his quæ fiunt à Prælatis*. Sed huic considerationi respondendum est text. nostrũ procedere eo in casu quo limites non sunt distincti, cum per accidentiam temporum limites Parochiarum mutentur, & fiant incerti, in quo casu procedit text. noster; nam si limes distinctus esset, nulla staret dubitatio, quis Episcopus consecraret, cum iam esset certus; notat *Glos. in præsenti*, verbo *Ad cuius Zauarela, num.* 2.

5 Tertiò, solutioni obstabit text. noster dum asserit, quod per terminos locorum iurisdictio Ecclesiastica Episcoporum non debet attendi, nec regulari; verũ huic dubio satisfacies si dixeris text. nostrũ procedere eo casu in quo termini locorum sunt diuisi inter ipsos sciues, in qua territorij diuisione à ciuibus facta non regulatur distinctio, seu iurisdictio territorij Episcopalis; siquidẽ alia est diuisio Diœcesi, alia verò territorij locorum, seu sciuũ, *Clem. ct.* 2. *§. Sanè, de elect.* notat *Zauarel. in præsenti num.* 3. qui plura alia contraria refert, in *cap. dilectus* 2. *de Capel. Monachorum.*

Ad text. in c. quia Monasteriũ 2. de Religiosis domibus.

DE materia huius text. plura diximus, 2. *tom in cap.* 1. *ne Sede vacãte, n.* 2. *& in c.* 1. *de rebus Eccles. n.* 7. *& in c. inter dilectos* 8. *n.* 4. *de donationibus*, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad text. in c. ad hæc 4. de Religiosis domibus.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus locus authoritate Episcopi, ad vsum hospitalitatis diputatus, ad mũdanus vsus reddire non debet.*

2 *Hospitalia quædam Religiosa, quædam vero non Religiosa appellantur.*

Dedicatio Ecclesiæ quare sola Episcopi authoritate fieri possit.

Religiosæ res sæcularia hominũ comercia effugiunt, nec ad prophanos vsus conuerti debent.

3 *Cap. de locorũ* 4. *de consecratione, dist.* 4.

4 *Cap. præcepta 2. cap. Basilicas cap. Ecclesia 8. de consecratione distinctione.*

1 CONCLVSIO. Locus auctoritate Episcopi, ad vsum hospitalitatibus deputatus est Religiosus, & ad mundanus vsus redire non debet, quemadmodum vestes, ligna vasa, & alia vtensilia, ad Religionis Cultum, per Episcopum deputata; quæ conclusio duas in se continet partes, in prima agitur de loco hospitalitatis causa, ab Episcopo constituto; in secunda de rebus, ad Religionem per Episcopum deputatis; primo de prima, & posteà dè secunda eius parte agemus. Prima conclusionis pars probatur, ex text. in *cap 1. capit. de Genodochijs 3. hoc tit. cap. 2. de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris, cap. quidam 10. 18. quæst. 2. Concilium Calcedonense, cap. 4. cap. nemo de consecratione, distinct. 1. cap. nullus, cap. presbyter 15. cap. altaria 32. capit. placuit de consecratione, distinct. 1. cap. authoritate 4. cap. cum olim 14. de priuilegijs, lib. 6. capit sic quidam, cap. si ex laicis 10. quæst. 1. Authentico de Ecclesiasticis Titu. §. Si quis autem, collatione 9. Authentico de Monachis*, vers. *Illud igitur, collatione 1. Tridentinum, sess. 25. de Regularibus, cap. 3. facit text. in l. in tantum, §. Sacræ, ff. de rerum diuisione, l. 3. §. Si quis in sepulchro ff. de sepulchro violato, l. 1. tit. 10. partit. 1.* in quibus iuribus probatur Ecclesiam, Episcopi Diœcesano authoritate erigi, & construi debere, alia verò nostri text. pars ex qua deducitur Ecclesiam, semel cum consilio Episcopi erectam, & consecratam, & res quæ ad eam pertinent, ad humanos vsus vlterius transferre nō posse probatur, ex text. in *cap. quæ semel 419. quæst. 3. cap. semel, cap. 1. de regul. iur. lib. 6. cap. compellimus 214. quæst. 6. capit. nulli licèt 3. 12. quæst. 2. capit. nemini 40. 16. quæst. 7. cap. mancipia, de rerum permutatione, cap. conquestus, de foro competenti, l. si quis sepulchrum, §. 1. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, Authentica præterea, C. de Sacrosanctis Ecclesijs, l. 3. tit. 12. partita 1.* vtramque partem exornant *Turre cremata in cap. quidam 18. quæst 2. Thom. Sanchez, lib. 6. Moralium, capit. 9 dub. 7. Petrus Gregor. lib. 1. partitionum, tit. 4. capit. 5. & 12. & lib. 1. Syntagmatum, c. 14. n. 5. & lib. 15. cap. 29. n. 7. Açor, 2. p. Moralium, cap. 3. q. 6. Garcia de expensis, cap. 8. n. 51. Nauarrus, lib. 3 consiliorum, cons. 3. n. 1. Selua de beneficijs, 1. p. q. 6. n. 9. Duarenus, lib. 1. de redditibus Ecclesiæ, capit 2. n. 7. & cap. 24. & 25. Lambertinus, de iure patronat. lib. 1. part. 1. art. 3. quæst. 2. principali, num. 3. Riccius in praxi resolutione 11. Syluester, verbo Hospitale, quæst. 2. Remigius in tract. de immunitate Eccles. ampliatione 20. Barbos. de potestate Episcopi, allegat. 26. num 1.* cum alijs traditis, *in Collectaneis, ad nostrum text.*

2 Ratio est; quia hospitalia sunt, quædam Religiosa, alia vero non Religiosa appellantur, Religiosa sunt, quæ non priuata, sed tantum Diœcesani Episcopi authoritate, ad illam hospitalitatis, & pauperum prouisionem deputata sunt; nam priuatus sine authoritate Episcopi locum Religiosum facere nō potest *dict. l. in tantum, §. Sacræ, ff. de rerum diuis. Panormitan. in præsenti num. 1.* hospitalia autem non Religiosa sunt, quæ sine Episcopi authoritate constituta, & pauperibus destinata fuerunt, *Petr. Gregor. lib. 1. partitionum, tit. 16. cap. 2.* nam vnicuique Christiano licitum est habere Oratorium, & hospitale in domo propria, etiam sine authoritate Episcopi, dummodo non habeat formā Ecclesiæ, *cap. vnicuique, de consecratione, dist. 1.* nec celebrari poterit, absque Episcopi licentia, *cap. Clericos 1. dist.* nā licèt olim, per Imperatorem, aut eius iussu Ecclesiæ dedicatio fieret, *l. sacra 9. ff. de rerum diuis. l. fin. ff. vt in possessio*, legatorum, cum tunc temporis Ecclesia valdè oppressa esset, *Petr. Greg. lib. 15. Syntagm. cap. 29. nu. 9.* tamen Cæsares postquam Christianam collere Religionem cœperunt sola Episcopi authoritate fieri possunt, non priuata, nec publica populi authoritate, *dict. l. in tantum, §. fin. l. sacra 9. ff. de rerum diuis. l. 3. §. Si quis in sepulchro. ff. de sepulchro violato*, ne prætextu Religionis, superstitio, vel error veniat in mentē hominum, si vnusquisque sua propria authoritate posset locum Religiosum facere, vt de Mecha legimus iudicum, *c. 17.* & ne sacra, & Religiosa loca inhonestè illegitimæ, & sine reuerentia tractentur, quod vt vitetur omnino, vt dedicatio Ecclesiæ fiat, desideratur publica, & solemnis Episcopi authoritas, in cuius Diœcesi electio, vel dedicatio fieri velit, vt constat ex text. nostro, & suprà traditis, cum Ecclesiæ omnes, & Religiosa loca ei subijciantur Episcopo in cuius loco sita sunt, *cap. si quis Episcoporum,*

rum cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. capit. Monasteria 18. quæst. 2. capit. de Genodochijs, cap. cum venerabilis, capit. dilectus, hoc tit. cap. decretum, cap. regenda 4. quæst. 1. Barbos. de potestate Episcopi allegat. 27. num. 1. qui locus postquam Episcopi authoritate, ad Religionis vsum deputatus fuerit, ad prophanos vsus amplius redire non potest, nam Religiosus est, vt inquit text. noster Religiosæ enim res, sæcularia hominum cõmertia effugiũt, dict. l. in tantum, §. Sacræ, ff. de rerum diuisione, §. nullius, institut. eodem, l. hanc legem 22. ff. de contrahenda emption. cum semel Deo dicatæ, ad vsus humanos transferendæ non sunt, capit. nulli liceat 12. quæst. 2. cap. quæ semel 19. quæst. 3. cap. mãcipia 3. cap. iniustum 4. de rerum permutatione, cap. compelimus 14. quæst. 6. capit. semel, de regulis iuris, lib. 6. l. & de sacra, & de contrahenda emptione; quæ omnia iura, etiam procedunt in hospitalitatis loco authoritate Episcopi creato, qui Religiosus est, & mundanis vsibus deputari non potest, non verò in eo loco, qui priuata constructoris voluntate, absque authoritate Episcopi, ad hospitalitatis vsum deputatur, quemlibet erigere potest, sicut, & alia opera misericordiæ facere; nam is Religiosus locus nõ est, nec gaudet immunitate Ecclesiæ, nec inter loca Ecclesiastica reputatur, nec sub iurisdictione Episcopi est, & potest, ad prophanos vsus redire vẽditionis, vel donationis, tit. ita *Innocentius, Hostiensis, Butrius in præsenti, num. 3. Panormitanus* 1. 3 & 4. *Thomas Sanchez vbi suprà, dict. capit. 9. num. 5. & 7.* quod intellige viuente eo, qui hospitale cõstruxit, siquidem Dominus pœnitere potest, & hospitale, ad alios vsus conuertere; si verò Dominus, qui constructit, absque reuocatione decessit, hæres eius id facere non potest, & ideò tenetur voluntatem defuncti adimplere, *Authentico de Ecclesiasticis tit. §. Si quis ædificationem, Panormitanus in præsenti num. 4. Thom. Sanchez, vbi suprà, num. 6.*

3 Primò, aduersus ea, quæ superius tradidimus, & ex text. nostro colligitur, nempe Episcopum Ecclesiam dedicare, & locum Religiosum facere posse obstabit text. *in cap. de locorum 4. de consecratione, dist. 1.* Cuius hæc sunt verba: de locorum consecratione Sanctorum, quãvis superius statim fuerit comprehẽsum nobis quoque patefactum est, quod absque præcepto Sedis Apostolicæ, nonnulli factas Ecclesias, vel Oratoria præsumant, in quibus verbis Pontifex reprehendit Episcopos, qui Ecclesias faciebant, & consecrabant, absque præcepto Sedis Apostolicæ; & sic apertè supponit sine Sedis Apostolicæ præcepto hospitale Religiosum; Ecclesiam, vel Oratorium dedicare non possint. Igitur authoritas Episcopi, ad dedicationem Ecclesiæ sufficiens non est, & perconsequens non poterit Ecclesiam nouiter dedicare locum ve Religiosum facere; pro cuius text. exponenda mente varias interpretationes adducit, *Glos. ibid.* verbo *Absque præcepto*; nam primo asserit Canonẽ illum esse intelligendum, de Ecclesia Cathedrali, quæ sine authoritate Pontificis erigi non potest, *cap. 1. ne Sede vacante, cap. 1. de translatione Episcopi*; nam si non potest Episcopus mutari de loco ad locum, sine licentia Pontificis, *cap. mutationes 7. quæst. 1. cap. 2. & 3. de translatione Episcopi*; multò minus de nouo institui fieri, vel fundari poterit Episcopatis Ecclesia, sine speciali Pontificis mandato, *cap. felix 16. quæst. 1.* & hac de causa Ecclesiam, ibi ædificare, absque præcepto Sedis Apostolicæ, *Turrecremata ibid. num. fin. Petrus Gregor. de re beneficiali, cap. 13. num. 7.* sed licèt hæc doctrina vera sit, tamen huic Canoni non conuenit, quia indistinctè de qualibet Ecclesia loquitur; vt expresse obstendunt verba *illius text.* vers. *Sanctorum*, iuncto vers. *Ecclesias vel Oratoria*, quæ procul dubio omnem Ecclesiam maiorem, & inferiorem comprehendunt, nec sine violentia dumtaxat, ad Cathedralem Ecclesiam referri possunt, qua ratione ab hac interpretatione recessit; *Glos. ibid.* & alias refert, quæ nobis non placent, alij verò existimant discrimen constituendum esse inter Ecclesias exemptas a iurisdictione Episcopi Diœcesani; & eas quæ iurisdictioni Episcopali iuri communi subijciuntur, hæc enim, ab Episcopo loci in quo erigendę sunt, ad Religionis Cultũ dedicari, & consecrari debẽt; iuxta nostri text. sententiam, quę de his Ecclesijs intelligendus est, & text. *in capit. nemo, de consecratione, distinct. 1. cap. tua, de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris*, & similia iura supra adducta, quæ loca Religiosa, & Ecclesias ędificandi, & consecrandi potestatem Diœcesano concedunt, ille vero, quæ à potestate ordinaria,

exemptæ sunt dedicari, absque præcepto Sedis Apostolicæ, non possunt, sed in earum constructione consulendus est Pontifex, iuxta text. ita intelligendum, *in dict. capit. de locorum consecratione, dist.* 1. quam tenent *Gregorius Lopez*, *Glos.* verbo *Dedicada, in l.* 1. *tit.* 10. *part.* 1. *Thomas Sanchez*, *vbi suprà, cap.* 9. *dub.* 7. *numero* 3. sed hæc interpretatio licèt vera sit, & fabeatur authoritate, text. in *cap. authoritate* 4. *de priuilegijs, lib.* 6. vbi Alexander IV. scripsit, quod Oratoria, vel Capella in locis non exemptis, sine Diœcesanorum licentia construi nō possint; scilicet in locis non exemptis, in locis verò exemptis, id fieri prohibetur, nisi priuilegium speciale, vel licentia Sedis Apostolicæ interueniat. Tamen nobis non placet, quia nimis restringit illius Canonis decisionem, quæ de locis exēptis specialiter non meminit, sed generaliter asserit Ecclesias, vel Oratoria, absq; speciali Pontificis mandato erigi, & cōsecrari non posse, quare his, & alijs omissis verius est dicendū illius Canonis decisionem priscis Ecclesiæ primitiuæ tēporibus viguisse, in quibus absque licētia Sedis Apostolicæ Ecclesias construere, vel dedicare nō licebat, & cum tunc paucæ essēt Ecclesiæ, & non sufficerēt, ad Catholicorum Congregationē, quorum numerus multiplicabatur magnaque cum difficultate poterat Pontifici consulere, cum plures Ecclesias necesse erat fundari, & consecrari, & valdè laboriosum esset, pro singulis ędificādis, & construendis Apostolicæ Sedis consensum exigere consuetudine obtētum fuit; vt quilibet Episcopus in Diœcesi sua posset non expectata Iussione Romani Pontificis Ecclesias fundare, & cōsecrare, vt apertè ex text. nostro, & ex alijs iuribus, in eius confirmationē adductis; docet *Turrecramata, in dict. capit. locorum, numer.* 1. *Petrus Gregorius*, *vbi suprà.*

4 Secundò, obstat text. in *cap præcepta* 5. *de consecratione, dist.* 1. vbi præceptis sinodalibus, & antiquis Canonibus captum esse traditur, sine Summi Pontificis authoritate Ecclesiā nouiter conditam, non posset dedicari: ergo Diœcesani Episcopi authoritas sufficiens, ad dedicationem Ecclesiæ, non est contra ea, quæ in nostro *cap. constituta sunt*; pro cuius text. expositione nonnulli varias referunt interpretationes, quas ferè omnes suprà retulimus, easq; similiter reijcimus, cū verbis dicti Canonis non conueniant, quare huius Canonis vera, & genuina, & expositio petenda est, ex his quæ nuper diximus, ex quibus constat primitiuæ Ecclesiæ temporibus Ecclesiam dedicari, vel consecrari, sine Sedis Apostolicæ authoritate non posse, ex ratione ibidem insinuata, quæ est in præsenti repetenda eodemque modo est interpretandus, text. in *cap. Basilicas, de cōsecratione, dist.* 1. vbi Pontifex Episcopis, per Lucaniam constitutis *cap.* 6. scribit: *Quod nullus eorum audeat Ecclesiam nouiter constitutam, sine licentia Pontificis consecrare, vel dedicare, nec ambiat vindicare Clericos potestatis alienæ.* Quæ authoritas Gelasij iuxta superiorem doctrinā exponenda est reiectis, etiam interpretationibus, quæ ab interpretibus, excogitantur emendantibus illius Canonis decisionem, quas, quia verbis, & contexturæ Canonis, non conueniunt respicimus, & superiorem traditam, ad text. in *dict. cap. locorum*, amplectimur; eadem etiam interpretatione accipio Nicolai decretum relatum, *in capit. Ecclesia* 8. *de consecratione, dist.* 1. hæc sunt verba, Ecclesia, id est Catholicorum collectio, quomodo sine Apostolicæ Sedis institutu nutu, quando iuxta sacra decreta, nec ipsa debet, absq; præceptione Papæ Basilica nouiter constitui, quæ ipsam Catholicorum intra se nec ipsum amplectitur cæterbam dignoscitur, quæ verba planè obstendunt Ecclesiam dedicari, & nouiter construi non posse, absque præcepto Pontificis; ergo Diœcesanus Episcopus authoritatem non habet Ecclesiam nouiter construendi: cui textui eandem interpretationem referunt expositores suprà adducti, pro interpretatione, ad textum in *dict. capit. de locorum*, de qua re plura dicemus, *in cap. finali, hoc tit.* & de secunda nostri text. parte videri oportet ea, quæ à nobis dicta sunt, *in capit.* 1. *de pignoribus*, quæ omnia in præsenti sunt referenda similiter pro nostri text. sententia adduci poterunt ea, quæ inferius dicemus, *in tit. de consecratione Ecclesiæ, vel altaris, & in capit. fin. hoc titulo.*

* * *

Ad text. in cap. constitutus 6. capit. cum venerabilis 7. cap. cum dilectus 8. de Religiosis domibus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica in Diœcesi Episcopi tenetur, sibi in Episcopalibus respondere, nisi appareant legitimè remissa; & potest Episcopus remittendo Episcopalia censum, sibi retinere.*

2 *Episcopus in omni sua Diœcesi, quoad iura Episcopalia habet suam intentionem fundatam, & sufficit probare Ecclesias esse in sua Diœcesi.*

3 *Declaratur text. in cap. huiusmodi 10. quæst. 2.*

4 *Exponitur tex. in cap. cum venerabilis 21. de censibus.*

Episcopus potest conferre aliqua priuilegia.

5 *Interpretatur tex. in cap. statuimus 55. 16. quæst. 1.*

6 *Allegans contraria, non est audiendus, nisi sub conditione fiant.*

7 *Dilucidatur text. in cap. constitutus 6. de Religiosis domibus.*

8 *Pœna vnius delinquentis, non liberat alios.*

9 *Pensionem, seu Canon, non soluens per biennium cadit à iure.*

1 CONCLVSIO. Ecclesia sita in Diœcesi Episcopi tenetur sibi in Episcopalibus respondere, nisi appareant legitimè remissa, & potest Episcopus remittendo Episcopalia censum, sibi retinere; consonat text. *in cap. nunc autem 1. capit. quia Monasterium 2 cap. Episcopo 3. capit. constitutus 6. cap. 7. cap. cum dilectus 8. de Religiosis domibus, cap. conquerente, de officio Ordinarij capit. 1. de raptoribus capit. Apostolicè de donationibus, capit. licèt 16. quæst. 3. capit. omnes basilicæ 16. quæst. 7. cap. scire 7. quæst. 1. cap. tua nobis, de testamentis, capit. Abbatibus 18. quæst. 2. capit. exore de priuilegijs cap. Monasterium, cap. luminoso eodem 18. quæst. 2 cap cum Episcopus 7. de officio Ordinarij, cap. vltimo, de testamentis, cap. 1. cum sequentibus 10. quæst. 3. cap. de quarta, de præscriptionibus*, vt latè scripsimus, *cap. cum contingat, de foro competenti, cap. cum personæ, de priuilegijs, lib. 6. Clementina 1. de foro competenti, Trident. in sessione 22. de reformatione, capit. 8. & sessione 25. de regularibus, cap. 11.* Exornant *Mascardus de probationibus, conclus. 167. Azor institutionum moralium part. 1. lib. 12. cap. 19. quæstion. 19. Gaillus lib. 2. obseruat. 62. num. 9. Rebuffus in l. pupillus, §. Territorium*, versic. *Et tota Ciuitas, ff. de verborum significatione, Couarruuias in cap. alma mater, 1. part. §. 12. num. 3. Palatius in præxi, tom. 2. præludio 1. num. 4. Æmanuel Rodriguez quæstionum regularium, quæst. 63. artic. 1. Federicus de Sacris, consil. 145. num. 6. Seraphinus decisione 1014. num. 1.* cum traditis à *Barbos. in collectaneis ad nostrum textum.* Idem *de potestate Episcopi 3. part. alleg. 80. num. 3. & alleg. 189. per totam*, & in remissionibus ad Concilium Trid. locis supra citatis, *Cenedus in collecta. ad Decretales, collect. 121.*

2 Ratio est, quia omnes Basilicæ, quæ per diuersa loca constitutæ sunt, vel quotidie construuntur in Episcopi potestate consistunt in cuius Territorio positæ sunt; in quibus Episcopus, quoad iura Episcopalia habet suam intentionem de iure communi fundatam, *cap. 1. & 2. cap. cum venerabilis 7. hoc tit.* nam tota Diœcesis censetur vnum corpus, cuius in spiritualibus caput est Episcopus, *cap. scire 7. quæst. 1.* merito insignum subiectionis, Episcopo debitæ ei tenentur aliqua respondere, *cap. conquerente, de officio Ordinarij*; sed quotidiana ex causa rationabili aliquæ Ecclesiæ, vt sunt Monasteria regularium ab aliquibus iuribus Episcopalibus eximuntur, *cap. cum & plantare, de priuilegijs*, & vbi quis habet ius commune contra se, ei incumbit onus probandi exemptionem, quam dicit, *cap. porrò, cap. exore, de priuilegijs, cap. 1. de præscriptionibus, lib. 6. quia accusare, Cod. de edendo*; merito Episcopo petenti iura Episcopalia, in Ecclesijs suæ Diœcesis sufficit probare illas Ecclesias, esse suas in sua Diœcesi, quo probato obtinet, nisi aliud de iure speciali probetur, *dict. cap. cum venerabilis 7. hoc tit.* poterit autem Episcopus remittendo iura Episcopalia censum, sibi retinere quia talis census soluitur in signum perceptæ libertatis, vel præteritæ subiectionis, non autem in recompen-

satio-

ſationem ſpiritualium, vndè non eſt ſimonia; notat *Gloſſ. in præſenti*, verb. *Recompenſationem*; non tamen debet Epiſcopus, ſibi reſeruare cenſum in magna quantitate; nam tunc videtur facere in recompenſationem ſpiritualium, niſi fuerit ſolitus prius recipere ab Eccleſia exempta, etiam temporalia in multa quantitate. Tunc enim licitè, ſibi reſeruat partem illorum temporalium, quãvis pars illa ſit magna, quia tunc nihil de nouo conſequitur; imò potiùs remiſsit totum retenta parte, & ſic non poteſt dici ſimonia; notat *Gloſſ. in præſenti, & Abbas, num.* 17. cum nec inſolitum, nec nouum ſit, vt cum Epiſcopi Eccleſias conceſſerint pijs locis aliquid, ſibi reſeruent in Eccleſijs illis nomine penſionis: Si quid Summus Pontifex cum libertatis priuilegium, vel protectionis præſidium aliquibus Eccleſijs indulget, accipit cenſum gratis oblatum, & in litteris ſuis ad ſucceſſorum memoriam cenſuus quantitatẽ exprimit; vt conſtat ex text. noſtro, *& in cap. cum venerabilis, de cenſibus*, & ab exemplo Pontificis poteſt argui; ita vt id, quod ipſe facit licite alij Prælati faciant, *cap. in cauſis, de ſententia, & re iudicata*, latè *Zabarela in præſenti, num.* 4. *cum ſeqq.*

3 Primò, aduerſus ea, quæ refert text. noſter; videlicet, Epiſcopum poſſe Eccleſias in Emphyteuſin concedere. Obſtabit text. *in cap. huiuſmodi* 10. *quæſtione* 2. in cuius deciſione conſtat, quòd Eccleſiæ, vel iura Epiſcopalia, non dantur in Emphyteuſin, ſed tantum prædia. Verum huic dubio reſpondendum eſt; verbum illud, Emphyteuſin in text. noſtro; ita accipiendum eſſe, hoc eſt ad exẽplum Emphyteuſis. Siquidem Eccleſia ad firmam, & ad cenſum concedi poteſt, *cap.* 2. *& per totum titul. de cenſibus, cap. quærellam, de iure iurando*, & quod in præſenti non fuerit Emphyteuſis, ſed cenſus patet expreſsè, ex noſtri text. verbis, nec obſtabit ſi dixeris in text. noſtro, non potuiſſe Epiſcopum penſionẽ illam retinere, pro remiſsione libertatis Epiſcopo debitæ, cum ex eo videatur committi ſimoniam; ſiquidem admiſceantur ſpiritualia cum temporalibus, *cap. cum pridem, de pactis, cap. ſtatuimus, cap. de cætero, de tranſactionibus*; quia reſpondendum eſt, in præſenti, vt ex eius littera conſtat diſtinctum fuiſſe contractum Emphyteuſis cenſus, ſeu penſionis, quia contractus ille fuit factus de temporalibus tantum, quo in caſu fieri potuit *cap. ad quæſtiones, de rerum permutatione*, quæ penſio inſignum, & memoriam deuotionis potuit imponi, *cap. Eleutherius* 18. *quæſt.* 2.

4 Secundo, aduerſus text. noſtrum; dum aſſerit valuiſſe conceſsionem, ab Epiſcopo factam in eo, quòd permiſsit Abbati recipere Sacramenta à quocunque Epiſcopo, quem velet. Obſtabit dicere, quod hoc eſt eximere Eccleſias ex toto a iuriſdictione Epiſcopali, quod omninò Epiſcopis prohibetur, iuxta text. *in cap. cum venerabilis* 21. *de cenſibus*. Sed huic dubio reſpondendum eſt, quòd in ſpecie noſtri text. Epiſcopus ille Albanenſis, non eximit a ſe, & à ſua iuriſdictione Eccleſias illas: quia tunc non valeret, *ex dict. cap. cum venerabilis*; ſed tantum valuit ex eo, quia à Pontifice, & certa ſcientia fuit confirmata; meritò, non valuit ex vi conceſsionis Epiſcopi, ſed ex vi confirmationis Pontificis. *cap. veniens, de præſcriptionibus*; notat *Gloſſ. in præſenti*, verbo *A quocumque, in fine, Zabarela ibidem, num.* 11. *cum ſequentibus*. Nec obſtabit, ſi dixeris Epiſcopũ poſſe conferre priuilegia, *cap. cum inter, de re iudicata, cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælatis*; quia reſpondẽdum eſt, quod licet Epiſcopus poſsit aliqua priuilegia conferre; tamen in præiudicium alterius nõ poterit, quia ſolus Princeps poteſt auferre vni, & dare alteri, *cap. nunc verò, capit. per principalem* 9. *quæſtione* 3. notat *Gloſſa in præſenti*, verbo *A quocumque*.

5 Tertiò, ſolutioni obſtabit text. *in cap. ſtatuimus* 55. 16. *quæſt.* 1. vbi aſſeritur, quod nullus præter, Icientiam Epiſcopi debet dare decimas extra baptiſmalem Eccleſiam: ergo à contrario ſenſu de ſcientia Epiſcopi, hoc fieri poteſt, acperconſequens Epiſcopus, etiam in præiudicium alterius Epiſcopi, poterit date priuilegium. Verum huic dubio reſpondendum eſt, veriſsimum eſſe Epiſcopum in præiudicium alterius Eccleſiæ, non poſſe decimas alteri Eccleſiæ conferre; ſecus verò dicendum eſt, quando Epiſcopus hoc facit ex cauſa rationabili, & de conſenſu capituli, quibus duobus deficientibus, vel altero ipſorum, id non poterit facere, & ita de eo caſu, quando iuxta ſubeſt cauſa eſt, intelligendus text. *in dicto capit. ſtatuimus*

16.

16. *quæst.* 1. *Clementina* 2. *de rebus Ecclesiæ, non alienandis*, ex cuius text. decisione apparet posse Episcopum, ex iuxta causa totum ius vnius Ecclesiæ alteri dare: ergo fortius in parte, *cap. ad audiẽtiam, de Ecclesijs ædificandis*, cum traditis a *Zabarela in præsenti*, *numero* 12. *apud finem*.

6 Quartò, aduersus text. nostrum, obstabit dicere, quòd Monachorum, seu Monasterij allegatio repellenda erat, cũ sibi ipsi contraria esset; siquidem primo allegassent concessionem Episcopi: deindè præscriptionem, nam quod meũ est ex vna causa, non potest meum fieri ex alia, *cap. inter, C. de fide instrumentorum*, nec quis præscribit, quod suum est, *cap. veniens, de præscriptionibus*; & sic quasi contraria allegantes non debebant audiri, *l.* 1. *Cod. de furtis*, *l. transactione*, *Cod. de transactionibus*, *Barbos. in locis communibus*, verbo *Contraria allegans*, *num.* 113. Verum huic dubio respondendum est, quod ideo in prætenti Monachi contraria allegantes audiuntur. Primò, quia rei erant, & sic non prohibentur pluribus exceptionibus, etiam contrarijs vti, *cap. nullus pluribus, de regulis iuris*, *lib.* 6. *Cardinalis Tuschus litter. E. conclus.* 428. Tunc etiam, quia sub conditione contraria proposuerunt; ita vt si non appareret, non valere concessionem vterentur præscriptione, *leg. si quidem* 9. *Cod. de exceptionibus*. Nec obstabit, si replices dicendo, quod Monasterium non potuerat præscribere contra Episcopum, *cap. cum non liceat, de præscriptionibus*; quia respondẽdum est, Monasterium in præsenti posse contra Episcopum præscribere; quia non suberat Episcopo, & potuit præscribere cum titu. etiam minus iusto, surgẽte ex concessione prædicta, etiam si non tenuerit, nec confirmatio valida interceſsisset, argumento text. *in cap. Cura, de iure patronatus*.

7 Quintò, aduersus text. nostrum, obstabit dicere, quòd allegatio echonomi ex parte Episcopi, quatenus asserebat, quòd concessio Episcopi, retenta pensione continebat simoniam, cum Episcopus dedisset spirituale pro temporali, *dict. capit. ad quæstiones, de rerum permutatione*; & sic in dubio Summus Pontifex debuisset exprimere commissam fuisse simoniam, cum hæc pars sit securior ad euitandum damnum, & crimen, argumento text. *in cap. iuuenis, de sponsalibus*. Verum huic dubio respondendum est, quòd in præsenti non præcessit, nec interuenit simonia. Ratio est, quia antequã denarij illi census fuissent retenti plus commodi temporalis percipiebat Episcopus; quos enim denarios non retinet in compensatione; sed in signum subiectionis, quia ex quo tam modicum recipiebat Episcopus respectu eius, quod dabat non est verisimile credendum, quòd propter hoc fuisset motus ad concedendum interueniente simonia, argumento text. *in capit. & si quæstiones, de simonia*, cum Episcopo permittatur in concessione Ecclesiæ, aliquid sibi insignum subiectionis, pensionis nomine reseruare (vt suprà diximus) nam ex quo totum dat æquum est, vt aliquid retinere possit, *cap. præterea, de iure patronatus*. Si verò dans Ecclesiã, & tenet pro censu plusquam antea percepisset in temporalibus est simonia, sed bene poterit partem dare, & partem retinere, argumento text. *in cap. cum Bertoldus*, versic. *Pro quodam iure, de sententia, & re iudicata*; notat *Abbas in præsenti*, *num.* 4.

8 Sextò, aduersus text. nostrum; dum asserit Monasterium, non esse condemnandum in totum, sed prorata obstabit dicere, quòd Monasterium condemnari debuerat in totum, non verò prorata, seu parte, quæ vnicuique Ecclesiæ competebat; siquidem in soluendo intra quadraginta annos censum, in totum condemnari debeat, *leg. item mela*, *§. Si plures*, *ff. ad legem Aquiliam*, vbi pœna vnius delinquentis, non liberat alios. Sed respondendum est, text. *in dicto §. Si plures procedere in delictis*, in quibus locũ habet illius textus, regula iuxta text. *in capit. sicut, de homicidio*, *capit. sicut ait, de hæreticis*; at verò text. noster loquitur in contractibus, in quibus prorata inter plures condonatio fit, nisi aliud fuerit expressum, quasi sensus sit, quod Monasterium, seu eius Ecclesia teneatur iusta ratam habita considerationẽ, quod a pluribus Ecclesijs hæc pẽsio soluebatur; ita vt singulæ Ecclesiæ æqualiter pro parte pẽsionem soluant, vel aliter dici potest, quod pensio illa, seu census diuidatur inter singulas Ecclesias iuxta ratam, hoc est iuxta vniuscuiusque Ecclesiæ facultates, & ita sunt intelligenda illa nostri text. verba iuxta ratã, vt considerat *Zab. in præsenti*, *n.* 17.

Sex-

9 Septimò, aduersus text. noſtrum obſtabit dicere, quòd Monaſterium cõdemnari debuerat ad Eccleſiarum reſtitutionem; ſiquidem cum non ſoluiſſet Canon per biennium cecidiſſet à iure, iuxta tex. *in cap. potuit, de locato*; ſed reſpondendum eſt, quod in præſenti non fuit actum ad reuocationem, *vt in d. cap. potuit, & eius Gloſſ.* Nec obſtabit ſi dixeris, etiam in præſenti ad fuiſſe actum, ex eo quod Epiſcopus petit iura Epiſcopalia, quia dupliciter reſpondit, *Gloſſ. in præſenti*. Primò, quod in text. noſtro fuerat, actum tacite, non verò expreſſe, vel melius, quod ratio dubitandi procederet, ſi in tex. noſtro fuiſſet verus contractus Emphyteuticus, in quo non tranſfertur dominium in Emphyteutam; ſed fuit cenſualis, in quo directum, & vtile dominium transfertur in Monaſterium, *ita Gloſſ. in præſenti*. Nec obſtabit, ſi replices dicendo Monaſterium, non potuiſſe condemnari ad penſionem ſubſtractam, cum id non fuiſſet deductum in iudicium, argum. tex. *in cap. licèt Ely, de ſimonia, cap. qualiter, de accuſationibus, l. vt fundus, ff. Communi diuidundo*; quia reſpondendum eſt, *cum Gloſſ. penultima, in præſenti*; dum aſſerit in text. noſtro cẽſum fuiſſe petitum, ſub illa generali petitione, per quam petit Epiſcopus iura Epiſcopalia. Videndus *Zabarela in præſenti, num. 20. cum ſequentibus, & in cap. 7 & 8. hoc titulo, Barboſ. de poteſtate Epiſcopi, 3. part. allegat. 189.*

Ad text. in cap. ne nimia, fin. de Religioſis domibus.

SVMMARIVM.

1 *Religionem nouam, non licèt conſtruere, ſine authoritate Pontificis, nec in diuerſis Monaſterijs, poteſt quis eſſe Abbas, vel Monachus.*

2 *Melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere.*

Maiores Eccleſiæ cauſæ, Sedi Apoſtolicæ ſunt reſeruatæ.

3 *Cap. quædam 12. quæſt. 2. cum capit. de Monachis 18. 12. quæſt. 2.*

Epiſcopi iure antiquo poterant Religiones confirmare, ſecus hodie.

4 *Cap. vnico, de voto, lib. 6. cum cap. 1. de Religioſis domibus, lib. 6.*

5 *Capit. fin. de Religioſis domibus, cum ap. 1. eodem tit. lib. 6.*

6 *Concilium Triburienſe, cap. 25.*

7 *Cap. finali, qui Clerici, vel vouentes, latè exponitur.*

8 *Cap. Parſimoniam 5. 41. diſtinct.*

Beatarum ſtatus cum votis ſimplicibus, non eſt vera Religio.

9 *Capit. vnico §. Confirmatus, de Religioſis domibus, lib. 6. cum cap. fin. eodem tit. in antiquis.*

Religionem nouam, qui conſtruxerit, abſque Pontificis authoritate excommunicationis vinculo innodatur.

10 *L. 1. §. 1. ff. de Collegijs illicitis.*

Collegia cuius authoritate eligi poterunt.

11 *L. 3. ff. de operibus publicis.*

1 CONCLVSIO. Nouam Religionem non licèt cõſtruere, ſine authoritate Romani Pontificis, nec in diuerſis Monaſterijs, poteſt quis eſſe Abbas, vel Monachus. Quæ concluſio, quoad eius primã partem; adeò ſingularis, & ſpecialis eſt, vt nullum iuris Pontificij teſtimonium, de ea ſpecialiter cõſonas reperiatur, niſi quod ſtat, *in capit. 1. de Religioſis domibus, lib. 6.* Sed meo videri comprobari poteſt, *ex Extrauag. Ioannis XXII.* quæ incipit: *Sancta Romana, tit. de Religioſis domibus, Clem. 1. de regularib. Clem. 1. de Religioſis domibus, Clem. 1. de electione, cap. vnic. de voto, lib. 6. cap. pernicioſam 18. q. 2. cap. nobis 25. de iure patronat. cap. fin. de Eccleſijs ædificandis, cap. Eccleſia 16 quæſt. 7. cap. indemnitatibus 43. §. Suprà dicta, de electione, lib. 6. Clementina ad noſtram, de hæreticis, cap. de locorum 4. 5. 6. 8. & 9. de conſecratione, diſtinction. 1. cap. vnico, de voto, lib. 6. capit. cellulas nouas 18. quæſtione 2. leg. conuenticula, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, leg. 1. titul. 6. partit. 3.* Exornant *Azor inſtitutionum moralium, parte 1. lib. 11. cap. 28. quæſtione 5. Æmanuel Rodriguez quæſtionum Regularium, tom 3. quæſt. 48. artic. 3. Suarez 3. tom de Religione cap. 15. Idem de cenſuris, diſput. 23. ſect. 4. num. 18. Belarminus tom. 3. de Monachis, cap. 4. Petr. Greg. de Republica, tit. 13. cap. 4 n. 3. & lib. 15 ſyntagmatum, cap. 32. num. 10. Leſius lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 41. num. 8. Thomas Sanchez lib. 7. de impedimentis, diſp. 25. num. 10. & ad præcepta, tom 2. lib. 5. capit. 1. Baſilius de matrimon. lib. 7. de impedimento voti, cap. 11. & 23. Mirand. in Manual. Prælat. to. 1. q.*

3. art.

3. *art.* 6. *Menochius de arbitrarijs, centur.* 5. *caſu* 422. *num.* 6 *& centur.* 6. *caſ.* 597. *Briſonius antiquitatum Roma, lib.* 1. *cap.* 14. *Cuiacius lib.* 7. *obſeruationum, cap.* 5. *Miſinger. centuria* 6. *obſeruatione* 2. *num.* 2. *Valençuela pro defenſione Eccleſiæ aduerſus Venetos, part.* 2. *num.* 6. *&* 33. *& conſ.* 1. *num.* 48. *Barboſ. de poteſtate Epiſcopi,* 3. *part. allegatione* 50. *num.* 47. cum ab eo traditis *in collectaneis ad noſtrum textum, & in dict. cap.* 1. *de Religioſis domibus, lib.* 6. *& in dict. Extrauaganti Ioann. XXII. de Religioſis domibus*; quoad ſecundum noſtri text. partem iurium, & Doctorum exornationem retulimus, *in cap. de multa, de Præbendis, & Dignitatibus*; merito conſulto omitto.

2 Ratio quare, nouam Religionem non licèt conſtruere, ſine authoritate Pontificis: ea eſt, quæ refertur in principio noſtri text. ſcilicèt, quia nimia Religionum diuerſitas grauem in Eccleſia Dei, confuſionem inducere poteſt, & quoniam melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l. fin. C. in quibus cauſis in integrũ reſtitutio*, & ſicut nouũ Collegium non poteſt conſtitui in conſulto Principe. *l.* 3. *ff de Collegijs illicitis*; merito propter nimiam diuerſitatem, & ordinum confuſionem iuxta de cauſa Sũmus Pontifex Religionum approbationem, ſibi reſerbauit præcipuè ad compeſcẽdum multorum hominum in diſcretum ardorem, qui nouas Reliones, & formulas viuendi excogitabant in maximum Eccleſiæ detrimentum, & Religionum confuſionem cum exindè maximus error inter Catholicos oriretur, & ſimiliter eſſet in maximum animarum periculum; meritò, cum maiores Eccleſiæ cauſæ Sedi Apoſtolicæ ſint reſeruatæ, *cap. maiores* 3. *de baptiſmo*, & approbatio Religionum, ſicut & Canonizatio Sanctorum ad maiores Eccleſiæ cauſas pertineat, iuſta de cauſa in Concilio Lateranenſe 1. ſub Innocentio III. *in noſtro cap. finali, de Religioſis domibus*, & poſteà in Concilio Lugdonenſi, *cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. ſtatutum eſt neminem poſſe nouam Religionem creare, ſine Põtificis authoritate, nec habitum ſuſcipere, niſi in Religionibus ab ipſo Pontifice approbatis. Ratio verò, quoad ſecundam noſtri text. partem petenda eſt, ex decidendi ratione à nobis tradita, *in dict. cap. de multa, de Præbendis.*

3 Primò, noſtri text. deciſio turbari videtur ex Concilio Calcedonenſi, *cap.* 4. relato à *Gratiano in capit. quidam* 18. *quæſt.* 2. in cuius text. ſpecie apparet, quod cum apud Patres Concilij Calcedonenſis fuiſſet delatum, nõnullos Monachos plurimum de ſe præſumentes inconsiderenter per ſciuitates vagare, & Monaſteria propria ſua authoritate ædificare. Patres Concilij decreuerũt, vt deinceps hoc non facerent, ſine ſui ſuffraganei Epiſcopi licentia. Rurſus expendo vltima illius Concilij verba, in eius originali reperta, quamvis a Gratiano non ſint relata, dum Patres ibidem aſſerunt prædictos Monachos, non eſſe reſtituendos ad Monaſteria priſtina, nec rurſus ad nouiter inuenta, ſine propria ſui ſuffraganei Epiſcopi licẽtia, quæ vtraque Monaſteria iam facta, & poſteà facienda iudicio, & approbatione Epiſcopi remittuntur. Prætereà augetur difficultas ex Concilio Agatenſi, *cap.* 27. relato à *Gratiano in cap. de Monachis* 22. 18. *quæſt.* 2. Ex quo deducitur Monaſterium nouum minime poſſe incipi, aut fundari, ſine approbatione Epiſcopi, quod ferè ſimiliter aſſeritur in eodem Concilio, *cap.* 58. *& in Concilio Aurelanienſi, cap.* 1. relato à *Gratiano in cap. Abbates* 18. *quæſt.* 2. vbi apparet Abbates eſſe omninò in correctione, conſtructione, & Religionis obſeruatione, ſub poteſtate Epiſcopi. Deindè augetur difficultas; ſiquidem conſtat Florentiſsimas Diui Baſilij Auguſtini, & Benedicti regulas, ſeu Religiones multi ſæculis in Eccleſia viguiſſe, ſine aliqua Sedis Apoſtolicæ approbatione, cum tãtum ab Epiſcopis ſuis temporibus exiſtentibus admiſſæ, & approbatæ fuiſſent; nam prima Religio Diui Baſilij multo poſt eius obitum in Synodo Generali, ſub Adriano, anno 789. fuit approbata Benedicti, verò Regula anno 50. poſt eius mortẽ, & anno Chriſti 590. ſimiliter Diui Auguſtini Regula fuit confirmata ab Eugenio II. anno 824. in Synodo Remenſi, ab anno 40. poſt eius mortem, vt cõſtat *ex Baronio tom.* 12. *Annalium, Anno Chriſti* 1139. de quibus omnibus latè diſputat, *Baſilius lib.* 7. *de impedimento voti, capit.* 11. Ergo cum conſtet multis temporibus viguiſſe, quemlibet poſſe ſua propria authoritate Religionem inſtituere, vel ſaltim, ex facto ſuffraganei Epiſcopi authoritas, & approbatio tantum

tum ſufficeret, non rectè in præſenti authoritas, & confirmatio Pontificis deſideratur; quibus omnibus dubijs facilimè ſatisfacies, ex his quæ ſuprà in decidendi ratione retulimus; nam licèt fateamur primis illis tēporibus, ante Innocentium III. *in noſtro cap. fin.* relatum potuiſſe Epiſcopos, Ordines, ſeu Religiones confirmare, ſeu approbare, vt conſtat ex iuribus ſuprà in argumento adductis; tamen hodie ex noſtri tex. deciſione, *& ex dicto cap. 1. hoc titulo, lib. 6.* illa antiqua Epiſcoporum poteſtas eis, fuit ſublata, & Pontifici reſeruata, quæ ſolutio deducitur *ex text. noſtro*, verſic. *Firmiter prohibemus, nequis de cætero nouam Religionem inueniat*, quæ verba ius nouum inducunt, & demonſtrant illam Religionum confirmationem ad Epiſcopos pertinentem, iam illis fuiſſe ſublatam, & ſic apparet Epiſcopos, anteà potuiſſe nouas Religiones approbare; nam ſi anteà non poſſent, quid ab illis in Concilio Lateranenſi Generali, in text. noſtro relato fuiſſet ſublatum, & erudite conſiderat, *Baſilius dict. lib. 7. de impedimento voti, cap. 11.*

4 Secundo, prædictis quatenus aſſeruimus, olim non fuiſſe neceſſariam Pontificis approbationē: obſtabit text. *in capit. vnico, de voto, lib. 6.* vbi ex ſententia Bonifacij VIII. Generaliter cauetur, quòd cum ſibi quæſitum fuiſſet, quod votum diceretur ſolemne ad dirimendum matrimonium, iam ſemel cōtractum, Bonifacius VIII. reſpondit, illud ſolum votum debere dici ſolemne, quantum ad poſt contractum matrimonium dirimendum, quod ſolemnizatum fuerit per ſuſceptionem Sacri Ordinis, aut per profeſsionem expreſſam, vel tacitam factam, alicui Religioni per Sedem Apoſtolicam approbatæ: Igitur approbatio Sedis Apoſtolicæ generaliter, omni tempore, & ſemper neceſſaria fuit ad Religionis firmitatem. Sed huic dubio dupliciter reſpondere poteris. Primò, quod Innocentius III. *in noſtro capit. fin.* vbi illa poteſtas confirmandi Religiones Epiſcopis fuit ſublata, præceſsit multis annis Bonifacio VIII. *in dicto capit. 1. de voto*, meritò cum eo in tempore poteſtas illa, iam Epiſcopis fuiſſet ſublata recto iure Bonifacius VIII. reſpondit ſolemne votum dici, quod eſt factum in Religione a Pontifice confirmata; notat *Barboſa in collectaneis, ad text. in dicto cap. 1. de voto.*

5 Tertiò, ſolutioni obſtabit ſequens conſideratio; videlicèt, ſuperfluam fuiſſe nouam deciſionem relatam, *in capit. 1. de Religioſis domibus, lib. 6.* vbi nouiſsimè placitum eſt, nequis nouum Ordinem, ſeu Religionem, ſine Pontificis authoritate creare poſſe, cum etiā iam id fuerit prohibitum ab Innocentio III. in text. noſtro: ergo vel vna, vel altera deciſio, non debet admitti, cum ſuperfluitas in iure noſtro, ſemper eſt vitanda, *leg. tunc cogendum, §. Sabinus, ff. de procuratoribus*, cum traditis à *Gratiano diſceptationum forenſium, tom. 4. capit. 639. numero 31.* Sed huic dubio reſpondendum eſt: Ideò illam Gregorij X. nouiſsimam conſtitutionem, *in dict. capit 1 de Religioſis domibus, lib. 6.* fuiſſe neceſſariam, quia adhuc prohibitio Cōcilio Lateranenſis, *in noſtro capit. fin.* relata, non fuerat recepta, ſeu approbata, vt conſtat *ex dicto capit. vnico, de Religioſis domibus, lib. 6.* verſic. *Sed quia non ſolum importuna petentium*, iuncto verſic. *Repetita conſtitutione*; ex quibus apparet hodie; ita Pontificis approbationem neceſſariam eſſe, vt ſine illa, nec Religio ſit, quæ fieri potuit ad exemplum contractuum; nam licèt contractus ſit duorum plurium vè in idem placitum, & conſenſum, *leg. 1. leg. iurisgentium 7. ff. de pactis.* Si tamen in illis Princeps aliquam ſolemnitatem iuſta ratione motus addiderit, non ſolo conſenſu perficiuntur ad exemplum teſtamenti, quod licèt ſit voluntatis noſtræ iuſta ſententia, *l. 1. ff. de teſtamentis, §. 1. inſtit. eodem*, & licèt hæc ſententia, & voluntas per duos teſtes probari poſſet, *leg. vbi numerus, ff. de teſtibus*, nihilominus tamen ſolemnitas ſeptem teſtium deſideratur, *§. Sed cum olim, inſtit. de teſtamentis*, ſimiliter, quamuis Religionis ſtatus conſtet donatione vouentis, ea tamen a Pontifice irritari poteſt, ſi ſolemniter non fiat in Religione à Pontifice approbata; notat *Baſilius d. lib. 7. de impedimento voti, cap. 11. num. fin.*

6 Quartò, prædictis valde obſtat Concilium Tributienſe, *cap. 25.* ex quo conſtat, quod ſi fœminæ ſe ſibi ipſis ſine Epiſcopi, vel Pontificis authoritate habitum Religioſum impoſuerint, vt Religioſæ habentur, nec poterunt habitū dimittere: Ergo propria authoritate fœ-

fœminæ poterunt nouum habitum induere, vel Religionem creare, cuius Canonis difficultas saluari non poterit, ex illa doctrina, quam refert doctissimus *Suar. 3. tom. de Relig. cap. 15.* dum asserit esse discrimen constituendum inter Religionem vniuersalem, quæ diffunditur per totam Ecclesiam, & sub vna regula, & vno *cap. existentem*, & inter regulam particularem, quæ non diffunditur in tota Ecclesia, nec sub vno *cap. extat*, nam in primo casu affirmat Pontificis approbationem desiderari, non verò in secundò, & de hoc secundo esse intelligẽdum Triburiense Concilium, *in dict. cap. 25.* sed conuincitur; siquidem, siuè vniuersalis, siuè particularis sit Religio in omnibus æqualiter tria vota desiderantur, & militant rationes decidendi suprà adductæ: ergo & qualiter in omnibus authoritas Pontificis desideratur, quare hac, & alijs omissis verius respondendum est, Concilium Triburiense, *in dict. capit. 25.* loqui de viduis; quæ quamvis Religionis habitum gestarent Religiosæ in rigore non erunt, cum tantum votum continentiæ emisissent ad emendationem vitæ præteritæ, quę interpretatio deducitur ex decreto Gelasij, *cap. 21.* de quo mentio habetur in dicto Cõcilio Triburiensi, nec obstabit si obijcias, quod si viduæ illæ Religiosæ non erant, quo pacto ad Religionem, reuocatæ sunt, quia respondendum est, cum doctissimo *Basilio dict. lib. 4. de impedimento voti, cap. 20.* id iustè à Sanctis Patribus in dicto Concilio Triburiensi, fuisse statutum, ne semel electo Sancto illo proposito illud dimitterent, sed in eo perseuerarent.

7 Quintò, prædictis obstabit text. *in capit. finali, qui Clerici vel vouentes*; sed antequam ad eius enodationem perueniamus adnotandum est ad Religionis statum necessarium esse communia vota agere; & sic ex illis vnum est nihil proprium retinere posse, *capit. cum ad Monasterium 6. de statu Monachorum*; sed *in dicto capit. final.* mulieri permittitur retentio bonorum, & propriæ domus habitatio, & nihilominus ibi non excluditur Religionis status, acperconsequens illa noua Religio, propria mulieris authoritate facta videtur: ergo absque Pontificis authoritate licebit, vnicuique nouam formam Religionis inducere, nec satisfaciet, qui dixerit votum Religionis, *in dicto cap. fin. qui Clerici, vel vouentes*, non fuisse solemne, sed simplex; ideòque mullerem illam non fuisse Religiosam, nec aliquam de nouo condidisse Religionem, vt existimauit, *Cuiacius in posthumis, ad eundem textum, Felicianus de censibus, capit. 10. numero 25.* quia hæc interpretatio conuincitur ex eo, quod si simplex votum illud fuisset nouam aliquam Religionem, ex illa noua formula obtinendi in domo sua, proprium non induceret, at inducit nouam Religionem, & in eo tex. Religiosa appellatur: ergo non simplex, sed solemne fuit. Cum ex eo non poterit matrimonium dirimi, *capit. rursus, qui Clerici, vel vouentes*, at dirimitur: ergo solemne fuit, quare verius est dicẽdum, *in dict. cap. fin.* mulierem illam, nec aliquam nouam Religionem condidisse, nec votum simplex emisisse, sed solemne secundum regulam Beati Augustini. Nec obstabit ponderatio suprà adducta; scilicet, quòd sibi liceret proprium retinere, & in propria domo habitare, & sic videbatur nouam normam Religionis Diui Augustini creasse; quia respondendum est, quòd quamvis retentio illa bonorum, & habitatio in propria domo contra voluntatem Prælati repugnet, & statui Religionis contrarium esset, & nouam formam Religionis induceret, non tamen repugnat, nec suam facit, si id fiat cum consensu Prælati, vt factum fuit, *in dicto capit. final. qui Clerici, vel vouentes, Couarruuias de sponsalibus, 1. parte, capit. 3. §. 1. numero 25. Æmanuel Rodriguez 3. tom. de Regularibus, quæstione 17. articulo 6.*

8 Sextò, impugnatur nostri text. decisio ex Gramgensi Concilio, *cap. vltimo, relato in cap. par simoniam 41. distin.* ex quo apparet cuilibet licitum esse nouum habitum induere, sine Pontificis approbatione. Cui dubio respondẽdum est, plurimã differẽtiã versari inter eum casum, quo quis singulariter in domo propria habitum assumit, & inter eum, quo quis nouum habitum in Congregatione, nondum à Pontifice approbata recipit; nam in primo casu cuilibet est licitum in domo, absque cõmunitate, & Pontificis approbatione habitum suscipere, & ita est interpretãdus tex. in *d. cap. par simoniam 41. dist.* secus verò in 2. vt in text. nostro. Ratio differẽtiæ est,

quia ſtatus beatarum cum votis ſimplicibus, non eſt vera Religio, ſed tantum ſtatus, & modus viuēdi honeſtè; & idcò Epiſcopus, abſque Pontificis authoritate poterit aliquem, ita acceptare, & recipere, licèt non intret Monaſterium, nec profiteatur regulam, ſed in propria domo, ſub obedientia Epiſcopi exiſtat; dummodo ei certus modus viuendi ab Epiſcopo fuerit aſsignatus; meritò, nec Epiſcopi ita dantes, vel concedentes prædictum ſtatum, ſine Pōtificis authoritate, cum votis ſimplicibus non ſunt excommunicati, nec comprehenduntur ſub cenſura relata, *in d. Extrauag. Ioann. XXII. de Religioſis domibus*; vbi excommunicatio imponitur aduerſus nouam Religionē inſtituentes, vel habitum nouæ Religionis aſſumentes; notat *Æmanuel Rodriguez quæſtionum Regularium, tom. 3. quæſt. 46. Gloſſ.* verbo *Habitum, Barboſ. in cap. vnico, hoc tit. lib. 6. Abbas, & Dominicus ibidem.*

9 Septimò, aduerſus eaque communiter in præſenti notant Doctores omnes; videlicèt, de iure cōmuni antiquo non eſſe impoſitam, nec ſtatutam excōmunicationis ſententiam aduerſus eos, qui inſtituunt nouum Ordinem, & in illo accipiunt habitum, ſine Pontificis authoritate, vt conſtat ex text. noſtro: vbi tantum ſtat ſermo, & prohibitio de Religionibus à Pontifice, nondum approbatis, ſeu confirmatis, & tamen ibidem nulla adiūgitur excommunicationis pœna, nec in concordantibus ſcripta reperitur. Obſtabit text. *in cap. vnico*, licet confirmatos *hoc tit. lib. 6.* dum affirmat excommunicatos eſſe eos, qui ad nouam Regulam, ſeu Religionem alios de nouo admittunt, vel nouam domum adquirunt, vel iam habitam alienant ſine Sedis Apoſtolicæ licentia: ergo de iure communi antiquo ſtatuta eſt excommunicationis pœna, contra nouam Religionem propria authoritate ſtatuentes. Verum huic dubio reſpondendum eſt, text. *in d. §. Confirmatos*, tantum agere, de antiquioribus illis nouis Mendicantium Religionibus, quorum Religio poſt Concilium Lateranenſe ab Innoc. III. celebratum anno 1215. confirmata eſt ſub illa diſtinctione, & cēſura, vt deinceps nullum ad ſuam perfectionem, vel Religionem de nouo recipiant, vel admittant, ſine noua Sedis Apoſtolicæ authoritate, ſed cum Religiones ille antiquæ nouiter creatæ, de quibus text. ille loquitur, iam non extent, vel rariſsimè ſint; meritò, excommunicatio ibidem relata parum hodie vtilis eſt: ſic text. *in d. §. Confirmatos*, pertinet ad illas antiquas nouas Religiones ſub illa conditione, & forma cōfirmatas; ita vt deinceps, ne de nouo iterum inſtituantur, nec in illis vllus de nouo habitum reſcipiat, ſe anteà recepti perſeuerent, donec omnes in ea exiſtētes pereant, *vt cōſtat ex eodem §.* verſ. *Confirmatos autem*, & ſic excommunicationis pœna, *in d. §. Confirmatos*, non debet extendi ad primam illius capitis vnici partem. Tum, quia ſunt capita, & leges diuerſę. Tum etiam, ex verſ. *Si verò ſecus*; ex quo conſtat, tantum illius, *§. Deciſionem*, ad tres illos caſus proximè procedentes referendam eſſe. Vndè apparet, quòd licèt olim à iure communi expreſſa excommunicatio ſcripta, non reperiatur aduerſus eos, qui nouam Religionem, abſque Pontificis authoritate erigunt hodie, tamen ex noua *Extrauaganti Ioannis XXII. de Religioſis domibus*, quæ incipit: *Sancta Mater Eccleſia, excommunicatio ipſo iure inferenda eſt aduerſus eos, qui nouiter nouam Religionem abſque Pontificis authoritate erigunt, vel in ea habitum aſſumunt*, vt conſtat *ex Panormit. ibid.* verſic. *Hodie verò eſt quædam Extrauagans*, quæ verba ſignificant ante illam nouam deciſionem, nondum à iure communi impoſitam fuiſſe excōmunicationem; notat *Suar. de cenſuris, diſp. 23. ſect. 4. num. 20. Barboſ. in collect. ad text. in dict. Extrauaganti Ioan. XXII. num. 2.* poterit etiam in præſenti interpretari, tex. *in Clem. 1. de Religioſis domibus*, de quo omnino videndus eſt, *Barb. in collectan. ad eundem text.*

10 Octauò, noſtri text. deciſio turbati videtur, ex text. *in l. 1. §. 1. ff. de Collegijs illicitis*; ex quo deducitur, quod licèt Collegia ſine Principis authoritate inſtitui non poſsint, *vt in l. 1. in princip. eiuſd. tit.* tamen ſi Religionis cauſa Collegium, & Congregationes fuerint factæ valebunt, etiam ſi Principis authoritas non interueniat; ſed reſpondendū eſt, quòd & ſi verum ſit Collegia, ſine Supremi Principis authoritate non poſſint fieri, *d. l. 1.* tamen Religionis fauore, abſque Principis authoritate permittuntur; dum tamen Collegia illa prætextu Religionis cōuenticula non fiant, *l. 1. ff. de ordinarijs criminibus, l. quæ ſub*

præ-

prætextu 9. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, latè Cuiacius lib. 7. obseruationum, cap. 30. At verò de iure nostro Pontificio, nec Religionis fauore Religio nouiter, sine Pontificis authoritate creari potest, quod fuit admissum ad euitandam Religionum confusionem, & ad compescendam, siue reprimendam nonnullorū præsumptuosam temeritatem, qui de nouo nouas Religiones creabant, vt cōstat ex text. nostro, & in dict. cap. vnico, hoc titul. lib. 6. Deindè, ne sub prætextu Religionis, & voti soluendi supersticiosa fierent, & Ecclesiæ Catholicæ Fides periclitaretur, qualis fuit Congregatio illorum, qui fraticili dicebantur, & prętextu Religionis sedebātur in atrio noctu cum viduis, & virginibus, vbi peractis suo ritu sacrificijs suffiatis luminibus pietate, dicebant commiscerī, sine delectu, vt refert Petrus Gregorius lib. 39. syntagmatum, cap. 1. num. 3. & 5. Abbas in præsenti, num. 2. Vndè ad praxim adnotandum est, quòd quando Collegia instituuntur; ita & sub illa forma, vt personę in eis habitantes Ecclesiasticæ efficiantur, tunc ad eorum institutionem necessaria est Summi Pontificis licētia, & approbatio; atverò, quando personæ sæculares remanent, quamuis Collegiū illud Religionis causa sit factum, non est necessaria Pontificis authoritas; notat Acuña ad primam decreti partem, in d. cap. parsimoniam 41. distinct. num. 3.

11 Nono, prædictis obstabit, text. in l. 3. ff. de operibus public. vbi Macer Consultus affirmat, posset quemlibet priuatim opus nouum facere, sine Principis authoritate: igitur quis poterit nouum opus Religionis facere, sine approbatione Sedis Apostolicæ; sed respondendum est, tex. in d. l. 3. intelligendum esse, de eo qui proprio assumptu aliquid operis publici fecit, cuius commodi publici causa permittitur, cuidam sine licentia Principis opus facere, quomodo componendus est, text. in dict. l. 3. cum l. de operibus 6. ff. de operibus publicis, vbi Modestinus refert, Diui Marci rescriptum, scribentis Præsidem additum de operibus, quæ in muris, vel portis, vel in rebus publicis fiunt, vt si muri struantur Principem consulere debere. Si verò quis ad vtilitatem suam, in loco publico ædificauerit. Tunc sibi prohibitum est, iuxta text. ita intelligendum, in leg. 1. & Nuntiatio, ff. de noui operis nuntiatione, leg. 1. & 2. ff. Nequid in loco publico; notat Acursius in dicta leg. 3. ff. de operibus publicis; similiter pro nostri text. sententia videri oportet, ea quæ infrà dicemus, in capit. 1. de Ecclesijs ædificandis. De secunda verò nostri text. parte latè scripsimus, in capit. de multa, de Prębendis, & Dignitatibus, videndus Zabarela in præsenti, cum traditis a Barbosa in collectaneis, ad nostrum text. num. 2. & 3. vide quę scripsimus, in cap. 1. de Ecclesijs ædificandis.

DE CAPELLIS MONACHORVM.

TITVLVS XXXVII.

Ad textum in capit. in Eccleſijs 1. cap. ex parte 3. cap. ad audientiam 4. de Capellis Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Monachi ad Curam Monaſterio ſubiectam, non præficiuntur, ſed ſæculares Clerici, qui Epiſcopo ſubſunt.*
2 *Inſtitutio, & deſtitutio beneficiorum, ad Epiſcopum Diœceſanum expectat.*
3 *Cap. viſis 16. quæſt. 2.*
Eccleſiæ ad Monachos dupliciter pertinere poſſunt.
4 *Cap. ſane 6. 16. quæſt. 2.*
5 *Cap. filijs 31. 16. quæſt. 7.*
Patrono laici ab Eccleſiaſticis, in quo differant.
Patrono, quæ munia competant, & an rationes, de rebus Eccleſiæ poſsit exigere.
Cap. ſtatutum 7. 16. quæſt. 2.
6 *Monachus an de Monaſterio eripi, eripi poſsit ad ſæcularem Eccleſiam regendam.*
Cap. quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum, cap. in Parochia 16 quæſt. 1.
7 *Cap. de Monachis 12. de Præbendis.*
Conſilium qui debet petere, non tenetur illud ſequi.
8 *Epiſcopus ſolus Sacerdotibus honorem dare poteſt, ſolus autem auferre non poteſt, meritò, nec eos deponere, ſecus in deſtitutione beneficij.*
Capit. vnico, de Capellis Monachorum, libro 6.
9 *Cap. licèt nobis 2. de ſupplenda negligẽtia Prælatorum, & in num. 10.*
Monaſterium, quando poſsit Capellanum inſtituere, vel deſtituere.
10 *Cap. ſicut nobis 2. de ſupplenda negligentia Prælatorum.*
Monachi quando poſsint Capellas adquirere, & retinere.
11 *Cap. de Monachis 12. de Præbendis.*
12 *Capit. vnico, de Capellis Monachorum, lib. 6.*

1 CONCLVSIO. Ad Curam Monaſterio ſubiectam, non Monachi, ſed ſæculares Clerici præficiuntur, & Epiſcopo ſubſunt. Comprobat text. *in capit. de Monachis, cap. in Lateranenſi 3. de Præbẽdis, capit. cum & plantare, §. In Eccleſijs, cap. quoniam, de priuilegijs, cap. ſicut 2. de ſupplenda negligentia Prælatorum, cap ſi ſcepti, de Præbendis, lib. 6. cap. vnic. hoc tit. lib. 6. Clementina 1. §. Quidam de exceſsibus Prælatorum, cap. viſis, cap. ſanè, cap ſtatuendum 16. quæſt. 2 Trident ſeſſ. 25. de regularibus, cap. 11. lib. 25. titul. 7. partit. 1.* Exornant *Turrecremata in dict. cap. viſis, Dominicus in cap. vnico, hoc tit. lib. 6. Æmanuel Rodriguez quæſtionum regularium, lib. 1. quæſt. 34. art. 4. Flores de Mena lib. 1 variarum, quæſt. 10. num. 16. Rocchus de iure patronat. verbo Competens. q. vltim. Petr. Gregor. lib. 15. ſyntagmatum cap. 15. num. 6. & in cap. conquerente, de officio Ordinarij, capit. 8. Thomas Sanchez lib. 6. ad Decalogum, cap 29. nu. 43. Angelus, verbo Monachus, n. 5. Syluester, verbo Religio 7. quæſt. 7. Gonçalez ad regul. 8. Chancellar. gloſſ. 5. §. 3. n. 11. Rebuffus in praxi, tit. de Vicarijs perpetuis, num. 6. Barboſ. de poteſtate Epiſcopi 2. p. allegat. 72. n. 118. cum ab eo traditis in collectaneis ad noſtrũ text. num. 2. & in d. cap. de Monachis, num. 4.*

2 Ratio, quare Monachi ad Curam animarum non admittuntur ea eſt, quia cũ in tali Monaſterio Monachi ſint claſtra-

ſtrales, *notat Gloſſ. in præſenti*, ſi Monachus præficeretur Curæ animarum haberet cauſam vagandi per Parochiam, & villas, ac proindè notaretur diuerſitas, inter ipſum, & alios de Congregatione, & indè eueniret, quod vtrumque eſſet abſurdum, *capit. placuit el 2. 16. quæſt. 2.* meritò iuſta de cauſa ſtatuitur, vt in Eccleſijs, vbi Monachi habitant populos, per Monachum non regatur; ſed per Capellanum ab Epiſcopo, per conſilium Monachorum inſtitutum, vt ſic ex ſolius Epiſcopi arbitrio, tàm ordinatio, quàm depoſitio eius pendeat, vt conſtat ex text. noſtro, *& in cap. ſanè 12. quæſt. 2.* nam quamuis præſentatio ad Monachos pertineat; tamen cætera omnia ad Epiſcopum expectant, *cap. conquerente, de officio Ordinarij, cap. ex frequentibus, de inſtitutionibus, cap. 1. eodem tit. lib. 6. cap. cum ex iniuncto, in fin. de hæreticis, cap. dilectus 2. hoc tit. capit. cum ſatis, de officio Ordinarij, cap. 2. de exceſsibus Prælatorũ*, niſi priuilegio, aut præſcriptione ab illius iuriſdictione eximantur, *cap. auditis, cap. cum olim, de præſcriptionibus*, de cuius conciliatione, *cum capit. cum ſatis, de officio Archidiaconi*, videndus eſt *Barboſ. de poteſtate Epiſcopi, allegat. 72. num. 186.* quia omnes Eccleſiæ ſub poteſtate Epiſcopi ſunt (dummodo in territorio eius exiſtant) *cap. omnes Baſilicæ 16. quæſtione 7. capit. decretum 10. quæſtion. 1. cap. Cura venerabilis 7. de Religioſis domibus, Petrus Gregor. in dict. cap. conquerente, cap. 8. num. 6. & 7. Lambertinus lib. 2. de iure patronatus, part. 3. quæſt. 1. principali, art. 10. num. 1. Barboſ. dict. alleg. 72. num. 176.* qua de cauſa in text. noſtro diffinitur in Eccleſijs ad Monaſteria pertinentibus illis, tantum præſentationem deberi, Epiſcopo tamen inſtitutionem competere, vt ſimiliter cauetur, *in cap. in Lateranenſi 31. de Præbend. cap. vnic. hoc tit. lib. 6. Barbo. vbi ſuprà, n. 188.* de quare plura ſcripſimus, *in cap. ex frequentibus 3. de inſtitutionibus.*

3 Primò, vtraque pars huius decidendi rationis impugnatur, ex text. *in capit. viſis 16. quæſtione 2.* vbi quidam Epiſcopus Eccleſias quaſdam Monachis conceſsit poſtea inter Clericos, & Monachos, non leuis ſeditio orta eſt, propter inueſtituram illarum Eccleſiarum, & ad ſuggeſtionem Clericorum Epiſcopus, nitebatur inueſtituras reuocare; propter hanc ergo altercationem Siracuſſanus Epiſcopus Ioannem Pontificem conſuluit: Vtrùm Eccleſiæ pro quiete Monachorum à Sanctis Concilijs, Catholiciſque Epiſcopis eis traditæ, per Sacerdotes ab eis ordinatos, & inueſtitos debeant inſtitui, & conſilio multorum fratrum diligenter requiſito, decreuit Pontifex, vt Eccleſiæ Monachis traditæ per ſuos Sacerdotes, ab illis inſtituantur, quòd decretum multiplici ratione confirmat. Prima eſt, quia Diuinæ leges, & ſæculares præcipiunt, vt cuius eſt poſſeſsio, eius fiat inſtitutio. Secunda, quia ſicut charitas Epiſcoporum fuit facilis in dando, quod magis eſt; ſcilicèt, poſſeſsiones, ſic Sancta eorum largitas facilior erit in concedendo, quod minus eſt; ſcilicèt, inueſtituram. Tertia, quia ſua iura, vel tributa Monaſterio, non tederentur, ſi inueſtitura per alterum daretur. Quarta ratio eſt, quia Epiſcopus priuatur mercede, quam aſſecutus fuerat, ex quo facta charitate vult reuocare, quod dederat. Ex qua deciſione manifeſtè colligitur, in Eccleſijs Monachorum, non tantùm Sacerdotum præſentationē ad eos pertinere; verumetiam eorum inſtitutionē contrà ea, omnia quæ in text. noſtro Vrbanus III. decreuit, quam difficultatem, vt ſoluant, ſimulque noſtri text. ſententiam exponant, obſeruo Eccleſias dupliciter ad Monachos pertinere poſſe, vel pleno iure, vel non pleno iure, pleno iure dicitur Eccleſias ad eos pertinere, quando vtroque, Id eſt, in ſpiritualibus, & temporalibus eiſdem ſubijciuntur, *cap. quoniam 21. capit cum & plantare, de priuilegijs, Butrius ibidem num. 16. Cardinalis 1. Decius 12. Hoſtienſis 5. Tuſchus littera P. concluſione 364. num. 3. Sayrius lib. 1. de cenſuris. cap. 6. num. 12. Marta de clauſulis, clauſula 85.* Exemplo pleni arbitrij, pleni compromiſsi dominij, vel proprietatis, de quibus *in leg. fideicommiſſa 10. § Quamquam, ff de legatis 3. leg. quod tamen 21. § Papinianus ff de receptis arbitrijs, l 4. ff. de alimentis legatis, leg. qui vſumfructum 36. §. 1. in fine, ff. de vſufructu*; ſimiliter ſeruij pleno iure teſtatoris dicuntur, quando proprietas, & vſus ad eum pertinet, *leg. ſuo 76. ff. de legatis 3. leg. mater, Cod. Ad Senatus Conſultum Trebelianum, Mantica libro 9. de coniecturis, titul. 6. num. 19. Menochius libro 4. de præſumptionibus, præſumptione 140. num. 29.* dicuntur verò Eccleſiæ, non

non pleno iure ad Monachos pertinere, quando eis subijciuntur tantum, quoad temporalia; atverò quoad spiritualia Episcopo ad quē institutio, & destitutio pertinet, *c. conquerēte 16. de officio Ordinarij, cap. quoniam, de priuileg.* notat *Glos.* verbo *Ipsis, in cap. vnico, hoc tit. lib. 6.* in Ecclesijs: ergo quę pleno iure Religiosis subijciuntur habent, ipsi non tantū præsentationem, sed etiam institutionem; notat *Rocchus de iure patronatus*, verbo *Competens, quæst. vltima*, in Ecclesijs vero, quæ pleno iure ad eos non pertinent institutio, & destitutio ad eos non expectat, sed Presbyteri ab illis præsentati, ab Episcopo sunt instituēdi, vt ei de plebis Curæ respondeant, ipsis verò Monachis pro rebus temporalibus, rationem competentem exhibeant, *cap. de Monachis, cap. in Lateranensi 31. de priuilegijs*, notat *Barbos. d. alleg. 72. nu. 188.* Itaque text. *in d. cap. visis*, in quo captum est in Monachorum Ecclesijs præsentationē, & institutionem ad eos pertinere, exponendus est, iuxta superiorem obseruationem de Ecclesijs, quæ pleno iure, quoad temporalia, & spiritualia Monachis subijciuntur, vt constat *ex eodem textu*, versic. *Vt cuius est possessio, eius fiat institutio cum similibus*, quæ verba planè obstendunt Ecclesias, de quibus ibi est sermo cū omni suo iure Monachis fuisse concessas; & ideò mirum non est, quòd præsentatio Presbyterorum, simul, & institutio eis competat Glosa, *Turrecremata, & Archidiaconus ibidem*; atverò text. noster loquitur de illis, qui nō pleno iure Monachis competunt, & hac de causa decernit, quod Capellani præsentatio eis tantum competit institutio vero ad Episcopum expectat; *Ita Innocent. in præsenti, n. 1. Panorm. 6. Hostiens. 1.*

4 Secundò, ex his infertur interpretatio, ad text. *in cap. sanè 6. 16. quæst. 2.* vbi nonnulli Monachi ius Episcopis competens auferre contendunt, statuit Vrbanus Secundus, ne in Parochialibus Ecclesijs, quas tenent, absque Episcoporū cōsilio Presbyteros collocent, sed Episcopi Parochiæ Curam, cum Abbatum consensu Sacerdoti committant, vt huiusmodi Sacerdotes, de populi Cura Episcopis rationem reddant Abbati verò, pro rebus temporalibus ad Monasteriū pertinentibus debitam subiectionē exhibeant, vt sic sua cuique iura seruētur, ex quo Vrbani Secundi, decreto planè colligitur in Parochialibus Ecclesijs Monachorum Presbyteros, per Episcopos instituendos esse, qui eis respondeant de Cura animarum: igitur minus rectè traditum est in specie, *d. cap. visis*, in Monachorum Ecclesijs præsentationē, & institutionem ad ipsos expectare. Sed respondendum est, huius tex. veram interpretationem deducendam esse, ex his quæ nuper tradidimus, ex quibus constat distinctionem adhibēdam esse inter Ecclesias, quæ pleno iure Monachis subijciuntur, in quibus præstandi, & instituendi Presbyteros Monachi potestatē habent, *cap. visis*, & inter eas Ecclesias, quæ non pleno iure Religiosis competunt, quarū tantum regimen, & ius præsentandi habent instituere, tamen nequeunt, nam ius hoc solis Episcopis reseruatum est, vt in tex. nostro, *cap. in Lateranensi, de Præb. cap. cum & plantare, §. In Ecclesijs, de priuileg.* text. Itaque intelligendus, *in d. cap. sanè*, dum decernit in Parochialibus Ecclesijs Monasterio subiectis Presbyteros instituendos esse per Episcopos, licèt eorum præsentatio tātum Monachis cōpetat; notat *Turrecr. & Archidiacon. ibidem*, alij etiam interpretes text. illum, accipiunt de Ecclesijs, quæ & si pleno iure ad Monasteriū pertineāt, tamen populus exemptus non erat; nam tunc ratione populi, cuius Curam Episcopus Sacerdoti committit, debet ipsum Sacerdotem examinare, instituere, & destituere poterit; notat *Hostiensis in præsenti, num. 1.*

5 Tertiò, aduersus id, quòd text. *in dict. capit. sanè 16. quæstione 2.* asserit; scilicet, Presbyteros à Monachis in eorum Ecclesijs præsentatos, tenere ipsis de rebus temporalibus rationem competentem exhibere, & Episcopo, à quo sunt instituti de plebis Cura responderi, quod etiam proditum est, *in capit. in Lateranensi, de Præbendis*. Obstabit textus *in capit. filijs 31. quæstione 7.* vbi cauetur patronis tantum competere solicitudinem, & Curam ne bona Ecclesiæ sui Patronatus dispentur, eoque nomine posse id denuntiare Episcopo, aut iudici, vt corrigat; nam administratio ipsorum bonorum ad Rectores Ecclesiarum, & ad Episcopum pertinet, *capit. præterea, de iure patronatus, capit. nouerint 10. quæst. 1.* vbi in Concilio Tolerano 4. *capit. 32.* traditur Patronos in rebus, quas Ecclesijs cōtulerunt nullam po-

potestatem habere, sed iuxta Canonum statuta, sicut Ecclesias; ita bona earum, ad ordinationem Episcopi pertinere; igitur Religiosi a Presbyteris, quos ad Parochiales Ecclesias eorum cœnobijs subiectas præsentarunt, de rebus temporalibus rationem exigere non poterunt, quam difficultatem, vt interpretes effugiant frequentius existimant, hac in re separandos esse patronos laicos, ab Ecclesiasticis; ita vt laici, non possint, de rebus temporalibus ratione exigere, sed id munus, ad Episcopos pertinere, *dict. capit. præterea, capit. nouit, de iure patronatus*; patronis verò Ecclesiasticis, id munus permittitur, de quibus accipiendus est, text. in *dict. capit. sanè 16. quæst. 2. capit. in Lateranensi 31. de præbendis, capit. cum & plantare, § in Ecclesijs, de priuilegijs, capit. litteris 7. de iure patronatus*, quam differentiam confirmant alia simili ratione, & differentia, nam custodia Ecclesiæ vacantis pertinet, ad patronos Ecclesiasticos, non verò ad laicos, quam differentiam vtraque in parte insinuare videtur, text. in *c. cũ vos 4. de officio ordinarij*, vbi in Ecclesijs vacantibus, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet, & ita quasi per contrarium significat in Ecclesijs, in quibus persona Ecclesiastica præsentationem habeat, ad eam pertinere custodiam, non verò ad Episcopũ, sed hæc differentia prorsus commentitia erit; siquidem verum est Patronos, etiam Ecclesiasticos quatenus tales nũquam de rebus temporalibus Ecclesiæ patronatæ rationes exigere posse à rectoribus nominatis, meritò rationis iuris patronatus, nihil aliud patronis sæcularibus, vel Ecclesiasticis à iure permittitur, quam solicitudo denuntiandi Episcopo, qui præuiderit corrigenda, *dict. capit. filijs, vel nepotibus 16. quæst. 7. capit. præterea, de iure patronatus, Trident. sess 25. de reformatione, capit. 19.* notat *Decius in dict. capit. cum & plantare, §. in Ecclesijs, numero 4.* nec in contrarium mouere debet, text. in *dict. capit. sanè 6. 16. quæst. 2.* quia loquitur de Ecclesijs, in quibus temporalia ad patronos Religiosos competebant, vt constat *ex eodem text. vers. Abbati verò*, pro rebus temporalibus, ad Monasterium pertinentibus debitam subiectionem exibeant, & sic sua cuique iura seruentur, quæ verba apertè demonstrant res temporales Ecclesiarum, quas Monachi tenebant, ad Monasterium pertinuisse; & ideo mirũ non est eos posse, de huiusmodi rebus competentem exigere rationem; notat *Rebuffus in tract. latu de congrua portione, numero 40.* qua interpretatione iure accipiendi, text. in *dict. cap. in Lateranensi, de præbendis, capit. cum, & plantare, §. in Ecclesijs, de priuilegijs*, quæ iura cum Religiosis facultatem concedunt exigendi competentem rationem, de rebus temporalibus à presbyteris, ab eis præsentatis procedunt, eo casu, quo temporalia bona Ecclesiarum, ad eos pertinebant; notat *Decius, in dict. §. in Ecclesijs, numero 21.* nec placet alia differẽtia circa custodiam Ecclesiæ vacanti; nam non satis iure probatur, cum in *dict. capit. cum vos 4. de officio ordinarij*, specialis casus proponatur, vt ibi obseruat *Glos. verb. Æquonomos.* Eodemque modo interpretandus est, text. in *capit. statuendum 7. 16. quæst. 2.* vbi statutum est, quod Ecclesiæ quorumcumque Monachorum in singulis Parochijs sitæ Episcoporum diuinitus, subdantur regimine, eique debita obsequia exibeant, quia text. ille intelligendus est de Ecclesijs, quæ non pleno iure, ad Monachos pertinent, in quibus presbyteros præsentandi, dumtaxat potestatem habent reseruato Episcopo iure institutionis, & destitutionis, vt obseruant *Turrecremata, & Archidiaconus ibidem.*

6 Quartò, aduersus ea, quæ text. noster refert; scilicèt in Ecclesijs Monachorum, quæ populum habent, si sibi subiectam curam, per Monachum exhiberi non posset, sed illis opportere præfici Clericum sæcularem, qui populum regat, & Sacramenta ministret circumeatque Parochiam. Obstabit dicere, quod Monachi ratione Curæ exercendæ possunt, de Monasterio, & Ecclesiæ sęculari Parochiali præfici habendo secum socium, sui ordinis, *capit. Monachi, capit. quod Dei timorem, de statu Monachorum, capit. in Parochia, cum alijs 16. quæst. 1. Thomas Sanchez, lib. 7. ad Decalogum, capit. 29. numer. 28.* Ergo fortiori ratione Monachus in proprio Monasterio poterit curã exercere, & munus illud subire, quia magis repugnat instituto regulari in priori casu, quam in posteriori, quippè in priori oportet ęgredi à Monasterio, & socium sui ordinis habere; in posteriori autem ęgressus à Monasterio ne

cef-

ceſſarius non eſt, & concurrit fauor animarum, & Monaſterij obligatio, ad proſpiciendum illi, & habent, non ſolum vnum ſocium, ſed vt plures, & maior indecentia videtur, vt Monachus eximatur a Monaſterio, & habitet inter ſæculares, quam exiſtens in Monaſterio exerceat curam; igitur magis idoneus cenſendus erit, ad iuram explendam imminentem proprio Monaſterio, quam Eccleſiæ foras ſitæ, & conſequenter videtur rationi diſonare, vt cum Monaſterium non habet populum poſsit Monachus eſſe Parochus, cum autem illum habet, nequeat cura per illum Regi, ſed debeat illi Capellanus ſæcularis præfici: ergo minus rectè deciſio noſtra decreuit, ad curam Monaſterio ſubiectam, nō Monachum, ſed Capellanum ſæcularem præficiendum eſſe, quam difficultatem tetigit, *Gloſ. in præſenti*, verbo *Monachorum*. Cuius ſoluendæ gratia duplicem tradit interpretationem. Primò aſſerit text. noſtrum eſſe intelligendum de Monacho Clauſtrali, qui non eſt à populo electus, ſiuè præſentatus, nec ab Epiſcopo inſtitutus, per quem populus regi nō poteſt; ſed Capellanus ibidem præficitur, qui inſtitutis ab Epiſcopo, de Monachorum conſilio Sacramenta miniſtrat, text. verò in *dict. capit. Monachi, capit. quod Dei timorem*, accipiendum eſſe, de Monachis, qui per Epiſcopum Parochialibus præficiuntur Eccleſijs, quod fieri poteſt, ex cauſa prædicationis, quod officium in hoc noſcitur priuilegiatum, vt Religioſus extrahatur, de Clauſtro ſuo, & animarum regimini præponatur, *dict. capit. quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum, Hoſtienſ. ibidem, numero* 10. & 11. qui plura officij prędicationis priuilegia refert; ſed hæc interpretatio apertè conuincitur, quia à mente, & verbis, text. nimis aliena eſt in quo, de Eccleſijs agitur quarum ſunt patroni Religioſi, in quibus præſentatio, ad Abbatem pertinet de conſenſu fratrum, niſi aliud conſuetudine, vel iure ſpeciali introductum ſit, *capit. ea noſcitur, de his quæ fiunt à Prælatis*, quod apertè colligitur, ex text. noſtro, verſ. *Ab Epiſcopo*, per conſilium Monachorum inſtituatur; igitur text. noſter, non poteſt intelligi, de Monacho à populo electo, ſeu præſentato, cum non ad populum; ſed ad Abbatem, cum conſenſu Monachorum expectet præſentatio; ſiquidem populus eligendi, vel præſentandi poteſtatē non habeat; niſi ratione iuris patronatus Eccleſiæ pertinentis ad ipſum, *capit. quærellam, capit. maſana, de electione, Panormitanus, in præſenti numero* 5. *quare* 2. *Gloſ in præſenti*, exiſtimauit text. noſtrū procedere, vbi eſt Monachorum Congregatio, quoniam licèt Monachus præficiposſit Curæ Eccleſiæ Parochialis ſæcularis extra Monaſterium, vt in dictis iuribus ſecundum eorum mentem conſtat, non tamen poteſt Parochus ordinari in proprio Monaſterio diſtinctam Parochiam habente, cuius diuerſitatis rationem non exprimit, *Gloſ.* Sed eam expreſsit *Antonius de Butrio in præſenti*; ſcilicèt, ne inter Monachos in vna Congregatione viuentis diuerſitas notetur, & ne Monachus cauſam vagandi, per Parochiam habeat, ſed hæc ratio ſufficiēs non eſt, ad impediendum priuilegium Curæ animarum tributum; nam magis in decorum eſt, vt Monachus à Monaſterio eripiatur, vt ad regimen animarum promoueatur, quam quod in proprio Monaſterio, cum alijs Monachis vitam regularem ducens curam nomine Monaſterij exerceat; & tamen Monachus Eccleſiæ Parochiali præficitur: ergo à fortiori ratione, ad curam Monaſterio ſubiectam aſſummi poterit, nec per hoc notatur diuerſitas; quia non Monachus, ſed Monaſterium eius nomine cura exercetur, Parochi munus ſubire videtur, *capit. cum veniſſent, de inſtitutionibus, capit. cum quis, de ſententia excommunicationis, lib. 6.* quibus rationibus ductus, *Panormitanus in præſenti numero* 5. interpretationem hanc ſibi non placuiſſe teſtatur; & ita concludit text. noſtrum, loqui ſecundum iura antiqua, & conſiderato, mero ſtatus Religioſorum, nam regulariter non debent præfici Curiæ Eccleſiæ ſæculari; ſed ratione neceſsitatis inſtitutum fuit, vt ille præfici valeant; ſcilicèt quando ſæculares Clerici non reperiebantur, *capit. priſcis* 55. *diſtinct.* & ſic, text. noſter intelligitur, quando ea neceſsitas non exiſtit, quo caſu ſæcularis Clericus præficiendus eſt, cui de redditibus Monaſterij congrua portio aſsignari debet, *capit. Monachis, de præbendis, capit.* 1. *eodem tit. lib. 6.* nulla præſcriptione conſuetudine ve obſtante, argumento text. in *cap. auaritiæ, capit. extirpandæ, §. Quia vero, capit. in Lateranenſi, de præbendis, Rebuffus, in tract. congruæ portio-*

nō-

tionis, numero 1. quam Abbatis interpretationem sequitur *Thomas Sanchez, lib. 7. ad Decalogum, cap. 29. num. 43.*

7 Quinto, contra eandem nostri text. decisionem, quatenus probat Capellanum ministerium Parochialis Ecclesiæ subiectæ præfectum, ab Episcopo Diœcesano, per consilium Monachorū instituendum esse; obstabit sequens cōsideratio; scilicèt, quòd in Ecclesijs, quæ ad Monasteria pertinent Monachi, dum taxat præsentare possunt Capellanum presbyterum Episcopum instituendum, qui solus Episcopus irrequisito Monachorum consensu institutionem facere poterit, *capit. de Monachis 12. de præbendis, capit. cum, & plantare, §. In Ecclesijs, de priuilegijs*, quæ iura manifestè probant Religiosis in Ecclesijs, ad eos pertinentibus, dumtaxat præsentandi Capellanum potestatem competere, non tamen instituendi, notat *Lambertinus de iure patronatus lib. 2. part. 3. quæst. 10. principali, Tamburinus 3. tom. de iure Abbatum disputat. 9. quæst. 22.* Igitur minus rectè Vrbanus III. in præsenti constituit presbyterum, per consensum Monachorum, ab Episcopi loci instituendum esse; augetur difficultas ex text. nostro, in vers. Ex solius Episcopi arbitrio; tàm ordinario eius, quam dispositio, & totius vitæ conuersatio pendeat. Ex quibus colligitur institutionem huius Capellani; ita Episcopo reseruari, vt ex solius arbitrio pendeat; igitur solus ipse institutionem; hanc facere potest irrequisito Monachorum assensu, seu consilio; & per consequens nostri text. decisio inter se, non satis conuenit. Cui difficulti respondit, *Panormitan. in præsenti numero 6.* distinctionem constituens inter eum casum, quo cura pertinet, ad Ecclesiam, quæ ratione iuris patronatus Monachis competit, & inter eum casum, quo cura competit Ecclesiæ eorum, qui à Monasterium habet Parochiam distinctam priori, enim casu asserit Panormitanus, quod Monachi Capellanum præsentant Episcopo instituendum, qui solus institutionem facere debet, non expectato Monachorum consilio, iuxta text. in *dict. capit. de Monachis, capit. in Lateranensi, de præbendis, dict. capit. cum, & plantare, §. in Ecclesijs*, quæ iura solis Episcopis, hanc institutionem Capellani à Religiosis præsentati tribuunt in secundo verò casu Episcopus, non aliter Capellanum instituere potest, quam si Monachorum requirat consilium, iuxta nostri text. sententiam, quem sic interpretatur Panormitanus, licet illud sequi non teneatur, ex regula text. in *cap. cum olim, de arbitrijs, capit. licèt de regularibus, capit. cum in veteri, de electione, l. quidam decedens, §. Papinianus, ff. de administratione tutorum, l. cum pater, §. Mando, ff. de legatis 2.* Ex quibus deducitur, quod cum quis aliquid, cum consilio alicuius facere tenetur, petere quidem consilium debet, non verò sequi, de qua regula videndi sunt, *Gonçalez, ad regulam 8. Chancellariæ, glos. 46. num. 23. Couarruuias in capit. quamuis pactum, 2. part. capit. 3. §. 8. numero 3. Thomas Sanchez, lib. 1. de matrimonio, disputat. 34. numero 24.* sed hæc interpretatio non congrui textui nostro, in vers. Ita vt, ex solius Episcopi arbitrio, tā ordinatio eius, &c. Quæ verba plane obstendunt institutionem huius Capellani, ad solum Episcopum pertinere, ex eiusque pendere arbitrio, nullo Monachorum expectato consilio, quare reiecta, hac interpretatione verè respondendum est nostri text. sententiam procedere in Ecclesijs, quæ ratione iuris patronatus, ad Monasteria pertinent, in quibus Abbas, de cōsilio Monachorum debet Episcopo instituendum Capellanum repræsentare; quod probant verba illa, per consilium Monachorum instituatur, quæ sic accipi debent, vt significentium repræsentā tionem Capellani, ab Abbate facienda requirendum esse Monachorum consilium, sed Episcopus institutionem facere irrequisito Monachorum consilio, vt colligitur, ex *dict. capit. de Monachis*, & ex alijs iuribus suprà adductis, & ex text nostro in vltimis verbis, quæ verba ex solius Episcopi arbitrio huius Capellani institutionem pēdere demonstrat; ita *Abbas in præsenti num. 1.*

8 Sexto, aduersus text. nostrum, in finalibus verbis, dum docet depositionem huius Capellani, ex solius Episcopi arbitrio pendere, & ei soli reseruatam esse, quemadmodum, & solus ipse, ipsum habet, ad ordines promouere: difficilis redditur ex sequenti consideratione; scilicet; nam licet solus Episcopus Sacerdotibus, ac Ministris honorem dare possit, tamen solus auferre non potest, *capit. Episcopus 7. 15. quæst. 7. capit. inter corporalia, de translatione Episcopi*; nam

nam ad depositionem Sacerdotis solius Episcopi non sufficit authoritas, sed certus Episcoporum numerus adhiberi debet, *capit. si quis timidus 3. 4. & 5. 15. quæst. 7. Menochius de arbitrar. casu 415. Barbosa, de potestate Episcopi, allegatione 110.* Igitur cum solus Episcopus Sacerdotem deponere non possit, sed ex Episcoporum numerus, ad ipsum deponendum requiratur minus rectè Vrbanus III. in præsenti constituit presbyteri depositionem, ex solius Episcopi arbitrio pẽdere difficultatem tetigit, glossa *in præsenti*, verbo *Solius*; quam vt soluat existimauit discrimen esse constituendum inter destitutionem, siuè remotionem Sacerdotis, & depositionem ab ordine, nam destruere Capellanum, siuè ab Ecclesia remouere, solus Episcopus potest, quia qui instituere presbyterum potest destituendi, etiam ipsum potestatem habet, *Flamminius, de resignatione beneficiorum. lib. 7. quæstion. 10. numero 11. & quæst. 14. numero 5. Barbos. in Collectaneis, ad nostrum text. numero 6.* vnde quẽadmodum soli Episcopo instituendi Capellanum potestas est ex text. nostro in fine, *capit. conquerenti, de officio ordinarij, capit. ex iniuncto in fine, de hæreticis*; & ita solus ipse poterit destituere, *dict. capit. conquærente*, vers. *Et destitutionem, & in text. nostro*, vers. *Depositio*; at verò, ab ordine presbyterorum deponere solus Episcopus non potest, nisi adiuncto legitimo numero, *dict. capit. si quis, dict. cap. fœlix*, cum suprà in argumẽto adductis; itaque ex sententia glossæ text. noster, dum docet depositionem Capellani, ex solius Episcopi arbitrio pendere exponendus est, de destitutione, vel remotione ab Ecclesia, quam solus Episcopus faciendi ius habet; non verò de depositione ab ordine, quæ ex solius Episcopi non pendet arbitrio, sed aliorum, etiam Episcoporum præsentiam, & interscientiam requirit, secundum Canonicas traditiones, ex *dict. capit. si quis, capit. fœlix*, cum suprà adductis, quæ glossæ interpretatio confirmari potest, ex text. *in capit. in Lateranensi 31. de præbendis, capit. cum & plantare, §. In Ecclesijs, de priuilegijs*; in quibus traditur, non posse Monachos presbyteros in eorum Ecclesijs authoritate Episcopi institutos in consulto, ipso remouere pẽnes, quem solum ius, hoc remouendi Capellanum institutum residet; probatur etiam ex textu, in *capit. vnico, hoc titulo, lib. 6.* vbi presbyteri, qui ad Curam populi per Monachos in eorum Ecclesijs Episcopis præsentantur, & instituũtur ab ipsis, non possint a Monachis reuocari, nisi per Episcopos, ex causa rationabili; poterit etiam responderi nostrum text. loqui, de depositione Sacerdotis ab ordine, seu degradatione, sed non asserere solum Episcopum eam facere posse, quoniam verba illa; ita vt ex solius Episcopi arbitrio, tàm ordinatio eius, quam degradatio, & Vrbanus III. adiecit tantum ad Monachos excludendos, non Episcopos, qui interesse debẽt degradationi presbyteri, *dict. cap. fœlix 5. quæst. 7.* cum suprà traditis; ita vt decisionis nostræ genuinus sensus sit, quod sicut Episcopus in Ecclesijs Monachorum, ad Curam populi, per Religiosos præsentatum instituere potest irrequisito Religiosorum consilio; itaque ipse solus poterit, ab ordinibus presbyterum, ex causa rationabili deponere, vel degradare, non expectato Religiosorum consilio, adiuncto tamen legitimo priscis Ecclesiæ Episcoporum, qui degradationi necessario debebant interesse, *Hostiensis in præsenti, num. 1. in fine*, hodie verò ex defectu Episcoporũ in degradatione illa obseruatur solemniter requisita, *in Concilio Trident. sess. 13. de reformat. cap. 4. Suarez de censuris, disput. 30. sect. 1. numer. 19. Sayrius, lib. 5. de censuris, cap. 20. numero 8. Barbos.* plurens referens, *de potestate Episcopi, allegat. 110. num. 23.*

9 Septimò, ex his expendo, text. in *cap. sicut nobis, de supplenda negligẽtia Prælatorum*; vbi cum quidam Monachi Ecclesias, ad eorum præsentationem pertinentes proprijs vsibus deputari niterentur, nec velent ad eas, cum vacauerint personas præsentare, quim potiùs occasione concessionis, quorundam Episcoporum Vicarios in eis, pro sua institutione voluntate admissis; ita pensionibus onerantes, quod nec Ecclesijs, competenter possint, nisi nimia pauertate deseruire, nec Episcopo in Episcopalibus respondere, nec hospitalitatem, vt conuenit transeuntibus impertiri: Mandat Clemens III. Diœcesano Episcopo, quatenus prædictos excessus rationabiliter emendet, & nisi Monachi intra tẽpus, in Lateranensi Cõcilio constitutũ, ad vacãtes Ecclesias

pos-

perſonas idoneas non præſentauerit, ex tunc poſsit ipſe in eiſdem Eccleſijs ordinare Rectores, qui eis præeſſent, & prodeſſe nouerint; ex quo decreto aperte deprehenditur Monachis in Capellis Monaſterio ſubiectos inſtituere, & deſtituere presbyteros non poſſe, ſed dumtaxat præſentandi eos Epiſcopo inſtituēdos poteſtatem habere, contra ea, quæ diximus pro ſolutione, *in dict. capit. viſis:* mouet difficultatem *Panormitanus, in dict. cap ſicut, num* 3. verſ. *Videtur.* Prima, cuius veram ſolutionem petendam eſſe exiſtimat, ex diſtinct. ſuprà tradita; ſcilicèt inter Eccleſias pleno iure Monaſterio ſubiectas, & inter eas, quæ non pleno iure Monaſteriorum ſunt, quia in illis (vt prædiximus) inſtitutio, & deſtitutio Religioſis competit, *dict. capit. viſis* 16. *quæſt.* 2. in his verò ſola præſentandi facultas eis permittitur reſeruato Epiſcopo loci iure inſtitutionis, de quibus intelligenda eſt deciſsio text. in *dict. capit. ſicut* 2. *de ſupplenda negligentia Prælatorum,* quæ ſolutio deducitur, *ex eodem text.* verſ. *Quoad præſentationem eorum pertinent.* Quæ verba inſinuant, ad Monachos tātum præſentationem expectare, & ad Diœceſanum inſtitutionem, *Panormitanus ibidem numer.* 3. *Hoſtienſis* 1.

10 Octauo, ſolutioni traditæ, ad text. *in dict. cap. ſicut* 2. *de ſupplenda negligentia Prælatorum,* obſtabunt verba, *eiuſdem text.* verſ. *Quim potiùs occaſione conceſsionis quorundam Epiſcoporum Vicarios in eis pro ſua inſtituunt, & deſtituunt voluntate.* Quæ verba denotant ibidem Eccleſias, ad Monachos, ex donatione Epiſcoporum pertinuiſſe, quæ donatio plenum Eccleſiarum ius in eos tranſtuliſſe videtur, *dict. cap. viſis* 16. *quæſt.* 2. quam difficultatem, vt diſſoluant obſeruandum cenſeo Monachos adquirere Capellas poſſe, vel ex fundatione quoniam ipſas in proprio ſolo, & proprijs expenſis conſtruxerunt, & tunc ius præſentandi Capellanum Epiſcopo habēt, *dict. cap. ſicut* 2. *cap. decernimus* 16. *quæſt.* 7. & tunc Epiſcopus nullum inſtituere in eiſdem Capellis poteſt, niſi prius præſentetur à Monachis patronis, *cap. quod autem, cap. illud, de iure patronatus, vel ex donatione Epiſcopi,* quo caſu illud ius Religioſi habebunt, quod eſt expreſſum, ſi certo modo collatio facta fuit, *cap. conſtitutis, de Religioſis domibus;* argumento *text. in l. in traditionibus, C. de pactis;* nā ſi pleno iure Epiſcopus dedit quoad tē poralia, & ſpiritualia Eccleſias donare videtur, *cap. quoniam, de priuilegijs;* ſed ſi ſimpliciter dedit nullo pacto adiecto, ſi aliquam partem, ibi Epiſcopus percipiebat illam, etiam dediſſe videtur, ſi nullā tunc videtur dediſſe omnia temporalia; ſed presbyteri, ab eis præſentati Epiſcopo de populi cura rationē reddent, Abbati verò, pro rebus temporalibus, ad miniſterium pertinentibus rationē exhibebunt, & ſic iura cuique iura obſeruabuntur, *cap. olim, de Capellis Monachorum, dict. cap. in Lateranenſi, de præbendis;* in quibus caſibus rata erit, ab Epiſcopo facta donatio, ſi iuſta cauſa ſubnitatur, & capituli interueniat conſenſus, *capit. tua, cap. Paſtoralis de his quæ fiunt à Prælatis, cap. Paſtoralis, de donationibus;* ſint autem ex donatione Epiſcopi, de conſenſu patroni Religioſi Eccleſias percipiant. Tùm videtur Epiſcopum dediſſe, quod ibi habet, & patronum ius patronatus, *dict. cap Paſtoralis. de donationibus.* Itaque ex donatione Epiſcopi Monachi Eccleſias adquirunt, vel pleno, vel non pleno iure, cùm iuſta adeſt donandi cauſa, & capitulo interueniat conſenſus, *dicto capit. viſis,* alias nihil prodeſt Epiſcopi conceſsio, *dict. cap ſicut, de ſupplenda negligentia Prælatorum;* in quo decernitur Epiſcoporum conceſsionem non tenuiſſe, quia nulla iuſta cauſa ſubnixa fuit nec capituli interuenit conſenſus; & ita ex ea donatione, non potuerunt Eccleſiæ, ad Monachos pertinere; notant *poſt gloſ. ibid. Hoſtienſis, numer.* 1. *Panormitanus* 3. *ibid. Hoſtienſis, in ſumma huius tit. §. Quod iuris, numer.* 3. Vnde in eis ius patronatus tantum habuerūt, cuius virtute poterant præſentare Epiſcopo inſtituendo; *vt in eodem capit. expreſſum eſt.*

11 Ex dictis infertur interpretatio ad textum, *in cap. de Monachis* 12. *de præbendis;* vbi Alexander III. Vigorenſi Epiſcopo mandat, quatenus Monachis, qui Parochialium Eccleſiarū Vicarios, adeò ita grauant, vt hoſpitalitatem tenere non poſsint iterum deinceps, ad præſentationem Monachorum nullum recipiat, niſi coram eo, de prouentibus Eccleſiæ fuerit aſsignatum patrimoniū, vt iura Epiſcopalia poſsit perſoluere, & congruam ſuſtentationem habere; ex quo decreto planè colligitur in Eccleſijs

ſijs Monaſterio Religioſos, ſolam præſentationem habere Epiſcopum verò loci inſtitutionem. Qui text. eſt intelligendus, de Eccleſijs, quæ non pleno iure competunt Religioſis, in quibus (vt ſuprà diximus) ſolum ius illud illis à iure conceditur.

12 Decimò, ex eodem Filo infero interpretationem ad text. in *capit. vnico, de Capellis Monachorum, lib. 6.* Vbi Bonifacius affirmat; quod presbyteri, qui ad Curam populi, per Monachos in eorum Eccleſijs præſentantur Epiſcopis, ab ipſis etiam Epiſcopis inſtituantur, cum debeant eſſe perpetui conſuetudini, vel ſtatuto quovis contrario nõ obſtante, ab eiſdem nequeant Eccleſijs, niſi per Epiſcopos, & ex cauſa rationabili a moueri, quæ deciſsio planè probat Monachis in Eccleſijs eorum inſtitutionem, ad eos non expectare, ſed presbyteros ab illis præſentatos ab Epiſcopo eſſe inſtituendos, & ſi rationabilis cauſa fuerit remouendos; & meritò, quia huiuſmodi Eccleſiæ eis non pleno iure ſubijciebantur, in quibus præſentare tantum poſſunt, non autem inſtituere, *dict. capit. in Lateranenſi, de præbendis, dict. capit 3. § in Eccleſijs, de priuilegijs, Barboſ. vbi ſuprà, numero 188.* Nec prædictis obſtat text. *in Clementina 1. verſ. Quidam præterea*; iuncto verſ. *Quidam etiam, de exceſsibus Prælatorum*, vbi inſtitutio, & deſtitutio presbyteri Monachis in Eccleſijs eorum competit, quia ex ſuperiore animaduerſione exponendus eſt, quippè ſermonem inſtituit de Eccleſijs, quæ pleno iure Monaſterio ſubijciuntur, in quibus inſtitutio, & deſtitutio, pro eorum voluntate competit; notat *Rochus de iure patronatus*, verbo *Competens, quæſt. vltim. Barboſ. vbi ſuprà*, vide etiam text. *in cap. dilecta, de maioritate, & obedientia*, & quæ ſuprà retuli, *in capit. quod Dei timorem 5. de ſtatu Monachorum, & in tit. de inſtitutio-nibus.*

DE

DE IVRE PATRONATVS.

TITVLVS XXXVIII.

Ad textum in cap. Perlatum 1. cap. quicumque 2. cap. quoniam 3. cap. quærimoniam 9. hoc tit. de iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, si propter discordiam patronorum caret administratore cessatur in Ecclesia à diuinis tolluntur reliquiæ, & Hostiæ clauduntur; si aliter sine scandalo Ecclesiæ prouidere non potest.*

2 *Cap. 1. de iure patronatus verus intellectus proponitur.*

Ecclesia est indiuisibilis, quæ cum sit Sponsa Dei alium, quam Sacerdotem sponsum habere non potest.

3 *Discordiæ frequenter excõmunione, & societate excitantur.*

Moderator, & arbiter vnusquisq; rei suæ est.

Communio alia est voluntaria, alia vero necessaria.

4 *Patronatus ius, & si non sit spirituale, est tamen spiritualibus annexum.*

Laici principio nascentis Ecclesiæ plerumque admittebantur, ad ius eligendi.

Patronatus ius, quare laicis in Ecclesijs permissum est.

Patronatus ius est inhæredes transmissibile.

5 *Patronatus ius est quædam seruitus personalis.*

Patronatus ius est honorificum oneroſum, & vtile.

Patronatus ius libertorum est indiuiduum.

6 *Clementina plures, vers. Vt facilius, de iure patronatus.*

Patronatus ius non in capita, sed in styrpes, ad hæredes transit.

Patronatus ius, quoad eius commodum diuisibile est.

7 *Negotium quoties duobus insolidum committitur quilibet exequi poterit.*

Subcedens in alterius ius eodem iure, quo ille vtitur vti debet.

8 *Cap. 1. de iure patronatus in vltima eius parte.*

9 *Cap. considerandum 6. quæst. 7.*

1 CONCLVSIO. Si propter discordiam patronorum Ecclesia caret administratore, cessatur in Ecclesia à diuinis, tollũtur reliquiæ, & Hostię clauduntur; si aliter sine scandalo Ecclesiæ prouideri non potest; consonat text. in *cap. quicumque 2 cap. quoniam 3. cap. quærimoniã 9. cap. cum seculum, de iur. patron. cap. cõsiderandum, cap. si plures, cap. filijs, vel nepotibus 16. quæstion. 7. capit. lege 10. dist. capit. hoc quippe 3. quæstion. 6. capit. cum teneamur, de præbend. capit. cum ex iniuncto de nou. op. nunciat Clementin. plures hoc tit.* exornant *Couar. lib. 2. variar. capit 18 num. 5. & lib. 3. cap. 19. numer. 5. Roch. de Curte, de iur. patron* verb. *Et dotauit, q. 12 num. 22. Gonçalez, ad regul. 8. Cancellariæ glos. 45. numero 6. Viuian. de iur. patronat. 1. part. lib. 4. capit 1. num. 29. & part. 2. lib. 7. capit. 9. Lambertin. de iure patronat. 2. quæstion. principali, lib. 1. part. 2. artic 29. & lib. 2. part. 2. quæst. 1. art. 31. Tiraquellus de iure patronat. quæst. 36. numero 3. Maranta in repet. legis is quæst. 18. numer. 33. ff. de adquir. hæredit. Cardinal. in Clementin. plures, hoc tit. quæst. 6. Azeuedus; in l. 9. numero 3. tit. 6. lib. 1. Recopil. Peregrinus, consilio 34. num. 2. volumin. 1. Menoch. cons. 516. num. 16. Didac. Perez, vers. Munere, in l. 1. tit 6. lib. 1. Ordin. Spino in speculo testam gl. 5. 4. num. 61. cum traditis à Barbos. in Collectan. ad nostrum text. numero 4.*

2 Ratio noſtri text. pendet ex eius verò intellectu; vndè nonnulli exiſtimant text. noſtrum eſſe intelligendum, de hæredibus vnius patroni, qui in tribus Eccleſijs coniunctis ius patronatus habebat, quod hæredes inter ſe diuidere deſiderabant; ita vt vnus in vna, aliuſque in alia, demùm in alteram ius patronatus tertius haberet; quam diuiſionem text. noſter prohibitam eſſe aſſerit; ita *Abbas in præſenti num. 6.* Alij autem aſſerunt in præſenti hæredes patroni voluiſſe Eccleſiæ redditus, ideſt poſſeſsiones diuidere, quod etiam prohibitum fuit, *in cap. nouerint 10. quæſt. 1. cap. piæ mentis 16. quæſt. 7.* Alij verò exiſtimarunt textum noſtrum eſſe intelligendum, de hæredibus volentibus ipſum ius patronatus diuidere, & hanc expoſitionem cõmunem eſſe aſſerit, *Beroius in præſenti numero 7.* Verùm, & ſi pluribus explicatio, hæc plauſibilis ſit; tamen nõ erit ei, qui noſtri textus integram legerit; ex qua cõſtat hæredes, ex vna Eccleſia, & Altare tres voluiſſe conſtituere partes, & tres Sacerdotes; hoc quidem prohibitũ eſt, propter indiuiduitatem Eccleſiæ, vel Altaris; & meritò, quia cum ius patronatus, ad hæredes pertineat, non tanquam ad hæredes; ita vt proportione hæreditaria ſuccedant in illis rebus, quæ diuiſionem accipiunt, & quæ inter hæredes diuidi poſſunt, ſed tantum ius patronatus hæredibus competit, quia hæredes ſunt, in quo iure non conſideratur portio hæreditaria, ſed inſolidum vnicuique competit: cuius diuiſionis meminit, *Paul. Caſtrenſ. in l. ſi patroni in princip. ff. ad Senat. Conſult. Trebel.* Meritò: ergo propter prohibitam diuiſionem Altaris, & Eccleſiæ, *cap. 1. & per tot. vt Eccleſiaſtic. benefic.* (vbi latè ſcripſi) compelli debuerunt, ad conſentiendum in vnum Sacerdotẽ, ſicut fuerat patronus, in cuius locum hæredes illi ſucceſſerunt; ita vt illis, licet plures ſint, vna vero vox, & vna cunctorum præſentatio erit; quæ decidendi ratio non ineleganter confirmari poteſt, ex eo quòd Eccleſia ſicut tunica Domini inconſutilis non fuit diuiſa, *Matth. cap. 27.* ita Eccleſia diuidi nequaquam debet, *cap. 1. vt Eccleſiaſtic. benefic. cap. maioribus, de præbend.* nam cũ ſit ſponſa Chriſti alium ſponſum præter ſuum Sacerdotem habere non poteſt, atque ita vni cum tantum rectorem, *cap. ſicut vna 21. quæſt. 2. cap. cum non ignores, de præbend.* quod quidem originẽ ſumpſit ex text. *in cap. 1. de cenſib.* vbi ita Capitulario Caroli Magni, *lib. 1. c. 90.* conſtitutum eſt, vt Manſus, aut fundus integer, id eſt indiuiſus Eccleſiæ tradatur, in qua ſanctione Carolum Magnum reſpexiſſe credo, ad antiquis imũ abuſum reiectum in Canone 26. Synodi Mediolanenſis, ſub eodem Carolo celebrato, anno Chriſti 780. ex quo text. noſter deſumptus fuit: meritò ne igitur ſectionem, ſeu diuiſionem reſpectu templi, in Synodo Mediolanenſi prohibitam, hæredes patroni viam fraudibus quærẽtes in Manſo tractarẽt iuſta de cauſa, vt omnem Imperator moueret lapidem adiecit in Capitulis Cariolonenſis Concilij prohibitionem illam, vt ſic quemadmodum Eccleſia ibidem diuidi non permittebatur; ita etiam neque Manſus diuideretur, qui eſt de Eccleſia, & eiuſdem ſubſtentatione tributus, ſed integer cum Eccleſia conſeruaretur.

3 Primò, aduerſus text. noſtrum obſtare videtur ſequens conſideratio; ſcilicèt, quòd cum Synodus in præſenti intendat occurrere ſimultatibus, & diſcordijs, atque Eccleſiæ bono prouidere, videtur nõ eſſe medium legitimum ab eo ſumptum, cũ illud proponat, præcipiatque id, ex quo maximè ſolent ſimultates, & diſcordiæ excitari, hac rerum inducì obliuio, & deſpectus, quippè prohibet Eccleſiarum inter hæredes patroni diuiſionẽ; conſequenterque iubet, vt in cõmunione, hac veluti in ſocietate Eccleſiam indiuiſam habeant; at excõmunione, & ſocietate præcipuè excitãtur diſcordiæ, & contentiones, *l. cum pater 77. §. Dulciſſimis. ff. de leg. 2. l. in re cõmuni, ff. de ſeruit. Vrbanor. Ariſt. lib. 2. Politic. c. 4. & 5. Valer. Maxim. lib. 7. c. 6.* nec minus cauſatur cõmunione earundem rerum neglectus; nam quod multorũ cõmune eſt in eo minor adhibetur diligentia, quàm in propriis, *idẽ Ariſt. d. lib. 2. c. 3. Theodoſ. Imperat. in l. in principio, C. quãdo, & quib. 4. p.* ob quas rationes æquiſſimè iure ciuili conſtitutum eſt, vt nullus in communione manere, vel ad eam venire compellatur, *l. ſi nõ ſortẽ 26. §. Si centum 4. ff. de cond. indeb.* Augeturq; hæc dubitandi ratio ex eo, quòd vnuſquiſq; in re ſua eſt moderatur, & arbiter, *l. in re mãdata 21. C. mandati*: ergo, cũ patronus conſtruat, fundet, vel dotet Eccleſiam, ex re propria, *cap. piæ mentis, cap. decernimus*

mus 16.quæst.1. dicēdum videbatur, nō esse ei denegandam facultatem quasi in re propria legem imponere: sed huic dubio respondendum est, quod quamvis ex communione soleant discordiæ excitari; tamen cum in præsenti duplex periculum imminere t, vnum communionis patronorum, aliud communionis Clericorum, cum inter plures Sacerdotes Ecclesia diuideretur; merito cū grauius sit periculum, quod ex multiplicatione Sacerdotem imminet, quàm ex communione patronorum poterat oriri; meritò potiùs illi quam huic succurrendum est, quia patronorum discordiæ extra Ecclesiā, licèt de iure Ecclesiæ futuræ erant; Sacerdotum verò intra Ecclesiam circa quam ipsa ministeria Altaris exerceri poterant; atque ideò potius obviam itum est, huic malo prohibita omnino diuisione Ecclesiæ inter plures hæredes vnius patroni, ne exinde inter plures Sacerdotes Ecclesia diuideretur; nec etiam mouet, quod ex communione patronorum sequantur inter eos discordiæ, & rerum Ecclesiarum contemptus, quia cum posterius illud malū multiplicatis Sacerdotibus vitari nō posset, nisi seruata inter patronos communione maiori malo consulte in text. occurrsum est, argum. text. in *cap.1.2.& 13. de appellation. cap. non solum 7. 22.quæst.4.* Cæterùm, si magis ex re Ecclesiæ diuisionis conseruatio resultat, Episcopus ad quem spectat vnire, & diuidere Ecclesias, *cap. sicut vnire, de excessibus Prælat.* poterit diuisionem illā confirmare, *cap. considerandum 16.quæst.7.* & tunc nō habebit vnusquisque hæredum iuris patronatus partem, sed integrum, & separatū in Altari, sibi assignato: nec vrget pars altera dubitandi rationis, qua contēdebatur neminem, ad communionem venire compelli, vt in ea permaneat; quia respondendum est communionem aliā esse voluntariam, aliam verò necessariam, *l. cum duobus 52. §. Idem Papin. ff. pro socio, l. verum 63. §. Si hæredem, ff eodem, Cuiatius lib.10. obseruat. cap.25* voluntaria est illa, ad quam communi cōsensu socij veniunt, *l. si non sortem 26. §. Titio centum, de cond. indeb.* necessaria verò, quæ etiam incidens, ab interpretibus appellatur est illa, in qua incidunt, quos non voluntas, sed fortuna iungit, & ad hanc compellūtur venire, qui vult esse hæres, vel qui rem in communi legatam vel donatam agnoscit, vel accipit, *l.31. ff. pro socio*; & de huius generis est communio, de qua in text. nostro agitur, atque ideo non mirum, quod etiā patroni nolentes, ad eam compellātur, quoties desiderant, vti iure, quod defunctus habuit; nec similiter obstat vltima dubitandi ratio supra adducta desumpta, ex *dict. l. in re mandata, C. mādati*; quia respondendum est verissimū esse posse, quemlibet in re sua legem dicere, quam voluerit, sed tamen non poterit facere. quod in dispositione sua, leges locū non habeāt; *l. nemo potest. ff. de legat. 2. Gutier. latè in repetitione ad eundē text.* quod magis in patronatibus admittendum est, cū sit contra iuris regulas admitti; ita vt præter præsentationem onera, & alimēta; cetera tamen, quæ ad Ecclesiam pertinent, illis interdicta sunt, *cap. piæ mentis, cap. voluit, cap. quicumque, cap. decernimus cum alijs 16.quæst.7.* ideòque patronus poterit, tamquam iure propria, quos voluerit patronos vocare, & successores constituere, non tamen, contra formam à iure præscriptam, Ecclesiam diuidere; & si præsentatione abutatur, ipsa priuabitur, *c. quia Clerici 6. hoc tit.*

4 Secundo, impugnatur decisio nostri text. ex eo, quia frustrà videtur prohiberi inter hæredes Ecclesiarum diuisionē; siquidem nūquam casus dari poterit, in quo Ecclesia ad ipsos hæredes pertineat; nam cum ius patronatus, & si spirituale nō sit, est tamen spiritualibus annexum, *cap. quanto 3. de iudicijs, c. quia Clerici, c. de iure patron.* & spiritualia hæreditario iure non deferuntur, *c apostolica 7.8.quæst.1.* ergo cum nunquam iuris patronatus, ad hęredes peruenire posset frustra in præsenti decisum est, vt inter hæredes non diuidatur; nec satisfacies dicendo text. nostrū, loqui de his, qui non tantū sunt hæredes, sed de his, qui hæredes simul, & filij sunt, ad quos ius patronatus deuenire solet, *c. filijs, vel nepotibus 16.q.7.* siquidem spiritualia iura non minus hæreditario, quam iure sanguinis transmitti prohibentur, *cap. 1. vbi latè scripsi, de præbend. & dign. c. ad decorē, de institut.* quare veriùs respōdendū est, quod licet in principio nascentis Ecclesię, plerū q; laici admitterentur, ad ius eligendi, *cap. Adrianus*, cum alijs *63. dist.* tamen posteà id illis prohibitum est factis in capacibus electionis, *capit. Sacrosancta 51. capit. Masana 56.* cum alijs,

de electione. Deinde vt invitarentur, ad fauendum Ecclesijs fundando, dotando, vel construendo eas, sic etiam, ad redimenda peccata fuit illis ex gratia Pontificis communicatum ius patronatus, *dict. capit. piæ mentis, cum sequentibus* 16. *quæst.* 7. & in hæredes transmissibile, vt supra diximus; ex qua Ecclesiæ gratia factum est, vt in eo admittatur successio, & translatio iuxta formam à lege Pontificia assignatam; vnde cum hoc ius sit in hæredes transmissibile, non frustrà in text. nostro dubitatum est, an permittenda sit diuisio, ab ipsis hæredibus facienda; merito sancitum est, non esse permittendam, quia id esset contra formam concessionis, vt ex supra traditis constat: nec obstat text. in *dict. capit.* 1 *de præbendis, cum similibus*, quia iura illa sunt accipienda, de beneficijs Ecclesiasticis, quæ nec iure sanguinis, nec hæreditario deferri possunt, *capit. Episcopo. capit. Apostolica, cum alijs* 8. *quæst.* 1. *capit. ad extirpandas, de filijs presbyter. capit. consuluit, hoc tit. Tridentin. sess.* 25. *capit.* 7.

5 Tertiò, his omnibus obstabit dicere, quòd ius patronatus est quædam seruitus personalis, *c. significauit* 4. vers. *Liberam*, iuxta *eius glos. de testibus, dicto cap. piæ mentis*; diciturque simili vsufructui; nam sicut vsusfructus à re personæ debetur, *l.* 1. *iuncta eius glos. ff. de seruitut. glos. in princip. instit. eodem*; ita etiam ius patronatus debetur à re, id est à rebus Ecclesiæ, personæ, hoc est patrono; vt cōstat ex omnibus iuribus huius tit. præcipuè, in *cap à nobis*; vbi notant omnes *& in rubric. huius tit.* sed ius vsusfructus diuiditur, seu diuisibile est, *l. vsus pars* 19. *de vsu, & habit. l. & si forte* 6. *§. Si ædes*, vers. *fin. ff. si seru. vindicetur*, *l.* 1. *§. Vsusfructus, ad leg. falcid.* ergo similiter ius patronatus diuidi poterit, pro cuius dubij solutione, adnotandum est ius patronatus esse honorificum, onerosum, & vtile. Primò, honorificum dicitur in reuerentia seruata patrono in processionibus, & in Ecclesia, onerosum in præsentatione; vtilè propter alimenta debita patrono aduenienti, ad inopiam; quæ omnia iura sunt indiuisibilia: primum enim, quod consistit in honore, & reuerentiæ est indiuisibile, *l. liberto* 19. *C. de obsequijs à libert. Cuiacius lib.* 10. *obseru. cap.* 10. *in fin. l. vnic. C. de ingrat. libert.* Secundum in præsentatione indiuiduum est, nam præsentatio nihil aliud est, quā quædam electio personæ magis dignæ, vel satisdignæ a patrono præsentatæ, & ab Episcopo confirmandæ; electio autē sui natura debet esse simplex, & indiuisibilis, *c. vt quis* 25. vers. *Non nisi ex vna, cap. si quis* 46. *de elect. lib.* 6. præsentatio etenim coniunctis simul requisitis portionibus, ad ius patronatus, licèt videatur habere naturā vsufructus, quare aliquibus visum fuerit ius patronatus assimilari deberi seruituti vsusfructus, nihilominus præsentatio simulque ius patronatus longè dissimiles, & diuersæ sunt ab vsufructu (vt infrà videbimus) & ius, quod patrono, ad inopiam vergēti competit, de quo *in cap. nobis* 25. *hoc tit.* similiter indiuiduum est, nam si plures sunt patroni indigentes, non vni tātum, sed omnibus insolidum alimenta debentur, argum. text. in *l. nec à re* 4. *de liber. agnosc. Gomez* 2. *tom. var. cap.* 10. *n.* 19. & quod ius patronatus libertorum, etiam sit indiuiduum, constat ex text. in *l. quædam* 42 *ff. fam. ærciscund. l. Cornelia in fin. hoc tit. l. vel quæ, ff. de Religios. & sumpt. fun. l. sepulchrorum* 4. *C. eodem*; quibus hic breuiter suppositis (quæ longissimam disputationem desiderabāt) iam non obstant iura suprà in argumēto adducta; quia procedunt in iure vsusfructus, quod quidem ius cum in fructu, & cōmoditate percipiendi eos consistat, est diuisibile, cum fructus sint, etiam diuisibiles, & partes recipiant *l.* 1. *§. Vsusfructus, ad l. falcid. cum alijs suprà in argumento adductis.* Meritò ergo ius patronatus Ecclesiasticum non debet æquiparari vsufructui, cum ab eo longè sit dissimile in pluribus. Primò, quia vtilitas, vel cōmoditas in vsufructu contenta est fructus, qui sui natura diuisibiles sunt, vt suprà diximus, quæ sunt autem contēta in iure patronatus; scilicèt, honor, reuerentia, & ius alimentorū (vt supra diximus) indiuidua sunt; differunt etiā euidenter in eo, quia vsusfructus morte vsufructuarij finitur, *§. fin. instit. de vsufructu*, vbi DD. omnes; ius autem patronatus Ecclesiasticum, nequaquā finitur, cū ex text. nostro, & similibus, trā seat adhæredes, quare si alicui seruituti cōparandū esset, potiùs deberet æquiparari vsui, vel seruituti, quæ seruitus est indiuidua, *l. vsus pars* 19. *de vsu & habit. Conanus, lib.* 4. *commentar. cap.* 51. *numero* 6. *&* 7. *l. habitatio* 10. *ff. eodem*,

quam

quam æquiparationem adnotauit, *Veroyus in præsenti num. 75.*

6 Quartò; huicuique dictis obstat difficilis, text. *in Clement. plures*, vers. *Et vt facilius, hoc tit.* vbi proponitur, quod si plures sint patronis possunt libere inter se pacisci, & conuenire, vt alternis occasionibus præsentent; itavt vnus præsentet vna vice, & alius in altera diuidēdo inter se ius patronatus: ergo diuidi poterit, pro cuius dubij solutione, adnotandum est, *in dict. Clement. 2. hoc tit.* duas esse partes. Prima est, in principio quatenus probat in iure patronatus succedi in stirpes, & non in capita; scilicèt, inspecto effectu, vel suffragio, ad præsentandum, veluti si fiat duo patroni, quorum alter superviuat, alter verò decedat pluribus hæredibus relictis, hæredes illi tantùm vnius vocem habebunt, quoad præsentandum simul, cum altero compatrono; & sic etiam videbatur diuidi ius præsentandi, vel patronatus; meritò ex inde grauissima fuit orta cōtentio inter antiquos interpretes, vtrū in iure patronatus succedi deberet in stirpes, vel in capita, quam retulit, *glos. magna ibid.* sed post longam disputationem obtinuit, & probata fuit sententia Hostiensis, Innocentij, & aliorum dicētium succedendum esse in stirpes, & nō in capita; vt constat *ex dict. Clement. plures in princip.* quæ hodie probatur, *in l. 12. tit. 15. part. 1. l. 1. tit. 6. lib. 1. Ordin. vbi Didacus Perez*, quod rectè fuit admissum, ad euitandas fraudes, quòd si in capita succederet, facilè possint euenire, cum poterat vnus, ex duobus compatronis plures hæredes instituere, qui plura suffragia, ad præsentandum in capita obtinerent, & sic dolosè consumerent ius præsentādi alterius compatroni superuiuentis, cum maiori numero suffragiorum esset standum; meritò rectè est statutum, vt non in capita, sed in stirpes in iure patronatus succederent. Secunda eius pars est, in vers. *Et vt facilius*, quæ fortiùs obstat nostri text. decisioni, probatque plures cohæredes, & compatronos posse inter se conuenire, & pacisci, quòd vnus prima vice, & alius alia præsentet, quod in praxi frequentissimum esse testantur omnes: ergo hoc modo dicendum, videtur diuidi inter hæredes ius patronatus: cui difficultati, vt facias satis aduerte non posse dubitari, quin ius patronatus, quoad eius sustantiam indiuiduum sit, vt patet ex suprà traditis, sed tamen, quoad cōmoditatem, vel exercitium eius, quod in præsentatione consistit, diuidi non est inconueniens, quemadmodum in seruitutibus, quæ licet sui naturà, & substantia sint indiuiduo, *dict. l. stipulationis. ff. de verbor. obligation.* cum suprà adductis; earum tamen commoditas, vel exercitium diuisionem recipit, *l. seruitutes 4. §. fin. l. via 5. §. fin. cum seqq. ff. de seruitut.* Sic similiter in præsentatione, quæ licèt indiuidua sit, quatenus est ius, vel in iure consistens; tamen quoad eius commoditatem, vel exercitium recte diuiditur, *Veroius in præsenti, numero 75. & 76. Lambertin. lib. 1. de iure patronat. 2. part. artic. 25. primæ quæstionis principalis, numero 5. & 11.* quibus ita suppositis dicendum est text. *in dict. Clementin. plures*, vers. *Vt facilius*, docentem posse patronos inter se conuenire, vt vnus vna vice, & alter alterà, aliusque alià præsentent, potiùs probare ius præsentandi indiuiduum esse, & vnicuique patrono competere insolidum, & vnumquemque solum, & in solum præsentare posse, neque in iure nostro nouum est, quod in rebus sui natura indiuiduis, & communibus partes inter se pacisc antur, vt alterius vicibus vtantur, *l. quoties 41. ff. de vsufructu*; & ideò hæc conuentio inter compatronos est iuri consona, & valdè pacis conseruationi congrua; ita vt ad eam faciendam, non desideretur Episcopi consensus, vt demonstrant verba text. *in dict. Clementin. plures*, verbo *Liberè*, *in Clement. dudum, de sepultur.* verb. *Liberè*, *Veroius in præsenti num. 77.*

7 Quintò, suprà dictis obstat sequens difficilima consideratio; scilicèt, quod si ius patronatus indiuiduè, & insolidum competeret vnicuique ex pluribus compatronis, præsentatio facta, ab vno esset sufficiens, vt præsentatus obtineret Capellaniam, vel Beneficiū, ad quod præsentatur; nam quoties duobus insolidum committitur negotium, quilibet solus liberè, & plenè exequi potest, *cap. cum plures, de offic. de legat. lib. 6. cap. si duo 6. de procurat. lib. 6.* & nihilominus talis præsentatio vnius patroni sufficiens non est, sed omnium, vel saltim maioris partis patronorum consensus requiritur, vt in praxi quotidiè videmus, & constat ex text. in

capit. 3. hoc tit. Ergo ius patronatus vnicuique ex patronis, non competit insolidum, vel pro indiuiso; neque illud ius indiuiduum est. Cui difficultati vt respõdeas, aduertè quòd cum pro vna parte summo iuris rigore inspecto, qui in alterius ius succedit eodem iure, quo ille, vti debeat, *l. qui in ius 177. de regul. iur.* cum traditis *à glos. ibidem*; tamen cũ vnicum tantum ius patronatus, pro vt erat pẽnes testatorem, in hæredes transferri possit, eaque de causa, vt potè, ad omnes hæredes compatronos translata potestas, cum iam omnibus tangat; ab omnibus, etiam debet fieri præsentatio, *capit. quod omnes 29. de regul. iur. lib. 6. l. Sancimus 28. ff. commun. diuid. capit. cum omnes 6. de constitut.* pro contraria parte est iuris regula suprà relata, qua docemur ius patronatus diuidi non posse, & sic ad omnes hæredes insolidum, & pro indiuiso debere pertinere, vt suprà diximus; atque ita vnusquisque, ex hæredibus, vel compatronis invito altero præsentare posse, *dict. capit. cum plures 8. de officio de legat. lib. 6 dict. capit. si duo, de procurat. eodem lib. l. non distinguemus 37. §. cum plures, ff. de recept. arbitr.* sed cum ex dictis iuris regulis diuersus præsentandi modus competeret, & sic, ex quolibet modo graues discordiæ, & contentiones inter compatronos oriri possent; ex quibus tam præsentatio, quàm Ecclesiæ seruitium impedire posset; vt patet ex mente nostri text. *& in dict. capit. 2. hoc tit. & in dict. Clement. plures*; meritò cum vnus fortassè procuraret, festinaretque priùs præsentare, & ita cæteros, non minus ius habentes læderet, ex quo contentiones orirentur, meritò in fauorem hæredum, vel patronorum statutum est, vt æquale ius singulis ipsis debeatur, æqualiter competat, æqualiterque conseruetur singulis compatronis, & etiam in fauorem Ecclesiæ, vt necessario debito, suoque seruitio non careat, meritò iusta de causa constitutum est, quod ius præsentandi talitèr, & ita ad hæredes transmittatur, vt eius exercitium, seu commoditas præsentandi competat omnibus compatronis præsentare volentibus, vel saltim maiori parti eorum, ne vno discordante in vnius, vel alterius voluntate positum esset præsentationem seruitium Ecclesiæ impedire contra cæterorum compatronorum voluntatem, vt vno percurrente, festinãteque ante tempus præsentare; cæteri suum æquale ius, æqualiterque singulis competens, amitterent, nam multa in iure nostro cõtra summam strictamque rationem vtilitatis communis causa recepta sunt, quæ alias non admitterentur; vnde nam licèt ius patronatus, quoad effectum de ex compatronis insolidum, tamen quoad præsentationis exercitium, vel commoditatem, & pœnes omnes simul, aut saltim pẽnes maiorem partem eorum; vt sic, ex rationibus suprà adductis, tàm patronis ipsis, quàm Ecclesiæ seruitio consulatur, *glos. in præsenti*, verbo *Diuidi non debet*, *Veroius, num. 76. Lambertin. vbi suprà, lib. 1. 1. part. quæst. 3. art. 8. num. 7.*

8 Sexto, aduersus vltimam nostri text. partem, quatenus docet dissentiẽtibus compatronis hæredibus, & Sacerdote propter simultates impedito, quo minùs ibi officio suo fungi possit, occurrendum discordijs esse, prohibitis Missarum solemnibus, obstabit sequens ratiocinatio: nam aut supponimus, hoc fieri intrà tempus, ad præsentandum a iure concessum, vel extrà: si intra tempus illas dissentiones supponere volumus; tunc adhuc nullæ debent esse Episcopi partes, quia nondum est lapsum tempus patronis concessum, *capit. si verò, cum alijs, hoc tit. capit. 1. eodem in 6.* Si autem mauis supponere extra tempus; iam tunc necessaria non est nostri text. pœna, & commutatio; siquidem omne ius, quod patroni habebant, ad Episcopum deuolutum est, & potest iam suo iure vti prouidendo de persona idonea Ecclesiæ, *capit. quoniam 3. capit. eam te 22. hoc tit. Lambertin. vbi supr. lib. 1. part. 1. quæst. 1. art. 6. num. 26.* Sint autem dixerit, aliquis in text. nostro nõ agi de discordijs circa ius præsentandi, sed de dissensu circa personas præsentatas, adhuc instari, & obijci potest, quòd quando dissensus est circa personas præsentatas; tunc ille instituendus erit, qui maioribus iubatur meritis, & plurimorũ assensu præficitur; *c. quoniã 3. hoc tit.* Ergo nullo casu est necessariũ, quòd Missarum solemnia prohibeãtur: cui dubio respondendum est verissimum esse in text. nostro non agi de discordia patronorum circa ius præsentandi, nec circa personam præsentatam, quia, vt ex eius integra constat, Ecclesia iam ha-

habebat Sacerdotem legitimè præsentatum; sed contentio patronorum consistebat in diuisione, quam de Ecclesia facere volebant assignando, vnicuique suo altari, & propter hanc impediebatur Sacerdos Officia Diuina celebrare, quam controuersiam componere, & diuisionem Ecclesiæ approbare pertinet ad Episcopum, *capit. considerandum 16. quæst. 7. cap. sicut vnire, de excess. Prælator.* atque ita in text. nostro, & similibus rectè Episcopis datur potestas Hostia claudendi, reliquias auferendi, & prohibendi Diuina celebrare, latè *Suarez de censuris, disput. 38. de cessatione à Diuinis, sess. 1. num. 4.*

9 Septimò, ex decidendi ratione, & verò nostri text. intellectu infero interpretationem ad text. *in capit. considerandum 16. quæst. 7.* in eo enim Canone constitutum est id, quod etiam refertur, *lib. 7. legum Longombardorum, tit. de Episcopis, & Clericis. l. 44.* vbi decisum est maximè considerandum esse de Ecclesijs, quæ inter hæredes diuisi sunt, quatenus si secundum prouidentiam, & admonitionem Episcopi ipsi hæredes eas voluerint tenere, & honorare faciant, si autem hoc contradixerint, in Episcopi potestate maneat; vtrùm eas cõsistere permittat, aut reliquias indè auferre velit, quæ constitutio plura continet, quæ indagatione indigent, & in primis illud, quod in ea forma præscribitur, quam Episcopi seruare debent contra patroni hæredes, qui Ecclesias iuxta se diuidunt; scilicèt, vt moneat priùs eos, vt ex sua prouidentia teneant, & rectè; nam si in ciuile est, quòd creditor ante præmissam interpellationem statim debitorem in ius rapiat, *l. 10. Cod. de pignor.* quam explicat *Cuiacius lib 3. obseruation. cap. 31. Offualdus ad Donell. lib. 17. comm. cap. 1. littera B.* quanto magis in ciuile esset, vt statim sine monitione patroni, qui in ius sine venia vocari non debent, *l. quisque 4. §. Prætor, ff. de in ius vocand.* ad rigurosam compulsionē traherētur, præcipuè ab Episcopis, quibus, vt in textu nostro cauetur, quasi ex munere competit discordantes familiariter pacificare, *capit. si Primates 5. quæst. 2.* Etenim si contempserint monitiones, nec cum illis ad concordiam reduci possunt, & adhuc contradicunt: tunc in Episcopi potestate ponitur, quòd ad diuisionem factam cõsistere permittat: Ex quibus verbis limitatio ad nostrum textum deducitur, dum ibi prohibita est patronorum hæredibus Ecclesiarum diuisio; scilicèt, diuisionē; tunc vires non habere, quando Episcopus non consenserit, secùs verò ipso Episcopo approbante; siquidem ad illum vnire, aut diuidere Ecclesias ius competit, *cap. sicut vnire, de excess. Prælator.* cæterum, si Episcopus non cõsentiat, quia non expedire diuisionem factam præsumat; tunc demum ad remedium in text. nostro, *& in capit. 2. huius tit.* recurrēdum est, vt Missarum solemnia prohibeantur, Hostia claudiantur, & reliquiæ auferantur, *Lambertinus de iure patronat. lib. 2. part. 2. quæst. 1. art. 31. Barbos. in collectan. ad text. in capit. 2. hoc tit. num. 2.*

10 Octauò, illustrandus venit text. *in cap. si plures 36. 16. quæst. 7.* vbi ex Canone 36. Concilij Triburiensis sancitū est, quòd si plures hæredes contendant, de communi Ecclesia volentes eam diuidere, quemadmodum in text. nostro, iubeat Episcopus Sacras reliquias auferre, & Ecclesiam claudere, donec cõmuni consensu, & consilio Episcopi patroni hæredes statuant, vndè viuat Presbyter, quę omnia intelligenda sunt iuxta limitationem, & modum constitutū, *in dict. cap. considerandum 16. quæst. 7.* illud tamen non omittam, quod in integra Concilij Triburiensis, *cap. 32. refertur*; ex quo sumptus est, text. *in dict. cap. si plures*, hæc verba scripta reperiuntur; scilicèt, Episcopus tollat inde reliquias, & sub magna Cura honorificè collocet eas, atque eiusdem Ecclesię claudat Hostia, Officia, & sub sigillo consignet ea, vt sacrum ministerium nullus celebret in ea, antequam concordi vnanimitate, vnum omnes elligant Presbyterum: Ex quibus verbis rectè illustratur text. noster; ita vt non solùm Episcopus discordantibus patronis Hostia claudat, sed etiam sub sigillo consignet; quòd autem significet verbum illud *Sub sigillo consignare* nescio an aliquis iuris Pontific. professor explicauerit: ergo autem existimo sub sigillo consignare Hostia, esse id ipsum, quod moris erat apud Romanos, vt non soluente inquilino pensionē ædes aperiebantur, & res omnes mancipiaque in eas illata a publicis officialibus describebantur, *leg. 56. ff. Locati*, ac deindè ædes obsignabantur præcluso eorum hostio, iuxta text. sic exponendum

dum, *in leg. si iniuriæ 20. ff de iniur. l. vlt. Cod. de administrat. tutor. in Cod. Theodos.* sic similiter dissentientibus patronis, & post ad monitionem Episcopi ad concordiam, non pervenientibus, constitutum est, vt Episcopus claudat hostia, vt in text. nostro, & similiter in dicto Cōcilio Triburiēsi additum est, vt post veram Ecclesiarum descriptionem, hostia sigillo obsignentur, quemadmodū post earum rerum descriptionem obligabātur iure ciuili, res debitoris, non soluentis pensionem, *dict. l. si iniuriæ 20. dict. l. vltim.* ex eodem doctrina explicandus est text. *in dict. cap. 2. hoc tit.*

Ad text. in dicto capit. quod autem 5. versic. fin. cap. illud 8. cap. 10. 11. cap. cum sæculum 13. capit. ex insinuatione 14. capit. nullus 17. capit. suggestum 20. capit. fin. de iure patronat. Tridentin. sess. 25. de reformation. capit. 9.

SVMMARIVM.

1 *Patronus non potest donare Ecclesiam, sine consensu, vel auctoritate Episcopi.*
2 *Patronus ex constructione, vel dotatione Ecclesiæ, quod ius adquirat.*
Nemo iuris plus in alium transferre potest, quam ipse habet.
Ecclesiæ omnes, quæ sunt sub territorio Episcopi, subsunt eius administratione, & Curæ.
3 *Cap. Cura 11. de iur. patronat.*
Beneficia Ecclesiastica, sine institutione Canonica, obtinere non possunt.
Ecclesia, & Sacræ res nullius dominij sunt.
Præscriptio aliquando supplet Episcopi consensum.
4 *Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit.*
5 *Cap. illud 8. de iure patron.*
Patronus laicus potest, sine consensu Episcopi ius patronatus Religioso loco donare, secùs priuato, & in num. 9.
6 *Capit. ex insinuatione 14. de iure patronat.*
7 *Cap. inter dilectos 8. de donat. & in numero seq.*
8 *Oratorium non gaudet immunitate Ecclesiastica.*
9 *Cap. vnic. de iure patron. lib. 6.*
10 *Cap. nullus 7 de iur. patron.*
11 *Cap. suggestum 20. de iure patron.*
Auctoritas, & consensus, quando requiritur in ipso actu, non sufficit, quod ex post facto interueniat.

1 CONCLVSIO. Quæ ex his omnibus iuribus deduci solet, sic se habet: Patronus donare Ecclesiam, non potest sine consensu, vel auctoritate Episcopi. Consonant text. *in cap. 1. hoc titul. lib. 6. cap. consultationibus 4. cap. dilectus 8. de donation.* (vbi latè scripsi) *capit. 2. de rebus Eccles. alien. vel non, cap. si quis deinceps, cum suis glossis 16. quæst. 7. capit. si quis Episcopus, cap. si quis Clericus per laicos, de priuilegijs, capit. constitutiones 16. quæst. 7.* Exornant *Lambertinus de iure patronat. lib. 1. part. 2. quæst. 1. artic. 9. numero 38. Seraphinus decis. 884. Decius cōsil. 639. num. 1. Couarruuias lib. 1. variar. cap. 18. num. 9. Gratianus disceptationum forensium, cap. 177. num. 18. Viuian. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. num. 9. Azor institutionum moralium, part. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 5. & 6. Suarez de Religion. tom. 1. tractat. de simon. lib. 4. cap. 28. num. 15.* cum traditis à *Barbosa in collectan. ad nostrum text. num. 6.*

2 Ratio est, quia licèt patronus ex constructione, dotatione, vel fundatione adquirat solummodò potestatem præsentandi Clericum Episco, per eum instituendum, non tamen adquirit potestatē concedēdi Ecclesiam, nec quoad titulum, nec quoad proprietatem, vt in text. nostro, *cap. illud 8. & fin. hoc titul.* meritò, si laicus Ecclesiam, quoad proprietatem donauerit in consulto Episcopo, donatio non tenet; quidem pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure dare, *dicto capit. quod autem 5. in fin. hoc tit. l. traditio, ff. de adquiren. rer. domin.* cum nemo dat, quod non habet, *cap. Daibertum 1. quæst. 7.* & nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet, *l. nemo, ff. de regul. iuris*, itaque donatio illa non tenet; si, quidem non præstat impedimentum quod

quod de iure non ſortitur effectum, *cap. non præſtat, de regul. iur. in 6.* ſufficit autem Epiſcopi conſenſus, quia Baſilicæ, & Eccleſiæ omnes, quæ ſunt ſub eius territorio, pertinent, quoad iura, & adminiſtrationem ipſius Epiſcopi, *cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7.* ac ſubindè deſideratur conſenſus illius Epiſcopi, qui tanquã Dominus Eccleſiæ donatæ eius auctoritate, facit donationem valere, *cap. Paſtoralis, de donat. Auguſtin. Barboſa in collectaneis, ad noſtrum textum, & in cap. illud 8. hoc tit.*

3 Primò, obſtabit difficilimum illud Alexandri III. reſponſum quod extat, *in cap. Cura 11. hoc tit.* cuius hypothecis, ſic ſe habet: Quidam Religioſi, & alij etiam Clerici recipiebant Eccleſias de manibus laicorum, ſine auctoritate Epiſcopi, quare Pontifex mandat prædictis Religioſis, & Clericis, quòd nullus eorum Eccleſias recipiat ex donatione laicorum, ſine auctoritate, & cõceſſione Diœceſani Epiſcopi, & ſi ex illa donatione Eccleſias habuerint, non præſumant retinere, niſi legitima fuerint præſcriptione muniti, vel poſteà cõſenſum habuerint Diœceſani Epiſcopi, aliàs huiuſmodi conceſsiones a laicis factas irritas facit: Ex cuius deciſione cõſtat Eccleſias à laicis donatas præſcriptione adquiri poſſe; cuius textus deciſio valdè obſtat noſtri textus decreto, ex quo manifeſtè conſtat Eccleſiarum donationes à laicis factas nullius momenti eſſe; ſiquidem beneficia Eccleſiaſtica, abſque legitima inſtitutione Canonica obtineri non poſſunt, *capit. 3. de inſtitut. cap. 1. de regul. iur. lib. 6.* in cuius textus difficultate, *Couarruuias in regula poſſeſſorum, 2. part. §. 10. num. 1.* varias refert ſolutiones, & primò, *Gloſſ. fin. apud medium, in capit. contingit, de dolo, & contum. & Gloſſ. final. in cap. 1. de regulis iuris, lib. 6.* aſſerentiunt, *in dict. cap. Cura 11.* Eccleſiam illam ex manu laicorum datam non præſcribi, quoad titulum ſpiritualem prouenientem ex inſtitutione, vel collatione Canonica, qui titulus omninò deficiebat, id eſt, non præſcribitur, vt præſcribens efficiatur Rector, vel Prælatus Eccleſiæ ex illa laicorum donatione, ſed ſolũ in eo textu præſcribi, quoad ipſius proprietatem; ſcilicèt, quoad bonorum temporalium ſuſtentationem, quam tenet *Abbas in dict. cap. Cura, num. 1. Barboſ. ibidem, num. 3.* ſed hæc interpretatio admitti non debet, & conuincitur ex eo. Primò, quia abſurdum, & falſiſsimum eſſet dicere Eccleſiam, poſſe eſſe in alicuius dominio; ſiquidem Eccleſiæ, tanquam res ſacræ nullius dominij ſunt, *§. Sacræ, §. Nullius, cum vulgatis, inſtit. de rerum diuiſ.* vbi latè *Pichard.* deindè, quia diuinatoria eſt; ſiquidem ex nulla illius text. parte poteſt colligi, ibi agi de Eccleſia obtinẽda, quoad proprietatem ex donatione laicorum: tum etiam, quia in dubio potiùs text. ille eſt intelligendus, de donatione iuris patronatus laicorum, quàm Eccleſiarum; ſiquidem textus ille eſt ſcriptus, & collatus, ſub titulo de iure patronatus, præcipue, quia in originali illius text. 2. *tomo Conciliorum inter acta, Alexandri III. de iur. patronat. cap. 9.* potiùs colligitur in eo tex. actum eſſe de iure patronatus, quàm de Eccleſiæ proprietate; quare verius eſt dicendũ, text. *in dict. c. cura agere, de laicis patronis*, vel etiam Eccleſiaſticis, qui donauerant laicis Eccleſias, id eſt, ius patronatus, quod in illis habebant iuxta iuris regulam, de qua mentio habetur, *in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* & cum donatio illa non fuiſſet facta loco Religioſo, ſed laicis; meritò, non potuit valere ſine Epiſcopi conſenſu, vel ſine legitima præſcriptione; ſiquidem ex illa præſcriptione, & curſu tanti temporis præſumitur tacite Epiſcopi conſenſum interueniſſe, & ſic titulum poſsidendi, & iuxtam cauſam præſcribẽdi habuiſſe, argumento text. *in cap. 2. & 3. de his quæ fiunt à Prælat.* notat *Gloſſ. in capit. peruenit, de emption. & vendit. Abbas in dict. capit. Cura, num. 4. Enricus ibidem, num. 1.* quæ interpretatio colligitur ex integra, & originali illius text. quæ extat in ſecundo tomo Conciliorum, inter acta *Alexandri III. de iure patronatus*; notat *Gloſſa in dict. cap. Cura*, verbo *Legitima*, *Couarruuias in regula poſſeſſor. 2. part. §. 10. num. 8.*

4 Secundò, aduerſus id, quod ſupra retulimus; videlicèt, *in d. capit. Cura 11. hoc tit.* præſcriptionem illam ſupplere Epiſcopi conſenſum, obſtabit dicere, quòd præſcriptio illa, nullo modo potuit ſupplere Epiſcopi cõſenſum; ſiquidem in iure noſtro Pontificio poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribit, *cap. poſſeſſor, de regulis iuris, in 6. cap. vigilanti, cap. fin. de præſcript.* vbi latè ſcripſi, & hi, qui ex donatione laicorum ius

pa-

patronatus accipiunt, nunquam potuerunt habere nouam fidem contra decisionem nostri text. siquidem sine consensu, & auctoritate Episcopi ius patronatus acceperunt, & possessionem illā; ita continuarunt, quæ mala fides semper eo in casu præsumitur interueniſſe, *cap. quæ contra, de regulis iuris, lib. 6.* siquidem procedit ex ignorantia iuris, quæ nemini prodest, *l. error, l. iuris ignorantia, Cod. de iur. & fact. ignor.* quam difficultatem, vt effugiat Glossa, *in dict. capit. Cura* 11. varias interpretationes assignat, & præcipuè, *Boerius ibidem*, sex refert, inter quas mihi magis placet, quā refert *Couarruuias vbi suprà, dicto §. 10. num. 8.* dum asserit quòd illi, qui ius patronatus acceperunt de manu laicorū, sine consensu Episcopi nō poterant præscribere, cum cōtra ius illud accepissent, nullamque iustam fidem habuissent, attamen eorum successores rectè potuerunt præscribere existimantes consensum Episcopi, in donatione illa interueniſſe; & sic de successoribus, qui poterant præscribere intelligendum esse textum, *in dicto capit. Cura* 11. qui quidem successores rectè poterant bonam fidem habere, & perconsequens præscribere; siquidem qui in alterius locum succedit, iustam ignorantiam habere præsumitur, *leg. qui in alterius, ff. de regulis iuris.*

5 Tertiò, adhuc his omnibus valdè obstabit, text. *in cap. illud 8.* vers. *Licèt Religioso loco ius patronatus conferendi liberam habeat facultatem, hoc titul.* quæ verba manifestè probant laicum ius patronatus libere, absque consensu Episcopi posse donare; siquidem verbum illud *Libere*, expressè denotat, & significat donationem illam fieri posse, sine alterius consensu, vel auctoritate; in cuius text. difficultate, *Gloss. ibidem*, verbo *Licèt*, asserit aliter dubium illud saluari posset, quam emendatione adhibita, & affirmat addendum esse verbum illud *Sine consensu Episcopi*; siquidem siuè daret Ecclesiam, siuè ius patronatus, necessarius erat Episcopi consensus, *dicto cap. quod autem 5. hoc tit.* sed hæc interpretatio reijcitur, quia mendosa, & correctoria est, quare pro illius dubij verissima solutione animaduertendum est multum differri, & discrimen versari inter eum casum, quo patronus velit donare Ecclesiam alicui loco Religioso, an verò simpliciter tantum velit donare ius patronatus, alicui priuato laico, vel Clerico, nam primo casu si velit donare Ecclesiam ipsam alicui loco Religioso, vel Ecclesiæ, tunc id non poterit facere, absque Episcopi auctoritate, & consensu, *cap. consultationibus 4. de donation.* & de ratione tradita, *in dict. cap. quod autem 5.* vers. *Quia pro non dato habetur, quòd ab illo datur, qui non potest de iure donare*; si verò tantum velit donare ius patronatus: tunc si donatio fiat laico, vel Clerico, sine Episcopi auctoritate, non valet; siquidē prius Episcopus debet prospicere, & examinare, an illa donatio expediat Ecclesiæ, necne, cum fortè deterior posset esse is, cui ius patronatus donatus est. Tum etiam, vt fraus venditionis, seu simoniæ euitetur, secùs verò dicendum est, si tantum velit ius patronatus donare Ecclesiæ, vel alio Religioso loco; nam tunc id sine Episcopi auctoritate facere poterit, iuxta text. ita intelligendum, *in dict. cap. illud 8.* vers. *Licèt*, quę solutio deducitur, ex text. *in capit. vnico, hoc tit. lib. 6.* Ratio est, quia ex donatione illa euidenter efficitur Ecclesia meliorata, seu eius conditio, *Abbas in dict. capit. illud, num. 4. Enricus 3. & 4. Barbosa ibidem, num. 1. Lambertinus vbi suprà, lib. 1. part. 2. quæst. 6. art. 4. num. 3.* sed adhuc distinctioni, suprà adductæ obstabit dicere, quòd laicus, nec de consensu Episcopi potest Ecclesiam donare, etiam loco Religioso; siquidem laicus tanquam incapax non possit eam possidere, *cap. causam, de præscription. dict. capit. quod autem 5. in fin. hoc tit.* Sed huic dubio respondendum est, textum *in dicto cap. illud 8. de iure patronat. & in dict. cap. consultationibus, de donation.* dum laicis prohibent Ecclesias, absque Episcopi consensu donare, intelligendum esse secundum distinctionem supra adductam de illo primæuo tempore, quando Ecclesiæ de facto a laicis potentioribus tyranicè detinebantur, argument. tex. *in capit. Ecclesijs, de censibus*, & vt facilius eripiantur a manibus eorum, iura concedunt, quòd interueniente auctoritate Episcopi valeat illa Ecclesiæ donatio facta à laicis loco Religioso, vel alteri Ecclesiæ, argumento text. *in cap. cum Apostolica, de his quæ fiunt à Prælatis*; notat *Abbas in dict. cap. illud 8. num. 2.*

6 Quartò, præterea solutioni, & distinctioni suprà adductæ, obstabit text.

in

in cap. ex insinuatione 14. versic. *Liberaliter contuliſſet, hoc tit.* ex cuius decisione manifestè cōstat ius patronatus, absque Episcopi auctoritate, & cō ensu libere alicui donari posse; in cuius text. difficultate, *Gloss. ibidem*, verbo *Liberaliter contuliſſet*, asserit id legendum esse, id est, liberaliter contuliſſet de consensu Episcopi; sed hac, & alijs omissa, verius est dicendum textum illum procedere casu, in quo patronus potiùs remittit, quā donat compatrono suum ius patronatus, vel vt clariùs loquar in propriè frater ille partem suam, id est, actionem illam, quæ illi competebat suo compatrono, & fratri cedit; nam tunc non est necessaria auctoritas Episcopi, aut consensus. Ratio est, quia propriè non dicitur alienatio; siquidem ex donatione illa facta fratri compatrono, non videtur factus, neque creatus alius nouus patronus; vnde cum ex donatione illa non videatur facta Ecclesiæ alienatio, nec læsio existat, nihil mirum, quòd illius iuris patronatus donatio, absque Episcopi auctoritate facta valeat. *Lambert. vbi suprà, lib.* 1. *quæst.* 4. *Gloss.* verbo *Contuliſſet, in dict. cap. ex insinuatione* 14. *Barb. ibidem, num.* 3.

7 Quintò, deinceps suprà resolutis obstabit text. difficilis, *in cap. inter dilectus* 8. *de donation.* vbi Ecclesiæ donatio à tribus procuratoribus Hospitalis Sancti Allucij facta in fauorem Hspitalis Sancti Sepulchri, valet, & tenet, etiam si Episcopi auctoritas non interueniat, neque eorum exceptio admittitur asserentium illius Ecclesiæ, & iuris patronatus donationem non valuisse. Primò, quia absque Episcopi auctoritate fuerat facta. Secundò, quia a fratribus pauciorib⁹ periurijs, & excommunicatis fuerat collata; in cuius textus difficultate, *Glossa ibidem*, verbo *Adiudicare*, asserit, quod licèt illius Ecclesiæ donatio, quoad Hospitalarios obliget, cum eis obstet, ne possint contra donationem, & proprium factum venire, argumento text. *in capit. quod in dubijs, de renuntiat.* tamen quoad præiudicium Episcopi nō valuit; sed hæc interpretatio ex eo conuincitur, quia si hoc esset verum Summus Pontifex non adiudicasset Ecclesiā illam Hospitali Sancti Sepulchri, cum omnibus suis iuribus ad Ecclesiam pertinentibus, sed tantùm facultatem contradicendi fratribus Hospitalis Sancti Allucij abstulisset, vel eis tantùm silentium imposuisset, vt animaduertit, *Innocentius ibidem, nu* 2. quare hac, & alijs omissis verius est dicendum; ideò donationem illam Ecclesiæ iuris patronatus, absque Episcopi consensu valuisse, quia Hospitale illud Sancti Allucij, adhuc nō erat Religioni deputatum, cum personæ, quæ illud regebant, poterant esse sęculares, & sic locus ille, quasi à proprijs dominis rectè poterant, absque Episcopi consensu in quascumque personas alienari, argumento textus, *in cap. ad hæc, de Religiosis domibus.*

8 Sextò, solutioni obstabit dicere, quod *in dict. capit. inter dilectos*, Ecclesia illa erat Sancti Allucij, quæ ita denominabatur: ergo erat locus Religiosus, cuius cura ad Episcopum pertinebat, acperconsequens, absque eius auctoritate neutiquam ab Hospitalarijs, nec ab eorum procuratoribus donari poterat: cui dubio breuiter respondendū est, ibi non fuisse Ecclesiam, quæ dignitatem, & immunitatem Ecclesiasticam obtineret, sed tantum erat Oratorium deputatum orationi, & celebrationi Missarum, sicut fere est in omnibus Palatijs, & domibus Magnorum Principum, quod priuilegium omnibus Hospitalarijs Hyerosolymitanis, seu Sancti Sepulchri fuerat concessum, vt animaduertit, *Abbas ibidem, num.* 7. *Innocentius* 2. Deindè solutioni obstabit dicere, quod si hoc esset verum frustrà, *in dict. cap. inter dilectos* 8. Rector, & fratres appellarentur: quia eorum Collegium licitum erat, cum Hospitalitati intēderent; siquidem fratres illi per fundatorem Hospitalis, ius illud in Hospitali habebant, vt sic toto suæ vitæ tempore ibi deseruirent, & iusto consilio omnia facerent, sed nō erat Ecclesia Pontificis, vel Episcopi auctoritate fundata, nec immunitatem Ecclesiæ obtinebat. Similiter non obstabit si instes, quòd si locus non esset Religiosus magis domini, quàm patroni, vt textus dicit, appellari, & nominari deberent; quia respondendum est, ibi lato loquendi modo patronos appellari, propter operas misericordiæ, quas exercebant, & ad eas deputati erant, *Innocentius & Abbas ibidem*, nec eorum exceptio admittitur asserentium à pauciorib⁹ Hospitalarijs donationem fuisse factam, quia licèt exceptio illa probata, tanquam legitima admitti possit, tamē

cum

cum fuisset obiecta, & non probata, rectè à Summo Pontifici contra Hospitalarios Sancti Allucij fuit iudicatum, *Innocent. ibid. n. 2. Abbas, num. 20.* nec similiter alia illorum exceptio admittitur; scilicèt, quod donatio fuerat facta a fratribus paucioribus periurijs, & excõmunicatis. Primò, quia donatio illa à principio simpliciter, & purè ab ipsis fuerat facta: tum etiam, quia allegantes propriã turpitudinẽ, non sunt audiendi, *cap. fortè 14. q. 5.* Rursus, quia licet essent excõmunicati, & periurij poterant propriũ ius donare, *cap. veritatis, de dolo, & contum.* deindè, quia deceptis, & non decipientibus iura subueniunt, *cap. cum vniuersorum, de rer. perm. l. 2. §. Sed ita demũ, ff. ad Senat. Cons. Vell.* nec donatio illa poterat præiudicare Episcopo Diœcesano de Piscia, quia res illa fuerat inter alios acta, atque ideò alijs, nec Episcopo nocere poterat, *cap. inter dilectos, de fide instrum. cap. penult. de sentent. & re iudic.* siquidem a iurisdictione sui Prælati, quis non potest se eximere, *cap. si diligenti, de foro compet.*

9 Septimò, ex his etiam infero interpretationem ad illud Bonifacij VIII. decretum relatũ, *in cap. vnic. hoc tit. lib. 6* vbi quæstio apud Bonifacium fuit delata, quid iuris esset, si quis ex donatione, fundatione, vel constructione Ecclesiæ habuerit in ea ius patronatus, & laicus ille velit ius illud donare Ecclesiæ, vel alteri Religioso loco, an id possit facere, absque Episcopi consensu, seu eius auctoritate? Et videbatur quod nõ posset, quia quemadmodum laicus, qui decimas detinet, illas non potest alteri Ecclesiæ donare, absque consensu Episcopi, *cap. cum Apostilicæ, de his quæ fiunt à Prælat. sine consens.* (vbi latè scripsi) sic similiter, nec laicus poterat ius patronatus alteri Ecclesiæ, absque Episcopi consensu donare; sed ea dubitandi ratione, non obstante Bonifacius respondit, quòd laicus potest alteri Ecclesiæ ius patronatus, sine consensu Diœcesani Episcopi donare: ex cuius decisione manifestè constat laicum posse ius patronatus, absque Episcopi consensu donare. Pro cuius dubij solutione animaduertendum est multùm interesse, an laicus velit donare ius patronatus alio laico, vel Clerico, an verò velit donare ipsi Ecclesiæ, vel alteri Religioso loco; nam primo casu non poterit, sine Episcopi consensu alteri priuato donare, vt in text. nostro cum similibus; at verò in secundo casu poterit, & ita obtinet decisio text. *in dict. capit. vnico, hoc titulo, lib 6.* Ratio differentiæ, quia quando laicus donat ius patronatus, alicui priuato desideratur Episcopi consensus, ea est, vt videat, & prospiciat, seu examen faciat, vtrùm expediat Ecclesiæ mutare patronũ, & etiam, vt caueat, ne fraus, vel aliqua simonia in donatione illa interueniat; meritò ergo ob fauorem Ecclesiæ in illis donationibus Episcopi auctoritas, & consensus desideratur; at verò, quando laicus ius patronatus Ecclesiæ ipsi donat, non desideratur Episcopi auctoritas, quia cessat periculum illud, & rationes suprà adductæ; siquidem tunc Ecclesia ipsa non læditur; imò potiùs libera manet ab illo iure patronatus, cum sit patrona sui ipsius, *Lambert. vbi suprà, lib. 1. 2. par. art. 2. quæst. 2. principali, num. 3.*

10 Octauò, nec huic solutioni obstabit generalis regula, *in capit. nullus 17. de iure patronatus*; vbi traditur, quod laicus nihil Ecclesiastici iuris, sine consensu Episcopi, etiam in eandem Ecclesiam, vel Monasterium, sine Episcopi consensu transferri potest; quia respondendum est, textum illum loqui de spiritualibus, hoc est de decimis a laicis detentis, à quibus excipiuntur annexa spiritualibus, vt est ius patronatus, *capit. quanto, de iudicijs*, quod quidem ius Ecclesiæ ipsi, vel altero Religioso loco à laico, absque Episcopi auctoritate donari potest, *d. c. vnic. hoc tit. li. 6.* nec obstabit dicendo, quòd ex eo, quòd decretales illa, *in d. cap. nullus sit inserta, sub tit. de iur. patr.* videbatur dicendum, quod etiam si donatio fiat Ecclesiæ iuris patronatus, donatio illa, absque Episcopi auctoritate fieri non poterat; quia satisfactum est titulo ipsi in quantum vetat, ne patronus donet Ecclesiam sine consensu Episcopi, animaduertit, *Glossa*, verbo *Censenda, in dicto capit. vnico, hoc titulo, lib. 6. Barbosa ibid. num. 1.*

11 Nonò, his omnibus, obstabit text. *in capit. suggestum 20. hoc titulo*, vbi patronus quarundam Ecclesiarum, de consensu Episcopi Eboracensis Ecclesias illas concessit Ecclesiæ Beati Petri Eboracensis, vt illas haberent in Præbendam, Canonici de nouo Burgo concessionem illam irritare intendunt asse-

ferentes concessionem illarum Ecclesiarum, priùs illis factam fuisse: Quæritur, quæ concessio prævalere debeat? Respondit Pontifex, quòd licèt in donationibus Ecclesiarum requirendus, & expectandus sit patronorum consensus, tamen nisi auctoritas Pontificalis interveniat, concedi non possunt; & ideò prima concessio, sicut assensu patroni, & auctoritate Diœcesani facta est, aut etiam posteà eius assensus fuerit subsequutus, posteriori concessioni præfertur, alioquin illa debet valere, quæ cum auctoritate Diœsana facta est, quamvis posterior facta dicatur. Ex cuius decisione textus duplex dubium deducitur. Primùm, quare in donatione Ecclesiæ, alteri Ecclesiæ facta desideratur Episcopi consensus, cum ex suprà traditis videatur, non esse necessarium. Secũdùm, ex eodem text. deducitur, quòd Episcopi confirmatio, & eius cõsensus ex post facto præstitus, nihil operare debet; siquidem confirmatio, nihil noui tribuit, sed rem illam confirmat in eo statu, in quo reperitur; ita vt si nulla fuit donatio, nihil poterat operare nouus Episcopi consensus, præcipuè, quia quando alicuius auctoritas, & consensus desideratur in ipso actu præsens interuenire debet, *l. obligari 9. §. Tutor, ff. de auctorit. tutor. §. Tutor autem, institut. eodem, capit. cum vos, de his, quæ fiunt à Prælat.* Sed Episcopi auctoritas, ex text. nostro cum similibus in hac donatione requiritur: ergo non sufficit, vt posteà interueniat post donationem; sed primo dubio facilè facies satis, si dixeris aliud esse agere, de donatione iuris patronatus, aliud verò de donatione ipsius Ecclesiæ, in primo casu valet donatio iuris patronatus, absque Episcopi consensu ipsi Ecclesiæ, vel alteri Religioso facta, *dicto cap. vnic. hoc tit. lib. 6.* & ex rationibus suprà adductis; atverò si donatio sit facta de Ecclesia alteri Ecclesiæ, vel Religioso loco, non valet, si fiat absque Episcopi consensu, quia tunc valdè læditur eius ius, ad quem omnium Ecclesiarum prouisio in sua Diœcesi competit, & ita obtinet, text. *in dict. cap. suggestum* 20. *hoc tit.* argumento text. *in dict. cap. vnic. hoc tit. lib. 6. Abbas in capit. consultationibus, num. 4. de decimis, & in cap. illud, numero 3. & 6. hoc titul.* Nec obstat secunda difficultas, quia ibi Episcopus, non confirmat donationem antea factam, sed tantùm præstat consensum, qui ex postfacto potest interuenire, & donatio, cui primo consensus interuenit, valet, etiã si sit secunda, si primæ non fuerit præstitus; nam vbi consensus requiritur in aliquo actu sufficit, quòd quandoque præstetur, *Gomecius in l. 53. Tauri, num. 6.* ac proindè, siue præcedat, siue sequatur actus est validus, & Episcopi consensus sufficit, etiam si sit tacitus, qui colligitur ex institutione ab Episcopo facta, *cap. dudum de decimis, cap. Cura 11. hoc tit. Barbos. ibidem, num. 6. & 7.*

Ad textum in cap. quia laici 6. cap. consuluit 15. cap. de iure 16. capit. relatum 21. cap. præterea 23. hoc tit. de iur. patron.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus emens, vel alio modo adquirens, vt præsentet filios, vel nepotes eo spoliari debet.*

2 *Patronatus ius, absque labe simoniæ, vẽdi non potest.*

Ambitionis vitium præcipuè personis Ecclesiasticis, est prohibitum.

3 *Cap. quia laici 6. de iure patronat. & in num. 4.*

4 *Possidens rem ab ea spoliari non potest, nisi citatione præmissa.*

Spoliare, & priuare verbum, in quo differant.

Facta de facto, similiter de facto iuris ordine non seruato dissoluuntur.

5 *Cap. licèt, de Præbend. lib. 6. l. fin. Cod. si per vim, vel alio mod.*

Capit. conquerente, de restitution. spoliator.

Suffragium patris filio prodest.

Charitas benè ordinata debet à se ipso incipere.

Patria potestas in beneficijs, non attenditur.

Patronus potest proprium suum filium in beneficio præsentare.

7 *Cap. Clerici 11. de censibus.*

8 *Cap. consuluit 15. de iure patron.*

Ecclesia verbum multoties significat ius patronatus.

Patronatus ius ad filios, cæteroſque deſcendentes tranſire poteſt.

Capit. cum laico 10. *capit. à nobis, de iure patronat.*

9 *Capit. non ſatis, capit. non eſt probanda* 86. *diſtinct.*

Cap. dilecto 25. *de Præbend.*

10 *Cap. nemo* 11. *de ſimonia.*

11 *Cap. conſulere* 38. *de ſimonia.*

1 CONCLVSIO. Emens ius patronatus, vel alio modo adquirens, vt præſentet filios, aut nepotes, eo ſpoliari debet. Confirmatur ex text. *in capit. conſuluit* 15. *capit. de iure* 16. *cap. relatum* 21. *cap. præterea* 23. *cap. tua nos* 34. *hoc tit. noſtro, cap. ſi quis nec* 1. *q.* 1. *cap. ſaluator* 1. *q.* 3. *cap. quanto, de iudicijs, cap. cum Clerici* 11. *de cenſibus, cap. quæſitum, de rerum permutat. Tridentin. ſeſſion.* 25. *de reformat. cap.* 9. verſic. *Hoc editum, de iure ciuili. facit text. in l.* 1. *l. in tantum, l. ſacra loca, de rerum diuiſ. §. Loca, fin. inſtit. de emptione, & vendit. leg. hanc legem, ff. de contrahend. emption. l.* 8. *tit.* 15. *part.* 1. *l.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. Exornant, vltra antiquiores omnes in præſenti, *& in dict. cap. conſuluit, Suarez* 1. *tom. de Religione, lib.* 4. *cap.* 28. *Petrus Gregor. lib.* 17. *ſyntagmatum, cap.* 4. *num.* 3. *&* 9. *Thomas Sanchez lib.* 2. *Moralium, cap.* 3. *dubio* 79. *&* 83. *Spino in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *num.* 109. *Lambert. de iure patronat. lib.* 1. *part* 2. *q.* 5. *art.* 4. *Gutierrez de iurament. confirm.* 1. *part. cap.* 42. *num.* 4. *Sylueſt.* verbo *Ius patronatus, quæſt.* 5. *diction.* 4. cum traditis *à Barboſ. in collect. in dictis iuribus.*

2 Ratio eſt, quia cum ius patronatus præſentandi beneficia Eccleſiaſtica, abſque labe ſimoniæ vendi non poteſt, *capit. ſaluator* 1. *quæſtione* 3. *capit. conſulere, de ſimonia, capit. de iure, hoc titulo;* nam id, quod eſt ſpirituale, vel ſpiritualibus annexum invendibile eſt, & conſequenter materia ſimoniæ iure Diuino contraria; ſed ius patronatus ſecundum ſe eſt, quid ſpirituale, ſeu ſpiritualibus annexum, *capit. quanto* 3. *de iudicijs:* ergo eſt materia propriſsima ſimoniæ; vnde in præſenti eius venditio inhibetur præcipuè, cum in emptione huius iuris ad effectum, vt adquirentes filios, vel nepotes ſuos in Eccleſijs patronatis poſſint præſentare, vitium ambitionis notabiliter appareat, quod vitium in perſonis Eccleſiaſticis præcipuè reprobatur, *Clementina* 1. *in principio, de rerum permutat.* quare textus noſter hac ratione fundatus, quamcumque prædicti iuris adquiſitionem, ita factam reprobauit, vt conſtat ex verbis illis, *Et poſt modum eorum filijs*, quæ verba apertè denotant illam adquiſitionem iuris patronatus in præſenti reprobatam eſſe, quæ principaliter facta fuerit ad prædictum effectum, alias enim neceſſe non erat, Cura Pontifice referentur, ac ſubindè, ſiue licita, ſiue illicita ad illud finem reprobatur, vt verè animaduertit, *Barboſ. in collectan. ad noſtrum text. num.* 3.

3 Primo, noſtri text. deciſioni obſtabit ſequens cõſideratio; videlicet, ius patronatus, quod eſt ſpiritualibus annexum, per ſe vendi non poteſt, *cap. de iure* 16. *hoc tit. cap. quærellam, de ſimonia,* ſed in text. noſtro iuris huius venditionem prohibitam non eſſe apparet, vt ipſemet textus inſinuare videtur: igitur eius deciſio iuris noſtri regulis non congruit; minor fortiùs probatur ex eius contextura, ex qua colligitur mentem ius patronatus, cum hac deprauata intentione, vt principaliter poſsit filios, vel nepotes ſuos ad Eccleſias, cum vacauerint præſentare, ſpoliandum eſſe ab eo patronatus iure ſibi adquiſito: igitur ſi ideò reprobata eſt venditio illius iuris patronatus, quia facta proponitur cum illa deprauata intentione præſentandi filios, conſequens eſt, quòd ſi Clericus ius illud ſimpliciter, abſque illa intentione comparaſſet, ſpoliationis pœna non plecteretur, ſed penes ipſum remaneret ratà, & legitimà vēditione manēte, & conſequenter ius hoc vendi per ſe ſingulariter poſſe, & ſic contra iuris regulas textus noſter abſurdum ſupponit: Augetur difficultas ex eo, quia ibi decidit eum, qui ius patronatus emit, etiam acceſſoriè cum vniuerſitate bonorum, quo in caſu à iure venditio permittitur, *capit. ex litteris, capit. cum ſæculum* 13. *de iure patron cap. cum Bertholdus, de ſentent. & re iudic.* Si tamen ea intentione fuerit emptum, vt filios, vel nepotes principaliter præſentet, ab eo quoque ſpoliandum eſſe emptorem, *inſinuat textus noſter*, in verſicul. *Quocumque modo poſſunt adquirunt, vt poſtmodum eorum filij, & cætera*; quæ verba vniuerſalia caſum, etiam comprehendunt, quo ius patronatus, quis velet adquirere cum vniuerſitate bonorum, dum tamen ad hunc

effe-

effectum, de quo loquimur, venditio principaliter sit facta, cum venditio iuris patronatus, etiam in casu à iure permisso facta irrita decernatur, quia celebrata fuit cum illa deprauata intentione: igitur, si absque tali intentione celebretur, venditio valeret mero iure: ergo text. noster videtur probare ius patronatus per se, & simpliciter vēditionis titulo in alium transferri posse, cum vtroque in casu, siue simpliciter, siue cum vniuersitate bonorum venditio, absque illa deprauata intentione fuerit facta, videtur supponere ius patronatus per se, & simpliciter venditionis titulo transferri posse, cum vtroque in casu propter illam prauatam intentionem, supponat venditionem non valuisse. Cui dubio respondendum est, in textu nostro nomine probari ius patronatus per se vendi posse; nam licèt in vtroque casu irrita iudicetur venditio, propter illam deprauatam intentionem, tamen differentia constituenda inter primam, & secundam nostri text. partem; nam in prima si Clericus ius patronatus per se comparat cum illa deprauata intentione, eo, & ex eo spoliandus est, duplici ex culpa. Prima, quia ius patronatus spiritualibus annexum simoniacè emit, *dicto capit. de iure, hoc titulo, capit consulere 36. cap. quærellam 15. de simonia.* Secunda, quia illa deprauata intentione emit, vt filios, vel nepotes præsentaret, vnde nostri text. decisio locum haberet, etiam si Clericus ius hoc, ita simpliciter, absque prædicta intentione comparasset, nam & tunc eo iure spoliandus esset, omni postposita appellatione propter vitium simoniæ, quod in venditione illa commissa est, *cap. saluator 1. quæst. 3. dict. cap. consulere, de simonia*; in secundo autem casu, quando Clericus ius hoc, in casu, aliàs iure permisso, hoc est, cum vniuersitate bonorum comparauit ad effectū principaliter præsentandi filios, à iure sic adquisito similiter spoliari debet ex vnica tantùm causa, scilicèt, quia ius illud ad illum effectum comparauit; vnde in nullo casu, huius iuris venditionē per se permissam, esse textus noster docet, notat *Beroius in præsenti, num. 5.*

4 Secundò, aduersus nostri text. decisionem, dum probat spoliationis pœnam infligendam esse, appellatione neglecta, patrono ius patronatus comparanti eo animo deprauato, obstabit sequens consideratio; scilicèt, quod patronus in hac specie spoliari non debet, etiam si iniustus sit possessor; nam qui rem possidet, etiam si iniustè eam detineat, & occupat contra decreta, & prohibitionem Canonum, spoliandus non est, nisi præcedente citatione, & iudiciario ordine seruato, *capit. licèt Episcopus, de Præbend. lib. 6. leg. final. Cod. si per vim, vel alio modo*; & meritò, quia spoliatio vitiosum, & violentum actum significat, *capit. conquerente, cum vulgatis, de restitut. spoliat.* nam iura non debent violentiam permittere, ne exinde iniuriarum actio nascatur, *capit. qualiter 17. de accus. leg. meminerint, Cod. vnde vi*: Igitur minus rectè, in præsenti spoliari appellatione, postposita iubetur. Cuius difficultatis pondere interpretes oppressi dupliciter nostri tex. litteram intellexerunt: asserunt enim primò verbum illud *Spoliando*, intelligendum esse, id est, *priuando*, differentiam constituentes inter *priuare*, quod significat priuationem per actum iudicialem factam, & *spoliare*, quod notat priuationem extra iudicialem; ita vt nostri text. mens, & sententia sit, quòd Clerici, qui ius patronatus emerant ad effectum principaliter filios præsentandi, eo iure spolientur, id est, iudiciario seruato ordine per superiorem priuentur. Secundò, asserunt accipiendo verbum illud *Spoliare*, suo proprio significato; ita vt Iudex de facto extra iudicialiter, absque strepitu, & figura iudicij possit Clericum in nostra specie spoliare, quia propria auctoritate venientes cōtra interdictum, & prohibitionem Canonis, ius patronatus ea intentione maleuola, & animo emit; nam sicut quis de facto processit, ita de facto potest spoliari; siquidem, non est necesse ratione notorietatis rem in iudicium deducere, quia in actibus notorię, iniustis, & factis contra prohibitionem legis, seu Canonis potest Iudex extra iudicialiter, & de facto procedere; dummodò actus iudicij, vt iudex notorij sint; nam in his, quæ notoria sunt ipsi iudici, ordo iudiciarius omitti potest, *capit. ad nostram 21. el 3. de iure iurando, capit euidentia, de accusation. capit. quoniam, de filijs Presbyter.* Vbi si notorium sit filium patri in beneficio successione, ab illo etiam iuris ordine, non seruato,

per Episcopum excludi debet. Ratio est, quia Sacri Canones prohibent filiũ patri immediatè in Beneficijs succedere posse, *capit. præsentium, cum alijs, de filijs Presbyter.* Siquidem Sanctuarium Dei iure hæreditario, nequit possideri, *capit. ad decorem, de institut. cap. consuluit, hoc titulo*, quam solutionem tenent, *Panormitanus in præsenti, num. 4. Butrius, num. 5. Beroius, num. 2. & 3.*

5 Tertiò; huic solutioni, obstat textus *in capit. licèt, de Præbend. libro 6. leg. final. Cod. si per vim; vel alio modo*; in quibus iuribus cauetur eum, qui rem iniuste detinet, & occupat, etiam contra decreta, & prohibitionem legum, seu Canonum, priuandum, seu spoliandum non esse, nisi præambula citatione, de qua *in leg. quemadmodùm, Cod. de agricol. & cens. libro 11.* Sed huic dubio respondendum est, iura illa procedere casu in quo notarium, non est aliquem detinere rem, seu beneficium habere contra iuris interdictum, vt verba illorum iurium insinuant, *in dicta leg. final. Cod. si per vim*, versicul. *Quia negotiorum merita partium assertione*, & cæter. *& in dicto capit. licèt Episcopus*, versicul. *Cum tibi forsam, ius posset competere retinendi.* Ex quibus colligitur notorium adeò, non esse res illas iniustè detineri, & contra legis, vel Canonis prohibitionem possideri, vt Iudex possit à rebus illis de facto, & nullo iuris ordine seruato spoliare; vndè mirum non est, solitum iudiciarium ordinem in eijs iuribus exigi, vt à rebus priuari possint. Eadem solutione accipio, textus *in dicta leg. quemadmodum, Cod. de agricol. & cens.* quæ solutio comprobatur, etiam ex text. *in capit. conquerente, de restitution. spoliator.* vbi scriptum est, spoliatum beneficio ab Episcopo, seu superiore ante omnia restitui oportere; quia absque causa manifesta, & rationabili Episcopus, non potest suos subditos spoliare à beneficijs suis: ergo textus ille probat, quòd ob causam manifestam, & notoriam Episcopus spoliare potest Clericos subditos suos suis Ecclesijs, sine causa autem manifesta non posse; & ideò generaliter concludendum est, quòd quoties notorium est aliquem aliquid attentare, & iniuste contra legis Canonis vè prohibitionem detinere, à superiore suo posse iure de facto spoliari, etiam absque citatione partis: Cum ergò in præsenti Clerici notorie contra interdictum, & prohibitionem Canonis, propria auctoritate venissent ius illud amentes, ad effectum principaliter præsentandi filios, vel nepotes; merito poterunt de facto ab Episcopo Exoniensi à iure illo, ita adquisito spoliari; notat *Doctores omnes suprà citati.*

6 Quartò, obstabit dicere, quod in præsenti poterat patronus filios, vel nepotes idoneos ad Ecclesiam vacantem præsentare, argumento text. *in l. illud, ff. quod cuiusque vniuers.* vbi suffragium patris filio prodesse potest, quod cum in beneficialibus prohibitum non sit, consequenter à iure permissum censetur, argumento text. *in capit. cum apud sedem, desponsalib.* imò potiùs filium præsentare tenetur, quam alium extraneũ, quia ordinata charitas, ita exposulat, *capit. non satis, capit. non est præsentanda 86. distinct.* nam quamvis pater se ipsum nequeat præsentare, *capit. per nostras, hoc titul.* eo quòd tunc non detur distinctio inter præsentatum, & præsentantem, argumento text. *in cap. fin. de constitut. capit. debitum, de baptismo*; tamen quando filios præsentat, diuersitas datur personarum, cum re vera distinctæ personæ sint, vt notant Doctores omnes, *in cap. vnico de voto, lib. 6. cap. ad hæc, cap. tua nos, de testament. capit. de vxore, §. final. de sepultur. capit. in decorem, de ætat. & qualit.* licèt aliàs iuris fictione pro vna eademque persona reputentur, *l. fin. C. de impub. & alijs substit.* nam patria potestas, cuius virtute hæc fictio inducta est, in beneficijs non attenditur, *cap. fin. de iudicijs, lib. 6.* nec similter in his, quæ iuris publici sunt, *leg. nam quod 14. ff. ad Senat. Cons. Trebel.* igitur, qui animo, & intentione præsentandi filios ius patronatus emit, non debet propter hoc spoliari, cum actum à iure licitum, & permissum videatur exercere. Cui difficultati respondendum est, fatendo verissimum esse patronum alicuius Ecclesiæ, seu beneficij posse proprium filium idoneũ, ad illud præsentare ex rationibus, & iuribus suprà in argumento adductis, *Gloss.* verb. *Auctoritate, in cap. consuluit 5. hoc tit. vbi Abbas, & in consil. 96* incipit: *Iesus Christus adsit, vol. 2. Lambert. de iur. patron. lib. 2. p. 1. quæst. 3. art. 12. Barbos. de potest. Episcop. 3. p. alleg. 72. n. 93. Tuschus lit. P. concl. 138.* Nec huic solutioni contra-

trarius est text. noster; nam quod in eo statuitur procedit, quãdo pater comparauit, vel alio modo adquisiuit ius patronatus eo animo principaliter, vt proprios filios, vel nepotes ad easdem Ecclesias præsẽtaret solo sanguinis amore ductus, & nulla idoneitatis habita ratione, quod cum sit contra decisionem text. *in cap. grauis nimis, de præben. cap. vnic. vt Ecclesiastica beneficia, cap. tuam* 10. *de ætat. & qual.* merito in tex. nostro illa præsentatio reprobatur, *vbi Franch. Butr. & Beroius, Cardin. & fere omnes in d. cap. consuluit, Rocchus de Curte*, verb. *Beneficium*, q. 4. veri. *Limita tamen*, quibus ego addendum insuper existimaui in text. nostro, Clericos ita ementes, seu aliter procurãtes prædictas aduocationes, id est, iura patronatus facere in fraudem, & contra decisionem text. *in cap.* 1 *de præb.* cum similibus a me ibi relatis, in quibus prohibetur beneficiorum in alios translatio hæreditario, siue sanguinis iure; quippè ipsi habentes, & possidentes, etiam iusto iure beneficia iuris patronatus, cũ sciant non posse illa in filios, aut nepotes transferre, propter imaginationem hęreditariæ, aut agnationis successionis, ius patronatus eorundem beneficiorum ambiebant, vt prætextu præsentationis ad eosdem cõsanguineos beneficia iure hęreditario transirent; quæ fraus adeò inualuerat, vt quasi in consuetudinem, apud Clericos Exonienses creuisset, cõstat ex integra nostri text. quæ habetur, 3. *tom. Concilior. secundæ partis in apendice Concilij Lateran. pag.* 1190. quæ refertur *ab Ant. Aug. in* 1. *collectione Decretalium, hoc tit. cap.* 8. & cum id aperte sit contra mentem, & rationem, *d. cap.* 1. *de Præb.* meritò in text. nostro damnatum fuit.

7 Quintò, ex dictis infertur interpretatio ad Alexandri III. decretum relatum, *in cap. Clerici* 11. *de censib.* vbi Cãtuarienſi Archiepiscopo, & eius suffraganeis rescribens proponit, quosdã Clericos cum Religiosis quibusdam, sine auctoritate Episcopi collusionem fecisse constituendo eis censuales Ecclesias, quas tenebant, vt post eorum decessum Ecclesiæ per repræsentationem eorum Religiosorum ad proprios filios, vel nepotes Clericorum transire possent; præcepit Pontifex Cantuarienſi Archiepiscopo, & suffraganeis eius, quod si quos talia facere inuenissent, eos à præscrip. is Ecclesijs, appellatione post posita, spoliare, seu remouere non different; cuius decisionis ratio ex nostri text. interpretatione petenda est; nam ideò hæc fraus, seu fraudulẽta collusio, in tex. illo damnata fuit, quia per eam in fraudem iuris Põtificij Clerici filijs, vel nepotibus suis beneficia à se possessa relinquere intendebant, vt considerat *Cardinalis ibidem, num.* 1. *Archidiacon.* 2. *Hostiensis* 3.

8 Sextò, solutioni supra adductæ, obstabit text. *in cap. consuluit* 15. *hoc tit. vbi Alexand. III.* declarat illicitum omninò esse, vt Clerici Ecclesias à parentibus suis fundatas propria auctoritate detineant, & quòd laici cuiquam etiam filio concedant easdem. Quæ decisio difficilis valdè est, maximè si accipiatur, vt solet à nonnullis de ipso patronatus iure; pro qua assertione considerari potest verbum illud *Ecclesias*, de quo in eo tex. multoties significare ipsum patronatus ius, præcipuè in iuribus quæ sub hoc titulo extant, *vt in capit.* 1. *cap. quod autem* 5. versic. *De cætero, vbi Gloss.* verbo *Si cõsensus, hoc titul.* vt sic ei titulo decisio supra adducta conueniat, argumento tex. *in l. Imperator, ff. de in diem addit.*; deindè, quia in eo text. extant verba illa *Propria auctoritate*, cum aliàs sine licentia, & auctoritate Episcopi dari, donari, vel trãsferri Ecclesia non poterat, *dict. cap. quod autem* 5. *cap. cum laici, cap. nullus, hoc tit. cap. nemini* 16. *quæst.* 7. in quo sensu, ita retento, textus *in dict. cap. consuluit*, expressè repugnat notissimo iuris principio, quo monemur ius patronatus ad filios, cæterosque descendentes, proprio, & hæreditario intre transire posse. *x. filijs, vel nepotibus, cap. quicumque* 16. *quæst.* 7. *capit. constitutum* 60. *in fin.* 16. *quæstione* 1. Sed hac consideratione, non obstante illius textus interpretatio, ex supra traditis desumenda est, nam prædictus textus assumendus, non est de filijs volentibus obtinere ius patronatus Ecclesiarum, quas parentes fundarunt, sed de vsurpantibus propria auctoritate, ipsas Ecclesias à parentibus fundatas, vt Beneficia Ecclesiastica, & eorum fructus: quæ quidem acceptio, & interpretatio, propria, & verissima est illius textus, versicul. *Ecclesias*, vt docent Doctores omnes *in titulo de concessione Præbend. Ecclesiæ non vac. cap. penultim. & vlt.* ne Prælatis vices suas, *cap.* 2. *hoc tit. lib.* 6. & in hoc sensu est, interpretandus tex. *in cap.* 1. *& 2. hoc tit.* vt bene cõsi-

derat *Beroius in d.cap.1.n.2.* nam quamvis in filios, & hæredes patronorum ius iure hæreditario transeat, *cap. significauit 41. de testibus, Clementin. plures, hoc titul.* tamen Ecclesiæ ipsæ, vt Beneficia Ecclesiastica minimè transeunt, atque ideò filij etiam Clerici, vel laici, quamuis hæredes, non possunt beneficia illa propria auctoritate obtinere, propter prohibitionem, & rationem, de qua *in dict. cap. 1. de Præbend.* quæ interpretatio constat ex eiusdem text. præfactione, vbi Pontifex decisionis rationem considerat in eo; quia *Sanctuarium Dei iure hæreditario teneri nequit*: tum etiam ex verbis illis *Propria auctoritate detineant*, in quibus non excludit patronorum præsentationem, & Canonicam Episcopi electionem, qua mediante licitè beneficia obtinentur; eademque interpretatione sunt intelligenda finalia verba eiusdem textus, quibus prohibetur: *Ne laici Ecclesiarum Patroni filijs suis, vel quibusdam easdem concedant*; nam accipienda sunt similiter, de concessione Ecclesiarum propria auctoritate facta, *cap. cum laici 10. cap. à nobis, hoc tit.* non verò de præsentatione, per quam filijs, vel nepotibus, vt suprà diximus, conferre potest; notat *Gloss. fin. ibidem, Hostiensis, Cardinalis, Abbas, num. 2. Ancarranus 4. & facit text. in cap. fin, hoc tit. vbi dicemus.*

9 Septimò, ex eadem interpretatione tradita, ad text. *in d. cap. consuluit 15. hoc tit.* infertur ratio, ad text. *in cap. non satis, cap. non est probandum 86. dist.* in quibus iuribus constat posse Episcopū conferre, beneficia filio legitimo, nepoti, aut cōsanguineis patroni, alias idoneis, idemque posse patronum Clericum, si ei ex priuilegio competat ius conferendi: tunc enim cum ad collationem non indigeat alterius auctoritate, & ille, qui instituitur, sit benemeritus, non est cur impediat beneficium consanguineo elargiri; nam charitas in primis exercenda est: erga domesticos, & consanguineos; notat *Aluaro Valasco de priuilegijs paupertat. quæst. 68. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 72. num. 94.* quibus adde textum *in l. Præses, Cod de seruit* quę resolutio suadetur ex facto Christi Domini eligentis ad Apostolatum Iacobum Minorem, Simonem, & Iudam consanguineos suos, *Marc. cap. 3. Luc. 6.* qua de causa fratres Domini appellari potuerunt, *Matth. cap. 13. vers. 35. Baronius tom. 1.* in apparatu ad Annales, *num. 61. cum sequentib.* probatur etiam, ex text. *in cap. dilecto 25. de Præben.* vbi Archiepiscopus Remensis Apostolicæ Sedis legatus nepoti suo Præbendam concessit, & eum in Canonicū instituit; & alia plura exēpla refert *Lara de Capell. lib. 2 cap. 2. n. 3.* quorum sententia vera, & secura est dūmodo adsit idoneitas consanguinei, vt supponimus, & absit scandalum, nam consanguineis beneficia conferre, aut in eorum fauorem renuntiare, nullum simoniæ vitium profectò continet; notat *Flamin. de resignat. benefic. lib. 4. q. 8. nu. 6.* cum sanguinis ius nequaquam rei spiritualis pretium efficiat, vt considerat *Couar. lib. 1. var. cap. 5. n. 4. post D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5.* videndus *Bobad. in Politic. 1. p. lib. 1. cap. 7. num. 20. Paul. Layman de benefic. cap. 15. num. 8.*

10 Octauo, resolutionem hanc euertere videtur, tex. *in cap. nemo 14. de simonia*, versic. *Nec pro respectu cuiusque personæ consanguinitatis, aut familiaritatis*, iūcto versic. *final.* ibi: *Quia simoniacum est vtrumque*: Ex quibus verbis constat simoniam committere eum, qui beneficium confert consanguinitatis respectu, acperconsequens, absque eius nota, non posse Episcopum, vel patronum beneficia filijs, vel nepotibus conferre: Cuius textus difficultas adeò grauis est, vt nonnullos affirmare coegit consanguinitatem, quæ in causa fuit dandi beneficij, aut quid spirituale faciendi, vel non faciendi esse materiam simoniæ, *Gloss.* verbo *Carnalitatem, in capit. vnic. vt Ecclesiastic. Benefic. Gloss. in cap. si quis neque 115. 1. quæst. 1. Beroius in præsenti, numero 6.* sed rectè falluntur, quia Episcopus in casu proposito, nihil temporale à consanguineis pro spirituali accipit; atque ideò non potest simonia illa committi, quæ à iure Diuino damnata est, neque etiam interpretatiua, quæ a iure positiuo prohibetur, vt considerant *Hostiensis, & Innocent. in dict. capit. nemo 14. de simonia*; nam verba illius textus simoniacum est vtrumque, non referuntur ad familiaritatis, vel consanguinitatis rationem, nec ad alias causas in principio ibidem relatas, sed ad insertas in versic. *Nequaquam*, nam text. ille duas in se continet partes, vnam in initio, vbi prohibetur Presbyteris accipere aliquid temporale, propter zelandū publicum peccatorē Episcopo, vel eius mi-

ni-

niſtris, aut ne illum Epiſcopo innoteſcere detrectent reſpectu conſanguinitatis, aut familiaritatis, in qui ſpecie nullum ſimoniæ verbum extat, ſed id tamē prohibetur, non tanquam ſimonia, ſed tanquam peccatum contrarium bonis moribus, & officio Clericorum; vt patet, ex eodem text. ibi: *Alienis communicans peccatis*. Cæterum, in verſ. *Nec quēquam, vſque ad fin.* vbi prohibentur Clerici reconciliare non pœnitentem, vel reconciliationem negare dignè pœnitenti propter aliquod precium; & de his ratio redditur, ibi: *Quia cum ſimoniacum eſt vtrumque*, quæ verba ſunt familia cō texturæ, & ſic referenda, ad verſ. *Immediatè præcedentem*, in quo duo proponuntur caſus, quibus adaptatur, eoſque cōprehendit taxativè dictio illa *Vtrumque*; non verò caſus primæ textus partis, qui plures ſunt quàm duo, & ſi eos comprehendere Pōtifex velet, nō dixiſſet: *Quoniam vtrumque ſimoniacum eſt, ſed quoniā omnia hæc ſimoniaca ſunt*; notat *gloſ. fin. in dict. capit. nemo* 14. *de ſimon. Cardinal. ibidem, Suar. dict. lib.* 4. *capit.* 22. *num.* 14. *Layman* 2. *tom. lib.* 4. *tit.* 10. *de ſimonia, capit. vltim. num.* 43. cum traditis *à Barboſ. in collectan. ad text. in dict. cap. nemo.*

11 Nono, aduerſus text. noſtrum, quatenus probat ſpoliandum eſſe eum, qui ius patronatus, conſideratione ſupra adducta, emit, expendo text. *in cap. conſulere* 38. *de ſimon.* vbi quicumque vice dominatum (hoc eſt ius) vel aliam Eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationē, per pecuniam obtinere voluerint; tàm ementes, quàm vendentes, cum Simone percelluntur, & ab illa Eccleſia, in cuius contumeliam dare pecuniam, & accipere voluerunt, iuſtè excludūtur; quæ deciſsio aperte ſatis denotat eum, qui vice dominatum emit, & qui vendit, priuari, & excludi ab omni iure quod poſſet fieri in Eccleſia; idem probat text. in *cap. præterea* 2. *hoc tit. capit. ſaluator*, verſ. *In homine* 1. *quæſt.* 3. Igitur non rectè in noſtra ſpecie pœna illa ſolum infligitur emptori, cum vtrumque; ſcilicet, emptorem, & venditorem ea puniendos eſſe iura proclamant nuper perpenſa. Cui difficultati reſpondendū eſt, quòd quādo extraneus emit ius patronatus, vel aliter illud, ex alio titulo adquirit, hac intentione principaliter, vt præſentet filios, vel nepotes, tàm emptor, quàm venditor priuandi ſunt iure patronatus, & illud redditur Eccleſiæ, non vt ex hoc Eccleſia efficiatur patrona ſui ipſius, quippè iuris quædam ſeruitus eſt: vt in *cap. piæ mentis* 16. *quæſt.* 7. *c. ſignificauit, de teſtib.* nam in re propria nō poteſt ſeruitus dari, *l. vti frui, ff. ſi vſusfruct. petat.* ſed ad hoc, vt ab eo iure liberetur Eccleſia, & libera maneat, & conſequēter ordinarius, ad quem de iure expectabat ius inſtituendi, liberam poteſtatem habeat conferendi beneficium, perinde, ac ſi beneficium patronatum non eſſet, vt in *cap.* 1. *& 2. de Religioſ. dom. cap. vouet, de his quæ fiunt à Prælat. cap. vouerunt, capit. decretum iuncta eius, gloſ.* 11. *quæſt.* 1. *Gomez in capit. vnic. hoc tit. lib.* 6. *Innocent. in præſenti.* Ratione etiam confirmatur, quia ex huiuſmodi contractu facto ſuper iure patronatus, Eccleſiæ iniuria, & contumelia irrogatur, *dict. cap. conſulere*, verſ. *In eius contumeliam*, pœna autē à Canone impoſita Eccleſiæ ſic illata eſt contumelia applicanda, *ex auct. quomodo oportet Epiſcopus, §. Verumtamē, & §. Si quis autem, cum ſequentibus*: in quibus iuribus cauetur, quòd ſi quis in Eccleſia pro motus eſt precio, dans, vel recipiens illo priuatur iure, & adquiritur Eccleſiæ, *cap. de hoc in fin. de ſimon.* vbi iubetur pecuniam ſimonia adquiſitam Eccleſiæ reſtitui. Nec obſtat, quod in noſtro text. captum eſt, vbi nulla fit mentio, de venditore, ſed tantum, de emptore, quem ſolum ſpoliandum eſſe iure patronatus exprimit, & conſequenter eo ipſo videtur decidere, quod hæc pœna tantum emptori, non verò venditori imponenda eſt, & ſic venditorem à iure patronatus, non videtur priuatum eſſe, nec Eccleſiam liberam remanere; cum apud venditorem ius patronatus remaneat: quia reſpondēdum eſt, quod ſatis datur pœna expreſſa, cū exprimatur in vno ex correlatiuis, cum in altero eadem ratio militat; nam tunc, tàm venditor, quàm emptor ſimoniam cōmittit; ſiquidem pœna in vno excorrelatiuis impoſita, in altero appoſita videtur; vbi eadem ratio delicti concurrit, *l. fin. ff. de acceptilat. l.* 1. *C. de tupreſsis, lib.* 11. *l. vltim. C. de indiuiduit. toll. l. vnic. C. de edict. Diu. Adrian. tol.* gloſ. verbo *Eligatur, in Clementin.* 1. *de election. Abb. in capit.* 1. *de locato.* Ergo licet text. noſter tantum referat emptorem ſpoliari debere iure patronatus, quod emptionis titulo quæſiuit; tamen idem, de vendi-

to.

tore, seu de alio quolibet ius patronatus, sic in alium transferente dixisse, videtur ex natura correlatiuorum, quæ est, vt concurrente eadem ratione delicti, dispositum in vno censeatur, etiam in alio locum habere, *dict. l. vltim. C. de in dict. viduit. tol. Thomas Sanchez, plures referens, lib. 2. Moral. capit. 3. dubit. 82. & 83.*

Ad textum in capit. quia Clerici 4. capit. ex litteris 7. capit. cum sæculum 13. capit. de iure 16. cap. præterea 23. hoc nostro titulo, de iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Patronatus ius consistens in aliqua vniuersitate transit cum ea ipsa, etiam si vniuersitas, tantùm, quoad vtilè dominium transit; nisi specificè sit exemptum.*

2 *Attendendum est id, quod principaliter agitur, non verò, quoad consequeutiam venit.*

Magis dignum aliquando potest accedere minùs digno, fructus pertinent, ad bonæ fidei possessorem.

3 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur.*

Patronatus ius per se solum vendi non potest, secùs accessoriè, & per consequentiam, cum vniuersitate bonorum.

5 *Cap. cum Bertholdus, de sentent. & re iudic.*

6 *Patronatus ius an transeat, cum hæreditate?*

7 *L. fusidius 29. de reb. auct. iudic. poss. (alias incipit Ausidius 13. ff. de priuileg. creditor.)*

8 *Dignum magis trahit, ad se minus dignum.*

9 *Præsentatio, vt valeat requiritur, quod præsentans sit in possessione, vel quasi præsentandi.*

Colonus nomine domini ciuiliter possidet, proprio autem naturaliter tantum.

10 *Præsentatio, vt valeat requirit, quod facta sit à maiore parte patronorum, id etiam desideratur in contractibus à capitulo, vel Collegio factis.*

11 *Præsentatio lite pendente facta an teneat?*

Cap. cum venissent in fin. de in integr. restitut.

Capit. consultationibus 19. de iure patronat.

12 *Sepultura, absque labe simoniæ vendi potest.*

1 CONCLVSIO. Patronatus ius consistens in aliqua vniuersitate temporalium trãsit, cum ex ipsa, etiam si vniuersitas transeat tantùm, quoad vtilè dominium, nisi ius patronatus specificè sit exemptum: quæ conclusio confirmatur ex text. *in cap. quia Clerici 6. capit. ex litteris 7. capit. cum sæculum 13. capit. de iure 16. capit. præterea 23. hoc nostro tit. de iure patronat. capit. cum Bertholdus 18. de sent. & re iud. Clement. in. plures, hoc tit. capit. 1. de capitan. qui curiam vend. in vsibus fœudor. Trident sess. 25. de reformat. capit. 9. l. quædam 63. ff. de adquir. rer. domin. l. aqua ductus 47. l. dolia 76. l. in modicis 24. ff. de contrah. emption. l. mercedem 55. ff. de action. empt. l. 1. ff. de fund. dotal. l. 8. tit. 15. part. 1.* exornant *Rochus de iure patron.* vers. *Ipse, vel is à quo causam habuit, numero 1. & 40. Lambertin. eodem tit.* & vers. *Couarruu. lib. 1. variar. capit. 13. numero 4. & lib. 2. capit. 18. numero 8. Molin. de primogen. lib. 1. capit. 24. numer. 18.* cum traditis *à Cenedo in Collect. an. ad Decretales, collect. an. 5. numero 1. & 2. & ad Clementinas, collect. an. 7. Barbos. in collect. an. ad nostrum text. num. 2.* & in iuribus suprà adductis.

2 Ratio est; quia tunc contractus videtur initus super rebus temporalibus, non verò super iure patronatus, quod accessoriè transit, *glos. in cap. quærellam, de simonia,* & sic accessoriè, & in consequentiam, cum vniuersitate vendita, non in vim venditionis, sed accessionis tantum transmittitur, quo casu non dicitur contractus, vel venditionem celebrari super ipso iure patronatus, sed super ipsa vniuersitate bonorum vendita, *dict. l. in modicis, cum suprà traditis;* siquidem, quod principaliter agitur est attendendum, non verò, quod inconsequentiam venit, *cap. cum voluntate, de sentent. excom.* Nam magis dignum aliquando potest accedere minus digno, *dict. l. in modicis ff. de contrahend. emption.* & licet contractus, non gratuitus pro-

hi-

hibeatur ſuper iure patronatus, *capit. quia Clerici 6. hoc tit.* tamen ſi contractus non gratuitus intervenit, cum aliqua vniuerſitate temporalium, ius patronatus exiſtens in eo, etiam cum ea tranſit, vt in præſenti, *& in capit. cum ſeculum, hoc tit.* nam de natura acceſſorij eſt tranſire, cum principali, *capit. acceſſoriũ, de regul. iur. lib. 6.* quæ regula procedit, etiam ſi acceſſorium ſit eminentius, & dignius, quia ſemper ſequitur naturam principalis, *l. cum aurum 20. §. fin. l. & ſi non ſunt 21. §. Perveniamus, ff. de aur. & arg. legat.* Ratio rationis eſt, quia in acceſſorio vel principali non attẽditur, quid ſit dignius, ſed quid ſit primò, vel ſecũdò in intentione, & dicitur principale, quod eſt primo in intentione, & de per ſe, reliqua verò, quæ ſunt ſecundo in intentione, cenſetur accidentalia, *dict. l. in modicis, cum ſimilibus*; quod locum habet, etiam ſi vniuerſitas tantum trãſeat, quoad vtile dominium. Ratio eſt, quia præſentatio cenſetur quidam fructus iuris præſentandi, *capit. conſuluit, hoc tit. dict. cap. cum Bertholdus*, vbi latè ſcripſi; ſiquidem fructus pertinent, ad bonæ fidei poſſeſſorem, *capit. grauis, de reſtit. ſpoliat.* vbi dixi; meritò ergo exiſtens in poſſeſsione iuris patronatus, licet non habeat proprietatem illius, valide præſentat, & præſentatus per eum, & inſtitutus, per ſuperiorem, non debet poſtmodum remoueri, *capit. quærellam, de election.* quod ſecus erit, ſi malæ fidei poſſeſſor iuris patronatus exiſtat, *Abbas in præſenti, Innocent. in capit. 2. de in integr. reſtit. Rota in nouiſſimis, deciſ. 243. & in antiquis, deciſ. 575.* Secus verò, ſi in venditione expreſſa mentio iuris patronatus fiat, veluti ſi dicatur: *Vendo tibi Villam, & ius patronatus, vel Villam cum iure patronatus, vel Villam, & ius patronatus*, ſiuè alio modo fiat mentio iuris patronatus in venditione, quia tunc nõ poteſt tranſire, ex ratione tradita, in *capit. quia Clerici, ſuprà, hoc tit.* Siquidem tunc non poteſt dici, quod eius patronatus veniret tanquam acceſſorium, ſed tanquam vnum, de principaliter nominatis in venditione, quod eſt prohibitum, tanquam ſimoniacum, *capit. de iure, hoc tit.* nam tunc ius patronatus expreſsè in pactum deducitur, & ſic nocet ex regul. textus, *in l. expreßa nocent, de regul. iur. gloſ.* verbo *Vendi, in dict. capit. de iure, hoc tit. Spino de teſtam.* plures referens, *gloſ. 4. principal. num. 107. Lambertin. vbi ſuprà, lib. 1. art. 20. quæſt. 5. principal.*

3 Primò, huic vltimæ decidendi rationi obſtabit dicere, quod expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur; notant omnes in *l. 3. ff. de legat. 3. Dueñas, regula 285.* quæ regula etiam procedit in ſpiritualibus, *gloſ.* verbo *Cõditione, in capit. ſignificaſti 4. de election. capit. cum olim el 1.* verſ. *Sub ea conditione, de reſtit. ſpoliat.* & ſic, quando ius patronatus ſua natura venditioni illi annexũ eſt, nihil intereſt, quod ſit expreſſum, vel ſimul venditum. Cui dubio reſpondendum eſt, hanc regulam procèdere, & locum habere in actibus, qui ſui natura, & de per ſe ſunt liciti, & validi, ac permiſsi cuiuſcumque naturæ ſint. Secus verò, quando fuiſſent per ſe illiciti, & reprobati, ac diuerſæ naturæ, vt eſt venditio iuris patronatus Eccleſiaſtici; nam tunc expreſsio illius reddit nullum, & illicitum actum, qui anteà ex vniuerſali Villæ venditione, cui erat annexum, valebat, & licitus contractus erat, nulla in eo facta mentione, *Lambertin. & Spino, vbi proximè, num. 117.*

4 Secundo, concluſioni ſuprà adductæ obſtabit ſequens dubitandi ratio; ius patronatus nullo modo vendi poteſt; nam ſicut in ſpiritualibus emptio, vel quilibet contractus non gratuitus, ad ſimoniam vitandam reprobatur, *capit. cum pridem 4. capit. fin. de pactis, capit. quærellam 15. de ſimon.* ita ſimiliter prohibetur in annexis ſpiritualibus, *capit. quanto 3 de iudic.* ſed ius patronatus eſt annexum ſpiritualibus; *dict. capit. 3. de iudic. capit. de iure, hoc tit.* Ergo, nec per ſe tantum, nec cum vniuerſitate bonorum vendi poteſt. Cui dubio reſpondendum eſt, quod licèt ius patronatus per ſe, & principaliter vendi non poſſit, ne in eo ſimonia committatur, vt ſpiritualibus annexo, nihilominus tamen, cum non principaliter, ſed inconſequentiam, vel acceſſoriè in pactum, vel conuentionem deducitur, cum bonorum vniuerſitate, illo tamen nõ expreſſo tranſire, etiam ex cauſa pignoris, venditionis, aut ſimilium, ad eundem effectum, ad quem tranſiuit vniuerſitas bonorum. Nec huic ſolutioni obſtant verba text. *in capit Clerici 6. hoc tit.* verſ. *Vel quocumque modo poſſunt adquirant*; quæ verba, cum generalia ſint, oſtende-

re

re videntur nullo modo, & sic, nec per consequentiam posse adquiri ius patronatus; quia respondendum est, quod licet horum verborum occasione quidā voluerunt arguere, ex mēte glossæ ibidem; nullo modo, id est, nec per se, nec cum vniuersitate bonorum posse ius patronatus in venditione venire; nihilominus tamen illa verba declaranda sunt secundum materiam, de qua ibi agitur, hoc est nullo modo illicito, vel à iure reprobato posit adquiri ius patronatus; sed tantum, cum vniuersitate bonorum in vim consequentiæ transire potest, quia hoc non est in iure reprobatum, sed potiùs permissum, vt in *text. nostro, cum similibus*; per se autem distinctum, & separatum vendi non potest, quia hoc in iure reprobatum est: quomodo est intelligendus text *.in dict. capit. quia Clerici 6. hoc tit.*

5 Tertiò, prædictis obstat text. *in capit. cum Bertholdus 18. de sent. & re iud. capit. 1. de Capitaneo, qui curiam vendit in vsibus fœudor. l. cum patronus 22. §. 1. de oper. libert. l. plures 47. §. Vltim. ff. de bon. libert. l. quia perinde 42. §. Restituta, ff. ad S. C. Trebellian. l. vel quia 6. ff. de Religios. & sumpt. fun. l. cum sinc, ff. de carb. edict.* de quibus omnibus latè scripsi, *in dict. cap. cum Bertholdus 18. de sentent. & re iud. numero 3. vsque ad 11. & in cap. quanto 3. de iudicijs, num. 8. & 9.* quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

6 Quartò, aduersus id, quod in præsenti notant Doctores omnes; videlicèt, vendita hęreditate transire in emptorem ius patronatus, quia hæreditas est, quid vniuersale, *l. hæreditas 43. ff. de petit. hæred. l. hæreditas 63. ff. de regul. iur. l. nihil 24. ff. de verbor. signif.* & sic consequenter transire ius patronatus, *dict. l. in modicis, ff. de contrahend. emption. Couarruuias, lib. 2. variar. capit. 18. numero 18.* obstabit dicere, quòd vendita hæreditate non transit ius patronatus, & constat ex rationibus suprà traditis, quia tunc demum dicitur ius patronatus, cū bonorum vniuersitate transire, quando vniuersitas est talis, quæ non requirit singularum rerum traditionem, vt in Castro Villa, & similibus, sed in venditione hæreditatis requiritur singularū rerum traditio; vt notant Doctores omnes, *in l. in traditionibus, C. de pactis, l. si tibi, C. de hæred. vel action. vend.* Ergo, si in venditione hæreditatis veniret ius patronatus requiriretur ipsius singularis traditio, & sic videbatur specialiter vendi, quod non licet, ne in eo casu simonia committatur: ergo vendita hæreditate, non transit ius patronatus. Augetur difficultas ex eo, quia postquam hęres adiuit hæreditatem, in qua erat ius patronatus, deinceps desinit esse hæreditas, vel bonorum vniuersitas, & incipit esse proprium patrimonium ipsius hæredis, *l. sed etsi plures 10. §. Filio impuberi, ff. de vulgar. & pup. substit. l. fin. in fin. ff de inofficios. testament. l. cum hæredes 22. ff. de adquir. possess. Conan. lib. 3. commentar. cap. 8. num. 7. in fin.* Ergo hæres vendendo hæreditatem, non dicitur eam vendere, sed propria bona, acperconsequens videbatur vendere ius patronatus, & simoniam committere contra supra dicta; sed respondendum est, quod licet in venditione hæreditatis, requiratur traditio iuris patronatus, non tamen eius specialis venditio, cum hæreditati accessorium sit, sed solum venditio ipsius principalis hæreditatis, argumento textus, *in dict. l. in modicis, cum similibus*; sic similiter fatendum est hæredem vendēdo hæreditatem dicere, bona sua vendere, vel patrimonium proprium, sed propterea non dici vendere ius patronatus ei annexum, vel in illa contentum. Nec obstabit si replices, quod cum in eo casu non detur hæreditas, neque etiam dabitur bonorum vniuersitas, quia negandum est, non dari bonorum vniuersitatem, siuè sint hæredis, siuè defuncti testatoris; nam bonorum appellatio est vniuersalis comprehendens iura, & actiones, sicut hæreditatis appellatio, *l. bonorum 208. ff. de verbor. signific. vbi Alciatus, Robertus, & Fornerius, Tiraquel. in l. si vnquam*, verbo *Bona, numero 1. C. de re uocand. donat. Pinel. in rubrica, C. de bon. matern. 1. part. numero 2. Abbas in præsenti, numero 12. Beroius 61. Rochus vbi suprà, num. 42.*

7 Quintò, prædictis obstat text. in *l. fusiduis 29. ff. de rebus auctor. iudic. poss.* (alias incipit *Auxidius 13. de priuileg. credit.*) vbi probatur, ex generali bonorū venditione non transire statuas honoris gratia positas, vel erectas: ergo pariformiter, & facilius dicendum, ex generali bonorum venditione ius patronatus, quod etiam honorificum est, non debere transire. Cui dubio respondendum est honorem statuarum mere personalis-

lissimum esse, ad splendorem tantum imponendis statuis; ideòque, cum propter eius honorem tantum statuæ positæ sint, non ægreditur eius personam talis honor, proindeque non transit in emptorem bonorum, secus autem in nostro iure patronatus, quod non tantum honorificum est, sed etiam vtilè, & onerosum, vt patet ex suprà traditis; ideòq; potest in quemlibet successorem transire, *Beroius in præsenti, num. 61. Cuiacius, lib. 10. obseru. cap. 17. in fin.*

8 Sextò, prædictis obstare videtur principium illud, quo docemur magis dignum trahere, ad se minus dignum, *l. quæ Religiosis 43. ff. de rei vind. capit. quod in dubijs 3. de consecrat. Eccles. vel Altar. iuncta eius glos.* verbo *Consecrato*, sed ius patronatus, vt potè spiritualibus annexum dignius, & excelentius est vniuersitate bonorum, vel Villæ, quæ temporales res sunt, notant Doctores omnes, *in capit. inter corporalia, de translat. Episcop. l. sancimus 13. vers. Cum etenim, C. de Sacros. Eccles.* Ergo non debet trahi à Villa, vel bonorum vniuersitate, nec cum ea poterit transire ius patronatus; sed respondendum est regulam supra adductam procedere, cum magis dignum, & minus dignum considerantur principaliter, & per se, cuius rei exemplum sit in ipso iure patronatus, quod assumit nomen, & naturam à digniori, & potentiori, cum partim temporale, partim spirituale reputari potest, & nihilominus iudicatur, & habetur tanquam, quid spirituale, vel spiritualibus annexum. Secus verò dicendum est, quando magis dignum non per se, nec principaliter extat, sed est accessorium, ad minus dignum, de quo principaliter agitur, tunc enim minus dignum, tanquam principale trahit, ad se magis dignum, vt accessorium, *capit. accessorium, de regul. iur. in 6.* nam, ad hoc, quod dicatur aliquid esse principale, vel accessorium, non consideratur, quòd sit dignius, vel minus dignum, sed tantum illud, quod principaliter, & prima intentione fiat propè se, & non prope aliud; nam tunc illud dicitur principale. Si autem non fiat principaliter propè se, sed prope aliud, cui accessit, dicitur esse accessorium nulla facta differentia ex eo, quod sit magis, aut minùs dignum, vt patet in accessione præciosæ purpuræ, ad vestimentum minus pręciosum, *§. Si tamen alienam, instituta de rer. diuis. l. cum aurum 20. l. 21. §. Perveniamus, ff. de aur. & argent. l. si in emptione 34.* vers. *Neque refert, ff. de contrah. empt. Beroius in præsenti numero 10.*

9 Septimò, aduersus text. nostrum obstabit sequens consideratio; nam ad hoc, quòd quis possit præsentare necessario requiritur, quòd sit in possessione, vel quasi præsentandi in iure patronatus, *capit. consultationibus 19. hoc tit.* vbi Doctores omnes, sed miles, de quo in præsenti mentio habetur, non erat in possessione, vel quasi iuris patronatus, quia illam, cui annexum erat ius patronatus habebat, *ad firmam*, quæ est locatio sub annuo censu, *capit. 2. de locat.* ergo miles, qui possidebat solùm tanquàm conductor, non sibi, sed nomine Abbatissæ possidebat; siquidem Colonus, non sibi, sed domino possidet, *§. Possidere, instit. de interdict. l. 2. C. de præscription. 30. vel 40.* Ergo cum miles, sibi non possedisset; similiter præsentare non potuit. Augetur difficultas, ex text. in *capit. cum Bertholdus 18. de sentent. & re iudicat.* vbi probatur possidentem Villam pignori datam, cui annexum erat ius patronatus non posse præsentare: ergo multò minus miles in præsenti præsentare poterat, cum haberet Villam in locatione; cui annexum erat ius patronatus. Pro cuius dubij solutione meminisse oportebit aliquibus Doctoribus visum fuisse Colonum possidere ciuiliter domino; sibi autem naturaliter, & sic ratione huius naturalis possessionis in præsenti Colonum præsentare potuisse: quæ solutio comprobari potest ex eo, quod locatio, *ad firmam*, est vocabulum Galicum, & idem est, quòd locatio sub annuo censu, vel ad annum censum, *Beroius in præsenti, & in capit. 2. de locat.* qui text. etiam loquitur, de locatione, *ad firmam*, fructuum decimarum, quæ ad longum tempus decē annorum fieri non potest, *dict. capit. 2. de locat. capit. fin. ne Prælati vices suas, capit. 2. §. Sane, de decimis, lib. 6.* & nihilominus Colonus miles in præsenti præsentauit; igitur ex eo, quia possidebat, aliàs autem, si non possedisset, non potuisset præsentare; quare omissa longa Doctorum disputatione; scilicèt, vtrum Colonus possideat, necnè, verius est dicendum non obstare id, quod non-

nonnulli existimarunt in text. nostro locationem factam fuisse, ad firmam, & sic admodicum tempus, *dict. capit. 2. de locat.* vbi fuit facta, ad septenium; siquidem aliquando fieri potest, ad longum tempus; vt constat ex eodem, *capit. 2. de locato*, vbi specialiter locatio fieri prohibetur in decimis, ad longum tempus: igitur sui natura poterant contrahentes dictam locationem, *ad firmam*, facere ad longum tempus, nisi lex contradicat; sicque quando locatio fit admodicum tempus, non transfertur dominium, nec vlla possessio, ad Colonum, cum nomine suo, sed domini possideat. Secundo verò casu, quando locatio, *ad firmam*, fit ad longum tempus, transfertur in Colonum saltim, vtile dominium, vel iuxta verum dicendi modum vtilis actio in rem, & naturalis possessio, ad vtilitates rei locatæ percipiendas, & deferendas, *l. 1. vers. Si in perpetuum, ff. si ager vectigal. l. 1. §. Quod autem, ff. de superficiebus, Bartol. in dict. l. 1. ff. si ager vectigal. Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 14. numero 80. Sarmiento, lib. 3. Select. capit. 2. numero 31. Aluar. Valasc. de iure emphyteutic. 1. part. quæstion. 29. numero 28.* Ex quibus dicendum est, cum Beroio in præsenti locationem, *ad firmam*, in text. nostro factam fuisse, ad lõgum tempus, & sic possediisse Colonum militem saltim naturaliter Villam locatam, cui erat annexum ius patronatus, & in eum vtilè dominium, vel vtilem actionem fuisse translatam, acperconsequens possediisse, & sic potuisse præsentare, *dict. capit. consultationibus, hoc tit.* nec obstat text. *in dict. capit. cum Bertholdus, de sentent. & re iudicat.* de cuius interpretatione videre oportet ea; quæ ad eundem text. retulimus, *num. 3, cum sequentibus.*

10 Octauò, aduersus text. nostrum, in vers. *Postmodum Abbatissa*, ex quo probare videtur solam Abbatissam, si vocatio facta non fuisset, potuisset præsentare; obstabit dicere, quòd ad peragendum vsum, vel exercitium iuris, vel actionis expectantis, ad Monasterium, vel Collegium, non sufficit solus consensus, vel sola auctoritas Prælati, sed requiritur necessario consensus maioris partis, vt in materia præsentationis, docet text. in *capit. nouit 4. capit. quanto 5. & capit. 6. de his quæ fiunt à Prælat. capit. illud 8. in fin. hoc tit.* Ergo, etiam si locatio non processisset, sola Abbatissa, sine consensu sui capituli, non potuit in præsenti præsentare. Pro cuius dubij solutione ad notandum est, ea, quæ aliquibus de vniuersitate competunt, non vt singulis, sed vt cuidam corpori vniuersali, ex eis constituto competunt, & hæc omnia, non possunt expediri, nisi eorum maiori parte conueniente, & re prius diligenter discusa, vt in donationibus, venditionibus, alienationibus, contractibus rerum Ecclesiarum, & alijs similibus cuiuslibet vniuersitates, vel Collegij; iuxta textum, *in capit. 1. capit. continebatur, capit. cum nos, de his quæ fiunt à Prælat.* Quod iustissima ratione constitutum est, cum naturale vitium sit negligere; quod communiter possidetur, *l. 2. Cod. quando, & quibus quarta pars deb. lib. 10.* & sic; quod vniuersos tangit, ab omnibus debet approbari, nam cum ipsis specialiter non competat, facilimè dilapidarentur, sed non in earum expeditione rerum capituli consensus omnium requiritur, sufficit tamen, si maior eorum pars assensum præstiterit, *capit. sine exceptione 12. quæst. 2. capit. dudum, capit. congregato, de elect. capit. fin. de his quæ fiunt à Prælat. l. quod maior, ad municipalem.* Ad quem resolutionem, & doctrinam referenda est præsentatio; de qua in text. nostro, vt non possit sine maiore parte capituli, & eius consensu peragi, vt constat ex iuribus supra in argumento adductis. Nec obstat text. noster, quia in eo necessario præsuponendi sunt termini habiles; scilicèt Abbatissam, cum consensu Monialium in præsenti præsentare potuisse, nec de eo ibidem specialiter expressum fuit, quia de dubio illo non agebatur, *Rochus de iur. patronat.* verbo *Competens alicui, numero 28. Lambertin. eodem tractat. 3. part. lib. 2. artic. 3. & 4. primæ quæst. principalis.*

11 Nonò, aduersus text. nostrum, in vers. *Vel antiquam*, quatenus ex eo probari videtur præsentationem, litependente in iure patronatus, factã non valere; obstabit text. in *capit. consultationibus 19. hoc tit.* vbi apertè probatur, nihil aliud requiri, ad valorem præsentationis, quàm quod præsentatio facta sit ab eo, qui possidebat, vel quasi ius patronatus, quamvis alius vicerit illud, de quo quæstio vertebatur: igitur nihil interest, quòd lis pendeat super iure patro-

tronatus, vt præsentatio valeat. Cuius dubij solutio pendet, ex declaratione quæstionis, quam mouet, *glos. fin. in præsenti*; scilicet, vtrum litè pendente possit fieri præsentatio; pro cuius declaratione, ad notandum est fructus perceptos litè pendente, post contestationem, etiã à bonæ fidei possessore, si condemnetur restituendos esse, *capit. grauis, de restitut. spoliat.* fructus autem præsentationis secuta Episcopi institutione, aut collatione restitui non possunt, cum beneficia dempta in perpetuum, *capit. sanctorum*, vers. *Perpetuò* 70. *dist. cap. vnic. de Capell. Monach. lib. 6.* ideoque præsentatio, litè pendente, facta non potest confirmari, ab Episcopo, sed deferri debet institutio in tempus sententiæ, *glos.* verbo *Debent, in cap. hæc quippè 3. quæst. 6. Rochus, vbi suprà, num. 52. Lambertin. dict. art. 4. 3. quæstionis principalis*, quo in casu dum sententia profertur, constituet, vel diputabit Episcopus Rectorem, tanquam œconomum iuxta formam, text. *in cap. cum vos 4. de offic. ordinar.* quæ resolutio non procedit, quando præsentatio, vel institutio facta fuerat ante motam litẽ; tunc enim, etiam sententia lata contra illum, qui præsentauit, non reuocabuntur præsentatio, & institutio, idque est, quod prohibetur in præsenti circa finẽ; ita declarando in vers. *Antequam*, ne scilicet litè pendente fiat institutio, propter rationem proximè assignatam; non autem prohibetur præsentatio, quæ etiam quamuis lis pendeat. à possessore fieri potest, cum ex ea solà præsentatione non percipiantur fructus, qui restitui non possunt, cum si vincat litigans, qui non præsentauit, possit de nouo præsentare, & petere institutionem reuocando præsentationem litè pendente à primo possessore factam; siquidem præsentatio illa, non concedit ius perpetuum, nec irreuocabile, tanquam institutio, & collatio; & ita de illa præsentatione litè pẽdente facta loquitur, text. *in dict. capit. consultationibus, hoc tit.* notat *Abbas*, & *Beroius in præsenti*; qua doctrina etiam est interpretandus, text. in *cap. veniſſent in fin. de in integr. restit.* vbi licèt electio litè pendente possit fieri ab illis, qui sunt in quasi possessione iuris eligendi; tamẽ eius confirmatio, seu institutio prohibetur, ne præsentatus adquirat ius irreuocabile, & perpetuum, ne alter, qui vincit, possit fructus illius electionis recuperare; hodiè tamen decisio, text. in *dict. cap. consultationibus, hoc tit.* declaratur per Concilium Tridentino, *sess. 25. de reform. cap. 9.*

12 Decimo, aduersus text. nostrum obstabit dicere, quòd ratio propterquã prohibetur per se simpliciter ius patronatus vendi, ea dicitur, quia spiritualibus annexum est ex iuribus suprà adductis; & similiter ea ratione prohibetur vendi ius sepulturæ, vtpotè Religiosis, & spiritualibus annexum, *cap. abolendæ 13. de sepultur. capit. quæsta est, capit. postquam, cum alijs 13. quæst. 2. l. 2 in fin. C. de Religios. & sumpt. l. 1. tit. 13. part. 1.* Sed quotidiè videmus principaliter, & per se distinctas sepulturas vendi ex ingentĩ precio, absque simonia, *Genes. capit. 23. dict. capit. quæsta 13. quæst. 2. capit. postquã eadem causa, & quæst.* Abrahan emisse sepulturam à filijs Epheron ad humandum corpus vxoris suæ: ergo similiter ius patronatus, non solùm cum bonorum vniuersitate, sed etiam principaliter, & per se distinctum emi, vel vendi poterit. Verùm huic dubio respondendum est, principia supra in argumento adducta procedere, & intelligenda esse de necessaria sepultura danda fidelibus in communi Ecclesiæ cœmeterio, illa etenim nullo modo vendi potest, cum ex mente illorum iurium sepelire mortuos, ad Religionem tangat, *capit. in Ecclesiastico 13. quæstion. 2.* Quam contemnere, vel omittere necessariam sepulturam precio adhibito peccatum erit, & ex eo simonia inducitur, ex dictis iuribus; atverò si locum distinctum honorabilem, & eminentem à cæteris separatum, quis velit in Ecclesia sibi suis, qui descendentibus eligere, ad sepulturam, tũc benè dicet Ecclesiã, pro tali sepultura, vel electione pecuniam recipere, consuetudine à Pontificibus tollerata; nam tunc non dicitur venditio terræ, nec terra ipsa venditur, sed tantùm ipsa præeminentia, vel honor excellentioris loci, sibi, & suis destinati; vt sic, nõ sit cõmunis, vt anteà erat: quod tolleratũ est habita ratione sũptuũ Ecclesiæ, ad quos sustinẽdos, veluti per modũ eleemosynæ, & ad laboris stipendiũ, vt promissis, & sacrificijs aliquod precium taxatur; conceditur, nõ tamen in vim pacti, sed in vim sustentationis, aut stipendij, argument. text. *in capit. charitatem in fin. 12. quæst. 2. Siluester in summ.* verb. *Simonia*,

nia, §.12. & verbo *Sepultura*, §.2. *Sotus de iust. & iur. lib.9. quæst.7. art.1. Gregor. Lopez, glos.1. & 2. in l.1. tit.15. part.1. Molina, lib.2. de primogen. cap.24. numero 30. & 40. Spino in speculo testam. glos.2. princip. de election. sepultur. num.35.*

Ad textum in capit. eam te 22. capit. quoniam 3. in fin. capit. si verò 12. capit. cum propter 27. hoc nostro tit. de iure patronat.

SVMMARIVM.

1 *Patronatus iuris quæstio, si intra sex mẽses non terminatur potest Episcopus, sine præsentatione Rectorem instituere.*
2 *Ordinatio Ecclesiæ non debet suspendi propter contentionem patronorum.*
3 *Cap. quoniam 3. in fin. cap. cum propter 27. de iur. patron.*

Patroni laici, & Ecclesiastici in quo differant.

1 CONCLVSIO. Si quæstio iuris patronatus intra sex mensesnon terminetur à tẽpore vacationis, libere potest Episcopus, sine præsentatione ibidem Rectorem instituere; consonat textus *in cap. eam te 22. cap. quoniam 3. cap. si verò 12. cap. cum propter 27. hoc tit. capit. sicut 2. cap. licet 3. de supplenda negligent. Prælat. cap. si laicus vnic. hoc tit. lib.6. capit.2. §. Cum verò, capit.5. capit. ex parte 10. & 12. de concess. præbend. l.11. tit.15. part.1.* exornant *Lambertin. de iur. patronat. lib.2. part.2. quæst.1. art.1. Cardoso in praxi*, verb. *Ius patronatus, num.15. Nicolas Garc. de benef. part.5. cap.9. numero 109. Rochus de Curte*, verbo *Honorificũ, quæst.34. Doctor Solorçano de iure Indiar. tom.2. lib.3. capit.3. numero 48. Stephan. Gratian. disceptat. Forens. tom.3. cap.560. Didacus Perez, in l.1. tit.3. lib.1. fori*, versic. *Clericus patronus, fol.100.* cum traditis *à Barbos. de potest. Episcop. part.3. allegat.72. numer.126.* idem *in Collectan. ad text. nostrũ*, cũ similibus suprà adductis.

2 Ratio est, quia propter contentionem patronorum, non debet differri Ecclesiæ ordinatio, *cap.1. cap. quærimoniam, hoc tit.* vbi scripsi; nam cum ius patronatus competat patronis ex gratia, ab Ecclesia concessa, *dict. cap. quærimoniam, cap. decernimus 16. quæst.7.* priuilegium pro illa vice amittere videtur, qui eo abvtitur, *cap. priuilegium 11. quæst.3. cap. cum inter, de electione.* Ergo, cum priuilegium abvti videantur patroni, qui tali facultate, sibi concessa intra terminum à lege difinitum discordati, & litibus impliciti non præsentant; merito facultatem eligendi, ex priuilegio illis concesso, quæ antiquitus Episcopis cõpetebat, amittere debent; nam de iure ordinario omnium beneficiorum collatio, & prouisio, ad Episcopos expectabat, *cap. omnes Basilicæ 16. quæst.7.* Meritò causa illa interueniente, ad suam naturam iuris communis, de facili prouissio, ad Episcopos reuerritur, argument. text. *in capit. ab exordio 31. distinct. l. si vnus, §. Pactus, ne peteret, ff. de pactis.* Merito igitur Episcopus transacto illo tempore debet Ecclesiã ordinare de Rectore, ne Ecclesia diu sit vacans, *capit. ne pro defectu, de elect. cap. quã sit eodem tit. lib.6.*

3 Primò, obstabit text. *in cap. quoniã 3. in fin. c. cum propter 27. hoc tit.* in quibus iuribus probatur, non esse expectãdum semestre, sed post quatuor menses poterit Episcopus præsentare, si patroni intra illud tempus, ad concordiã, non fuerint redacti. In quorum iurium contrarietate omissis varijs solutionibus verissimè est dicendum discrimen versari inter patronos laicos, & Ecclesiasticos; nam patronis Ecclesiasticis semestre tempus, ad præsentandum conceditur; & ita obtinet textus noster; laicis verò quadrimestre, & ita sunt intelligenda iura supra in argumento adducta, id qui iure antiquo ante nouam decisionem, text. in *cap. vnic. §. Verum, hoc tit. lib.6.* fuit statutum; vt constat ex *dict. c. quoniam 3. in fin. cap. cum propter 27. hoc tit. cap.2. de supplend. neglig. Prælat.* Ratio differentiæ in eo consistit, quia Ecclesiastici patroni magis præsumuntur litterati, prouidi, & experti, qui meliùs, & faciliùs magis idoneum præsentatum, quã laici, eligerent, *capit. constitutus, de appellat.* qua ratione vnica electio illis tantũ permittitur, *cap. quod autem 5. capit. cum autem 24. hoc tit.* Nam variatio præcipuè Ecclesiasticis prohibita est, *Clementin. cum illusio, de renuntiation.* Deinde, quia præsentatio Clericorum, quasi

vim

vim habet electionis, in qua electione non cadit variatio, cum statim electo adquiratur ius in re, *cap. publicato iuncta eius glos. cap. quoniam, de election.* quæ rationes in patronis laicis non reperiuntur; nam laici in præsentatione, tãquam illiterati, cum sint extra Clericalem militiam in præsentatione illa possunt titubare, *Lambertin. vbi suprà, lib. 2. p. 3. quæst. 7. art. 1.* quare præsentatis a laicis tantum adquiritur ius ad rem, non verò ius in re, latè *Barbos. de potest. Episcop. 3. part. allegat. 72. numero 154.* quare patronus laicus potest intra quadrimestre ante Episcopi institutionem variare, & plures successiuè præsentare, non autem patronus Ecclesiasticus, *capit. quod autem, capit. Pastoralis, capit. cum autem, hoc tit.* Meritò optimo iure maius tempus Ecclesiasticis patronis quàm patronis laicis, concessum fuit, vt sic, quamuis in vno opprimantur; quia variare non possunt, in alio releuentur, vt habeant semestre, ad præsentandum, & sic laici, si opprimuntur, quia non habent totum, hoc tempus, ad præsentandum, releuantur in hoc, vt possint variare, *dict. capit. quod autem in primo responso, dict. cap. cum autem, cap. Pastoralis, hoc tit. Clement. plures, §. fin. eodem*, cum vt suprà diximus, non sint ita literati, & facilè decipi possint; vndè dicendum est, text. *in dict. capit. quoniam 3. cap. cum propter 27. hoc tit.* non solum, non repugnare, imo eandem amplectere sententiam, sed in hoc tantum differre, vt patronis Ecclesiasticis, quibus datur semestre, ad eligẽdum, detur etiam semestre, ad finiendam litem, *dict. capit eam te 22. hoc tit.* & patronis laicis, quibus datur quadrimestre, ad præsentandum, detur etiam illud tempus, ad finiendum negotium, & se ad concordiam, ad reducendum; vt in *dict. capit. quoniam, cum similibus*, supra adductis, *l. 11 tit. 15. part. 1. Lambertin. vbi suprà, dict. artic. in principio.* Cætera, quæ ad hunc text. expectant, videre oportet ex his, quæ refert *Abbas, Enriquez, & Cardinalis in præsenti, & in dict. capit. 3. 12. & 27. hoc tit.* & ea, quæ latè scripsi, *in capit. quia diuersitatem 5. de concess. præbend.* quæ omnia in præsenti repetenda sunt.

DE CENSIBVS.

TITVLVS XXXIX.

Ad textum in cap. Sancitum 1. huius tit. de Censibus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ fundatæ debet, pro dote tribui Mansus, liber à quolibet seruitio temporali, ad Ecclesiasticum tamen tenetur sed si aliquid confertur vltra Mansum tenetur Ecclesia soluere, ex eo onera consueta.*

2 *Mansus Ecclesiæ debitus, quod sit latè discutitur.*

Res transit, cum onere suo.

Cap. final. de vita, & honestate Clericorum.

3 *Cap. 1. de censibus, verbo* Mansus, *& verbo* Integer.

4 *Ecclesia à censu reali antiquæ posito, nõ liberatur.*

L. 5. C. de Sacros. Eccles.

Cap. Ecclesiæ 16. quæst. 1. cap. si tributũ 11. quæst. 1.

5 *Cap. præterea 23. de iure patronatus.*

Patronus, an ante consecrationem Ecclesiæ possit sibi censum reseruari.

6 *Cap. Ecclesijs 9. de censibus.*

Cathedraticum, quid sit latè discutitur?

7 *Cap. inter 10. quæst. 3. cum capit. seruitium 18. quæst. 12.*

8 *Cap. quia cognouimus 10. quæst. 3. cap. cum Apostolus, §. Prohibemus, de censib. cap. sic quidem 10. quæst. 1.*

Cathedraticum Episcopo debetur nulla consuetudine, vel præscriptione obstante.

9 *Cap. constitutus, de Religiosis domibus.*

1 CONCLVSIO. Ecclesiæ fundatæ debet, pro dote tribui Mansus, liber à quolibet seruitio temporali, ad Ecclesiasticum tamen tenetur; sed si aliquid conferatur vltra Mansum tenetur Ecclesia, ex eo soluere onera consueta, consonat text. in *cap sancitum, cap. secundum Canonicam 23. quæst. 8. capit. nemo, iuncta eius glos.* verb. *Custodiam, de consecrat. dist. 1. cap. proposuit, glos. finali. de filijs presbyter. cap. 2. de iudæis, cap. 3. de immunit. Eccles. c. futuram 12. q. 2. gl. in c. quicũq; 16. q. 1. cap. Diaconi 28. dist. cap. siquidem 10. q. 1. cap. cum M. de constitutionib. capit. ex parte, de decimis, cap. conquerente de offic. ordinar. cap. cum non liceat, de præscriptionibus, cap. 2 cap. vnico 10. quæst. 3. cap. inter eadem causa, & quæstione, cap seruitium 18. quæst. 2. cap. Diaconi 93. dist. cap. cũ sicut 5. de consecrat. Eccles. vel Altaris, Calcedonense Concilium, cap. 2. lib. 1. fœudor. tit. 4. §. 4. l. 2. tit. 10. partit. 1.* exornant *Lara de Capellan. lib. 1. cap. 18. Lambertin. de iure patronat. part. 1. lib. 1. q. 5. art. 21. n. 8. Petr. Gregor. de benef. cap. 15. n. 4. & in dict. cap. conquerente, de offic ordin. Cuiac. lib. 1. fœudorum, tit. 4. in princip. Suarez de Religione, lib. 1. cap. 17 nu. 28. Selua de beneficijs, 1. part. q. 5. n. 121. Otalora de nobilitate, 3. part. cap. 5. n. 3. Gãma, decis. 17. n. 1. Azor, institution. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 1. q. 2. Cassaneus in consuetudine Burgundiæ, rubrica 9. §. 4. n. 1. Gutierrez lib. 1. practicar. q. 3. n. 17. Nauarr. in manualĩ cap. 17. num. 200. & cap. 27. nu. 115. Valascus de iure emphyteutico, q. 7. n. 6. Aceued. in l. 11. tit. 1. lib 1. Recop. nu. 8. Doct. Pareja, in comment. ad nostrum text.* cũ traditis à *Barbos. in Collectan. ibidem, & ad decretum, in cap. tributum 22. 23. q. 8.*

2 Ratio primæ nostri text. partis; scilicet, quare Ecclesiæ fundandæ pro dote debet tribui Mansus liber à quolibet seruitio tẽporali, pẽdet, ex expositione illius verbi *Mãsus*, de quo in text. nostro; scilicet, quid significet, vel quid sit, nam glos. in præsenti existimat Mansum esse certã terræ quãtitatem, quam duo bo-

ues

ues in anno arare possint, quæ apud nos dicitur iugada; sed hæc glossæ significatio impugnatur a Doctore *Pareja, in præsenti num.* 2. ex ratione quia Mansum, si vox Latina est, non potest esse, nisi participium à manendo; vt frequentius iudicatur, vel à mandendo, & cum a quolibet horum verborum deriuatione sit participium, non potest iugera terræ significare, vt quilibet cognoscet. Alij autē existimant Mansum, significare portionē alicui, ad alimenta assignatā; vnde ius cuilibet Cœlitus Missum, ad alimenta dicitur; Man, hu vulgo *Manà*, *Exod. c.* 16. quæ etiam significatio conuincitur, quia præfata portio, quæ Hispane vulgo dicitur *Racion*, non appellabatur Mansum, sed dimensum Doctor *Pareja, hic n.* 2. quare hac, & alijs omissis veriorē esse existimo, quam refert *Cuiacius, lib.* 1. *de fœud. tit.* 1. dū asserit Māsum esse fundum, ex cuius reditu Ecclesia se, & suam familiam alere posset, id est, vt habeat duos ministros, lummaria, panem, ad hostias, & alia requisita; *cap. nemo, iuncta eius glos. verb. Custodiat; de consecrat. dist.* 1. *glos. in cap. secundū Canonicas* 23. *quæst.* 8. *latè glos. verb. Manso; in cap. sanctorum eadem causa, & quæst. Selbade beneficijs*, 1. *p. q.* 5. *n.* 211. *Lambertinus de iure patronat. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 5. *art.* 21. qui fundus dicitur Mansus à Manendo, id est, stabilis; merito ratio propterquā in Concilio Bormaciensi, *cap.* 50. relato in text. nostro sancitum est, vt vnicuiq; Ecclesiæ vnus Mansus integer, absque vllo seruitio tribuatur, ea est, quia patronus, qui ædificaturus est Ecclesiam ei debet tribuere dotem competentem, nō in pecunia, in qua olim tempore Apostolorum oblationes fiebant, *actu* 2. *Apostolorum, cap. futuram* 12. *quæst.* 2 nec in alimentis quibus contenti erant presbyteri, inde Parochi dicti, id est, a mutua præuictione alimentorum, *cap.* 1. *cū suis §§.* 13. *q.* 1. sed in Manso, hoc est in remanenti, seu stabili, ad quod statuendū primo motus fuit text. noster, quia sicut pater filium generans deducit à non esse, ad esse, est adstrictus dotem præstare filijs, *l. fin. C. de dotis promissione*; ita, & patronus cui facultas est præsentandi tenetur Mansum Ecclesiæ tribuere, quare patronus incompetenter dotantem Ecclesiā priuatur iure patronatus, *glos. in cap. quicumque* 16. *q.* 1. *Rochus vbi sup. verb. Et dotauit, q.* 9. *n.* 16. tribuitur autē Mansus Ecclesiæ libe?, absque vllo seruitio: primò, quia non potest grauamē in legitima imponi, *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. nec indote, l. fin. §. filiæ fidei cōmississet ff. de legat.* 2. Deinde, quia pactum factum cum patre, ex quo conditio dotis redditur deterior; est legibus improbatum, *l. de die* 14. *&* 15. *ff. de pact. dotal.* & sic similiter cum patrono, qua ratione facta est decisio, textus *in cap. quamuis pactum de pactis, l. fin. ff. de suis, & legitimis hæredibus.* Tertia ratio deducitur, ex text. in *l.* 1. *§. Quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur.* Meritò Mansus integer, absque seruitio, vel censu Ecclesiæ est tribuendus; siquidem prædia vsibus cœlestium decretorum dedicata sordidorū munere grauamine, non sunt vexanda, *cap. non minus, de immunit. Eccles. l. placet, C. de Sacrof. Eccles.* nam Ecclesiæ sufficiens sustē ratio, sine qua per Episcopū, non est dedicanda, non debet per aliquem subtrahi, *cap. nemo, de consecrat. dist.* 1. *c. sanctorū* 23. *q.* 8. *latè Barbos. de potestate Episc. p.* 2. *allegat.* 27. *n.* 3. tenetur autem, ad Ecclesiasticum, quia omnes Ecclesiæ, per Diœcesim constitutæ, quoad aliqua debent recognoscere, pro superiore Episcopum Diœcesanum, nisi speciali priuilegio Pōtificis sint exēptæ, *cap. omnes iuncta eius, glos.* 16. *q.* 7. *cap.* 2. 10. *q.* 1. & quoniā Ecclesiasticus ordo confunderetur, si vnicuique Episcopo sua iurisdictio nō seruaretur, *c. pervenit* 11. *q.* 1. similiter etiā de dote Ecclesiæ, seruitium Ecclesiasticum, seu Cathedraticum est præstandū, ex ratione suprà adducta, *c. seruitium* 18. *q.* 2. sed si aliquid confertur Ecclesiæ vltra Mansum tenetur Ecclesia, ex eo soluere onera consueta. Ratio est, quia res transit, cum onere suo, *c. si quis laicus* 16. *q.* 1. & quoniā curandū est, ne Respublica nimis oneretur, & honor Ecclesijs exhibeatur, *glos. in l. placet, C. de Sacrosanctis Ecclesijs.* Meritò, si vltra dotem necessariam bona aliqua Ecclesiæ donentur, non ita bona illa priuilegiantur, vt sint ab omni onere libera, sicut fit dene cessaria dote, sed dominis debitum seruitium, ex illis bonis est impendendum, vt in text. nostro, *& in capit. magnam* 11. *quæst.* 1. quod tamen intelligendum est, de omnibus annexis, & perpetuis, vt quia fortè prædium habet onus faciendi certum quid, vel soluendi, quod etiā locum habet, si prædium esse fœudale;

nam ratione fœudi Ecclesia subijcitur laico, hoc est tantum, quoad fœudalia, *capit. solitæ, de maioritate, & obedientia*; secus de alijs oneribus nō annexis, quia Ecclesia ab illis est exempta, etiam de iure ciuili, *l. placet, C. de Sacrosanctis Ecclesijs, authentica, item nulla communitas, Cod. de Episcopis, & Clericis, capit. non minus de immunitate Ecclesiarum*, pro qua sententia facit text. in *capit. fin. de vita, & honestate Clericorum*; vbi Clerici, etiam de patrimonio suo, non tenentur soluere gabellas, & alia onera, ad quæ tenentur laici; secus dicēdū est in onere rei annexæ, doc ēt *Hostiens. & Abb. in præsenti.*

3 Primò, aduersus text. nostrum dū asserit, quod Mansus integer est soluendus, obstabit dicere, quod si Mansus cōgruam, & integram Ecclesiæ dotem significat, quare cum illo verbo Mansus additur, etiam verbum integer; siquidē ex supra traditis verbum illud *Integer* superfluum videtur, cum tantum verbum *Mansus* sufficeret; in qua difficultate verissimè est dicendum, ideò in præsenti verbum illud *integer* additum fuisse, non quia Mansus non significet, per se tantum integram dotem, sed ita dictum Mansum integrum esse tradendum, id est, non diuisum, licèt enim sit, ita pingue effectum, vt pluribus Ecclesijs sufficere possit, nō diuidatur, in quo existimo text. nostrum respexisse, ad antiquissimum abusum reiectum, & explosum in Sinodo Calcedonensi secundo, *cap. 26.* celebrato sub Carolo Magno, *lib. 1. anno Christi 780.* quando patroni hæredes Ecclesiam erectam, simul cum bonis inter se diuidebant, ad similitudinem bonorum temporalium tria, vel quatuor, de vno facientes Altaria, quod fuit sublatum, *in cap. 1. de iure patronat.* in quo cauetur Ecclesias iuris patronatus, non esse diuidendas inter hæredes; sic similiter eam sectionem respectu templi prohibitam, etiam in Manso hæredes tentarent diuidere viam fraudibus quærentes; meritò vt omne scrupulum, & omnis via fraudibus auferatur iusta de causa, verbo *Mansus*, adiunctum est, etiam verbum *Integer*, quasi diceret, quod patrimoniū Ecclesiæ, sicut tunica Domini in consumptilis non diuidatur, *vt in cap. maioribus, de præbend.* sed tribuatur Ecclesiæ integer, absque vllo seruitio ex rationibus, & iuribus supra aductis.

4 Secundò, aduersus ea, quæ text. noster refert; scilicèt, ex Māso Ecclesiæ, & ex cæteris bonis iuxta Ecclesiam positio censum non deberi excepto seruitio Ecclesiastico obstabit dicere, quod à censu mere reali, nec Clericus, nec Ecclesia regulariter liberatur, quinimo res transit, cum suo onere in quemcumque possessorem, quamuis maximè priuilegiatum, *cap. si tributum, cap. magnum 10. quæst. 1. cap. tributum 23. quæst. 8. cap. Pastoralis*, verb. *Fructus iuncta eius glos.* verbo *Cum onere, de decimis, glos.* verb. *Manso, in cap. sancitum 23. q. 8.* sed in text. nostro non agitur de censu personali, sed de mere reali rebus ipsis impositō: igitur huiusmodi bona Ecclesiæ, sicut, & alia quæcumque libera iudicari non debent. Augetur difficultas ex eo, quod vel Mansus, & cætera bona iuxta Ecclesiam posita sunt libera à seruitio temporali, vel Ecclesiastico, sed neutrum est dicendum; siquidem, nec a temporali, nec ab Ecclesiastico est libera: ergo nullo casu verificari potest; conclusio supra aducta, maior est euidens a sufficiēte partium enumeratione, minor quoad seruitium, & tributū temporale probatur, *ex l. 5. C. de Sacros. Eccles.* iūcto eius summario, vbi habetur Ecclesiam teneri ad onerare alia ordinaria, *glos. Magna, in fin. in cap. secundum Canonicam 23. quæst. 8. l. Imperatores 7. in princip. ff de publican.* cū traditis *ab Abbate in præsenti numer. 8.* & quod, quoad seruitium spirituale Ecclesia teneatur; probatur ex text. nostro, vers. *Præter Ecclesiæ, c. seruitium 18. q. 2.* cum traditis *à glos. in præsenti*, verb. *Præter*: ergo non semper Mansus, ad Ecclesiam integer transire potest. In qua difficultate *Hostiens. Innocentius, Zabarel. Butrius, & Abbas in præsenti*, existimāt distinctionē adhibendam esse inter cēsum, de nouo impositum, & inter antiquum, nam ad censum de nouo impositū, nec Mansus, nec bona iuxta Ecclesiam posita tenentur, & ita procedit text. noster; at verò circa antiquum, cōtrouersiam dirimendam credunt, iuxta patroni, vel alterius Domini tēporalis consensum; nam de illo consensu expressè, vel tacitè renunciante nulla manet obligatio, ad census solutionem; secus verò dicendum est, si nulla expressa, vel tacita renunciatio interueniat; nam tunc fundus transit, ad Ecclesiā, cū suo onere, & ita est intelligendus text. in *d. l. 5. C. de Sacros.*

croſ. Eccleſ. dict. c. ſi tributum 11. quæſt. 1. cum ſimilibus, ſupra in ratione dubitandi adductis. Ratio differentiæ eſt, quia in Eccleſiaſticis bonis nouum tributum temporale imponi non poteſt, *capit. non minus 4. de immunitate Eccleſiarum capit. quamquam, hoc tit. lib. 6.* antiquum verò tranſit in Eccleſiam, vel quemcumque poſſeſſorem, *dict. l. Imperatores 7. in principio, ff. de publicanis, Gutierrez lib. 1. Canonicarum quæſtionum, cap. 1 nu. 1011.* Sed hæc communis ſolutio, & doctrina, quamvis in ſe vera ſit, tamen text. in noſtro adaptari non poteſt, quia illa ſtante nihil foret ſpeciale in Manſo, & bonis iuxta Eccleſiam poſitis, & in alijs ab Eccleſia longè diſtantibus, nec etiam ſatisfacit Zabarela in præſenti, poſt principium; dum aſſerit textum noſtrum in nihilo differre à regula, *dict. cap. Eccleſiæ 16. quæſt. 1. capit. ſi tributum 11. quæſt. 1.* ſed ſolummodo inſtruere Epiſcopum, quid facere debeat, quando Eccleſia cõſtruitur, vt Manſus tribuatur Eccleſiæ, pro dote liber, ab omni ſeruitio cauebitque Epiſcopus, ne aliter conſtruatur, ne vè prius lapis mittatur; argumento text. *in cap. piæ mentis 16. quæſt. 7. cap. nemo, de conſecratione, diſtinct. 1.* quare hac, & alijs omiſsis magis veriorem eſſe exiſtimo, quam refert *Barboſ. in collectaneis, ad noſtrum textum, nu. 4.* dum aſſerit nouiter in text. noſtro ſancitũ fuiſſe Manſum Eccleſiæ, & bona iuxta Eccleſiam poſita liberaſſe, ab omni cenſu temporali, quamuis a principio antequam ad Eccleſiam pertinerent tali onere fuiſſe non noxia; cuius rei decretum, vltra alia modo expreſſa demonſtrat, verbum illud *Sancitum*, de quo in præſenti mentio habetur. Rurſus, quia non leuis conlectura eſt, quam text. noſter adiecit in verſic. *Præter Eccleſiaſticum*, per quem ſatis inſinuat, quod quamuis prędicta bona libera eſſe debeant à cenſu temporali, non tamen ab Eccleſiaſtico, in quo multo minus datur indecẽtia, & repugnantia, qua ſolutione retenta reſpondendum eſt, ad primam obiectionem ſuprà adductam, fateor nanc, nec Clericos, nec Eccleſias à cenſu merè reali, antea inhærente immunes eſſe; imò regulariter tranſire cum ſuo onere, negamus tamen regulam illam locum habituram in Manſo, & prædictis bonis, propter ſpecialem Concilij exactionem, & prohibitionem, iuxta modo dicta, nec id mirum eſt, cum lex datà causà in ordine ad bonum commune poſsit ſubditum re propria priuare, & alteri tribuere, *leg. item verberatum 15. §. 1. verſ. Item ſi forte, ff. de rei vindicatione, leg. 1. Cod. Quibus ex cauſis ſerui pro præmio.* Similiter etiam ad alteram obiectionem ſuprà adductã in forma reſpondemus, concedimuſque maiorem, ſed negamus minorem. Reſpondemuſque veriſsimum eſſe onerare alia Imperatori debita, vel alteri perſonæ tranſire in Eccleſiam, vel quemcumque poſſeſſorem, *dict. leg. Imperatore 7. in principio, ff. de publicanis.* Negamus tamẽ habere locũ in bonis, de quibus in præſenti mentio habetur, ex rationibus ſupra adductis. Ad text. verò, *in dict. l placet 5. Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs.* Reſpondetur Correctum eſſe, & conſtitutionem Federici, qnæ incipit: *Item nulla*, relata *in l 2. Cod. de Epiſcopis, & Clericis*; notat *Barboſ. ad noſtrum text. in collectan. num. 3. in fine.*

5 Tertiò, prædictis, obſtat text. *in cap prætereà 23. de iure patronatus*; ex quo deducitur patronum, ex Diœceſani auctoritate poſſe tempore fundationis, ſibi aliquem cenſum reſeruare; in cuius text. difficultate, *Gloſſa ibidem*, verbo *A locorum Epiſcopis*, aſſerit textum illum procedere ante conſecrationem Eccleſiæ. Nam tunc auctoritate Epiſcopi poteſt redditus, vel tributũ patrono reſeruari, argumento tex. *in cap. tributum 23. quæſt. vltim. cap. Eleutherius 18. quæſt. 2.* Secùs verò poſt cõſecrationem, ſeu dotationem ſemel factam, quia ex poſt facto nihil poterit, ſibi iure tributi reſeruare, argumento text. *in l. perfecta, Cod. de donationibus, quæ ſunt modo, capit. filijs 16. quæſt. vltim.* ad exemplum dotis, in quo licet donationis tempore onus imponi poſsit, non tamen tempore traditionis quæ ex intervallo fit, *l. ex morte, in fine Cod. de pactis Conuentis, Gloſſ. celebris*, verbo *Fundatione, in fine, in cap generali 13. de electione, lib 6.* Sed hæc interpretatio aperte conuincitur; ſiquidem ex ſuprà traditis manifeſtè conſtat, nec ante, nec poſt fundationem Manſum ſeruitio, vel cenſu aliquo poſſe grauari. Quare ea, & alijs omiſsis verius eſt dicendum, text. *in dict. cap. prætereà 23. de iure patronatus*, procedere caſu, in quo Eccleſia diues eſt, & ei ſufficiens dos, etiam vltrà Manſum eſt aſsignata, quo in caſu vltrà Manſum in reliquis bonis

pa-

patronus aliquid reseruare poterit; secùs vero si non habeat, nisi Mansum, quia tunc ex tex. nostro, absque vllo seruitio tribuendus est, & adeo liber remanere debet, quod si tale pactum adijciatur, tamquam iuris regulis contrarium in vtile erit; argumento text. *in cap. Diaconi 28. distinct. cap. sic quidem 10. quæst. 1. cap. cum M. de constitutionib.*

6 Quartò, prædictis obstat text. *in cap. Ecclesijs 9. hoc tit.* vbi Episcopi possunt exigere Cathedraticum, etiam ex Manso ab Ecclesijs, quas de manu laicorum eripiunt: Ergo Mansus non integer Ecclesiæ est reseruandus; pro cuius dubij solutione sciendum est, quid sit Cathedraticum, est enim tributum duorũ solidorum, quod præstatur Episcopis insignum subiectionis, & iurisdictionis; exigiturq; a quolibet Rectore, & Ecclesia, *cap. 1. cap. illud 10. quæst. 3. capit. conquerente, de officio ordinarij*; dicitur enim hoc ius Cathedraticum vulgo, quia Cathedræ, id est, honori Episcopali debebatur, Cathedra enim in iure Pontificio, pro honore, ac munere Episcopali, sæpè accipitur, *cap. non autem, cap. placuit, cap. si quis Episcopus 7. quæstion. 1.* Præterea, quia olim Episcopi, quorũ munus proprium, ac præcipium est docere, *capit. inter cætera, de officio ordinarij*, sedentes in sela, & Cathedra docebant, & Cathedra illa Entroniasticum à Iustiniano dicitur in nouella 123. quare etiam Cathedrales Ecclesiæ dictæ sunt, vt à cæteris inferioribus discernantur, *cap. venerabilem, de verborum significat.* latè *Duarenus de Sacris Ecclesiæ ministerijs, lib. 7. capit. 5.* quo supposito, iam facilis appareat solutio, ad text. *in dict. cap. Ecclesijs 9. hoc tit.* nam ideò ibi Cathedraticum, etiam ex Manso deducitur. Ratio est, quia illud exigitur in signum subiectionis, & reuerentiæ Episcopo debitæ, quæ interpretatio apertè deducitur, ex vltimis nostri text. verbis, versicul. *Nec de prædicto Manso, aliquod seruitium faciant præter Ecclesiasticum*, id est, Cathedraticum, vt notant omnes in præsenti, *& in dicto capit. conquerente, de officio ordinarij*; quod seruitium, ideo Ecclesiasticum dicitur, quia non potest esse Ecclesia, quin illud debeat Episcopo, *capit. cum non liceat, capit. accedentes, de præscriptionibus.* Quomodo etiam est interpretanda nouella Iustiniani 23. vbi etiam Ecclesiasticum, seu Cathedraticum, ex Manso Ecclesiæ deducitur, de qualitate *Doctor Pareja in præsenti, num. 16. Cuiacius in dicta nouella 6.*

7 Quintò, solutioni, obstat text. *in capit. inter 8. 10. quæst. 3.* vbi Episcopus, qui etiam ex Ecclesiæ Manso deducere debet Cathedraticum, non tamen deducit à Monasterijs subsidium Ecclesiasticum, seu Cathedraticum. Sed huic dubio respondendum est; ideò ibidem Episcopum à Monasterijs, non deducere Ecclesiasticum munus, seu Cathedraticum, quia Monasteria, vt cõstat ex text. *in capit. 1. de statu Monachorum*, licet sint Episcopo subiecta, quoad legem iurisdictionis, nõ tamẽ sunt subiecta, quoad legem Diœcesanam, quare cum exactio Cathedratici non sit de lege iurisdictionis, sed de lege Diœcesana, & illud Prælatus exigat, non tanquam iudex ex potestate iurisdictionis, sed tãquam Diœcesanus Prælatus, & Pater spiritualis, *Petrus Gregorius in dicto capit. conquerente, de officio ordinarij, capit. 8. numero 3.* nihilmirum, quod ab illa exactione Monasteria liberentur, quemadmodum etiam liberantur à charitatiuo subsidio, *capit. fin. de testamentis, Gloss.* verbo *Solutionis, in capit. inter 8. 10. quæstione 3.* sed huic solutioni valdè, obstat textus *in cap. seruitium 18. quæst. 2.* ex cuius decisione cõstat Monasteria, etiam ad seruitia illa Episcopis debita teneri. Verum huic dubio respondendum est, textus *in dicto capit. seruitium*, non loqui de Cathedratico, seu Ecclesiastico seruitio; siquidem ad eius exactionem præscriptio, ibi ponderata esset superflua, argumento text. *in capit. examinata, de iudicijs*, cum illud Cathedraticum ius, quod insignum subiectionis debetur, præscribi non possit, *cap. accedentes 11. de præscriptionibus, vbi scripsimus*; sed tantum tex. ille loquitur de alio seruitio, quoad annuas præstationes consueto, & præscriptio, non longissimo tempore, ibi adaptanda est, vt nõnulli existimarunt, nam ab anno Christi 173. quo fuit creatus Gregorius VII. vsque ad annum 188. quo fuit creatus Vrbanus II. illius Canonis conditor, tantum sunt, quindecim anni, qui sufficiunt ad iustificationem titul. *capit. Cura, de iure patronatus, leg. qui in aliena, §. Sed si non adiecerit, ff. de adquirenda hæreditate.* Siquidem ex decenali præstatione, inducatur præsumptio solemnis tituli, qui per agentem

tem allegatur, cuius tituli ratione potest quis ad soluendum compelli, *l. cum de in rem, vers. ff. de vxuris*, notat *Couarruuias in regula possessor, 2. parte, §. 4. numero 2.*

8 Sextò, obstat text. *in capit. quia cognouimus 10. quæst. 3. capit. cum Apostolus, §. Prohibemus, hoc titulo*; in quibus iuribus prohibetur à subditis, quãcumque exactionem fieri. Sed respondendum est, iura illa non loqui in seruitijs Ecclesiasticis, seu Cathedratico; sed in alijs non permissis, & extraordinarijs exactionibus, nam antiquitùs super inditio illa, non imperiosa fuerat, argumento text. *in cap. fin. de officio Ordinarij, lib. 6.* Siquidem precibus, & suasionibus eam imperrabant Episcopi, non tanquam dominantes In Clero. Vndè hoc minus, quia sponte offerebatur, vi ex tortum non dicitur; notat *Duarenus dict. lib. 7. cap. 5.* quâ doctrina interpretor, text. *in cap. Eleutherius*, versic. *Eulogio 18. quæst. 2. capit. de Eulogijs 18. distinct.* aduertendo Eulogia in illis iuribus, non significare Cathedraticum, sed alia munera extraordinaria, & super indictiones, quæ licet accipi valeant sponte oblata, non tamen coacte exigi possunt, *cap. quæstã 1. quæst. 2.* & sic Monasteria munera, illa non soluunt, *cap. generaliter 16. quæst. 1.* Merito, si Episcopus super indictum exegerit, committit crimen concussionis, *cap. militare 24. quæst. 1.* & ideò tenetur in quadruplum, *cap. quoniam, iuncta eius gloss. 18. distinct.* Secùs verò dicendum est in Cathedratico, quod ex nostri text. decisionẽ, & ex iuribus suprà adductis iure subiectionis; adeò Episcopo debetur, vt si in dotatione Ecclesia eximatur ab Episcopi subiectione; scilicet, si dicatur ita dotata, vt non soluat Episcopo Cathedraticum, talis conditio, seu clausula, tanquã contra nostri tex. decisionem facta, nullius momenti est, & pro non scripta habetur, iuxta text. ita intelligendum, *in cap. sic quidem 10. quæst. 1.* notat *Gutierrez in l. nemo potest, num. 144. ff. de legat. 1.* nam licet tempore primitiuæ Ecclesiæ, cum pauperes essent Episcopi, de Episcopalibus Ecclesijs, & omnibus eorum bonis summerent medietatem, *cap. antiquos 10. quæst. 1.* & ex omnibus Parochialibus tertiam, *cap. constitutum 16. q. 1.* & procedẽte tempore, tantum ex Parochialibus tertiam oblationum, & decimarum haberent, *cap. decreuimus 10. q. 1.* postmodum quartam, *cap. vobis 12. quæst. 2.* hodie autẽ, nihil habebunt præter Cathedraticum, *cap. placuit 10. q. 3. Gloss. celebris*, verb. *Tertia, in cap. de his 7. 10. quæst. 1.* A qua Cathedratici solutione, nec præscriptione, nec Episcopi consensu vlla Ecclesia liberatur; siquidem subiectionis debetur, nec præscriptio aduersus eam locum habebit, *capit. cum non liceat, de præscriptionibus*; sic etiam, nec a solutione Cathedratici, *cap. cum ex officij, eodem tit.* nam Episcopus non potest Cathedraticum à se abdicare, quẽadmodum Princeps supremam iurisdictionem, *l. 3. §. Diuus, ff. de sepulchro violato, l. 2. Cod. quæ sit longa*; ita Episcopus, non potest Cathedraticũ amittere. Cũ impossibile sit esse aliquem in Episcopatu, & à iurisdictione Episcopali exẽptum, *cap. cum non liceat, de præscriptionib.* meritò, in generali exemptione, nõ venit Cathedraticum *cap. Pastoralis, iuncta eius Glossa, de donationibus*, bene tamen valebit præscriptio, de non soluendo in parte Cathedraticum, *cap. olim, hoc titul. cap cũ olim*, versic. *Quia verò, de priuilegijs, Doctor Pareja, in præsenti, numero 21. per totum.*

9 Septimò, prædictis, obstat textus *in capit. constitutus, de Religiosis domibus*, vbi Religiosi liberantur a solutione Cathedratici, quoad Capellanias in Monasterio positas; nam licet Abbates, vt supra diximus, non teneantur soluere Cathedraticum ratione Monasterij, sibi subiecti, *Parisius tom. 4. consilio 22. numero 4.* tamen ratione Capellaniarum subiectarum Episcopo tenentur Cathedraticum soluere; siquidem Capellæ illæ iam subiectæ sunt Episcopo, cum semper Capellaniæ transeant cum suo onere, argumento text. *in leg. excelsus, ff. de legatis 2.* Sed respondendum est, textus *in dicto cap. constitutus*, procedere casu, in quo interuenit specialis Pontificis auctoritas, qui ex certa scientia exemptionem illam confirmauit, ex qua omnia iustificantur, *cap. proposuit, de concessione Præbendæ*, nec etiam ad id sola Episcopi auctoritas sufficit, ex rationibus, & iuribus suprà adductis videndus est, etiam text. *in capit. olim, infrà hoc titulo, capit. Pastoralis, de donationibus*, & quæ retuli, *in cap. accedentes 11. de præscriptionibus*, & quæ inferius dicemus, *in cap. cum sicut 8. de consecratione Ecclesiæ,*

ſiæ, vel Altaris, quæ omnia ad hunc text. adaptari poterunt.

Ad text. in cap. omnis anima 2. hoc titulo.

DE materia huius text. plura ſcripſimus, *in cap. 2. de iudicijs*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

Ad textum in capit. cum Apoſtolus 6. com omnibus ſuis §§. capit. cum olim 19. cap. cum venerabilis 21. capit. ſuper eo 22. capit. procurationes 23. cap. venerabilis 24. cap. cum nuper 25. cap. auctoritate 27. hoc titulo, cap. 1. §. Procurationes, eodem tit. libro 6.

SVMMARIVM.

1 *Procuratio Viſitatoribus debetur, non in pecunijs, ſed in victualibus, & procurationem moderatam ſecundum loci conſuetudinem recipere debent, nec familia aliquid muneris, etiam ſponte oblatum recipiat.*

2 *Viſitatores cum ſpiritualia ſeminent in Eccleſijs, quas viſitant, merito ab eis vitualia debentur.*

Militare ſuis ſtipendijs, nemo cogitur.

Epiſcopi ſunt Paſtores animarum, & tenentur earum rationem, reddere Deo.

3 *Prohibitum vna via, alia non debet permitti.*

Portiones, quæ Epiſcopis debentur, ſunt in triplici differentia, vt ibi exponitur.

4 *Cap. auctoritate finali. de cenſibus.*

Procuratio ex Oratorijs, non debetur.

5 *Procuratio attentis facultatibus Eccleſiæ, exigenda eſt.*

Cap. quanto 16. de cenſibus.

Procuratio eſt in triplici differentia, & in quo differant.

6 *Text. in cap. quanto 16. verſic. Niſi facultates, de cenſibus.*

7 *Capit. 1. §. Procurationes conciliatur, cum capit. 2. cap. felicis 3. de cenſibus, lib. 6.*

8 *Cap. 1. de cenſibus, lib. 6. cum cap. charitatem, §. Viſitatores 12. quæſt. 2.*

Iuſtum eſt, vt ille conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.

Licitum eſt multoties recipere, quod non licèt exigere.

9 *Cap. Procurationes 23. de cenſibus, cum capit. quoniam, in fine 7. 18. diſtinction. & capit. 1. §. Procurationibus, de cenſibus, lib. 6.*

10 *Eccleſia nihil debet recipere, cum augmento lucri cauſa.*

11 *Cap. quia plerique 8. de immunitate Eccleſiarum, cum cap. procurationes, de cenſibus.*

12 *Cap. 1. §. Procurationes*, verſic. *Caueat, de cenſibus, lib. 6.*

1 CONCLVSIO. Quæ generaliter ferè ex his omnibus iuribus deduci poteſt, hæc eſt, Viſitatoribus procuratio debetur, non in pecunijs, ſed in victualibus, & procurationem moderatam recipere debent, nec familia aliquid muneris, etiam ſponte oblatum, recipere poteſt. Quæ concluſio vltra iura ſupra adducta probatur, ex text. *in cap. 1. §. Procurationes, cap. exigit 2. cap. felicis 3. hoc tit. lib. 6. Clementina 2. eodem titul. cap. cum ex officijs*, verbo. *Nos igitur, de præſcriptionibus, cap. quia plerumque 8. de immunitate Eccleſiarum, cap. viſitandi, capit. Eleutherius 18. quæſt. 2. capit. placuit 19. quæſt. 1. cap. conquerente 16. de officio Ordinarij, cap. ſi quis Epiſcopus 6. eodem tit. lib. 6. Concilium Bracarenſe Secundũ, cap. 1. Tridentinum ſeſsione 24. capit. 3. & ſeſsione 7. de reformatione, cap. 7. & 8. leg. 4. ff. de officio Proconſulis, l. plebescito 18. ff. Eodem, Authentica, vt Iudices, ſine quo ſuffragio, §. Penultimo, collation. 2.* Exornant *Azor 2. tom. Moralium, lib. 3. capit. 42. Amaya in l. vnica, Cod. de collatione donatorum, lib. 10. num. 33. cum ſequentibus, Petrus Gregorius in dict. capit. conquerente 16. de officio Ordinarij, Surdus de alimentis, tit. 1. quæſt. 64. & titul. 14. quæſt. 22. Cerda in praxi, part. 2.* verbo *Viſitatio*, cum multis traditis *à Barboſ. de poteſtate Epiſcopi, 3. part. allegatione 73. Idem de iure Eccleſiaſtico vniuerſo, lib. 1. cap. 14. & lib. 3. cap. 22. & in remiſſionibus ad Concilium, dicta ſeſsione 24. capit. 3. & in col-*

collectaneis, ad nostrum textum, cum similibus suprà adductis.

2 Ratio est, quæ refertur *in capit. ex officij, cap. si Episcopus, de officio Ordinarij, lib. 6.* dum asserunt procurationes Visitatoribus deberi, quia cum Visitatores spiritualia seminent in vtilitatem Ecclesiarum, meritò ab eisdem Ecclesijs victualia debentur, tum in subsidiū subiectionis, tum etiam, vt sic facilius inuitentur ad visitationem; deindè ne pertimescant difficultatem portādi deferendi, vel quærendi victualia per Episcopatum, seu Prouinciam cum nemo cogatur suis stipendijs militare, *cap. cum ex officij 16. de præscriptionibus, cap. si Episcopus 6. de officio Ordinarij, lib. 6.* Merito Visitatoribus procuratio, & moderatum auxilium debetur, quia vt inquit *Paulus 1. ad Corinthios, cap. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat?* Et cum Episcopi sunt Pastores animarum, & teneantur earum curam gerere, & Deo rationem reddere de populo eis commisso, *cap. 1. de Officio Ordinarij*; ideò sustinetur pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superueniunt, vt si manifesta, vel rationabilis causa exiterit, cum charitate, moderatum auxilium à subditis valeant Episcopi postulare; notat *Barbos. de iure Ecclesiastico vniuerso, cap. 22. num. 6.* non tamen debet in pecunia, sed in victualibus procurationem recipere; quia si in pecunia solueretur posset de illa, post visitationem aliquid superesse, & daretur occasio, vt Visitator abarè se gereret, quod pernitiosimū esset; siquidem in visitatione omnis fraudis suspicio abesse debet, *dicto cap. 1. §. Procurationes, hoc titul. lib. 6.* Similiter nemo de familia prætextu officij, potest vltra procurationē aliquid exigere, vt omnis fraus euitetur, & ne quod vna via alicui prohibetur, alia permittatur, *cap. cum quid, de regulis iuris, lib. 6.* præcipuè, quia Episcopus de eo, quod familias recipit omnino tenetur, *cap. amputate 76. distinction Gloss.* verbo *Debet, in dict. capit. exigit*, alias autem pœna maledictionis, & dupli Visitator punitur, si vltra debitam procurationē receperit, quòd rectè statum est, *in dicto cap. 1. §. Procurationes, hoc titulo, lib. 6.* vt sic quos Dei timor, à malo non reuocat Ecclesiastica debeat coercere seueritas, *cap. cum iniunctis, §. fin. de electione*, notat *Dominicus Franchus, & Ancharran. in dicto capit. 1. §. Procurationes, hoc titulo, lib. 6. Barbos. in collectaneis, ad eundem textum.*

3 Primò, obstabit dicere, quòd cum Episcopus, seu alius quilibet, qui officium Visitationis exercet, habeat redditus, seu fructus ratione illius dignitatis, & illis soluantur in honorem Cathedræ Episcopalis, *dicto capit. conquerente 16. de officio Ordinarij*, vbi latè *Petr. Gregorius*, & eruditè adnotauit, *Doctor Solorçanus tom. 2. de iure Indiarum, lib. 3. capit. 22. num. 39. in fin.* non debuit illis ius exigendi has procurationes ab Ecclesijs, seu ab alijs locis concedi; nam (*vt ait Diuus Augustinus, tractat. 49. ad caput 10. Ioannis ex Apostoli auctoritate relata, in capit. sunt in Ecclesia 19. 8. q. 1.*) sua quærentes, non quæ Iesu Christi; quòd est non Deum, propter Deum quærentes, sed temporalia commoda sectantes: ergo vt illud lucrum cessat in personis Ecclesiasticis, quæ iam reditus retinent; ex quibus valeant commodè sustentari, procuratio illa cessauit. Pro cuius dubij solutione adnotandum est, quòd plura sunt munera, quæ obueniunt Episcopis, primum est Canonica, seu quarta portio, de omnibus legatis Ecclesiæ relictis, *cap. 7. cum sequentibus 10. quæstion. 1.* alia est portio Cathedralis, quæ in honorem Cathedræ Episcopalis datur, *in dict. cap. conquerente, de officio Ordinarij*, quæ distributio fiebat in die Natiuitatis, & Resurrectionis Christi, *cap. olim, hoc tit.* Tandem est subsidium charitatiuum, quod Episcopis causa existente, debetur propter honorem, & dignitatem maximam Episcoporum, ne vilescat propter paupertatem eorum dignitas, Concilium Aurielanense relatum, *in cap. antiquos 10. quæst. 1.* meritò duplici de causa procuratio Episcopis debetur. Primò, quia illam habet insignum subiectionis, notat *Innocent. in d. cap. 1. hoc tit. lib. 6.* Secundò, ob difficultatem quærendi in itinere victualia, & vt sic facilius inducantur ad visitationem; notat *Abb. in d. cap. procurationes 23. hoc titulo*, nec interest, quod eis redditus Episcopatus assignetur, vt suprà in dubitandi ratione diximus, quia id nō interest; siquidem quotidie videmus in Canonicis, quibus quotidianæ distributiones dantur, vt facilius intersint Diuinis Officijs, licet habeant

beant alios reditus, & alias horas officiendas, *cap. 1. de Clericis non residentibus, lib. 6.* notat *Vivian. in rationabili ad text. in dict. cap. procurationes 23. hoc tit.*

4 Secundo, obstabit text. *in cap. authoritate fin. hoc tit.* vbi Gregorius IX. asserit non ex eo, quod quis in Oratorijs procurationem exerceat, licet in grangijs existant, procurationem exigere nō potest; sed huic dubio satisfaciendū est, ex sequentibus primo, quia huiusmodi procuratio non præstatur, nisi cum Prælatus visitat locum causa correctionis, *d. cap. procurationes, hoc tit.* & quoniam in grangis illis, siue Oratorijs nulla fit correctionis visitatio, licèt ibi quandoque Monachi celebrent, non tamen habitant, sed conuersi dicuntur causa colendi agros suos, meritò nulla, propter hoc debet præstari procuratio, notat *Gloss. ibid.* verb. *Ratione visitationis*, cum Oratoria illa publica, vel priuata, non habeant in se formam Ecclesiæ, nec sint tanquam Ecclesia cōsecrata, nec illis alia concedantur, quæ Ecclesijs permittuntur, *cap. petentibus, de priuilegijs*, cum illis Missa celebrari non possit, nisi accedat superioris consensus, *cap. vnicuique, de consecrat. distinct. 1.* & quamuis accedat, in festis solemnibus ad Ecclesiam accedere teneantur, *cap. si quis etiam, de consecrat. dist. 1.* & si non tractentur honestè possint ab Episcopo destrui, sed non exindè procurationes ab eis exiguntur.

5 Tertio, aduersus ea, quæ in text. nostro notant omnes; videlicet, moderatam, & honestam debere esse procurationem attentis facultatibus Ecclesiarū, & personis visitatis, ita vt visitans non quæ sua quærere videatur, sed quo minus possit Ecclesiam, & subditos honerare, *d. cap. cōquerente, de officio Ordinarij, Barb.* plures referens, *de potest. Episcop. p. 3. allegat. 37. num. 57.* obstabit text. difficilis *in cap. quanto 16. in principio, hoc tit.* in cuius text. specie, vna tantum procuratio debetur, nec augetur, etiam si numerus Religiosorum augeatur, & maior labor Visitatori existat, ita vt Visitatori non necessaria, sed vnica tantū procuratio singulis annis debeatur. Pro cuius dubij solutione adnotandū est, quòd procuratio est in triplici differentia, nā, vel debetur ratione visitationis simpliciter, absque vlla consuetudine, *vt in d. cap. procurationes, in principio, hoc tit.* vel secundo modo debetur ex vi consuetudinis, vel alterius ius specialis *cap. scientes 3. hoc titulo, cap. cum ad Apostolicam, de simonia.* Tertia verò procuratio est, quæ ex testamento, vèl pacto legitime, celebrato tempore fundationis imponitur, *capit. Eleutherius 18. quæstione 2. capit. præterea 23. de iure patronatus*; quas quidē procurationis species refert *Gloss. in dicto capit. procurationes, Glossa in cap. accedentes, de præscriptionibus, Glossa in Clementina 2. hoc titulo, Barbos. lib. 3. de vniuerso iure Ecclesiastico, capit. 22. num. 3.* Quo supposito respondendum est, differimen versari inter procurationem iuris visitationis, vel consuetudinis debitam, & inter procurationem in pacto, vel testamento deductam; nam illa, quæ ex consuetudine debetur, licèt augeri, vel minus possit attentis facultatibus Ecclesiæ, seu personis visitatis, tamē illa, quæ pacto, vel testamento debetur, etiam auctis facultatibus, ampliùs quā id, quod in pacto, vel testamento tempore institutionis Ecclesiæ deductum est, non debetur, & de hac procuratione pacto, vel testamento debita est, interpretandus text. *in dict. cap. quanto 16. in principio, de censibus*, vt erudite adnotauit *Doctor Don Franciscus de Amaya in l. vnica, Cod. de collationibus donat. lib. 10. num. 34.*

6 Quartò, solutioni suprà traditæ, valdè obstabit secunda text. pars, *in dict. capit. quanto 16. hoc titulo*, verſic. *Nisi facultates Ecclesiæ in tantum excreuerint*; in quo similiter agitur de procuratione testamento relicta, & nihilominus affirmat, quòd auctis bonis, & facultatibus Ecclesiæ procurationis quantitatem, etiam crescere debere, cuius text. difficultatem tetegit, *Amaya vbi suprà, num. 39.* asseritque text. *in dict. cap. quanto 16. hoc tit.* in prima eius parte esse intelligendum, quando testator certam procurationis quantitatem designauit, quo in casu, nec etiam auctis facultatibus ampliùs, quam vnica portio debebitur; at verò in secunda parte procedere, quando testator non certam, taxatā, vel determinatam procurationē reliquit, veluti cum indefinitè, & simpliciter dixit, vt de fructibus exhiberetur procuratio; meritò si tantum excreuerint facultates, & fructus a testatore relicti, non videtur esse contra testatoris voluntatem, & eius dispositionē, si auctis facultatibus, & numeros Religiosorum,

rum, augeatur etiam procurationis quã titas, quæ nec in iure est definita, *Gloss.* verb. *Facultatibus, in dict. cap. conquerente, de officio ordinarij*; siquidem testator, *ind. cap. quanto* 16. solùm dixit, vt procuratio exhiberetur, sed taxationem relinquit arbitrio hæredis, qui eam exhibiturus erat secundum numerum Monachorum Sancti Irenei; meritò si hæres plus expenderit, quam anteà, quia iam plures Monachi erant, & bona simiiter fuerat acta, nõ exindè quæri debet, si plus expendisset, quã antei expendere solebat, sed omninò contrarium obseruaretur, si testator certam quantitatem procurationi assignasset; nam tunc, nec auctis facultatibus, nec numero Religiosorum amplius, quam à testatore relicta procuratio deberetur, vt in prima illius text. parte, notat *Amaya in d. l. vnica, C. de collat. donat. lib.* 10. *num.* 38.

7 Quintò, aduersus ea, quę refert text. *in d. cap.* 1. *§. Procurationes, hoc tit. lib.* 6. dum asserit Visitatorem nõ in pecunia, sed in victualibus procurationem recipere debere, obstabit Bonifacij VIII. decretum relatum *in cap. fœlicis* 3. *hoc tit. lib.* 6. *Concil. Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 3. ex quibus iuribus deducitur Visitatorẽ consentientibus ipsis visitatis posse recipere procurationẽ in pecunia, cuius decisio magis difficilis reditur, ex text. *in cap. exigit* 2. *huius tit. lib.* 6. ex quo cauetur, quod etiam volẽtibus visitatis, Visitator non poterit procurationẽ in pecunia; sed in victualibus recipere; sed hæc iura ad concordiam reduci debent, si dixerimus, quod licèt attento Lateranensi Cõcilio, relato *in d. cap. procurationes* 23. *hoc tit.* sub Innocẽtio III. celebrato anno 1243. etiam vsque ad Innocentium IV. *in d. cap.* 1. & Gregoriũ X *in capit.* 2. *hoc tit. lib* 6. Visitatores procurationẽ in pecunia, etiã ipsis visitatis consentientibus, exigere non possunt, tamẽ Bonifac. VIII. Gregorij successor, *in cap. fœlicis* 3. *hoc tit. lib.* 6. cognoscens plurima incõmoda, & dispendia, tàm personis visitantibus, quam locis, Ecclesijs, & personis visitatis existere, ob hanc causam correxit, & reformauit decisionem, tex. *in d. cap. procurationes, hoc tit. d. cap.* 1. *&* 2. *eod. tit. lib.* 6. permisitque Visitatoribus, vt volẽtibus visitatis, ob illa incommoda vitanda possint in pecunia pro victualibus procurationẽ recipere, quod etiam in Concilio Tridentino *sess.* 24. *de reformat.* fuit confirmatum, notat *Barb. de potestate Episcopi*, 2. *part. allegat.* 73. *num.* 58. Idem *in collectaneis, ad text. in dict. cap.* 1. *§. Procurationes, & in cap.* 2. *hoc tit. lib.* 6.

8 Sextò, aduersus ea, quæ refert text. *in d. cap.* 1. in secunda eius parte, *hoc tit. lib.* 6. videlicèt, quod nec familia visitãtis poterit aliquid recipere prætextu officij, vel consuetudinis, etiam si ei sponte fuerit oblatum, obstabit text. *in capit. charitatem, §. Visitatores* 12. *q.* 2. ex cuius decisione deducitur, quòd Notarij, seruitores, & familiares, qui cum Visitatoribus per Diœcesim extra ciuitatem fatigantur, aliquãdo pro sui laboris subsidio à visitatis pecuniã exigere poterũt, redditque text. rationem, quia iustũ est, vt illi consequãtur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium cum nemo inuitus cogatur de suo beneficiũ alicui erogare, *cap. præcarie* 10. *q.* 2. præcipuè, si sponte eis fuerit oblatum, quod neutiquam Notarijs pro chartis recipere est prohibitum, *cap. sicut Episcopum* 1. *q.* 2. Tum etiam, quia sæpiùs licitum est recipere, quod non licèt exigere, *cap. dilectus, de simon. cap. Eulogius* 18. *dist.* pro cuius dubij solutione animaduertendum est discrimen versari inter Notarium, cui certum salariũ assignatum est, vt officium impertiri possit, veluti, vt dictet, vel scribat litteras, seu acta visitationis, & inter eum, cui nullum salarium est assignatum, nam in primo casu neutiquam prætextu officij vllus de familia, quidquam recipere poterit, etiam si sponte ei fuerit oblatum, & ita est interpretandus text. *in d. cap.* 1. *§. Procurationes, in* 2. *part de cens. lib.* 6. si verò nullum salarium Notario est assignatũ, tunc ratione officij poterit exigere congruum stipendium, propter laborem. Ratio est, quia nemo cogitur inuictus beneficium erogare, cum cuilibet sit permissum suas operas locare, *d. cap. præcarie* 10. *q.* 2. *cap. charitatem* 12. *q.* 2. & ita de Notario, cui salariũ non est assignatum, est interpretandus text. *in d. cap. charitatem, §. Visitatores* 12. *quæst.* 2. *Turrecremata ibidem, & in d. cap. licet Episcopus* 1. *quæst.* 2. *Barbos. de potest. Episcop.* 3. *part allegat.* 73. *n.* 41. *Zerola* dicto verbo *Visitatio, §.* 6. *dub.* 4.

9 Septimo, aduersus ea, quæ refert text. *in d. cap. procurationes* 23. *§. Porrò, in fine, hoc titulo, cap.* 1. *§. Procurationes,*

in fine, eodem tit. lib. 6. videlicèt, Visitatores, vltra procurationem aliquid accipientes maledictionem incurrere, à qua non liberantur, nisi duplum, vltra procurationem contrectatum Ecclesiæ restituerint; obstabit text. *in capit. quoniam, in fin.* 7 18. *distinct.* ex cuius decisione deducitur, quòd si Archiepiscopus aliquid procurationis nomine exegerit, ab Episcopis venientibus ad Concilium, quadruplici pœna punitur; ita vt Ecclesiæ restituatur: ergo non duplici, sed quadruplici pœna erit puniẽdus. Cui dubio respondit, *Gloss.* verbo *Impendat, in dicto capit. procurationes, Zabarela ibidem, numero* 8. dum asserit, quod si Visitator grauat Ecclesiam in procuratione, punitur in duplum, & ita obtinere, text. *in dicto capit. procurationes* 23. *hoc titulo, dicto capit.* 1. *§. Procurationes, eodem titul. lib.* 6. Si verò grauat Ecclesiam in xenijs, hoc est in indebitis exactionibus in quadruplum, & ita obtinet, text. *in dicto capit. quoniam* 18. *distinction.* Xenia enim sunt, quæ vltra hospitium non debentur, veluti munuscula non solita, quæ vltra exculenta, & poculenta exiguntur; argumento text. *in leg.* 6. *ff de officio Proconsulis.* Sed hæc interpretatio apertè conuincitur, quia etiam *in dicto cap.* 1. *§. Procurationes, hoc titulo, lib.* 6. *cap. procurationes, hoc titulo*; agitur de xenijs, & nihilominus dupli tantum pœna est: quare hac, & alijs omissis, verisimè est dicendum, discrimen versari inter text. *in dict. capit.* 1. *§. Procurationes, hoc titulo, lib.* 6. *capit. procurationes* 23. *in fine, hoc titulo*, & inter text. *in dict. cap. quoniam* 18. *distinct.* quia in dictis iuribus tantum duplici pœna Visitatoribus imponitur, qui vltra procurationem aliquid acceperint, & maledictione Dei puniuntur à qua non liberantur, nisi duplũ Ecclesiæ restituant, nã in illis agitur de exactione vltra procurationem; at verò text. *in dict. cap. quoniam, in fin.* 18. *distinct.* non procedit in exactis vltra procurationem, sed in crimine concussionis, veluti, quando iudex aliquid vi, vel metu vltra debitum salarium à partibus exegit ne iustitiam exerceat, quod quidem prauissimum crimen est, & maiori punitione dignum; merito quadruplici pœna punitur, iuxta text. *in cap. sancimus* 2. *quæst.* 1. *cap. militarem* 23. *quæst.* 1. notat *Turrecremata, & Acuña in dict. capit. quoniam, in fine* 18. *distinct. Abbas in cap. procurationes* 23. *hoc tit. num.* 6. *Hostiensis ibidem.*

10 Octauo, aduersus ea, quæ refert text. *in dict. cap. procurationes* 23. *in fine, hoc titulo, dict. capit.* 1. *§. Procurationes, in fine, eodem titul. lib.* 6. dum afferunt hanc duplicem pœnam Ecclesiæ esse restituendam. Obstabit illud iuris principium quo docemur, quod id, quod ab Ecclesia aufertur, non debet reddi Ecclesiæ cum augmento, *capit. fraternitas* 12. *quæst.* 2. Verum huic dubio verissimè est respondendum, quod res ablata vltra procurationem à Sacerdotibus, est Sacerdotum propria, illique est restituenda. Si verò est ipsius Ecclesiæ, applicatur Ecclesiæ, in cuius læsione factũ est, vt constat, *ex dicto capit. procurationes, & ex dict. §. Procurationes*, argumento text. *in capit. si quis atrio* 12. *quæst.* 4. Nec obstat text. *in dict. capit. fraternitas* 12. *quæstione* 2. dum affert, quod Ecclesia nihil debet recipere cum augmẽto, id enim verum est, ex æquitate, & consilio; ita vt sua propria auctoritate, nihil vltra damnum illatum recipere valeat; secùs tamen in odium exigentis, ex stricto iuris rigore, iudicis auctoritate interueniente; nam tunc pœnã quadruplici recipiat, & ita obtinet, text. *in dict. cap. procurationes, dicto §. Procurationes, dict. cap. quoniam*: quod est admissum, vt homines timore pœnæ, ab his delictis arceantur, iuxta text. *in capit.* 1. *hoc tit. Gloss.* verbo *In augmento Turrecremata in dict. cap. quoniam* 18. *dist. num.* 12.

11 Nonò, solutioni, valde obstabit Concilium Lateranense, *cap.* 34. *relatum in capit. quia plerique* 8. *de immunitate Ecclesiarum.* In cuius text. decisione statuitur, quod Episcopi ob procurationem legato soluendam aliquid à subditis, vltra eam non exigant, quod si fortè aliter facere præsumpserint, tantumdem cogantur pauperibus elargiri, & si negligẽtes fuerint Ecclesiastica vltione arceantur, à qua non absoluantur, donec restitutio illa pauperibus fuerit facta: ergo non Ecclesijs, vel Clericis illa dupli pœna est restituenda: in cuius text. difficultate, *Gloss. ibidem*, verbo *Pauperibus*; asserit, ideò non Ecclesiæ, sed pauperibus in text. illo restitutionẽ fieri debere, quia non apparebat quantum quilibet Clericus contulisset. Sed hæc interpretatio apertè cõuincitur ex eo, quia quẽadmodum restitutio fieri iubetur pauperibus

sic

sic similiter potuit restitui illis à quibus ablata sunt, cum ex scriptura exactionis tempore facta apparere potuisset de eo, quod quilibet dedisset, quare secundo loco, *Glossa in dicto capit. quia plerique*, asserit text. *in dicto capit. procurationes 23. hoc titulo, cum similibus*, procedere in diuersa specie, quàm procedit, text. *in dicto cap. quia plerique*; nam text. *in dicto capit. procurationes loquitur*, cum Prælatus visitans Ecclesiam, sibi subiectam plus exigit, & plures procurationes, quàm sunt dies, quibus ibi morari posset postulauit; nam tunc grauius excedit, & quasi concussionis pœna punitur, meritò Ecclesiæ restitutio fieri debet; atverò *in dicto capit. quia plerique*, nullum concussionis crimen fuit commissum; siquidem à nullo aliquid vltra quam expressè soluere deberet exegit, sed quia cum postea facta computatione, videatur plus recipere, quam quod soluendum esset, meritò æquum erit, quod Clerici recipiant, id quod vltra dederunt, & Episcopus, loco pœnæ tãtundem pauperibus soluat, quas quidem glossæ interpretationes, refert *Abbas in dicto capit. quia plerique, de immunitate Ecclesiarum*; sed hæc interpretatio similiter conuincitur ex eo, quia text. *in dicto capit. procurationes*, non loquitur de concussionis crimine, cum tantum ibidem dupli præstatio fiat, non quadruplici, quæ propria pœna criminis cõcessionis est, *dicto capit. sancimus 1. quæstione 7.* quare omissa etiam interpretatione, quam refert *Ioannes Andræas in dicto capit. plerique*, dum asserit decisionem text. *in dicto capit. procurationes*, & *in dict. cap. quia plerique*, idem esse idemque significare, nam quod refertur *in dicto capit. quia plerique restitutionem fieri pauperibns.* Idem etiam videtur insinuare, text. *in dicto cap. procurationes*; siquidem id quod datur pauperibus, Ecclesiæ datum intelligatur, cum id, quod Ecclesia habet, pauperum sit, *cap. finali 16. quæstione 1.* quam interpretationem impugnat, *Abbas in dicto capit. quia plerique, num. 6.* meritò melius respondere poteris, cum *Hostiense in titul. de immunitate Ecclesiarum, num. 16. Abbate in dicto cap. quia plerique, num. 6. in fine*, dum asserunt iura illa, non esse contraria, sed potiùs diuersa; quia text. *in dicto capit. procurationes*, procedit, quando Episcopus, vltra procurationem, sibi debitam aliquid ab Ecclesia exigit; ideò duplum ei restitui debet; atverò text. *in dict. capit. quia plerique 8. de immunitate Ecclesiarum*, procedit, quando Episcopus à Clericis, non sibi, sed delegato debitam procurationem exigit; tunc enim mitius punitur, & pauperibus loco pœnæ compellitur restituere.

12 Decimò, aduersus ea, quæ refert text. *in dict. cap. 1. §. Procurationes, hoc titulo, lib. 6.* versic. *Caueant ne ipse, vel quisquam suorum aliquod munus quodcumque sit, & qualitercũque offeratur præsumat recipere, &c.* Ponderando verbum illud *Quodcumque, & qualitercumque*, quę verba adeò generalia sunt, vt in se comprehendant munus, & donum licèt inter se differant, primum cum causa, secundo sine ea, & sic text. affirmare videtur Visitatorem, nec munus, nec donum recipere posse, obstabunt primæ illius text. parti, in versic. *Nullam tamen pecuniam ipse, vel aliquis de sua familia*, quæ verba difficilia redduntur, ex eo quod, vel prima, vel secunda illius text. pars superflua erit, cum idem significet. Verum huic considerationi respondendum est; cum Dominico *in dict. cap. 1. §. Procurationes, hoc tit.* dum asserit, quod *in dict. §. Procurationes, in principio*, prohibitionem constituit contra exigentes donum ab invitis, argumento text. *in l. fideicommissa, §. Si rem. ff. de legatis 3.* atverò in dicto versic. *Caueant*, pœna constituitur contra recipientes munera, etiam sponte oblata. Nec solutioni obstabit verbum illud *Recipiat*, quod similiter in prima text. parte refertur; atque ideò non ad coactam exactionem, sed ad liberam receptionem adaptanda erit prima illius text. pars; quia respondendum est, non obstare verbum illud recipiat; siquidem similiter, *in cap. exactio 2. hoc tit. lib. 6.* prohibitæ sunt exactiones, & receptiones, & similiter vtroque in tex. verbum illud *Recipiat*, scriptum reperitur, plura etiam contraria refert, *Zabarela in cap. procurationes, hoc tit.* vide etiam text. *difficilem in capit. super eo 2a. cap. venerabili 24. huius tit.* vbi latè *Zabarela, cap. relata 9. 10. quæst. 1. cap. sopita 14. huius tit.* & quæ latè scripsi *in cap. cum ab omni 10. de vita, & honestate Clericorum.*

[✠]

Ad text. in cap. cum instantia 17. huius tit.

DE materia huius text. videre oportet, quæ scripsi *in cap. accedentes* 11. *de præscriptionibus.*

Ad text. in capit. prohibemus 7. cap. scientes 3. cap. præterea 8. cap. Ecclesijs 9. capit. cum Clerici 11. capit. significauit 13. cap. grauis 15. capit. cum venerabilis 21. hoc titulo, de censibus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, & alij Prælati Ecclesiastici Ecclesijs nouos census imponere, non debent.*

2 *Census impositio est, quædam iurium Ecclesiæ alienatio, & seruitutis impositio Episcopus non potest alienare Ecclesiam, nec eius bona, sine debita solemnitate.*

3 *Cap. præterea 23. de iure patronatus. Census à Prælatis dupliciter Ecclesijs imponi potest, in perpetuum, vel ad tempus, vbi exponitur.*

4 *Cap. tua nos 11. de iure patronatus, cum cap. grauis 15. de censibus.*

5 *Capit. audiuimus 3. de collusione detegenda.*

6 *Cap. de cætero 5. de transactionibus.*

7 *Cap. præterea 8. de censibus. Censum nouum Episcopi mensæ suæ, etiam ex iusta causa imponere non possunt.*

8 *Cap. Clerici 11. de censibus, cum capit. præterea 8. & capit. significauit 13. eodem tit.*

9 *Cap. Ecclesijs 9. de censibus.*

1 CONCLVSIO. Episcopus de alij Prælati Ecclesiastici Ecclesijs nouos census imponere, non debent. Consonat text. *in cap. Clericos 6. de pactis, capit. sicut 16. de supplenda negligentia Prælatorum, cap. de cætero 5. cap. præterea 9. & 10. de transactionib. cap. auaritiæ, cap. extirpandæ, de Præbendis, & dignitatibus, capit. audiuimus, de collusione detegenda, Clementina 1.* vetsic. *Eadem quoque de supplenda negligentia Prælatorum, cap. tua nos, de iure iurando, cap. ad audientiam 31. de rescriptis, de iure ciuili, l. 1. C. de pascuis publicis, lib. 11. l. 1. tit. 22. part. 1.* Exornant *Sebastianus Cæsar de Ecclesiastica Ierarchia, 1. part. disp. 3. num. 25. Gigas de pensionib. quæst. 6. Corrasius de Sacerdotio, 1 part. capit. 4. Sotus lib. 9. de iustitia, & iure, quæstione 7. artic. 2. Paulus Romanus de pensionibus, cap. 4. num. 10. Couarruuias in capit. quamuis pactum, 1. part. §. 6. num. 22. Duarenus, de sacris Ecclesiæ ministerijs, lib. 6. capit. 4. Suarez de Religione, tomo 1. lib. 4. capit. 51. numer. 6. Azor 2. part. Moralium, lib. 8. cap. 6. quæst. 1. Barbos. de potestate Episcopi, 1. parte, allegatione 85. & in collectaneis, ad textum nostrum, num. 1.*

2 Ratio est, quia impositio census est, quædam alienatio iurium Ecclesiæ, & seruitus, qua illa grauatur, *cap. nulli,* versicul. *Conditionem, de rebus Ecclesiæ, Rebuffus de pacificis possessis, numer. 18. Barbos. dicta allegatione 85. num. 8.* Nam Episcopus non potest alienare Ecclesiam, nec bona illius, absque debitis solemnitatibus, *capit. fine exceptione 12. quæstione 2. capit. nouit 4. capit. tua nuper 8. de his, quæ fiunt à Prælatis, Couarruuias lib. 2. variarum, capit. 17.* nec ipsi licet deteriorem conditionem suæ Ecclesiæ facere, *capit. requisiuit, de in integrum restitutione, capit. fraternitatem, de donationibus,* quas solemnitates nō possent Episcopi adhibere, si velent censum imponere ad vtilitatem suam, cum in proprio facto, non debent auctorizare, & sibi ipsis Auctores esse, *Clementina 1. de rebus Ecclesiæ, leg. 1. §. 1. ff. de authoritate tutorum,* nec etiam ad auctoritatem alterius Ecclesiæ, vel priuati, nisi subsistente causa rationabili, & legitima, quæ vltra solemnitatem necessaria est, argumento text. *in capit. 1. de rebus Ecclesiæ, lib. 6.* meritò enim Episcopi censum perpetuum Ecclesijs, imponere non possunt, nisi iusta de causa, vel tempore fundationis, *capit. præterea 23. de iure patronatus, Butrius in capit. significauit, hoc titulo, num. 3.* post fundatas verò Ecclesias, imponere nequibunt, nisi quando locis Religiosis eas applicuerint, & vltra iustam causam

sam concurrat de vita solemnitas, nempè capituli consensus, &c. quæ in alienatione rerum Ecclesiæ requiruntur, argumento text. *in capit. tua nos* 8. *& 9. de his quæ fiunt à Prælatis, capit. Pastoralis* 7. *de donationibus, capit. Episcopus* 12. *quæst.* 2. notant *Abbas, & Cardinalis in dict. capit. significauit, num.* 1. *& 3. hoc titulo,* in Ecclesijs verò, quæ pleno iure Episcopis subijciuntur poterit Episcopus, si Episcopalia remisserit, censum sibi retinere, *capit. constitutus, de Religiosis domibus, cap. cum venerabilis* 21. *de censibus, Abbas, Butrius, & Viuianus in rationabili, ad nostrum text. Barbos. dict. allegat.* 83. *num.* 6.

3 Primò, prædictis obstabit sequens dubitandi ratio; scilicèt, quod iure ipso Episcopis permittitur in suis Ecclesijs nouum censum imponere: ergo non rectè eijs in præsenti potestas illa denegari debet: antecedens probatur, ex text. *in cap. præterea* 23. *de iure patronatus*; vbi cum quidam patroni Ecclesiarum ius patronatus tit. donationis, vel emptionis alijsque pro sua voluntate contractibus in alios transferre præsumerent, & exactiones ab eis exigerēt, tanquam à propijs rusticis, & subditis, statuit Lucius III. quod ab huiusmodi grauaminibus patroni cessare debēt, & nihil aliud exigant in ipsis Ecclesijs sub excommunicationis pœna, præter antiquos, & moderatos redditus à locorum Episcopis institutos; ex quo decreto expressè colligitur, posse Episcopos nouos census, & pensiones Ecclesijs, quibus præsunt imponere, & instituere; ita vt Ecclesia patronis perpetuo soluere census illos teneatur: igitur nouus census, seu pensio Ecclesiæ ab Episcopo imponi potest. Pro cuius dubij solutione animaduertendū est, cēsum dupliciter posse Ecclesijs imponi, vel imperpetuum, etiam post mortem possessoris, vel solummodo ad vitā illius, aliud ve tempus breuius, vt notat *Barb. d. alleg.* 83. *num.* 1. Primo enim casu Episcopi, & quicumque alij inferiores Prælati nequeunt Ecclesijs censum imponere, vt constat ex text. nostro cū similibus, sed solus Pontifex dispensando in sua allegatione. *capit. veniens* 8. *de transactionibus, cap. ad quæstiones* 6. *de rerum permutatione, Sotus de iustitia & iure, lib.* 9. *quæst.* 7. *artic.* 2. *collat.* 2. *Abbas in præsenti, numero* 2. *Gigas de præsumptionibus, quæstione* 1. *numero* 1. *& 6. Rebuffus de pacificis possessionibus, num.* 110. *Garcia de beneficijs* 1. *part. cap.* 5. *num.* 225.

In secundo verò casu Episcopi ad vitam, possessorum, vel ad aliud breuius tempus licite possunt ex causa legitima cēsus personalis, seu pensiones Ecclesijs imponere, *capit. nisi essent* 2. *in fine, de Præbendis, capit. cum venissent* 9. *de restitut. spoliatorum, capit. de cætero* 5. *in fine, de transactionibus, capit. constitutus, de Religiosis domibus, cap. cum venerabilis, hoc titulo, capit. vnico,* versic. *Credimus, vt Ecclesiastica beneficia, Cæsar Baronius de Ecclesiastica Ierarchia, dict. disput.* 3. *num.* 25. *Gigas vbi suprà, num.* 2. Ratio differentiæ est, quia in primo casu Ecclesia perpetuò oneratur, & censualis efficitur; quòd in text. nostro prohibitum est, & quia Ecclesiastica beneficia, sine diminutione debent conferri, *cap. vnic.* vbi latè scripsimus, vt Ecclesiastica beneficia, sine diminutione conferantur. In secundo verò casu, non Ecclesia, sed persona remanet onerata, & cessant prohibitiones prædictæ; ideòque nō impediunt, quominus ex causa legitima Episcopus possit census personales imponere, *dict. cap. nisi esset, cum suprà traditis, Glossa,* verbo *Pensionem, in cap. audiuimus, de collusione detegenda, Hostiensis ibidem, num.* 2. *Panormitanus in præsenti, num.* 2. *& 9. Garcia de beneficijs, 1. parte, cap.* 5. *num.* 330. *Couarruuias in cap. quamuis, 1. part. §.* 6. *num. vltimo.* Desideratur autem iusta causa, vt inferiores Prælati censum illum ad vitam possint imponere, aliàs prolibito ipsius Episcopi census constitutus, nullius momenti erit, *capit. cum venisset* 9. *de restitutione spoliatorum, dict. capit. nisi essent* 21. *cap. extirpandæ, §. Quia verò, de Præbendis, cap.* 3. *de officio Vicarij, capit. per tuas, de donationibus, cap. penultimo, de verborum significatione, cap. si propter* 10. *de rescriptis, lib.* 6. *Clementina* 1. versicul. *Eadem, de supplenda negligentia Prælatorum. Gloss. in præsenti,* verbo *Census,* iustæ autem causæ imponendi census Ecclesijs ab Episcopis, & ab alijs Prælatis inferioribus sunt velut remuneratio, alicuius seruitij Ecclesiæ facti, si enim quis de Ecclesia benemeritus sit, aut propter eam inops, vel in firma valitudine grauatus, iusta hæc causa census annui dandi ex bonis Ecclesiasticis habetur, *cap. possessiones* 16. *q.* 1. *cap. quicumque* 12. *quæst.* 2. velut si ex causa senectutis, quis beneficium dimittat, nec eas habeat fa-

facultates, vt ad victum ei sufficiant, vel cum duo beneficia sua permutare capiant, sed vnum large optimum est, & non vberius alterū; tunc enim ipsis consentientibus minus, ac magis tenue beneficium annuo censui obnoxium reddi potest, *capit. ad quæstiones 6. de rerum permutatione*, vel quando aliqua Ecclesia indiget alio ministro præter Rectorem, *capit. 3. de officio Vicarij, capit. conquerente, de Clericis non residentibus*, vel vt in exemplo, textus *in capit. cum veniſſet 9. de restitution. expoliatorum, Duarenus lib. 6. de sacris Ecclesiæ ministerijs, capit. 4.* ex qua decidendi ratione, & ex omnibus sic breuiter præ notatis soluitur, tam dubitandi ratio suprà adducta deducta, *ex dicto capit. præterea 23. de iure patronatus*; nam licet verum sit non posse Episcopum ex nostri text. decisione, & eius decidendi ratione censum Ecclesiæ imponere, tamen poterit tempore constitutionis, vel ædificationis Ecclesiæ patrono ius aliquod temporale, aliud vè grauamen inferre, nisi aliud reperiatur in iure captum, vel fuerit ad petitionem eius per Episcopum reseruatum; notat *Panormitanus in præsenti, numero 4.* & ad hoc probandam adducit text. *in capit. cum dilectus, de consuetudine*; notat etiam *Innocentius in capit. quoniam ne Prælatis vices suas*: cum ergo *in dicto capit. præterea*, sermo instituatur, de censu ab Episcopo tempore fundationis Ecclesiæ in fauorem patroni constituto, nostri Canonis prohibitio nō ofenditur, quæ Ecclesijs iam fundatis nouas census imponi prohibet, non verò nouis Ecclesijs constituendis; notat *Panormitanus in eodem textu, num. 3. Rebuffus de alleg. 85. num. 5.*

4 Secundò, decisioni tex. nostri obstabit text. *in cap. tua nos 11. de iure iurando*, vbi cum quidam Religiosi Clericos, quos in Ecclesijs ad eos non pleno iure pertinentibus, Episcopo præsentant, *capit. de Monachis, cap. in Lateranensi 31. de Præbendis, cap. cum & plantare, §. In Ecclesijs, de priuilegijs*, iuris iurandi Religione eos constringebant ad maiorem solitamque pensionem soluendam, vel præstandam; cum autem instituuntur ab Episcopo, iurant, quod antiquam pensionem non augebunt: consultus fuit Lucius III. Pontifex Maximus, cui iuramento standum sit; respondit, quòd cum posterius iuramentum ratione Lateranensis Concilij, & authoritate foueatur, primo præiudicet, quod de cupiditate processit, Clerici tamē pro periurio, quod vitare non possunt ab Ecclesijs perpetuo excludantur. Quæ decisio dum probat posterius iuramentum, de non augenda antiqua, & solita pensione præiudicare priori, quo Clerici se adstrinxerunt ad illius solutionem, & pro periurio Clericos ab Ecclesijs perpetuò excludi debere, insinuare videtur, vtrūque iuramentum validum fuisse, alias periurium, non incurreretur, quod tunc propriè, & vere committitur, cum iuramentum semel validum infringitur, *capit. si verò, capit. quærellam, de iure iurando, capit. 1. cum sequentibus 22. quæst. 4.* & consequenter posse Clericos cum iuramento contingere ad maiorem soluendam solitam pensionem: igitur vetus census Ecclesiæ augeri, ne dum ab Episcopo potest, sed etiā à Clericis contra id, quod in nostro Canone proditum est. Augetur difficultas, ex text. *in capit. grauis 15. hoc tit.* vbi Religiosi, cum Ecclesias vacare contigerit, non aliter voluerunt ad ipsarum regimen quemquā vocare, nisi aut nouum censum illis imponant, aut veterem contra constitutionem Lateranensis Concilij augmentent, ad ipsius solutionem instituendū Presbyterum iuratoria, vel fideicommissaria cautione cogentes, quod cum ad aures Pontificis peruenisset mandauit, ipse quatenus quæcumque constiterint contra constitutionem prædictā super censu Ecclesiarum, attentata in irritum reuocentur, & Presbyteris, qui super his iuramenta illicita præstiterunt congrua satisfactione imposita absoluantur; ex qua decisione expressè deducitur illicita, & temeraria esse iuramenta, quibus Clerici se adstringunt ad soluendum maiorem solitū censum, & veterem augēdum, & ab eis absolui, debere præmissa satisfactione, qui incautè, & temerariè fecerunt: ergo minus rectè in specie text. *dict. cap. tua nos, de iure iurando*, insinuare videtur validum esse illud iuramentum, quo maiorem censum Clerici promiserunt. Cuius difficultatis diluendæ causa varias interpretationes excogitarunt antiquiores omnes, vt testatur, *Couarruuias in dict. capit. quamuis pactum, 1. part. §. 6. numero 22.* Quibus omissis, & consulto reiectis, verissimè respondendum est, prius iura-

ramentum, de quo mentio fit, *in dict. cap tua nos* 11. *de iure iurando*, de soluenda pēsione solito more potuisse, ac debuisse ab ipsis Clericis iurātibus, absque periculo spiritualis salutis seruari saltim ad eorum vitam, quamuis non valuisset absolutè in præiudicium Ecclesiæ, quatenus onus reale ipsi iniunctum cōtinebat contra Lateranenſis Concilij constitutionem, de qua in text. nostro, cum similibus; meritò validum, & obligatorium fuit in ipsorum iurantiū præiudicium; & ita quoad vitam ipsorūm obseruari potuit; meritò in eo sensu vim obligandi habuit, necessariaque est omninò illius vinculi absolutio, eo quod iniquè fuerit iuratio extorta, de pensione soluenda, non quidem instituta Episcopi auctoritate, nec solita, sed noua, vel cum post præstitum huiusmodi iuramentum, & ante petitam, & impetratam illius absolutionem Clerici contrarium iuramentum præstitissent de non soluenda; scilicèt, noua pensione, nec augendi veteri, & tempore, quo ab Episcopo Diœcesano instituebātur, sed ipsos constituerunt in certo periurio, siuè enim seruent prius, siuè posterius iuramentum, manifesta est periurij culpa, si prius ex eo, quod violarūt posterius, si posterius infregerant, quod sane in illo casu ante legitimam absolutionem tenebantur seruare, & in hoc sensu exponenda sunt verba illius text. properiurio, quod vitare non possunt, atque ideò excludimus Clericos nunquam posse etiam Religione iuramenti iure se astringere, cum à patronis Ecclesiasticis præsentantur, vel ab alijs, ad soluendam nouam pensionem, quæ onus reale Ecclesiæ contineat, vel ad augendam veterem, cum nec Episcopi, nec alij Prælati Pontifici inferiores possint eam post Ecclesiam consecratam constituere, vel augere, vel ante Lateranensis Cōcilij sanctione, de qua in text. nostro latè explicat *Couarruu. dict. §. 6. numer. 22.* quam sequitur *Barbos. in Collectaneis, ad text. in capit. quærellam, de iure iurando, numero 4. & in dict. capit. tua nos* 11. *eodē tit. num.* 1.

5 Tertiò, sententiæ nostri text. valde obstabit text. *in cap. audiuimus 3. de collusione detegenda*, vbi quidam Clerici inter se collusione facta super beneficijs, quæ possidebant se sustinuerunt, ab alijs molestari, & posteà, vt quæstioni cedatur; & idem Clerici beneficia quietè possedissent, quasi nomine transactionis soluunt alijs de ipsis beneficijs annuam pensionem, & post mortem eorum in beneficijs illis super quibus est collusio facta, ius sibi valeant vindicare. Qua de re Consultus Pontifex mandat Episcopo Clericos, quos constiterit huiusmodi fraudem, per collusionem cō mitsisse beneficijs super quibus collusum fuit, quatenus non differat perpetuo spoliare, quia satis indignum esset, si fraus, & dolus, quæ in præiudicium Episcopi, & aliorum committere nitūtur, in eorum non redundaret in commodum, & iacturam; ex qua decisione deduci videtur posse Clericos propria voluntate, sine legitima superioris auctoritate pensionem annuam, vsque ad eorum vitam constituere; siquidem in ea specie auctoritas Episcopi non interuenit, cum in tota illius text. seriè mentio de eà non habeatur, deinde, quia si interueniſſet Episcopo non fieret præiudicium, quòd volenti, & consentienti, non fit iniuria, *capit. scienti, de regulis iuris, lib. 6 l. nemo videtur fraudare, ff. eodem*, quod negat Pontifex, in vers. *In præiudicium tui iuris, glos. ibidem*, verbo *Pensionem, Abbas, & Hostiensis, Açor, 2. part. Moralium, lib. 8. capit. 6. quæst.* 1. & tamen in eo Canone irrita censetur transactio, quia Clerici annuam pensionem soluere promisserunt, per collusionem; vt probant verba eiusdem text. *super quibus est collusio facta*, iuncto vers. *Per collusionem huiusmodi fraudem*, & ibi: *Eis beneficijs super quibus collusum fuerit consideratio est.* Ergo, si per collusionem facta non fuisset pensio, valida omnino foret, contra id, quod supra retulimus; scilicet, non posse annuam pensionem, ad vitam possessorum imponi, & constitui, nisi ab Episcopo, ex iusta, & legirima causa. Cui dubio respondendum, in specie illius text. legitimi superioris auctoritatem interueniſſe, quia si non interueniſſet nullius momenti transactio illa esset, quæ annua pensio à Clericis soluēda erat, etiam absque collusione, cum census, seu pensiones, aliàs non præcedente Prælato auctoritate constituti irrita prorsus censeantur (vt supra retulimus) vt ergo conuentiò, hæc præiudicium Episcopo inferat; opportebat eius auctoritatem præmitti, qui licet causa concordiæ, & pacis possit annuam pen-

sio-

si onem, & censum, ad vitam possessoris constituere, *capit. nisi essent 21. de præbendis, vel ex alia legitima causa, cap. cum veniisset 9. de restit. spoliatorum*; *tamen in dict. cap. audiuimus 3. de collusione detegẽda, iusta, & legitima causa non aderat*, quã tamen adesse Clerici Episcopo persuaserũt, facto colludio, & ipse ita esse existimans pro bono pacis, & concordiæ præstitit auctoritatem sibi, & alijs inferendo præiudicium, & ideò non simpliciter consensit Episcopus, quod Pontifex considerat, & perpẽdit, vt huiusmodi transactionem nullam, & irritam decerneret, sed si revera causa adesset, valeret, quę cum non fuerit non potuit sibi, & alijs fraus, & dolus Clericorũ præiudicare, cum alias, ex dolo suo commodum Clerici reportarent contra regulam, text. in *capit. sedes 15. in fine, de rescriptis, capit. tuas in fine, de vsuris, l. ne ex dolo, ff. de dolo, l. itaque 12. ff. de furtis*. Meritò ob colludium, quod in præiudiciũ iuris Episcopi committere nitebantur; cui ordinatio beneficiorum competit, *cap. conquerente, de officio ordinarij, capit. ex frequentibus, de institutionibus*, iusta de causa talibus beneficijs priuantur, ne huiusmodi fraus maneat impunita, vt docet idem text. in fine, vt sic puniantur in quo deliquerunt, *cap. quanto, §. cæterum, de translatione Episcopi, glos. in dict. capit. audiuimus*, quam sequuntur *Abbas, & Hostiens. ibid. Duarenus, dict. lib. 6. de Sacrorum immunitatibus, capit. 4. in principio.*

6 Quartò, aduersus text. nostrum obstat text. *in capit. de cætero 5. de transactionibus*; vbi Rector cuiusdam Ecclesiæ contra alium Rectorem alterius Ecclesiæ litteras à Pontifice, ad extraordinarium iudicem impetrauit, coram quo se composuit, cum aduersario suo; ita vt in illa Ecclesia annum censum haberet. Quæstio fuit, vtrum talis compositio valeret, nec nè? Respondit Pontifex, quod si compositio, non est iuri contraria non erit, ab Episcopo loci reprobanda, sed census, absque Episcopali auctoritate, sub hoc prætextu solutus Ecclesiæ, cui præest, ille qui litteras impetrauit, vitam eius, qui solueret non excedat; ex qua decisione colligitur, ab Episcopo censum imponi posse; ita vt successorem in Ecclesia adstringat, cum successor in hoc Canone; ideo ad soluendum censum non obligetur; quia absque Episcopali auctoritate impositus fuit, consideratio est ergo, si Episcopi adesset auctoritas, ad successorem procul dubio transiret contra id, quod in text. nostro decidit̃r, ex quo docemur Episcopos Ecclesijs censum imponere non posse, qui obligant successores. Cui difficultati omissa solutione, quam refert *Garcia de beneficijs, 1. part. capit. 5. numero 338. Lotherius de re beneficiar. lib. 1. quæst. 35. numero 25. Açor, 1. part. Moralium, lib. 1. quæst. 35. §. Extra.* Verissimè respondendum est, quod quamuis in eo Canone ab initio, dum fuit census constitutus auctoritas Episcopi non interueniret, sed tantum iudicis delegati, coram quo fuit facta compositio, quo respiciunt verba illa, *sed census, absque Episcopali*; posteà tamen accessit, vt obstẽdunt illa verba: *Nec est à loci Episcopo, hæc aliquatenus reprobanda*; cuius intuentu rata permansit prædicta conuentio, & facilius apparet, si maturè verba perpendamus, quibus text. ille scribitur in indice Lateranensis Concilij, sub Alexandro III. *tit. de partitionibus licitis, & illicitis*; ex quo desumptus est, & ita se habet, compositio coram extraordinario delegato facta, si non est iuri cõtraria ab Episcopo nõ debet irritari, sed census ob hanc, absque auctoritate Episcopi solutus vitam soluentis non excedat; quæ verba indicant speciem illius capitis eam esse; scilicet, vt coram iudice delegato, absque auctoritate Episcopi illa compositio fuerit facta, vt alter collitigans, seu aduersarius liti cesserit modo in Ecclesia ius aliquod postmodum haberet, hoc est censum, vt posteriora verba text. declarant, Episcopus quidam nolebat aprobare compositionem, quia facta fuerat eo non auctore; imò eam ex eo volebat reprobare iubet Pontifex; quod si compositio non est iuri contraria, hoc est, non damnosa Ecclesiæ, argumento *capit. Sacrosancta 51. de electione, capit. cum Clericis 6. de pactis*, nec facta per collusionẽ, vt in *dict. capit. audiuimus 3. de collusione detegenda*, non est à loci Episcopo reprobanda; quia licet iudici delegato, ex causa pacis, & concordiæ partes componere alteri beneficium; alteri annuum cẽsum tribuendo, *capit. nisi essent 21. de præbendis*. Nec etiam debet Episcopus illam compositionem reprobare, quasi successorem obliget; quia vitam eius, qui soluit

uit non excedit, hoc est, nõ obligat successorem in Ecclesia, sed tantum possessorem, cui licet vsque ad mortem suam iure personaliter obligare, & consequens fructus beneficij sui quamdiu illud tenuerit; argumento text. in *capit. 2. de fideiussoribus. capit. vltimo de peculio Clericorum*; amplius verò non potest, nec auctoritate delegati, nec Episcopi, ex nostri text. prohibitione: igitur text. ille non probat, quod si census esset authoritate Episcopi constitutus successorem in beneficijs obligare; imo potius contrarium; cum vitam soluentis non excedat.

7 Quintò, his omnibus valdè obstabit, text. in *cap. præterea 8. de censibus*; vbi quidam Ecclesiarum Rectores, Episcopo ignorante, sua propria auctoritate annuum censum, de Ecclesijs, quadam cum Religiosis collusione facta, qui in illis ius patronatus habebant, soluunt, & illi eum recipiunt: Quæsitum fuit, an successores censum soluere compellantur; & respondit Alexander III. quod in receptione pensionis, seu census, non sunt aliquatenus audiendi, si Episcopi, aut alterius, qui de iure id facere potuerit, auctoritas; & consensus non interuenit, quia simplices Sacerdotes, vel Clerici non possunt Ecclesias, quibus præsunt, auctoritate sua, præsertim post decessum suum efficere censuales; quæ decisio obscura valdè, & perplexa est, dum ex eo, quod innuit posse Clericos interueniente auctoritate Episcopi Ecclesijs suis annuos census imponere alijs soluendo, qui obligent successores, quod offendit nostri text. regulam, & prohibitionem, cum etiam ex eo, quod in calce, text. suadet Pontifex simplices Sacerdotes, auctoritate sua posse soluere annuos census, siuè recipere; vt ostendunt postrema verba, textus, vers. *Præsertim post decessum suum*; quod etiam refragatur, quæ superius tradidimus; scilicèt, census personales, non nisi authoritate Episcopi imponi, & constitui posse. Cui dubio respondẽt nonnulli interpretes dicentes, quod quamuis Episcopi, non possint, etiam ex iusta causa nouum censum mensæ suæ, & in vtilitatem propriam imponere, ne videantur in facto proprio auctoritatem præstare, *Clement. 2. in fine, de rebus Ecclesiæ, l. 1. ff. de auctoritate tutorum*; & quia hoc eis prohibetur, *in nostro capit.* 7 vers. *Prohibemus, ne partem reddituum suis vsibus appropiare præsumant*, excepto casu, *capitis venerabilis* 21. *hoc tit. & capit. constitutus, de Religiosis domibus*; possunt tamen data iusta, & rationabili causa in agrorum vtilitatem census imponere iusta plures; quos refert *Garcia de beneficijs, 1. part. capit. 5. numero* 339. sed responsio hæc nobis placere non potest, quia hæc in vtilitatem agrorum possunt Episcopi nouos census imponere, qui transeant ad successores, vt constat *ex text. nostro*, veri. *Noui census imponantur Ecclesiæ, capit. significauit* 13. *hoc tit. Clementina vnica*, vers. *Eadem, de supplenda negligentia Prælatorum*, cum suprà adductis, quare ea reiecta verius respondendum est in Canone eo tantum probari, quòd Episcopo ignorante, & sine eius auctoritate non possit annuus census imponi, qui obliget successorem, nec Ecclesia effici censualis, quod verum est, etiam post Concilium Lateranense, de quo in text. nostro, nam ante illam prohibitionem poterat census ex iusta causa Ecclesiæ imponi, sed causa ab Episcopo debebat probari, & ideò auctoritas ita requirebatur, vt sine illa census nequaquam imponi posset, sed post prohibitionem nostri text. si nouus census in Ecclesia constituatur, non sufficit eius authoritas; vt habetur in *cap. significauit* 13. *in fin. de censibus*. Ergo, argumentum directè procedit, siuè ante prohibitionem nostri text. siuè post illam rectè stat in eo Canone; scilicet, quod sine authoritate Episcopi, non possit Ecclesia effici censualis. Argumentũ enim à contrario ante nostrum text. rectissime deducitur, quia tunc auctoritas Episcopi sufficiebat, quo tempore text. illum scriptum fuisse affirmamus; nam quamuis Concilium Lateranense fuerit celebratum sub Alexandro III. anno 1180. *in capit. 7.* eiusdem Concilij, etiam idem Alexander fuit creatus, anno 1159. & obijt anno 1185. & ideò cum Canon ille auctorem habeat eundem Alexandrum III. credibile est illum ante dictum Canonem Lateranensem emanasse; vt ex eo rectè poterit, à contrario illo tempore argumentum deduci; quod ex auctoritate Episcopi permissum erat annuos census Ecclesiæ imponi, qui successorem obligaret, quia causæ priuatio, ex qua iustè debebat constitui, ei tunc erat concessa, posteà verò

non

non potest ex dicto iure argumentum à contrario sensu desummi, stante nostri text. prohibitione, & ne in beneficijs annuus census imponatur, ad est etiam probatio iuris, & Ecclesiastica beneficia, sine diminutione conferantur; scilicet, ne scindatur ipsorum prouentus, *vt in capit. nisi essent, de præbendis*, qua ligantur Episcopi, ne possint in beneficijs pro successoribus in eis annuos census imponere, nisi quãdo hoc eis iure permittitur, *capit. 3. de officio Vicarij, capit. vacante 26. in fine, capit. ex posuisti 36. de præbendis, capit. conquerente, de Clericis non residentibus.* Nec obstat, quod à contrario in postremis verbis dicti capitis præterea significare videtur, Alexander III. scilicèt posse Clericos in vita sua, propria auctoritate annuos census soluere, vel recipere, ex eodem text. vers. *Præsertum post decessum suum*; quia licèt verba illa; ita sint in prima collectione, & in Concilio Lateranensi, sub Alexandro III. *part. 28. capit. 9.* ex quo text. ille desumitur, de est tamen verbum illud *præsertim*, quod etiam si apponatur tantum significat, quod maior ratio viget, ne simplices Sacerdotes possint propria auctoritate, sine Episcopo Ecclesias efficere censuales, ex nostri text. dispositione, nec etiam possunt in vita sua, quando ex pactione id faciunt, & adest periculum simoniæ, *capit. quæsitum, de rerum permut. capit. vltim. de pactis*, non ita quando ex pacto, nec illud periculum, adest, quia tunc nihil impedit, quominus possint vsque ad mortem suam se personaliter obligari, & fructus suorum beneficiorum; notant *antiquiores omnes, & Hostiensis ibidem, num. 5.*

8 Sextò, ex dictis infertur interpretatio, ad text. in *capit. cum Clerici 2. hoc tit.* vbi quidam Clerici, cum Religiosis collusione facta, citra authoritatem Episcopi Ecclesias, quas tenebant eijs cõstituerunt censuales, vt post decissum eorum Ecclesiæ illæ, per repræsentationem eorundem Religiosorum, ad filio, vel nepotes Clericorum ipsorum possent transferri; præcepit Pontifex, vt qui in venti fuerint talia facere à præscriptis Ecclesijs appellatione postposita remoueantur, quæ decisio valdè obstat, *dict. cap. præterea 8. eiusdem tit. de cõsibus*; vbi collusione facta Clerici censuales Ecclesias, propria auctoritate cõstituentes nulla pœna plectuntur, & in hac specie, ab Ecclesijs perpetuo excluduntur: deinde quatenus probat, ibi: *Citra authoritatem Episcopi posse Clericos*, ea interueniente, Ecclesijs, quas possident perpetuas pensiones imponere; refragatur, *capiti significauit 13. hoc tit.* vbi cum à Monachis, ad regimen cuiusdam Ecclesiæ fuisset, qui se electus de soluendo eis annuos cẽsus, quos prædecessor eius soluerat, præstitit Sacramentum, postmodum Episcopus, ne ipsum censum Monachis solueret interdixit in periculum ordines sui, nisi prius constaret, quòd Episcopali authoritate fuisset impositus; vndè Summus Pontifex mandat quatenus si præfatum censum authoritate præsulis, & non de nouo impositum fuisse constiterit, Episcopus prohibitionem illam, sine dilatione relaxet: si verò census sit de nouo impositus, siuè authoritate Episcopi factum fuerit, siuè non, Monachi Clericum absoluere iuramento appellatione remota compellantur, in qua specie ponderanda sunt, verba illa; *siuè auctoritate Episcopi factum fuerit, siuè non*, quæ expressè extendunt Clericos nouum censum Ecclesijs, etiam cum Episcopi authoritate constituere non posse. Sed respondendum est, verum esse Clericos super Ecclesijs colludentes, & in eis collusione facta annuos census imponentes pœna priuationis Ecclesiarum statim, ac de crimine constiterit, officio iudicis, etiam sine partis petitione puniri debere, *dict. capit. cum Clerici 11. hoc tit. capit. audiuimus, de collusione detegenda, capit. cum Clerici, de pactis*; ne delictum manear impunitum, *capit. vt famæ, de sententia excommunicationis, l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam.* Nec obstat text. in *capit. præterea 8. hoc tit.* nam licet in tota illius text. seriè pœna priuationis non exprimatur, non exinde negat Pontifex, ibi puniri debere eos Clericos, qui collusione facta census Ecclesijs imposuerunt, sed eam pœnam supponit, ex alijs iuribus imponendam, in quibus expressa reperitur, nec enim in iure nouum, aut frequens est vnam decisionem, per alteram suppleri. Argument text. in *capit. dixit Dominus 27. quæstion. 2. capit. vxor 32. quæstion. 7.* quam difficultatem, ita soluit, *Glos. ibidem*, verbo *Soluerunt*, vbi antiquiores omnes. Nec etiam refragatur, text. in *dict. capit. significauit 13. hoc tit.* nam post no-

noſtri text. prohibitionem nouus cenſus authoritate Epiſcopi conſtitui non poteſt, *poſt quam* accipiendus eſt, text. *in dict. capit. ſignificauit*, antea vero Prælati authoritas ſufficiebat iuſta cauſa probata, ad validitatem, cenſuſque cõſtitutionem, iuxta ea, quæ nuper obſeruauimus, pro interpretatione dicti capitis præterea, & ita accipio, text. in *dict. capit. cum Clericis* 11. *hoc tit. capit. abaritiæ* 10. *de præbendis*.

9 Septimo, ex dictis infertur interpretatio, ad text. *in capit. Eccleſijs* 9. *de cenſibus*, vbi Eccleſijs, quas de nouo a manibus laicorum eripuent Epiſcopi præter Cathedraticum, & iura omnia, quæ alijs Eccleſijs imponũtur, ex actionem imponere prohibentur; nam licet tempore fundationis, vel præceptæ libertatis certum cenſum, ſibi conſtituere permittatur, *capit. præterea, de iure patronatus, capit. conſtitutus, de Religioſis domibus*; & ideò videbatur, quod ſi Epiſcopus Eccleſiarum capiebat, de manibus laici, cum eam quaſi de nouo abduceret, ad libertatem, in recompenſationem beneficij poſſet nouum cenſum imponere tamen recte decidit, text. ille non poſſe Epiſcopum, cuius induſtria Eccleſia à manibus laicorum erepta, & liberata eſt, præter Cathedraticum, & iura alia, quæ Epiſcopo de iure competunt; de quibus *capit. conquerente, de offic. ordinarij*, cenſum nouum Eccleſiæ imponere veluti ſi decimæ alicuius Eccleſiæ in fœudum a laicis detinerentur, *capit. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælatis*, vel ſi ius aliquod patronatus, ab illis detineatur, *capit. illud* 8. verſ. *Licet, de iure patronatus*, vel denique ſi Eccleſiæ, quoad proprietatem, vel cẽſum detineatur. Quocumque enim caſu, de manu laicorum eam eripiat, Epiſcopus, non poteſt noua cenſus conſtitutione eam grauare, quia Epiſcopus, ad Eccleſiam illam liberandam de manu laicorum; ex officio ſuo tenetur, *capit. quod quis* 35. *quæſtion.* 9. & ita liberalitatem, erga Eccleſiam exerciſſe non videtur; argumento text. *in l. rem legatam, ff. de adimendis legatis*, qui enim ex officio ſuo aliquid laudabile facit præmio afficiendus non eſt; notat *Abbas ibidem, numero* 1. Si enim in ſpecie illa locum haberet noui cenſus conſtitutio, occaſio præberetur Epiſcopis Eccleſias cenſuales conſtituendi, quia poſſent fingere, de manibus laicorum eas eripuiſſe, vt cenſum, exinde imponerent; ſiquidem fictiones fugiendæ, & vitandæ ſunt, *capit. quanto, de diuortijs*. Meritò igitur, & in hoc caſu locum eſſe prohibitum noſtri text. docent poſt gloſſam in præſenti, *Butrius, numero* 3. *Abbas* 1. *Barboſ. de poteſtate Epiſcopi dict. allegatione* 85. *numero* 12. ex dictis etiam interpretari poteſt, text. *in capit. cum Clerici, de pactis, capit. præterea, de tranſactionibus*.

Ad textum in capit. ex parte 8. huius tit. de Cenſibus.

SVMMARIVM.

1 *Si ad vnicam menſuram ſolui ſolet id, quod debetur ex voto, ad illam impoſterum ſolui debebit: ſi verò ad diuerſas liberabitur, etiam ſoluens ad minorem.*

2 *Promittens aliquid ſoluere nulla adiecta certa menſura, præſumitur intellexiſſe, ſe velle, de communi menſura ſolui.*

Votum ſecundum promittentem factum eſt adimplendum.

Vota ſemper gratuita eſſe debent.

Votum, ab omni populo factum obligat ſucceſſores.

3 *Votum in certum, ſeu de re in certa nullum propter incertitudinem redditur.*

4 *Capit. ex parte* 18. *verſ. Cum ergo, de cenſibus.*

Res inter alios acta alijs, non nocet, nec prodeſt.

5 *Votum pia cauſa dicitur.*

Votum ſtrictè eſt interpretandũ, ita vt quãtum fieri poſſit minus obliget.

L. Titia, §. Seia 4. *cum l. qui lancem, ff. de auro, & argento legato.*

6 *Argumentum valet, de libertatibus, ad piam cauſam.*

7 *Votum eſt promiſsio Deo facta propter bonum finem, deliberatione firmata.*

Obligatio, quæ fit patri, vel matri laxius eſt interpretanda.

Deus, & Eccleſia facilius ſe agit cum nobis, quam homo.

8 *Dotis cauſa frequenter pia cenſetur.*

9 *Donatio latè interpretanda eſt.*

10 *L. legato* 73. *ff. de legatis* 1.

L.

11 *L. si seruus 50. §. Si numerus, ff. de legat. 1.*

1 CONCLVSIO. Si ad vnicam mensuram solui solet, id, quod debetur ex voto, ad illam impositerum solui debebit, si vero ad diuersas liberabitur, etiam soluens ad minorem; consonat text. in *capit. in obscuris, de regulis iuris, lib. 6. l. in obscuris, ff. eodem, capit. inspicimus, de regulis iuris, lib. 6. l. si quis rem 2. §. Voto, & §. Si decimam, ff. de policitationibus, capit. litteraturam 3 de voto, l. Imperatores 71. ff. de contrahenda emptione, capit. licet, de voto, l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris, regula stote 2. de regulis iuris in antiquis, l. in his, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, l. cum creditor, ff. de furtis, l. proximè, ff de his quæ in testamento delentur, l. si fuerit, §. Vltimo, ff. de rebus dubijs, l. nummis 83. ff. de legatis 3. l. apud Iulianum, §. Scio, ff. de legatis 1. l. 5. tit. 15. partit. 2. l. 5. tit. 9. lib. 1. Recopilationis*; exornant latè *Thomas Sanchez, ad Decalogum, 1. tom. lib. 4. cap. 13. numero 6. Couarruuias in capit. indicante, numero 4. de testamentis, Menochius de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 106. numero 33. Angelus*, verbo *Votum, numero 22. Syluester*, verbo *Votum 2. quæstion. 15. Tiraquellus, de priuilegijs piæ causæ, priuilegio 25. Molina, tom. 1. de iustitia, disput. 198. columna 1. Açor, institutionum Moralium, part. 1. lib. 11. capit. 20. quæstion. 10. Suarez, de Religione, tom. 2. tractat. de voto, lib. 4. numero 8. & capit. 11. numero 7. Parladorius, rerum quotidianarum, 1. part. §. 8. numero 2.* cum traditis à *Barbos. in Collectaneis, ad nostrum text. numero 2. & 6.*

2 Ratiò; quare si ad vnicam mensuram solui solet quod debetur, ad illam impositerum solui debebit, ea est, quia ille, qui promisit ex quo de nulla mensura mentionem fecit præsumitur intellexisse, de communi mensura, *l. nummis 83. ff. de legatis 3. melior text. in l. Imperatores 71. ff. de contrahenda emptione*; & quoniam votum secundum factam promissionem est adimplendum; nisi cum vouente sit dispensatum, *capit. litteraturam 3. de voto*; merito secundum huiusmodi vsitatam mensuram est solutio facienda, *dict. l. Imperatores 71. capit. ex litteris, desponsalibus, l. si seruus plurium, ff. de legatis 1. capit. contra morem 100. distinct. capit. dilectus, de Capellis Monachorum*, nō est per coniecturas inuestigandum, an intellexerit, de alijs mensuris, quia in certis locus est coniecturis, *l. continuus, ff. de verborum obligationibus*; si verò, ad diuersas liberabitur soluens etiam, ad minorem, quia cum huiusmodi vita gratuita fuerint abinitio, *capit. licet, de voto*; benignius sunt ab illis Ecclesiasticis exigenda, ne tanquam exactores lucris temporalibus inhærere videantur, & quoniam in obscuris minimum est sequendum, *capit. in obscuris, cum similibus, de regulis iuris, lib. 6.* ideò tales volentes soluere, ad minorem non sunt cogendi, vt ad maiorem persoluant, *l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris*; nam Dominus noster mitius se agit, cum nobis in exigendis debitis, quam homines, quia non contemplatur magnitudinem, vel paruitatem muneris, sed mentis, *Lucæ 21. Marci 12.* & sic mitius in voto Ecclesia, & personæ Ecclesiasticæ se gerere debent, *Glos. singularis, in l. 2. §. Voto autem, ff. de policitationibus*, quā refert *Iason, in §. Item si quis in fraudem, numer. 11. instit. de actionibus.* Meritò in præsenti Hispaniæ successores illorum, qui votum Diui Iacobi emisserunt de tritici mēsura, tanquam reale transit in successores, ex vi obligationis antecessorum, ex eo videlicèt, quia emittentes dum vixerant simul, cum successoribus, pro solutione prædictorum mensuratum. Omnia bona, tàm adquisita, quàm adquirenda liberè obligarunt in sustentationem Canonicarum compostelanæ Ecclesiæ; vt constat ex forma, & verbis ipsius voti relatis, ab Ambrosio de Morales in Clirònica generali Hispaniæ nostræ, *tom. 1. lib. 9. capit. 7.* relatis etiam à *Barbos. in Collectaneis ad nostrum text. numero 9.* Siquidem prædia ab illis possessa, cum prædicto onere, ad successores transmittuntur, *Glos. in l. finali, §. 1. ff. de contrahenda emptione.* Tum etiam, quia huiusmodi votum factum fuit nomine totius populi, quo casu etiam successores obligati remanent, *l. proponebatur, ff. de iudicijs, l. si quis rem, §. fin. ff. de policitationibus.* Quibus de causis in voto id, quod minimum est, debetur quando dubium stat, quod etiam in vltimis voluntatibus obseruatur; siquidem testator non præsumitur hæredem voluisse grauare, *l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de le-*

legatis 2. l. apud Iulianũ, §. Seio, ff. de leg. 1.

3 Primo, obstabit dicere, quod in præsenti votum videbatur nullũ propter incertitudinem promissionis; siquidem cum quis promittit triticum, cum non appareat, de certo genere tritici, vel certa quantitate, promissio nullius momenti erit, *l. triticum, l. qui insulam, ff. de verborum obligationibus, l. cum post, §. Gener. ff. de iure dotium.* Ergo, cum Hispani vouentes nullam expressissent certam mensuram obligatio fuit incerta, & consequenter nulla præsumitur. Sed huic considerationi respondendum est, quod in præsenti non fuit incertitudo voti; siquidem certa ipsius voti promissio fuit veluti, ad duos sextarios, licet sextarius esset varius. Secùs verò dicendum esset, si votum fuisset de soluẽdo frumento, grano, vel vino, & non fuisset de duabus, vel tribus mensuris, quia tunc legatum tanquam incertum, non tenet, & ita procedit, text. in *dict. l. cum post, §. Gener, cum similibus, ff. de iure dotium*; nam votum non dicitur incertum, quamquam vouens, de nulla speciali mensura mentionem faciat dũmodo voueat se soluturum certas mensuras veluti duas; nam tunc de consuetis votum intelligendum est; notat *Zabarela in præsenti numero 6. & 8.* Nec obstabit, si instes dicendo, quod vouentes non debuerant cogi ad soluendum, quia nulli fuerat adquisita obligatio, nec acceptatio secuta, *l. stipulatio ista, §. Alteri, ff. de verborum obligationibus*; quia respondendum est, quod votum efficaciter obligat vouentem licet, ab aliquo non fuerit acceptatum. Ratio est, quia votum fit Deo, qui vbique præsens est, & semper intelligitur recipere, & accipere, *capit. scimus, iuncta eius, glos. 12. quæstion. 1.* argumento text. *in l. fideicõmissa, §. Si rem, ff de leg. 3. Abbas in præsenti num. 1. & 2. Zabarela 7.*

4 Secundo, obstabit text. noster, qui sibi ipsi contrarius existit; siquidem in vers. *Cum ergo non constet*, appareat, de illa tritici mensura in voto Diui Iacobi emissa non constare, *& in principio*, vers. *Quia vota*; asseritur satis de illa tritici mensura constare; cum antecessores eorum ad communem loci mensuram votum soluissent; sed huic dubio respondendum est text. nostrum in principio continere partis allegationem; siquidẽ Archiepiscopus allegabat, quod antecessores votum, ad communem mensuram persoluissent, quæ partis allegatio ius non facit, *cap. dilectus 34. de præbendis, glos. magna, in l. 1. C. quando nõ petenti part. Glos.* verb. *Non post, in cap. 2. de his quæ fiunt à Prælatis.* Meritò Innocentius III. in vers. *Cum ergo non constet*; asserit quod, cum non constet, ad quam mensuram antecessores eorum votum persoluerint distinguendum esse antecessores, ad vnam, & eandem mensuram votum persoluissent; an verò ad varias, nam in primo casu, si ita appareat, ad eandem soluere sunt cogendi; siquidem si constaret de mensura parentum, non requireretur alia probatio, cum nõ præsumatur, ad aliam mensuram voluisse obligare hæredes: siquidem incertis, non est locus coniecturis, *l. continuis, ff. de verbor. obligat.* Si ergo de obseruantia partium constaret, illa obseruaretur, *l. actionibus ff. de pignoribus.* Nec obstabit, si instes, quòd etiam si ad eandem mensuram, antecessores votũ persoluissent, non propterea debent successores cogi, ad eandem soluere; siquidem res inter alios acta alijs non nocet, nec prodest, *l. si duo patroni, ff de iure iurandi, cap. quamuis 25. de sententia, & re iudicata*; vbi latè scripsi; quia respondẽdũ est, quod id, quod fit à maiori parte; cæteris etiam præiudicare debet, *cap. fin. de offic. Archidiaconi, cap. contra morem 100. dist. cap. dilectus, de Capel. Manachor. cap. 1. & per tot. de his quæ fiunt à maiori parte capituli*; notat *Glos. in præsenti*, verbo *Primo casu, Abbas ibidem, numer. 6. Zabarela 5.*

5 Tertiò, aduersus ea, quæ refert textus noster; videlicèt, quod si ad diuersas mensuras, votum diui Iacobi fuerit solutum liberabitur is, qui ad minimã mẽsuram soluerit; obstabit dicere, quod votũ pia causa est, *cap. magnæ deuotionis, §. Cũ igitur, de voto*, sed in dispositionibus dubijs fauore piæ causæ factis, nõ quod minimũ, sed quod maximũ præstari debet, *l. Titia 38. §. Seia, ff. de auro, & argento legato.* Ergo nõ rectè Innocentius III. asserit minimam partẽ in voto Diui Iacobi tantũ solui debere. In qua iurium cõtrarietate, *Abb. in præsenti n. 4.* asserit, quod ea ratione in text. nostro, nõ soluitur in maiori, sed in minori mẽsura, quia id procedit ex benigna Pontificis interpretatione, & quia non exigebatur, ab Ecclesiasticis personis, & cũ in eorũ cõmodũ cedat, non nocere videantur lucris

temporalibus in hiare, ideo illis minor mentura soluitur ; argumento text. in *l. Titia, §. Seia 4. ff. de auro, & argento legato.* Respondit text. illum procedere in legato in certo, cuius latissima interpretatio est facienda, nam quando est, ad causam piam censetur relicta res cæteris precioſior. Quam Abbatis interpretationem sequitur *Couarruuias, in capit. indicante, numero 12. de testamẽtis.* Sed hæc interpretatio ex eo conuincitur, quia Canonici, etiam votum exigunt, & conuertunt in vtilitatem Ecclesiæ, in cuius fauorem emissum est. Quare *Thomas Sanchez, tom. 1. ad Decalogum, lib. 4. capit. 11. numero 3.* asserit discrimen versari inter vnam, & alteram speciem, quod in eo consistit, quia in legatis interpretatio fit contra hæredem, & non contra testatorem qui liberè relinquit; & ideo nihil mirum si latè fiat, at verò in voto fit interpretatio contra vouentem, qui liberaliter promisit, & ideò mitior debet esse interpretatio; deinde ne Ecclesia videatur solita, de temporalibus lucris, & commodis; rursus, ne cæteri à munificentia in Ecclesiam auocẽtur. Denique, quia votum strictè interpretandum est, ita vt quantum fieri possit minus obliget, quã sequitur *Barbos. in Collectan. ad nostrum text. num. 3.* Quare *Gomezius in §. Ex maleficijs, num 52. instituta de actionibus,* subtiliter conciliũ text. nostrum, cum *dict. l. Titia, §. Seia 4. ff. de auro, & argento legato;* dum asserit iura illa cõformia esse, & in vtroque probari mediocrè esse præstandum, non maximum, nec minimum, reddens rationem, quia in text. nostro, etiam fit mentio, cuiusdam mensuræ paruissimæ, & aliæ ignotæ; & tertiæ maioris, & Pontifex decidit, vt si soluerint ad minorẽ, non amplius exigendum, quod idem etiam decidit, *Scebola in dict. l. Titia, §. Seia*; nam cum ibi similiter de triplici genere metalorum mentionem fecerit; scilicet, auri, argenti, & æris, asserit argentum signum deberi; nam si quod maius est deberetur, vtique aurum præstaretur, notat *Cuiacius, lib. 3. responsorum Scebolæ, in dict. §. Seia.* Similiter etiam in text. nostro non erat maior mẽsura, quæ exigebatur, nec paruissima, ad quam voti debitores præstare volebãt, sed minor, sub quo minime mediocrè intelligitur, *l. qui lancem, ff. de auro & argento legato*; vt constat ex *dict. §. Seia*, vers. *Vtrum, ex argento*; an ex auro signum ponere compellendi sunt, an æreũ. Respondit secundum ea, quæ proponerentur argentum ponendum; sed hæc subtiliſsima Gometij interpretatio cõuincitur ex eo, quia in *dict. §. Seia*, Scebola consultus responsum dediſſe appareret secundum ea, quæ ei proponerentur, propositum autem fuit, non triplicis generis, sed duplicis fuisse imagines in dicto templo, scilicèt, æris, & argenti; vt constat *ex eodem text.* veri. *Nisi aut ærea.* aut argentea tantum sint dona, & decidit argentea deberi, nec poterat dubitari, de auro, cum in templo non fuisset, & semper decidantur omnes quæstiones secundum ea, quæ sunt apud testatorem. Notat *Sarmiento l 3. Selectarum, capit. 3.* Similiter, & in text. nostro, non fuit vsitata triplex mensura; scilicèt, paruissima minor, & maxima; sed duplex tantum, altera maior, altera minor, & inter illas duas vsitatas, si non constiterit, ad quam regionis homines vniformitate persoluunt, ad minorem sufficit, quod persoluant, & vniformiter, & ita noluit text. decidere, vt ad mediocrè persoluatur, sed vt minor, ex vsitatis. Nec obstat text. *in dict. l. qui lancem, ff. de auro, & argento legato*; quia ibi tripliciter genus lancis habebat testator, vt exponit Acursius, *in §. Libertinus, instituta de libertinis*, & in principio institutionum, de capitis diminutione, quam sequitur *Bartholus, in dict. l. qui lancem.* Quare magis veriorem esse existimo, quam refert *Couarruuias, in dict. capit. indicante, numero 5. Sarmiento lib. 3. Selectarum, capit. 3. numero 3. Antonius Augustinus, lib. 2. emendat. capit. 1. Petrus Pechius, in capit in obscuris 30. numero 12. de regulis iuris, lib 6.* dum asserunt, *in dict. §. Seia, non esse legendum, ærea, aut argentea tantum sunt dona*; qua lectione obseruata, text. ille pro nostri text. sententia facit, cum id, quod minus est in templo præstetur, quam lecturam licet, non aghouerit. Pandect. Florentina, nec vulgares Codices; tamen in antiquis impressionibus, vt ex cathigatione Ægidij, anno 1539 & impressione antiqua Digestorum Augusti Turinorum anno 1576. idẽ habetur; vnde *in dict. §. Seia*, disputatio est in hoc, an fauore piæ causæ, sit maximum præstandum, quod tũc procedit quoties res obscura est, & cessant

sant alia, quæ præuideri debet, vt in *dict. l. si seruus plurium, & in dict. l. semper in stipulationibus l. 3. in fine, Cod. de liberis præteritis, capit. in his, de verborum significatione*; vbi mens potiùs est considerandа, & post mentem, id quod verò similius est, *capit. inspicimus de regulis iuris, lib. 6.* vbi *Petrus Pequius*, de quare latè scripsimus, *in capit. dilecti 6. de donationibus.*

6 Quartò, prædictis obstabit dicere, quod de libertatibus, ad piam causam valet, argumentum, *l. 1. §. Sin autem*, vers. *Melior, Cod. de caducis tollendis*, libertas enim, & Ecclesia æquiparantur, *capit. fin. de sententia, & re iudicata, Clementin. 2. de iudicijs*, sed in dispositione circa libertatem non veniunt ea, quæ magis fauore hæredis exigua sunt, sed id, quod seruo vtilius est, *Glos. in l. si ita sit scriptum 14. §. fin. de legatis 1. l. in libertatibus, l. quod vulgo, ff. de manumissis testamento, l. leuissima 35. l. quod traditum 87. & 88. ff. de conditionibus, & demonstrationibus.* Ergo idem dicendum erit in fauorem piæ causæ; scilicèt, quod maius, & magis vtilè Ecclesiæ præstetur. Verum huic dubio respondendum est, text. *in dict. l. quod traditum 87. cum similibus.* In fauorem libertatis adductis procedere in libertate directè data sub diuersis conditionibus, & in diuersis scripturis appositis, quo in casu non nouissima, sed leuissima conditio, quæ commodior sit ipsi seruo adimpleri debet, quod etiam est admittendum in fideicommissaria libertate, *l. per fideicommissum, ff. de conditionibus, & demonstrationibus.* Secus vero erit dicendum, quãdo coniunctim conditiones apponũtur *dict. l. quod vulgo, l. sub diuersis, ff. de conditionibus, & demonstrationibus*; quod est admissum, nisi ex facilitate conditionis periclitetur libertas; nam tunc admittitur, quæ magis producit ad libertatem, quamuis natura grauior, & durior sit, *l. leuissima 35. ff. de conditionibus, & demonstrationibus*; quæ omnia admittuntur, vt libertates faciliorem exitum habeant, quæ fauorabiliores sunt, *l. in libertatibus, l. si ita scriptum, l. nam ad ea, ff. de conditionibus, & demonstrationibus*; Quod si contigerit, in pia causa similiter esset dicendum; cæterum, de hoc nõ agimus, sed an facto legato dubio, vel prohibitione obscura, in maius, vel in minus valeamus interpretare, vel sit accipienda maior, vel minor summa fauore piæ causæ; nam tunc ex text. nostro, & ex rationibus suprà adductis in re dubia, minor pars exigenda est.

7 Quintò, prædictis obstabit dicere, quod votum est promissio Deo facta propter bonum, ex deliberatione firmata; ita *Ricardus in 4. distinct. 36. artic. 3. quæstion. 2.* quam communiter sequuntur summistæ omnes, verbo *Votum*; Deus enim erga nos pater est, & Ecclesia mater, *Matthæi, capit. 5. & 6. capit. ad Romanam Ecclesiam, 2. quæstion. 6.* & sic, ex voto quasi patri, & matri fit obligatio, sed quoties patri, & matri promissio fit; latiùs est interpretanda, & maior censetur, *l. Aurelius 29. §. Titius testamento facto, ff. de liberatione legata.* Ergo voti promissio Deo, & piæ causæ facta latiorem debet interpretationem accipere; sed huic dubio facilis erit responsio, ex rationibus, & iuribus suprà in confirmationem conclusionis adductis. Ex quibus constat, quod liberalis magis se agit Deus, & Ecclesia nobiscum, quam homo, *Glos. in l. si quis rem aliquam, §. Voto, ff. de policitationibus*; siquidem Ecclesia non cupit, nec debet fieri locupletior, cum alterius detrimento, & iactura, *Glos. & ibi Bartholus in Authentica qui res, Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, Abbas in capit. si quis presbyterorum in fine, de rebus Ecclesiæ, Alexander, consilio 4. volumine 1. Decius in l. iure naturæ, ff. de regulis iuris.* Vndè licet aliàs inter contrahentes, ad inuicem licita sit deceptio, *l. idem si de precio, §. Quemadmodum, ff. locati, l. in causæ penultim. §. 2. ff. de minoribus, capit. penult.* vbi latè scripti, *de emptione, & venditione*, tamen id cessat in Ecclesia emente, vel vendente, *Glos.* verbo *Vt plus, in capit. ea enim, §. Hoc ius porrectum 10. quæstion. 2. Gomezius, in dict. §. Ex maleficijs, instituta de actionibus, capit. 1. numero 37.* Nec obstabit, quæ suprà retulimus; scilicet, maiorem amorem præsumi erga parentes, & si maius legatum, & maiorem promissionem deberi; *dict. l. Aurelius 29. §. Titius, testamento facto, ff. de liberatione legata*, quia text. ille procedit casu, in quo quis promittit liberationem patri tuo, simul, & curatori, quo in casu remisisse videtur dolum, & latam culpam, quod in alijs curatoribus extraneis non permittitur, *l. Aurelia 28. §. Caius, ff. eodem*, sicut

ſicut alias in remiſsione facta curatori, vel adminiſtratori, de reddendis rationibus non cenſetur remiſſum id, quod quis tenetur actione reali, *l. non ſolum, §. Et ei liberatio, l. ſi cui fundum, ff. de liberatione legata, Gloſ. in dict. l. Aurelius, §. Mæuia, & in l. creditor debitori, §. Titia, ff. eodem.*

8 Sextò, obſtabit, quod dotis cauſa pia cenſetur, *l. ſi quis Pamphilum, §. Si mulier, ff. de conditione indebiti, l. 35. tit. 14. part. 5.* quare valet argumentum, de dote, ad cauſam piam, *Bartholus in l. cum filius, §. Ticio, ff. de donationibus*, Euerardus in loco, de dote, ad piam cauſam, ſed in cauſa dotis, non quod minus, ſed quod maius eſt debetur, *l. nuptura 57. ff. de iure dotium*; vbi in dubio in dotem, datum cenſetur, quod maius eſt: ergo ſimiliter in voto, quod (vt ſuprà diximus) cauſa pia dicitur. Cui difficultati reſpondendum eſt, quod non ſemper parificatur dos, & pia cauſa, nam iuxta veram, & communem ſententiam dos non cenſetur cauſa pia, niſi lato loquendi modo; notat *Bartholus in l. cum quis, §. Mulier, ff. de conditione indebiti*; dum ibidem in ea opinione eſt, vt nunquam dos ſtrictè, vt cauſa pia cenſeatur, quia cauſa pia non dicitur, niſi habitu reſpectu in mortali Deo, & promiſsio, vel donatio reſpiciat animæ ſalutem, *l. ſi quis Titio, ff. de legatis 2. Gloſ. in l. illud, Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs.* Sed tunc fortius vrget argumentum, quod ſi receptum eſt, vt in præhabita cauſa dotis id, quod maius eſt debeatur, *dict. l. nuptura 57. ff. de iure dotium*, in vera cauſa pia fortiùs procederet. Cui deciſioni valde obſtat, text. in *l. ſi pater 44. §. Quæ debitorem eiuſdem tit.* in qua ſpecie, non quod maius eſt debetur, ſed id, quod in peculio tantum habebat filius debitor: in qua iurium contrarietate, *Gloſ.* verbo *in dote, in dict. l. ſi pater, §. Quæ debitorem, ff. de iure dotium*; aſſerit, quod ſi alternatim dos conſtituatur; ſcilicet; quod filius, vel pater debent, tibi conſtituo in dotem, tum debetur minimum, & ita obtinet, text. *in dict. §. Quæ debitorem*; atverò, quando ſimpliciter dos promittitur, tunc, quod maius eſt debetur, *dict. l. nuptura 57. in fine, ff. de iure dotium.* Sed hæc interpretatio ex eo cõuincitur, quia vterque text. ſub eiſdem terminis locuntur, nam alternatiua illa, de qua, *in dict. §. Quæ debitorem*, non fuit mulieris, ſed iuris conſulti tantum, & ita videtur dicendum, text. *in dict. §. Quæ debitorem* non agere, nec decidere quæſtionem; ſcilicet, quod in dubio intelligatur, mulierem promiſiſſe, quod quidem dubium decidere, videtur text. *in dict. l. nupturam 57. in fin. eiuſdem tit.* ſcilicet, an peculium ſit conſiderandum tempore promiſsionis, vel tempore nuptiarum caſu, quo mulier ſenſerit, de obligatione patris, vel filij habito reſpectu, ad peculium, ſed nec adhuc manet ſoluta dubitandi ratio, cum adhuc videatur, ex *dict. l. nuptura*, vt facta ſimpliciter promiſsione, quod maius eſt, ibi: *Contineatur*, ſed reſpondendum eſt, id ſpeciali fauore ipſius mulieris factum fuiſſe; nam cum ipſa ſibi conſtituat dotem, certum eſt, non quod minus, ſed quod magis, ſibi debetur, & ſibi vtilius fuerit conſtitui, alias cenſeretur iactare ſuum; argumento text. in *l. cum de indebito, ff. de probationibus*, quod ſecùs eſſet, ſi extraneus dotem promitteret; nam tunc cenſetur promittere, quod minus eſt, argumento text. in *l. ſi extraneus ff. de conditione cauſa data*; vbi in dubio cenſetur extraneum, ſibi proſpexiſſe, non mulieri eadem ratione dicendum eſt, quod licet cauſa pia ſit fauorabilis, vt dos, non tamen is, qui promittit, vel donat, ob cauſam piam cenſetur donare maius, ſed quod minus eſt, quia ſuæ vtilitati proſpexiſſe videtur; *vt in text. noſtro.*

9 Septimò, obſtabit dicere, quod in præſenti ſolutio voti debet fieri, ad maiorem menſuram; ſiquidem in donationibus lata interpretatio facienda eſt, *capit. cum dilectus 6. de donationibus*; vbi latè ſcripſi; ſed reſpondendum eſt, quòd ſolutionis in præſenti ſit mitior interpretatio, ex ratione decidendi, & præcipuè, quia non eſt propriè donatio; ſed votum, in quo nihil datur, ſed de dando, vel faciendo promittitur; notat *Zabarela in præſenti numero 9. Sarmiento omnino videndus, lib. 3. Selectarum, capit. 3.*

10 Octauò, aduerſus ea, quæ refert text. noſter; videlicet, minimum eſſe perſoluendum, etiam tecleſia conſiderationepiæ cauſæ; obſtabit text. in *l. legato generaliter 37. ff. de legatis 1.* vbi Vlpianus aſſerit legato generaliter relicto, veluti hominis, non optimus, vel peſsimus debetur. Pro cuius dubij ſolutione animaduertendum eſt regu-

lam

lum generalem esse, tàm in contractibus, quam in vltimis voluntatibus, & etiam in pœnis delictorum, quod quoties dubius est sensus, præstandum, & obseruandum est minimum, *dict. l. Semper in obscuris, ff. de regulis iuris*, in contractibus sunt iura expressa, *in l. interstipulantem, §. Si stipulanti, ff. de verborum obligationibus, l. si ita stipulatus fuero, ff. eodem, l. intereos, ff. de fideiussoribus, in vltimis voluntatibus, l. nummis, l. qui concubinam, §. Cum ita, ff. de legatis 3. l. sempronius, ff. de legatis 1. Couarruuias in capit. indicante, de testamentis, numero 3. in pœnis, l. Præses, l. inter partes, ff. de pœnis*, latè nos *in capit. fin. de sententia, & re iudicata*. Huius doctrinæ Doctores assignant rationem; quia cum in eo, quod plus est semper minus ineſſe censeatur, *l. in eo, ff. de regulis iuris*; & sic certum est saltem illud minus deberi, notat *Ioannes Andræas in capit. in obscuris, de regulis iuris, lib. 6*. Sed hæc ratio solum procedit in quantitatibus, non in speciebus; vnde melior ratio est, *Philippi Decij, in dict. l. semper in principio, de regulis iuris*; scilicèt, quia defunctus non censetur vele nimis grauare hæredem, *l. vnum ex familia, §. Si rem, ff. de legatis 2.* & in contractibus, quia imputari debet contrahentibus, cum potuerint legem apertam imponere, non imposuerint, *l. veteribus, ff. de pactis, & in pœnis*, quia in his semper est seruanda benignior interpretatio, *l. si Præses, ff. de pœnis*, quæ regula est amplianda, vt etiam procedat in voto, per text. nostrum, & in pia causa, *Romanus singulari 59.* quæ regula non procedit in speciebus, quas aliquando habere non expedit, vt equus, vel seruus, cum multoties serui sint erronei, vel fures, & equi morbosi, vel alias vicioſi, in his enim mediocrè est præstandus, siuè electio pertineat danti, siuè recipienti, & ita est interpretandus, text. *in dict. l. legato 37. ff. de legatis 1.* cum similibus supra in argumento adductis, *l. si duobus, §. censemus, ff. communia. de legatis l. qui lancem ff. de auro, & argento legato, Couarruuias vbi suprà. numero 4.* Vndè facilis constat responsio, ad argumentum. nam cum in text. nostri agatur, de præstanda mensura tritici, quam semper expedit aliquam vtilitatem habere; ideo minima præstatur; cum semper in quantitatibus (vt suprà diximus) hoc obseruetur, iura verò in argumento adducta procedunt in speciebus, in quibus non semper id obseruatur; sed huic solutioni obstat text. in *l. si quis argentum, §. Si verò, Cod. de donationibus*; vbi redditus est illius qualitatis, vt semper illos expediat habere, & ex minimis etiam vtilitas aliqua prouenit, & nihilominus si quantitas redditum sit donata, nec deteriores, nec mediocres agros redditum præstare necesse est. Cui dubio respondit *Alexander in l. qui insulam, ff. de verborum obligationibus, numero 2.* dum asserit, quod ibi versatur maximus fauor donantis, cum præstando rem, vel agrum, ex quo redditus recipiantur, liberetur à præstatione quantitatis, & ideo non mirum si in alio grauetur, vt mediocrem præstet fundum. Sed hic intellectus, ex suprà traditis conuincitur; siquidem etiam, si præstaret fundum deteriorem liberaretur, cum non fundum, seu rem, sed quantitatem donaret fundi; quare meo videri, verissima interpretatio est, scilicet, in eo text. quantitatem donatam certam fuisse, hoc est centum, vel ducenta redditum, sed obscurum erat, ex quo fundo quantitas illa præstanda esset; merito, cum dubium consisteret in re, hoc est in specie, ne grauaretur hæres in meliori, vel legatarius in deteriori fundo, iusta de causa mediocre præstare debet.

11 Nonò, aduersus text. nostrum, dum docet regionis consuetudinem in solutione mensuræ obseruandam esse; obstabit dicere, quod etiam alia plura sunt spectanda, *vt in l. si seruus plurium 5. §. Si numerus, ff. de legatis 1.* vbi si numeri nummorum sunt legati, nec appareat, quales sint legati, ante omnia ipsius patris familias consuetudo; deinde Religionis, in qua versatus est, postea eius mens, & legatarij dignitas attendenda est: ergo similiter, hæc omnia in text. nostro attendenda erunt, antequam, ad minimum perueniatur; augeturque difficultas, quia text. noster, sibi ipsi contrariari videtur; nam in principio asserit, in vers. *Ad communem mensuram*, iuncto vers. *Habitatores Religionis*: mensuram Religionis esse obseruandam, & postea affirmat, antecessorum consuetudinem esse admittendam. Vndè occasione huius dubij quæstio deceptari solet, an in re dubia sit obseruan-

uanda conſuetudo communis Religionis; an verò conſuetudo ipſius perſonæ legantis, vel obligantis. Ommitto pro vtraque parte plura iura, & rationes, ſed pro huius dubij reſolutione eſt obſeruandum ante omnia eſſe conſiderandam ſpecialem conſuetudinem perſonæ obligantis, & ſi de ea non conſtiterit ſecundo loco eſt attendenda generalis conſuetudo regionis, vel patriæ, vt in text. noſtro, dum aſſerit prius conſiderãdam eſſe anteceſſorem menſuram, & ſi de ea non conſtat, poſtea quam, ad habitatores regionis eſt attendendum. Quo ſuppoſito iam diſoluitur dubium ſuprà propoſitum; nam text. noſter nõ eſt contrarius; imò conformis, ſiquidem prius, & ante omnia aſſerit eſſe conſiderandam ipſius perſonæ obligantis conſuetudinem, hoc eſt anteceſſorum, & ſi de ea non conſtat poſteà attẽdi debet communis vſus regionis; deinde etiam ſunt conſideranda requiſita omnia tradita, *in dict. l. ſi ſeruus 50. §. Si numerus ff. de legatis 1.* Deinde attendi debet mens teſtatoris, vel promiſſoris, quæ colligi poterit, ex præmiſſis, & ſequentibus in teſtamento inſertis, *l. 3. Cod. de liberis præteritis*; rurſus legatarij dignitas, *l. ſed ſuſcepit, §. Sed, & ſi proponas, ff. de iudicijs*; prætereà charitas, & dilectio, *l. ſi ita fuerit, l. ſi is qui ducenta, §. 1. ff. de rebus dubijs*; ſimiliter neceſſitudo, & conſanguinitas, *l. nonnunquam ff de iuſtit. & iure, l. Aurelius, §. Titius ff de liberat. legata*, quæ conſiderationes in text. noſtro non ſunt factæ, quia non erant neceſſariæ, vt ex dictis apparet.

***

DE

DE CONSECRATIONE Ecclesiæ, vel Altaris.

TITVLVS XL.

Ad textum in capit. ad hæc 1. cap. quod in dubijs 3. capit. proposuisti 4. de consecratione Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Altari amoto, vel lapide cõtinente sigillum re consecrabitur Altare, non autem Ecclesia.*

2 *Altare per enormem læsionem amittit eius formam.*

Consecratio Ecclesiæ, vel Altaris inter se differunt.

Illatio non fit ex diuersis.

3 *Cap. si motum 19. in principio, de consecratione, distinct. 1.*

4 *Cap. concedimus 30. de consecratione, distinct. 1.*

Altare est duplex, aliud est stabile seu fixum, aliud verò portatile.

5 *Cap. Missarum 12. de consecratione, distinct. 1.*

6 *Cap. fin. de priuilegijs, lib. 6. cap. in his 30. eodem tit. in antiquis.*

Celebrare, quãdo permittitur in carceribus, vel priuatis domibus.

7 *Constitutio 4. Leonis Imperatoris. post nouellam Iustiniani, cum Authentica de Ecclesiasticis titul. §. Si quis in sua domo.*

8 *Cap. Clericos 34 distinct. 1.*

9 *Altaria quare lapidea esse debent.*

Altaria in leg. veteri, lignea, aliquando aurea, aliquando terrena erant Exodi 22.

Capit. concedimus 30. de consecratione, distinct. 1.

10 *Paulus ad Hebræos, cap. vltim.*

11 *Omnis Christi actio est nostra instructio.*

12 *Ioannes cap. 4.*

1 CONCLVSIO. Amoto Altari, vel lapide continente sigillũ re consecrabitur Altare, non autem Ecclesia, probat text. *in cap. cum in dubijs 3. & cap. 4. & 6. hoc tit. cap. si motum 19. cap. Ecclesijs 20. cap. credimus 30. cap. Altaria 31 & 32 cum alijs, de consecratione, distinct. 1. cap. Ecclesijs 68. distinct. cap. quæsitum 1. quæst. 3.* argumento text. *in cap. ea enim, §. Hocius 10. quæst. 2. cap. Altare 1. quæst. 3. cap. si quis super 2. quæst. 7. cap. in his, de priuilegijs, cap. fin. eodem tit. lib. 6. leg. sacra, §. Illud, ff. de rerum diuisione,* Exornant *Sylvest.* verbo *Altare 2. quæst. 4.* Summistæ omnes verbo *Altare, Suarez tom. 3. disput. 81. art. 3 sect. 5. litt. D. Sotus in 4. distinction. 13. artic. 3.* versic. *Quod si templum, Durandus in rationali diuinorum, lib. 1. cap. 6 num. 33. & lib. 2. capit. 6. num. 31. Azor institutionum moralium, part. 1. lib. 10. cap. 26. quæst. 12. Enriquez in summ. lib. 9. de Missa, cap. 127. §. 5. in fine, Nauarrus in Manuali, cap. 25. num. 85. Paludanus in 4. diffinit. 13. quæst. 2. art. 4. Paulus Fuscus, de visitatione, lib. 1. cap. 21. num. 4. Belarminus controuers. tom. 3. de Missa, lib. 1. cap. 14.* versic. *Denique, Petr. Gregorius syntagmatum iuris, lib. 2 cap. 1. num. 6. & 15. Diuus Thom. in 4. sententiarum, distin. 13. quæst. 1. artic. 2. quæstiuncula 3. & 5. Turrecremata latè in cap. si motum, de consecrat. distinct. 1. Barb. de potest. Episcop. 2. part. alleg. 20. 21. 22. & 27. num. 12.* Idem *de iure Ecclesiastico* vni-

vniuerso, lib. 2 cap. 2. versic. *Consecrata*, & in collectaneis ad decretum, *in cap. Ecclesijs 20. de consecrat. distinct. 1.* & ad Decretales in text. nostro, cum similibus, *Petr. Pechius, de Ecclesijs reparandis, cap. 35. vsque ad 39.*

2 Ratio, quare amoto Altari, vel lapide continente, sigillum reconsecrabitur Altare, ea est, quia per huiusmodi enormem læsionem Altare amittit formã suam, *dict. cap. si motum*, iuncta eius *Glos. de consecr. dist. 1.* siquidem forma est, quę dat esse rei, *l. Iulian §. Sed si quis, ff. ad exhibend.* siquidem defectus formæ reddit actum nullum, *l. cum hi, ff. de transaction. cap. hoc ius 10. quæst. 2.* meritò, si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodo insuper positus, qui sigillum continet confratrus, aut etiam enormiter diminutus debet denuò consecrari, *cap. quod in dubijs 3. hoc tit.* nec ex hoc Ecclesia iterum consecrabitur, quia alia consecratio Ecclesiæ, alia Altaris, *d. cap. si motum*; siquidem ex diuersis non fit illatio, *l. Papinianus, ff. de minor.* & ideò ad execrationem Altaris, non sequitur execratio Ecclesiæ, sicut nec è conuerso, cum possit Ecclesia esse execrata, non autem Altare, quod est in ea positum, *capit. proposuisti 4. hoc tit.*

3 Primò, obstabit text. *in cap. si motum 19. in princip. de consecratione, dist. 1.* cuius hæc sunt verba *Si motus fuerit Altare, denuò consecretur Ecclesia*; ex quibus verbis manifestè probatur, quod si Altare fuerit motum Ecclesia debet denuò consecrari; sed huic dubio respondendũ est, quòd id, quod dicitur *in d. cap. si motum*, videlicèt, quod si motum est Altare consecretur Ecclesia, non est sic accipiendum, quod propter altare execratũ Ecclesia sit re consecranda, nec è conuerso, quod propter Ecclesiam execratam, Altare sit re consecrandum, quia alia est Ecclesiæ consecratio, & alia Altaris, & sæpè fit hæc sine alia, & è cõuerso, & sæpe execratur Ecclesia, non Altare, & viceversa; & ideò quod dicitur *in dict. cap. si motum*, debet intelligi, id est, de Altari, vt sic nomine Ecclesiæ ipsum Altare intelligamus, & è conuerso, nomine Altaris, quãdoque intelligitur ipsa Ecclesia, *cap. quæsitum Altare 1. quæst 4.* notat *glos. fin. in cap. 1. hoc titul. Turrecremat. in dicto capit. si motum 19. de consecratione, distinctione 1.*

4 Secundò, obstabit text. *in cap. concedimus 3. de consecrat. dist. 1.* vbi ex Concilio Triburiensi deducitur, quod etiam si Altare motũ sit, non debet denuo cõsecrari, sed eo amoto, cum Ecclesia fuerit combusta, vt multoties ab hæreticis fuit factum; donec restauretur, poteris cum Altari amoto in aere, itinere, vel in Capellis non consecratis celebrari. Pro cuius vera solutione adnotandum est, quòd Altare est duplex aliud stabile, seu fixum, aliud verò portatile, primum dicitur tota mens à lapidea in qua integrũ sacrificium fit, quod si totum sit destructum, vel enormiter læsum, tunc reædificatur, & re consecratur, seu (vt melius dicam) debet re cõsecrari, & ita obtinet text. noster & text. *in dict. cap. si motum, de consecrat. dist. 1.* Secũdùm verò portatile, dicitur parvus ille lapis, quem vulgo ara appellamus continens in se foramen cum consecratione, & signo superpositio, & facilè de loco ad locum mensa à portatili moueri potest, tantæque debet esse latitudinis, quòd in eo poni possit pes Calicis, & Hostia cõsecrata, quod quidem Altare portatile dicitur, quoniã de vno loco ad alium portari potest, & de hoc Altari portatili est intelligendus text. & eius doctrina, *in dict. cap. concedimus 30. de consecrat. dist. 1.* notat *Turrecremata in dict. cap. si motum, Zabar. in præsenti, num. 2. Barb. de potest. Episcop. 2. par. allegat. 27. num. 21. & 25.* vbi plura, & plures refert.

5 Tertiò, solutioni obstabit text. *in cap. Missarum 12. de consecrat. dist. 1.* cuius hæc sunt verba *Missarum solemnia, non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipsi permiserit, celebranda censemus*; ex quo deducitur Missarum celebrationem fieri non posse, nisi in locis ab Episcopo consecratis, non in Oratorijs, nisi Episcopi cõsensus accedat: ergo malè, *in dict. cap. concedimus 30. de consecrat. dist. 1.* est decisum, cum in Altari portatili in aere, hoc est in itinere, vel Capellis potest celebrari. Verum huic dubio respondendum est, text. *in dict. cap. concedimus*, esse intelligendum, quando necessitas stat, & licentia Episcopi haberi non potest; tunc enim Summus Pontifex videtur indulgere, vt constat ex illo verbo *Concedimus*, non autem quando haberi potest, *cap. hic ergo 14. de consecrat. dist. 1.* nam tunc licẽtia Episcopi præcedere debet, notat *Turrecr. in d. cap. Missarum 12. de consecrat. dist. 1. Zabar. in præsenti, n. 3.*

Quar-

6 Quartò, solutioni obstabunt multa iura, in quibus permittitur extra Ecclesiam, & locum sacrum Missam celebrari, nam hoc Episcopis conceditur, *in cap. finali, de priuilegijs, lib. 6.* & fratribus prædicatoribus, & minoribus, *cap. in his 30. de priuilegijs*; vndè, & in carceribus, latebris, & in priuatis domibus, ferueute persecutione fideles, olim hoc sacrum efficiebant, vt constat ex Augustino in Epistola ad Donatistas post collationem, *cap. 14. Gregorius Turonensis lib. 20. Durantius lib. 2. cap. 6. num. 4.* sed his omnibus dubijs respondendum est, tex. *in cap. 1. cap. Missarum, de consecrat. dist. 1.* generalem regulam constituere, obseruandam in conficiendo Missæ sacrificio, sed cum omnis diffinitio perpetua non sit, sed ex causarum, & personarum circunstantijs admittat varietatem, *l. omnis definitio, ff. de regulis iuris*; ita huic regulæ in eisdem decretis traditæ aliquæ subijciuntur limitationes. Prima est, vt non procedat, quando venia Episcopi interueniente in loco, non consecrato celebratur, *d. cap. Missarum*, quam potestatē iuxta interueniente causa Episcopus in sua Diœcesi habet, *Gutierrez lib. 1. Canonicar. quæst. 30. num. 25. Barbos. vbi suprà, alleg. 23. num. 6. & 8.* quæ iusta causa desideratur, vt priuilegium illud indulgeatur; videlicèt, nobilibus, & litteratis, aut valdè impeditis, cuius rei examinatio ad Episcopum expectat, *Æmanuel Rodriguez tom. 3. quæstionum regularium, artic. 10. in fin. Barbos. vbi suprà, num. 8.* Secunda limitatio est, si summa necessitas existat, *dict. cap. 1. & 2. de consecrat. distinct. 1.* quasi necessitas legi non subiaceat, *dicto cap. concedimus 30. de consecrat. dist. 1.* Tertia limitatio est, propter fauorē specialium personarum, quibus concessum est, vt extra Ecclesiam possint Missam celebrare, vt possunt Episcopi, *d. cap. fin. de priuilegijs, lib. 6. l. 4. tit. 10. par. 1.* quod etiam concessum est fratribus minoribus, & prædicatoribus, *d. cap. in his 30. de priuilegijs, Barbos. 2. part. allegation. 23. num. 1.*

7 Quintò, contra superiorem resolutionem obstabit constitutio quarta Leonis Imperatoris, post nouellam Iustiniani, vbi cauetur omnibus Sacerdotibus, in quibuslibet priuatis ædibus sacrificare licere: qua difficultate deuictus Gotofredus ad dictam constitutionem quartā Leonis, existimauit illa decisione Leonis, veluti nouiore corrigi constitutionem Iustinianeam, de qua *in Authentica, de Ecclesiasticis titulis, §. Si quis in suâ domo, & Authentica*, vt in priuatis domibus sacra ministeria nō fiant, nec aduertit Cęsarum, *leg. fieri non posse*, vt liceat in priuatis domibus sacrificare contra id, quod suprà dicti Canones constanter asserunt, quare verisimam interpretationem esse existimo, quam refert eruditissimus, amantissimusque Magister meus, nunquam pœnitendus imò sæpè, sæpius laudandus Martinus de Bonilla, Supremi Consilij Philippi IIII. Dignissimus Senator in relectione ad text. *in cap. 1. de consecrat. dist. 1. in Rubrica, num. 23.* dum asserit *in dict. constit. Leonis IV.* non præscribi modum circa loca, in quibus est sacrificādum, quod antea erat definitum, tàm per Canones supra adductos, quam per authenticas a Iustiniano suprà relatas; ideòq; cum in priuatis domibus sacrificare permittit, sub audiendum est in casibus licitis, vel ex venia Episcopi, vel propter causam vrgentissimam, sed solū explicat Leo ius obseruādum circa personas, quæ possint in priuatis ædibus sacrum facere, quod quidem anteà declaratum non erat, docetque in locis præmissis, hoc ius competere omnibus Clericis, non solum illis, qui nominatim Oratorijs adscripti sunt, & veluti intitulati, sed etiam alijs Clericis adscriptis maioribus Ecclesijs; nam ex eo, quòd Oratorium Episcopi authoritate constructum sit, aut ab eo concessa sit venia, vt Missa celebretur, quicumque rìtè ordinatus Clericus sacrum in eo facere possit, quamuis non sit specialiter ad id dedicatus, quam esse sententiam, & mentem illius cōstitutionis docet prædictus doctissimus Magister meus, *in dict. Rubrica, num. 23.*

8 Sextò, solutioni obstat text. *in capit. Clericos 34. de consecr. dist. 1.* dum asserit Clericos in Oratorijs, quæ in domibus sunt, non posse sine cōsensu Episcopi ministrare, & si hoc non obseruauerint deponendos esse, quasi specialis licentia desideratur, non solum, vt in loco non consecrato celebratur, absque Episcopi licentia, sed etiam vt persona Clerici habeat facultatem in eo celebrādi. Sed respondendum est, alium potius esse illius decreti sensum; scilicet, vt præcedere debeat licentia Episcopi, quā debeat indulgere loco, vbi celebrandum

est,

est, nec sit necessaria personæ celebranti, nam in loco permisso ab Episcopo, quilibet Clericus celebrare potest, iuxta dictam quartam Leonis constitutionem, ita intelligendam, est etiam animaduertendum, quòd pœna depositionis ibidē, comminata eadem est, quod pœna suspensionis, de qua *in cap. nullus 15. de consecratione, distinct. 1.* plura, & plures refert *Barbos. in collectaneis ad decretum, in dicto cap. Missarum 12. de consecratione, distinct. 1.* præcipuè, *de potestate Episcopi, dict. 2. part. allegat. 23.* vbi latè exponit Concilium Trident. *sess. 22. de obseruandis in celebrat. Missæ.*

9 Septimò, aduersus id, quod in præsenti notant omnes, & refert text. *in cap. Altaria 30. & 31. de consecratione, distinct. 1.* videlicèt, Altaria debere esse lapidea, non tantum propter rationes mysticas, nam Christus dum in Altari cōsecratur, petra dicitur, *Paulus ad Corinthios 10.* & quia in sepulchro lapideo fuit reconditus, *Gloss. & Turrecremata in dict. cap. Altaria, de consecrat. distinct. 1.* Sed etiam, vt conseruentur illæsa, & noua non indigeant consecratione, obstabit quod in lege veteri lignea erant Altaria, ex lignis Sethin, *Exod. 22.* aliquando aurea, *3. Regum, cap. 7.* aliquando terrena, *Exodi 20.* Sed respondendum est, quod nō est simile de Altari veteris, legis ad Altare tempore gratiæ; nam in lege gratiæ debuit eligi materia communis, in qua apud omnes gentes Altaria erigerentur, quæ multo tempore factata manerent, in quibus cum debita reuerentia consecretur Sacramentum, & ex multis alijs rationibus traditis à *Turrecremat. in dict. cap. Altaria 31. de consecrat. dist. 1.* Nec etiam obstat, quod *in dict. cap. cōcedimus 30 de consecrat. distinct. 1.* asseritur Sacramentum Altaris in necessitate confici posse in tabulis, quia tex. ille sic accipiēdus est; scilicèt, vt sit consecrandum Sacramentum in mensa Altaris, quæ licet de tabulis confecta sit, debet tamen habere lapidem Altare, quod etiam tabula dicitur, *in cap. lignei 6. hoc tit.* & etiam ipsa ara tabula appellatur, *in cap. quod in dubijs 3. huius tit.* Estque sensus prædictæ decisionis, vt in publica necessitate liceat extra Ecclesiam celebrare; si tamen subsit Altare, cum reliquijs ad sacrificium necessarijs: Nec obstabit, quod in Ecclesia Lateranensi in Altari ligneo, Pontifex hodie Feria 5. & Sabbato Egdomadæ Sanctæ celebret, in quo Diuus Petrus, & alij Pontifices celebrarunt, quia id singulari iure traditione Ecclesiæ in memoriam Diui Petri obseruatū fuit, notat *Turrecremata in dicto cap. Altaria 31. de consecratione, distinct. 1.* vbi plures alias dubitandi rationes refert, & de interpretatione ad text. *in cap. quod in dubijs 3. in princip. huius tit.* omninò videndus est, *Zabarel. ibidem, num. 5.* & videre opportet, quæ infrà dicemus, *in capit. lignei 6. huius tit.*

10 Octauò, prædictis obstabit dicere, quòd videbatur non opportere Sacramentum Eucharistiæ in Ecclesia celebrari, nec in vasibus sacris, quia hoc Sacramētum est repræsentatiuum passionis Christi, Christus enim Dominus noster passus non fuit in domo, nec in templo, sed extra portas Ciuitatis, *Paulus ad Hebræos, cap. vltimo*, versic. *Iesus, vt sanctificaret per sanguinem suum populum extra portas passus*: Ergo Sacramentum illud, etiam extra Ecclesiam celebrari poterit. Pro cuius dubij solutione adnotādum est, quòd in Sacramento Eucharistiæ duæ considerantur circunstantiæ, quarum vna pertinet ad repræsentationem eorum, quæ in passione Christi interuenerunt, notat *Diuus Thom. 3. part. quæst. 83. art. 3.* Altera verò pertinet ad reuerentiam Sacramenti Eucharistiæ, in quo Christus secundum veritatem continetur, qua de causa instituta sunt ceremoniæ Ecclesiarum, earumque consecrationes, & Altaria, tum propter Christi reuerentiam, tum etiam ad significandum effectum Sacramenti, eiusque gratiam qua sanctificamur, *Paulus ad Hebræos, cap. vltimo.* Quo supposito ad argumentum respondēdum est, quod non valet, Christus extra portas passus est: ergo Sacramentum Eucharistiæ non debet in Ecclesia consecrari; quia respōdendum est, quod similitudo non debet in omnibus seruari, vt aliquid simile dicatur, vt repræsentatiuum; docet in terminis *Sotus in 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 3. colum. 5. Alexander in l. curatoris, num. 4. C de negotijs gestis*; sufficit enim, quod in cæteris Missæ ceremonijs repræsentatio, & similitudo reliquarum actionum maiorum interueniat, inter quas ad maiorem tanti Sacramenti venerationem est templorum consecratio præcipuè, vt habetur *Luc. cap. 22.* Christus Redemptor noster, in quodam cœnaculo hoc Sacra-

cramentum inſtituit, non extra portas Ciuitatis, vt ſignificaret paſsionem ſuã non eſſe ſub eorum finibus concludendam, ſed extendendam inter vniuerſas gentes; notat *Diuus Thomas 3. part. quæſt. 83. art. 3. ad primum, Turrecremata in cap. Tabernaculum 2. de conſecratione, diſtinctione 1.*

11 Nono, ſolutioni obſtabit dicere, quod in conſecratione huius Sacramenti Eccleſia debet imitari morem Chriſti, & Apoſtolorum, cum omnis Chriſti actio ſit noſtra inſtructio, *cap. Deus Omnipotens 12. quæſt. 1. cap. ſignificaſti, de electione, cap. cum martæ, §. Apoſtolus, de celebrat. Miſſarum*; ſed domus in qua primo Dominus noſter Sacramentum Euchariſtiæ conſecrauit, non fuit conſecrata, ſed Tabernaculũ præparatum à quodam patre familias, *Lucæ 22. Actum Apoſtolorum, cap. 2.* Ergo extra Eccleſiam ſacrificium illud fieri poteſt, ſed reſpondendum eſt, quòd Tabernaculum illud repræſentauit Eccleſiam & Templum, quod conſecrari neceſſarium eſt, propter vtilitates, quas refert text. *in leg. 15. tit. 10. part. 2.* quæ templa ſi tempore Apoſtolorum fuiſſent, veriſimile eſſet, quod in illis conſecrarent, vt conſiderat *D. Thom. vbi ſuprà.*

12 Decimo, hucuſque traditis obſtabit illud *Ioann. cap. 4.* verſic. *Veri adoratores adorabunt in ſpiritu, & veritate*; ex quo probari videtur, Chriſtũ Redemptorem noſtrum omnes Templorum ceremonias in Religione Chriſtiana abſtuliſſe, & orandum eſſe in omni loco, ſolo ſpiritu, & mente, vt habetur etiam, *1. ad Thimoteum cap. 2.* ibi: *Volo orare in omni loco*: Ergo Eccleſiæ non ſunt omninò neceſſariò conſtruendæ ad orãdum. Sed huic difficultati reſpondendum eſt, ſenſum illorum verborum hæreticum, & deprauatum eſſe; nam verus eius ſenſus eſt, quòd Chriſtus Dominus à Samaritana muliere fuit interrogatus, vbi eſſet orandum *Ioannes cap. 4.* propter letigiũ, & controuerſiam inter Samaritanos, & Iudæos, Iudæi namque exiſtimabant nullibi licere adorare, niſi in Templo Hyeruſalem, Samaritani autem in mõte. Reſponditque Chriſtus legem Euãgelicam, non eſſe ad vllum locum coartandam ſed vbique terrarum adorandũ eſſe Deum, non tãtum cum illis animalium ceremonijs, quæ figurabant futuram Chriſti paſsionem, ſed etiam in ſpiritu, & veritate vbique, quo caſu non negauit Dominus Templa Deo Optimo maximo fore ædificanda, & conſecranda, *Iſaiæ cap. 65.* ibi: *Domus mea, domus orationis vocatur. Trident. ſeſſ. 22. dict. cap. de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ, Barb. in remiſsionib. ad eundem text. num. 6.*

Ad text. in capit. ligneis 6. de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.

SVMMARIVM.

1 *Tecto corruente parietibus Eccleſijs, & menſa Altaris non enormiter efracta, nec Eccleſia conſecratur.*

2 *Conſecratio Eccleſiæ conſiſtit, non in tecto, ſed in parietibus, in quibus fuerint Cruces, & iniunctiones.*

Eccleſia, vel Altare ſemel Deo conſecratum, non debet iterum conſecrari, niſi fuerit execrata.

3 *Leg. de ſacra 73. ff. de contrahenda emptione.*

4 *Cap. ſi motum 19. in fine, de conſecrat. diſtinct. 1.*

Cap. Eccleſijs, eadem diſtinct.

Cap. ligneis 6. de conſecrat. Eccleſiæ, vel Altaris.

5 *Leg. qui res §. Aliam, ff. de ſolutionibus, l. inter ſtipulantem, §. Sacra, ff. de verborum obligation.*

6 *Cap. ſi motum, in 1. eius part. de conſecrat. diſt. 1.*

7 *Semel res Deo dicata amplius ad prophanos vſus conuerti non debet.*

8 *Dict. cap. ſi motum 19 in fine, de conſecrat. diſtinct. 1.*

1 CONCLVSIO. Corruente tecto parietibus illæſis, & menſa Altaris, non enormiter fracta, nec Altare, nec Eccleſia conſecratur. Conſonat text. *in cap. 1. cap. propoſuiſti 4. capit. ligneis 6. hoc tit. cap. ſi motum 19. cap. Eccleſijs 2. cap. de fabrica 24.* cum aliis *de conſecration. diſtinct. 1. cap. Iudæi, cap. ſicut, de Iudæis*, argumento text. *in l. domum, ff. de contrahenda emptione, l. inter ſtipulantem, §. Sacra, ff. de verborum obligationibus, l. qui res, §. Aream, ff. de ſolutionibus*, cum traditis à *Gloſſ. in capit. prop. ſuiſti 4. hoc tit. Gloſſ.*

ver-

verbo *Exuſtas, in cap. Eccleſias, de conſecr. diſt. 1.* Exornant *Syluester in ſumma*, verb. *Conſecratio 2. quæſt. 4.* & verb. *Altare, Paludanus in 4. diſtinct. 13. quæſt. 2. art. 4. Sotus ibidem, art. 3. Enriquez in ſumma, lib. 9. cap. 27. Durandus in rationali diuinorũ, lib. 2. cap. 6. num. 31. & 33. Suarez tom. 3. quæſt. 83. & tom. 5. diſput. 81. ſect. 5. Hugolinus, de poteſtate Epiſcopi, cap. 28. Miranda in Manuali Prælatorum, quæſt. 39. art. 4. concluſ. 2. & art. 7. Azor inſtitutionum moralium, par. 2. lib. 10. cap. 26. q. 12. Nauarrus in Manuali, cap. 27. num. 253. Petrus Pechius, de Eccleſijs reparandis, cap. 35. & 36. Barboſ. de poteſt. Epiſc. 2. p. alleg. 27. num. 13. & in collectan. ad hunc text. num. 2.*

2 Ratio autem, quare corruente tecto parietibus illæſis, & menſa Altaris, non enormiter fracta, nec altare, nec Eccleſia conſecratur, ea eſt, quia conſecratio Eccleſiæ conſiſtit, non in tecto, ſed in parietibus, in quibus fuerunt Cruces, & iunctiones; notat *Gloſſ. fin. in præſenti, & in dict. cap. de fabrica, de conſecrat. diſt. 1.* nam per modicam fracturam Altare nõ perdit formam ſuam, vt remaneat execratum, *cap. quod in dubijs 3. hoc tit.* ſiquidem Eccleſia, vel Altare ſemel Deo conſecrati, non debent iterum conſecrari, niſi fuerint execrati, *cap. Eccleſia, cap. Eccleſijs, de conſecrat. diſtinct. 1. Barboſ. de poteſtate Epiſcopi, 2. part. allegatione 27. numero 12.* Si verò totum ædificium caſu fortuito, ſiue incendium in totum deſtruitur, & corruit, quoad tectum, & parietes, aut in maiori parte; ita vt opporteat eos nouiter ſimul reficere, minime retinent antiquam cõſecrationem, quæ ideò de nouo illis adhibenda eſt, *dicto cap. de fabrica*, iuncta eius *Gloſſa, de conſecratione, diſtinct. 1. Gloſſ. in præſenti. & in dict. cap. propoſuiſti, hoc titulo, Barboſ. vbi ſuprà, allegation. 27. numero 13. vſque ad 18.*

3 Primò, huic vltimæ decidendi rationi, obſtabit text. *in l. æde ſacra 73. ff. de contrahend. emptione*, vbi æde ſacra terræ motu diruta ſacra manent, *§. Locus autem 10. inſtitut. de rerum diuiſione.* Ergo etiam ſi parietes Eccleſiæ fuerint deſtructæ, adhuc locus ille Sacer remanet; ſed reſpondendum eſt, Templum deſtructũ ſacrum manere ad hoc, vt diſtrahi non debeat, nec in vſus prophanos converti, quia ſemel dicatum fuit, ſed nihilominus conſecrationis virtutem amittit, vt impediatur celebratio Diuinorum Officiorum, niſi denuo conſecretur; nam terræ motu non amittitur tota Religio Templi, ſed infringitur ſuſpẽſio, & violatio, de qua in dictis iuribus.

4 Secundò, ſolutioni obſtabit text. *in cap. ſi motum 19. in ſecunda eius parte, de conſecratione, diſtinct. 1.* dum aſſerit, quod ſi parietes mutantur, & non Altare, ſale tantum exorcizetur Eccleſia. Sed reſpondendum eſt, ſententiã illius text. in ſecunda parte procedere, quando non mutantur funditus parietes, ſed maior earum pars conſecrata ſaluare manſit; notat *Gloſſ. ibidem*, verb. *Mutantur*, nam ſi funditus parietes euerterentur, & denuo extruerentur; tunc integra eſſet cõficienda conſecratio, & ita eſt intelligẽdus text. *in dict. cap. Eccleſijs, de conſecrat. diſtinct. 1.* Imò addendum eſt, quod cum maior pars conſecrata ſalua remaneat, ex conſilio tantum fit reconciliatio, cũ aſperſione aquæ benedictæ excitanda, non autem ex præcepto, ſicut cum alio modo occulte violatur Eccleſia. Ratio huius ſolutionis duplex eſt prima, quia dum Eccleſia paulatim, & ſucceſsiuè reficitur, magis dignum attrahit ad ſe minus dignum, *cap. quia in dubijs, hoc titul. cap. vnic. eodem tit. lib. 6.* Secunda eſt, quia licet ex noua materia, paulatim a primis fundamentis reficiatur, non ideò deſinit eſſe eadem Eccleſia, argumento text. *in l. quod in rerum natura, ff. de legatis 1. leg. proponebatur, ff. de iudicijs*, cum traditis à *Barboſ. de poteſtate Epiſcopi, 2. part. alleg. 27. num. 19.* quam interpretationẽ admittere opportet in dubia ſententia, vt ſic ſenſus ille eligatur, qui doctrinæ Canonum magis conueniat, *dict. cap. ſi motum*; ex quibus infertur interpretatio ad textum noſtrum; dum aſſerit, nec Eccleſiam, nec Altare eſſe iterum an conſecrandum ſi parietes Eccleſiæ, & menſa Altaris modicam paſſæ fuerint fracturã, nam Eccleſiæ mutatione Altare nõ mutatur, & ècontra mutatione Altaris, Eccleſia non mutatur: ita vt dentro conſecretur Eccleſia, vel Altare, nam redeundo ſingula ſingulis; ideò ex eo nulla eſt violatio Altaris, aut Eccleſiæ in ſpecie noſtri text. quia nec in Altari contingit caſus violationis ex modica fractura, cũ ad violationem interuenire debeat integra mutatio, aut fractura, ex magna parte, *d. cap. 1. hoc tit.* in Eccleſia enim nulla eſt violatio, quia in totum non mutatur

pa-

parietes, quod requiritur ad violationem ex iuribus, & rationibus suprà adductis.

5 Tertiò, aduersus id, quod in præsenti notant omnes; videlicèt, sententiam suprà adductam, etiam procedere, quando Ecclesia simul, & in totum destruitur eo animo, vt iterum reædificetur ex eadē materia, adhuc enim si parietes in totū corruant, vel pro maiori parte erit Ecclesia execrata censenda, & nouiter consecranda, *cap. si ait Iudæi, de Iudæis, Barb. in collect. ad nostrum text. n. 4. tex. in l. interstipulantem, § Sacram, in fin. ff. de verbor. obligat.* vbi, quando domus funditus, & simul destruitur, licet eo animo, vt iterum reficiatur, non censetur posteà eadē reædificata, sed diuersa domus, & ideò respirat obligatio respectu eiusdem, quod etiam docet text. *in l. qui res, § Areā, ff. de solution.* obstabit dicere, quod si nauis destruatur eo animo, vt eisdem tabulis, & ex eadem materia iterū reficiatur censetur esse eadem nauis, & durat obligatio respectu eiusdē, vt expresse docet texr. *in d. § Aream*; vndè videatur similiter dicendum, de domo eodem animo destructa, & perconsequens in Ecclesia materiali, maximè cū Ecclesia nauiæquiparetur, *cap. ante omnia* 40. *dist. cap. non turbatur* 24. *q.* 1. Verum huic dubio respondendum est, cum Bartulo, Paulo, & Alexandro in dictis iuribus, id peculiariter, & vtilitatis causa introductum fuisse in naui, vt cum sit res mobilis eius naturæ, vt hinc, indè amoueri soleat, & ita participat ex animo, vt minimè extinguatur obligatio respectu eiusdem, si nouæ refectionis animo destruatur, & ex eadē materia reficiatur, quasi potens sit animus hoc operare, quæ ratio cessat respectu domus, cum sit res immobilis, argum. text. *in l. ius singulare, ff. de legibus*; notat *Barb. in collectan. ad hunc text. num. fin.* Idem *de potestate Episcopi*, 2. *part. allegat.* 27. *num.* 16.

6 Quartò, aduersus id, quòd in præsenti notant omnes; videlicèt, quod violata Ecclesia, Altare nō intelligitur violatum, nec ideò reconciliandum, sed Ecclesia tantum, & è conuerso fracto sigillo Altaris, & enormiter læso ipsius consecrationē amittit, non autem Ecclesia, *d. cap.* 1. *hoc tit.* ex rationibus ibidē à me traditis; tum etiam, quia Altare, vel Ecclesia habent se, vt æquè principalia; & ideò diuersa forma consecrationis sacra efficiuntur, sicut ergo vnius Ecclesiæ polutio aliam sibi coniunctam non violat, & vnius cœmeterij violatio aliū, sibi coniunctum non offendit, quia æquè principale est, *cap. vnico, hoc tit. lib.* 6. ita etiam Altari violato, non desinit Ecclesia esse consecrata, nec execratio Ecclesiæ nocet Altari, concisis verò Ecclesiæ consecratæ parietibus, omninò perimitur ipsius consecratio, *cap. Ecclesijs* 2. *de consecrat dist.* 1. latè *Barbos. d. allegat.* 27. *num.* 26. Obstabit text. *in cap. si motum, in prima eius parte, de consecrat. dist.* 1. dum asserit moto Altari Ecclesiā violari; sed respondendum est, in ea quæstione Pōtifices distensisse, & secundum doctrinam antiquorum Canonum Ecclesiam violari, vt violatur Altare, *ex dict. cap. si motū*, sed Canones noniores, quibus stādum est ab ea sententia discedentes declarant hanc violationis speciem, non extendi ad Ecclesiam, sed tantum ad ipsum Altare, quæ interpretatio deducitur, *ex cap.* 1. *hoc titul.* versic. *Licet quidam Canones.* Quorum Canonum doctrina ad praxim, sic deducenda est, vt illud Altare consecratum, fixum, & stabile noua indigeat consecratione, quando mouetur à loco, vbi consecratum est, & in aliū transfertur, aut cum in sua forma mutatur, aut quando sigillum Altaris, hoc est locus, in quo sigiliantur reliquiæ, quę in consecratione reconduntur, eandem sustinet mutationē, sed ex mutatione Altaris portatilis, nō inducitur ipsius violatio, *cap. concedimus* 30. *de consecrat. dist.* 1. nisi ipsum frangi, aut maiori ex parti destruit contingat, *Turrecremata in d. cap. si motum, num.* 1.

7 Quintò, prædictis obstabit dicere, quòd res sacra, etiam si parietes destruantur, iterum consecrari non debet; siquidem res semel Deo dicata, amplius in prophanos vsus conuerti non debet, *cap semel* 51. *de regulis iuris, lib.* 6. *cap. quæ semel* 19. *quæst.* 3. *cap. Apostolicos* 13. 12. *quæst.* 2. & ideò ligna Ecclesiæ, non sunt in prophana beneficia conuertenda, *cap. ligna* 34. *de consecratione, distinctione* 1. & ornamenta vetustate consumpta debent incinerem reduci, aut in foris parietem, aut pauimentorum poni, *cap. Altaris* 39. *de consecrat. dist.* 1. & ædificium Ecclesiæ in alieno solo factum, nō cedit Domino soli, ne destruatur, aut prophanetur Ecclesia semel consecrata, *cap. quæst.* 41. 17. *q.* 4. *Gloss.* verbo *Contraxisse*,

in d. cap. Apostolicos, Turre cremata in cap. si quis 10. *de consecratione, distinct.* 1. quæ statuta sunt ne res sacræ prophanentur: sic ergo videtur propter nullam causam Ecclesiam polui posse, nec adimi vim, & authoritatem consecrationis illi solemniter, confecta; sed respondendum est, nihil aliud evinci, quam quòd indecens est loca sacra prophanari, & macula cōspergi; siquidem grauissimum scelus resultat ex prophanatione templorum, quæ voluntarie facta est, *cap. in sancta* 41. *de consecrat. distinct.* 1. conducunt exempla tradita a *Petro Pechio in cap. semel Deo dicatum* 51. *de regulis iuris, lib.* 6. sed nihilominus facto ipso prophanari cōtingit; ita vt res sacra tunc efficiatur, *l. continuus, §. Penultimo, ff. de verborum obligationibus*; nam quod sacrum est, potest ex causa non sacrum fieri, *l. inter stipulatem §. Sacram, ff. de verbor. obligation.* argumento text. *in l. cum loca* 36. *ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, l. sacra* 9. *§.* 1. *ff. de rerum diuisione*, quod contingit, vel peccato interueniēte, veluti per homicidium, aut sanguinis effusionem, vel sine peccato per ruinam Templi, *dicto cap. si motum, cum similibus suprà adductis*; notat *Turre cremata in d. cap. Ecclesijs de consecrat. distinct.*

8 Sexto, aduersus ea, quæ refert text. *in cap fin. hoc tit.* dum afferit Ecclesia, aut Altare violato, non licere celebrari Officia Diuina antequam reconcilietur, & esse ipsi loco, ob hanc causam imposita suspensionem, & reconciliationem fieri debere, iuxta qualitatem Ecclesiæ; nam Ecclesia benedicta recōciliatur per simplicem Sacerdotem, Ecclesia verò consecrata est reconcilianda per Episcopum proprium, aut alienū habita prius proprij Episcopi licentia, sed non potest reconciliari à Presbytero, etiam de mādato Episcopi, *cap. à qua, hoc tit* Obstabit text *in dict. capit. motum* 19. *in fine, de consecrat. distin.* 1. vbi apparet Ecclesiam violatam denuo consecrandā esse, quod etiam docet text. *in cap. Ecclesijs* 20. *eadem distinct.* ergo non sufficit sola reconciliatio, sed noua consecratio desideratur cum penitùs prima extincta videatur, & locus ille per violationem prophanus censetur: Sed hæc iura conciliāda sunt, & exponenda iuxta superiorem distinctionem; vt sic verbum *Consecretur, in dict. cap. si motum*, accipiatur pro reconcilietur; ita vt violatio, de qua ibi, temporalem suspensionem inferat, donec Ecclesia fuerit reconciliata *dict. cap. à qua, cap. vnico, hoc titulo lib.* 6. quoad speciem autem ex motu Ecclesiæ, tunc accipienda est pro noua consecratione; sed quoad eam, quæ ex homicidio, aut ex effusione sanguinis resultat consecratio impropriè recipitur pro reconciliatione (de qua suprà) nam in iure nouum non est, vt idem verbum ad duas species relatum, in vna propriè, in altera impropriè accipiatur, *vt in l.* 2. *ff. de officio Proconsulis, & legati.*

Ad text. in cap. consuluisti 7. huius titul.

DE materia huius text. plura diximus, *in capit final. de sepulturis*, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

Ad text. in capit. cum sicut 8. de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.

SVMMARIVM.

1 *Consecrari non debet Ecclesia, nisi prius dos assignata fuerit, nec Episcopus Crucē figere lapidemque primum ponere: & si hoc factum sit tenetur ad ipsius dotationem.*

2 *Dos Ecclesiæ debet assignari ad sustentationem Sacerdotis, & ad luminaria custodes & seruitores Ecclesiæ.*

3 *Cap. Ecclesiæ* 9. *de immunitate Ecclesiarum.*

4 *Cap. Ecclesia* 11. 1. *quæst.* 4. *cum capit. Eleutherius* 30. 18. *quæst.* 1.

5 *Leg.* 1. *& 3. ff. de policitationibus.*

Policitatio simplex, quoad spiritualia obligat.

6 *Cap. placuit* 1. 1. *quæst.* 2.

Episcopus consecrationis tempore, nihil debet exigere.

7 *Capit. filijs, vel nepotibus* 16. *quæstione* 7.

Consecrare Ecclesiam, qui iussit eam dotare compellitur, & similiter hæredes ad id compelluntur.

8 *Cap. si quis Basilium* 10. *de consecrat. distinct.* 1.

9 *Cap non est petenda* 27. 1. *quæst.* 1.

10 *Cap. quicumque* 30. 16. *quæst.* 7.

Cap.

11 *Cap. ad audientiam 3. de Ecclesijs ædificandis.*

12 *Cap. præterea 28. cap. à nobis 25. de iure patronatus.*

Cap. hoc quoque 61. de consecrat. dist. 1.

Sacerdos vnus cum ministro vnicuique Ecclesiæ est assignandus.

13 *Capit. nemo 9. de consecratione, distinctione 1.*

In Ecclesia cum consecratur Missa celebrari debet, & in die Dominico, & quibus solemnitatibus.

1 CONCLVSIO. Ecclesia non debet consecrari, nisi prius dos assignata fuerit, nec Episcopus Crucem figere, lapidemque primum ponere, & si hoc factum sit tenebitur ad ipsius dotationem; consonat text. *in capit. hoc quoque, capit. nemo Ecclesiam 9. de consecratione, distinctione 1. capit. piæ mentis, cap. si plures 16. quæst. 7. cap. Episcopus, de Præbendis, cap. proposuisti, de filijs Presbyterorum, cap. illud 7. quæstione 1. cap. ad audientiam 5. de Ecclesijs ædificandis, cap. 1. de censibus, cap. sancitum 25. 23. quæst. 8. Concilium Toletanum 3. capit. 15. Sanctus Chrysostomus homil. 18. in Acta Apostolorum. Authentica, vt nullus fabricet Oratorium, §. 1. collat. 5. Authentica, vt determinatus sit numerus Clericorum, §. 1. collat. 1.* argumento sumpto, ex text. *in l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, l. final. Cod. de dotis promissione, l. 36. ff. de liberali causa, l. 3. Cod. de furtis. l. 2. Cod. de Episcopis, & Clericis, l. 11. Cod. de Iudæis, l. 2. & 3. tit. 10. partit. 1.* Exornant *Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. part. 1. quæst. 5. Azorius lib. 9. institutionum moralium, cap. 3. & 4. Guillelmus Durandus lib. 1. de Ecclesiæ dedicatione, Stephan. Durantius, de ritibus Ecclesiæ, lib. 1. capit. 24. Dueñas regul. 225. Rochus*, verb. *Construxit, quæst. 4. numer. 4.* & verbo *Dotauit, quæst. 5. Rota decisione 141 num. 5. part. 2. diuersorum, Barbos. de potestat. Episcopi, 3. part. allegat. 27. num. 3. & alleg. 70. num. 29.* cum ab eo traditis *in collectaneis ad nostrum textum.*

2 Ratio, quare statutum est nequis possit Ecclesiam construere, vel ædificare, nisi prius dotem assignet, quæ dos sufficiat ad sustentationem duorum, vel trium Sacerdotum, seu Clericorum, ea est, quia ius patronatus in Ecclesia ipsa adquirit, qua tenetur illam sufficienter dotare, ita vt ex dote illa commode luminaria, custodes, & seruitores Ecclesiæ sustentari valeant, *cap. nemo, de consecratione, distinctione 1. cap. illud 7. quæstione 1.* & si dos fuerit omissa poterit, postmodum fundator ad id compelli, *cap. placuit 1. quæstione 2.* siquidem quod est omissum à principio, per debitorem, postea erit restaurandum, *cap. quæ contra, distinctione 8.* quod quidem receptum est, ne cultus Dei vilescat, & plures sint ministrare, seruire, laudesque Deo recitare; argumento text. *in capit. 1. de celebrat. Missarum.* Ideoque necessum fuit, vt antequam Ecclesia consecretur, quod dos sufficiens ei assignetur, aliàs enim non debet consecrari, *vt in cap. finali, de Religiosis domibus, capit. ad audientiam 3. & cap. 5. de Ecclesijs ædificandis.*

3 Primò, conclusio suprà adducta dubia redditur ex eo, quia scriptum apparet à Gregorio IX. *in cap. Ecclesiæ 9. de immunitate Ecclesiarum*, quod Ecclesia, licet non consecretur, non est priuilegio immunitatis nudata, ex eo enim, quia Officijs Diuinis est applicata, vel Deo dicata, & ita non debet ampliùs auxibus temerarijs prophanari; ex quibus verbis sic conficio argumentū Ecclesia, in qua Diuina Officia celebrantur habet ipsam auctoritatem, qua fungitur Ecclesia cōsecrata, vt sicut in Ecclesia possint Officia Diuina celebrari; ita eodem modo in Ecclesia tantummodo dedicata, nō dotata. Ergo iniquum videtur Pontificis decretum in presenti, in quo iubet compellēdam esse Reginam Vngariæ ad dotationem Ecclesiæ consecratæ; siquidem in Ecclesia tantum dedicata, hoc non præficitur, quæ similiter, non potest ampliùs ad vsus prophanos peruenire; vndè dicendum videtur, nihil esse attendendum respectu consecrationis Ecclesiæ, ad hoc, vt non consecretur, nisi prius ei dos assignetur; siquidem nulla diuersitas reperitur respectu Diuinorū Officiorum, quæ fiunt in Ecclesia consecrata, vel in Ecclesia tantummodo dedicata. Cui dubio respondendum est, quòd licèt in celebratione Diuinorū Officiorū, id locum habeat; scilicèt ad hoc, vt celebrari possit, nihil attēdatur an Ecclesia sit cōsecrata, vel tantūmodo dedicata, tamē in Ecclesiæ dedicatione locū nō habet; siquidē in vtraq; specie; scilicèt, cōsecrationis, vel dedicationis tātū sem-

semper insit obligatio dotandi Ecclesiam, licet propriè Ecclesia non dicatur, quæ nondum est consecrata, tamē abusiue, hoc nomen assummit, *cap fin. hoc titul.* meritò hac specialissima ratione, vtroque in casu, siuè sit consecrata, siuè dedicata tantum, semper constitui debet dos sufficiens, cum Ecclesia tantum dedicata, etiam ampliùs ad prophanos vsus nō possit redire, sicut illa, quæ iam est consecrata, *cap. ad hæc 4. de relig. domibus*; meritò iustè ille debet cōueniri, qui Ecclesiam facit dedicare, sicut & qui eā facit consecrare, quare rectè in præsenti ad id fuit compulsa Regina.

4 Secundo, solutioni obstabit text. *in cap. Ecclesia 11. 1. quæst. 4.* vbi expressè apparet tempore consecrationis, non esse constituendam dotem, nec promittēdam, alias si hoc factum fuerit, & Ecclesia consecretur, potiùs execrata, quam consecrata videbitur: igitur hac ratione dicendum erit consecrationem Ecclesiæ fieri debere, etiam sine assignatione dotis, aliàs enim Simoniacum esset, quod quidem omninò prohibitum est. Cui dubio respondendum est, diuersimodè locutum fuisse Gregorium *in dict. capit. Ecclesia 11. 1. quæst. 4.* quàm de quo noster sermo est, quia text. ille loquitur casu, quo pro consecratione ipsa, seu pro eius ministerio pactum erat initum, quod quidem non est admittendū cum sapiat vitium simoniæ à iure prohibitum, *cap. & si quæstionis 18. de simonia.* Nec huic solutioni obstabit id, quòd habetur *in cap. Eleutherius 30. 18. quæst. 1.* vbi pactum in dedicatione Ecclesiæ pro oblatione factum, non dicitur iniquum, nec vitiandum, quia respondendum est, text. *in dict. capit. Eleutherius*, non esse intelligendum, in verò pacto, quia ibi tantum agitur, an debeat Episcopo aliquid tribui insignum subiectionis, quod quidē est à iure debitum, sicut & id, quod patrono debetur, *vt in cap. præterea, de iure patronatus, capit. procurationes, capit. 1. de censibus*, vbi latè scripsi, & cumque procedat in casu diuerso, diuersum etiam ius ibi constitui debet, cum tunc Ecclesia dicatur execrata, vel execrabilis, quæ Deo pro lucro inhonesto consecratur, non verò pro dotis constitutione, vt in tex. nostro, meritò igitur dicendum est, causam diuersam ibi fuisse, & sic nō obstare.

5 Tertiò, vrget principium illud, quod est scriptum ab Vlpiano, *lib. singulari, de officio procuratoris Reipublicæ in leg. 1. & 3. ff. de policitationibus*, vbi expolicitatione, vel promissione nuda, quæ quidem fit sine consensu duorum, sed tantummodo voluntate offerentis, non obligat promissorem, nec poterit conueniri aliqua actione, nec quis potest conueniri, ex conceptione aliquid boni faciendi, *capit. litteraturam 3. de voto*: igitur minus rectè Regina in præsenti potest compelli ad dotem constituendam. Primò, quia nunquam promisit, nec voluit vnquam dotare. Secundò, quia nullum debitum fuit contractum: igitur ex hoc apparet, non esse compellendam, nec cogendam ad Ecclesiæ dotationem, quia ex eo, quod fecit Ecclesiam consecrare, non debet obstrictam manere, sicut expolicitatione nuda, non obligatur. Verum respondendum est, id in iure nostro aliter procedere, cum etiam ex illa simplici voti policitatione, seu promissione actio noscatur, vt votum hoc sit factum destinatione illa se obligandi; meritò cum Regina ipsa voluisset Ecclesiam consecrari, iure ipso, etiam voluisse videtur dotationem præstare; meritò, mirum non est, vt ob fauorem Ecclesiæ, & publicæ vtilitatis conueniri possit, aliàs enim, si hoc fuisset gestum cum priuato, non esset admittendum, & ita de policitatione cum priuato facta sunt intelligenda iura, supra in argumento adducta, cum iam cessetet causa, & fauor Religionis, vt considerat Papinianus *in l. 43. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum*, *Donellus in libro 12. Commentariorum, capit. 5. Osualdus ibidem, littera A. & B. Gofredus in leg. 1. ff. de policitationibus.*

6 Quartò, nostri text. decisio impugnatur ex Concilio Bracarensi 2. *capit. 5. relato in capit. placuit 1. 1. quæstione 2.* vbi Sancti Patres vno ore scripserunt, quod cum Ecclesiæ consecrantur, Episcopi non debeant aliquid exigere, tanquam debitum a fundatoribus, sed si ipsi fundatores voluerint spōte, & ex voto suo aliquid offerre, quod ipsi Episcopi possint accipere; sed si pauperes adeò sint fundatores, vt necessitate sint oppressi, nihil ab eis debet exigi; pro sequunturque Patres, & asserunt, quod Episcopus non prius dedicet Ecclesiam, quando sit constituta, acci-

accipiatque donationem chartula confirmatam, quia inhonestum est Ecclesiam consecrare, sine sustentatione eorum, qui ibidem seruituri sunt, & sine luminarijs alijsque ornamentis, ne tanquam domus priuata Ecclesia consecretur; ex cuius decisione, duplex argumentum deducitur contra textum nostrum; primum, quòd non debeat aliquid exigi, pro dotatione, vel fundatione ipsius Ecclesiæ, non tantummodo, quando pauperes sunt, sed etiam, quando diuites existunt, nisi tantummodo illud, quod voluerint offerre, sed si pauperes sint ipso iure liberi manent: igitur, quia non est necesse, quod fundator Ecclesiæ fiat dotator, nec debet conueniri tanquam debitor. Cui difficultati, *Turrecremata in dict. cap. placuit 1. quæstione 2. & in capit. Ecclesijs, de consecratione, distinctione 1.* & ordinarij omnes in præsenti, sic satisfacere intendunt asserentes verum dici, non esse compellendum, nec tanquam debitorem vrgendum fundatorem ad Ecclesiæ dotationem, sed hoc tamen est intelligendum, quando aliquid exigitur pro ipsa consecratione ab ipso Episcopo cõsecratore; quia id est, omninò prohibitum, & pro eo non debet fundator cõueniri, alias enim foret turpe lucrum; & ideò debet respui, & ita procedit, text. *in dicto capit. placuit*, in prima eius parte, sed si sponte fuisset oblatum pro procuratione, vel visitatione, illud poterit accipi, sed aliquid diuersum, non exigi, *Glossa in dicto capit. placuit 1. quæstione 2.* Sed si pauperes sint, & necessitate oppressi. Tunc, non tantummodo sunt immunes à procurationibus; sed etiam liberantur ab obligatione dotationis, nisi posteà peruenerint ad pinguiorem fortunam; argumento text. *in capit. cum olim, de restitutione spoliatorum*, alias enim semper obstrictus manebit oneribus donationis, siue dotationis Ecclesiæ constructæ, & consecratæ, ita *Turrecremata in dicto capit. Ecclesijs, de consecratione, distinctione 1.*

7 Quintò, obstabit Concilium Toletanum Nonum, *capit. 1. relatum in capit. filijs, vel nepotibus 16. quæstione 7.* Ex qua apparet, quod ad hoc, vt Ecclesia consecretur, necessarium est, vt dos assignetur, aliàs enim ille, qui construxit, fecitque Ecclesiam consecrare, si sufficienter non dotasset, non adquirit ius patronatus, *capit. piæ mentis eadem 16. quæstione 7.* quod etiam procedit; licèt ipsi non sint fundatores, siuè ædificatores, sed tantum illorum hæredes, siuè successores, qui si voluerint patroni esse compelli possunt ad Ecclesiarum dotationem, vt iuris patronatus munere gaudere valeant; notat *Rolandus à Valle, consilio 47.* Consideratio est, igitur si noluerint illam Ecclesiam dotare, solummodo amittent ius patronatus, & sic eo relicto, non debent compelli ad dotationem, acperconsequens non rectè indistinctè, text. noster asserit compellendos esse ad illarum dotationem. Cui dubio respondendum est, verissimum esse, quod ille, qui Ecclesiam consecrare iussit, semper debet compelli illam dotare, nec ei vlla excusatio admittitur, quod etiam in eius hæredibus obseruatur, retenta tamen distinctione (de qua suprà numero 6.) siquidem ædificator Ecclesiæ, vel eius hæredes debent compelli, si diuites, & opulentiores sint, non enim si pauperes, & interim, quòd dos Ecclesiæ non assignatur, suspenduntur ab exercitio iuris patronatus, quod sibi ex ædificatione poterat competere, iuxta text. ita intelligendum, *in dicto capit. piæ mentis, dicto capit. filijs, vel nepotibus 16. quæstione 7. Berous in Rubrica, de iure patronatus, numero 48. Decius consilio 593.* dum asserunt, quod interim non debent admitti ad exercitium iuris patronatus, donec soluant, quæ requiruntur ad sustentationem Ecclesiæ, & sic in iuribus in argumento adductis, non negatur, vt fiat compulsio solutionis; imò semper compelli debent, sed tantum refertur, quod interim non admittantur ad minus, vel honorem iuris patronatus.

8 Sextò, decisioni nostri text. obstat Concilium Bracarense 2. *capit. 6. relatum in capit. si quis Basilicam 10. de consecratione, distinctione 1.* vbi apparet, quod etiam si ædificator voluerit Ecclesiam dotare, dum tamen consecretur, si hoc fortè fiat, non est irritandum: ergo non rectè in præsenti est statutum, quod si Episcopus consecrat Ecclesiam, id debet facere, dum tamen cum dotis promissione ædificata sit, aliàs autem ædificatori, non debet tradi ius patronatus, cõsideratio est: ergo si eam dotauerit

rit fundator, non debet Episcopus recusare illam consecrare. Cui difficultati satisfacit *Abbas in cap. 1. de censibus, in finalibus verbis*; dum asserit text. *in dict. cap. si quis Basilicam*. Procedere, quando patronus volebat, cupiditatis causa quæstum habere in ipsa fundatione, vt diuisionem haberet de omnibus oblationibus, quæ Ecclesiæ offeruntur, quod quidem non est attendendum, vt procedat consecratio; siquidem pro Sanctorum patrocinio, non verò pro tributaria cõditione est construenda, vel consecranda; ideòque Ecclesia, cum tantummodo in augmento dotis debeat attendi, nõ verò in eo grauari, iusta de causa ibidem, illa dotis oblatio non admittitur; notat *Guillermus Durandus lib. 1. de dedicatione Ecclesiæ, cap. 6. num* 4.

9 Septimò, aduersus text. nostrum, obstabit text. *in capit. non est petenda* 27. 1. *quæstione* 1. vbi Ecclesia licet dotetur, multumque lucri afferat ipsius ministris non debet consecrari, nec Episcopus omnia solemnia, quæ pertinent ad consecrationem facere. Sic huic difficultati satisfacies, si dixeris text. *in dict. cap. non est petenda*, procedere casu, in quo Ecclesia dotatur ex lucris inhonestis, quod quidem non est iustum, nec licitum sacrificium Deo factum, *Prouerbiorum lib.* 22. ibi: *Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere, & lib.* 3. versic. *Onera Dominum de tuis laboribus, Ecclesiastici cap.* 34. versic. *Qui offert sacrificium de substantia pauperum*, quasi victimat filium in conspectu patris, sed cum de facto, ita Ecclesia fuerit consecrata, cum res, quæ iam semel consecrata existit, non possit reuerti ad prophanos vsus; meritò dici debet consecrationem validam forè, iusque patronatus ad Ecclesiam pertinere, ne forte dotator ex delicto suo commodum reportet; sed si alius extraneus voluerit, rem habere, quia Dominus ipsius est ipse æstimationem, non verò ius patronatus deducet. Argumento text. *in capit. comperimus* 14. *quæstione* 6. *capit. aurum* 12. *quæstione* 1. Argumento text. *in leg.* 52. *ff. de petition. hæreditatis*, quod meritò, ita procedit, si de facto fuerit consecrata.

10 Octauò, obstabit Concilium Toletanum Quartum, *capit.* 37. *relatum in capit. quicumque* 30. 16. *quæstione* 7. vbi statuitur, quod si quis propria deuotione obtulerit, & de suis bonis facultatibus vè Ecclesia fuerit consecrata; si Ipse, vel filij eius ad inopiam fuerint redacti debent ab ipsa suffragium vitæ percipere; ex cuius decisione deducitur, quod etiam si quis in constructione Ecclesiæ dotem non dederit, quę sit necessaria ad Ecclesiæ auctoritatem, nihilominus ipsius Ecclesię consecratæ ius patronatus adquirit. Igitur non est necessarium, vt præstet omnia, quæ ad congruam Ecclesiæ sustentationem desiderantur. Difficultatem agnouit, *Gloss. in cap. 3. huius tit.* Cui respondit, quod ius patronatus, qui totum oblatum non offert, *vt in dict. cap. nemo, de consecratione, distinction.* 1. *sed in dict. cap. quicumque*, oblatum fuit omne necessarium; meritò rectè procedit, quod ibi scribitur, vt ius patronatus adquiratur, quomodo etiã est interpretandus text. *in cap.* 1. *de censibus*, vbi Concilium Vbermacense, in constitutione dotis Ecclesiæ vnum, & integrum mansum desiderat, qui sufficiens sit ad sustẽtationem Ecclesiæ, iuxta text. *in capit. sancitum* 25. 23. *quæst.* 8. Ratio est, quia mansus vera, & sufficiens erat dos oneribus Ecclesiæ, tàm Sacerdotibus Custodibus, quàm luminarijs, vt latè notauimus, *in dicto cap.* 1. *de censibus*.

11 Nonò, his omnibus, obstabit textus *in cap. ad audientiam* 3. *de Ecclesijs ædificandis*, vbi Ecclesia noua constituitur, atque consecratur etiam nulla dote interueniente. Cui difficultati respondẽdum est, quòd licèt ex constructione Ecclesiæ tacite, quis videatur se obligare ad eius dotationem, vt in text. nostro, tamen *in dict. capit. ad audientiam* 3. alia fuit causa, cum vtilitas, & necessitas, ita expostulet; scilicèt, aliam ædificare; meritò dicendum est, Ecclesiam illam nouiter ex prima erectam, sine constitut. dotis consecrari posse, cum fructus, & obentiones vtrique sufficerent, & in hoc casu limitatur decisio nostri text. & text. *in dict. cap.* 9. *de consecratione, distinctione* 1. notat *Abbas in dict. capit. ad audientiam* 5. *de Ecclesijs ædificandis, num.* 4. & 5.

12 Decimò, obstabit text. *in cap. à nobis* 25. *capit. præterea* 28. *de iure patronatus*, vbi apparet ex constructione Ecclesię posse quemius patronatus adquirere, Episcopumque debere illam consecrare, absque vlla donatione, vel dotatio-

tatione, ſed tantummodo ex eo, quod illam conſtruxit, conſtructaque debet conſecrari, nec ad illius dotationem cõpeli poteſt. Cui difficultati ſatisfacies, ſi animaduertas Eccleſiam ipſam fuiſſe conſtructam interueniente Epiſcopi cõſenſu; meritò dicendum eſt Eccleſiam illam legitime fuiſſe erectam, hoc eſt dotatione ſimul atque conſecratione interueniente. Qua de cauſa mirum non eſt, quod ius patronatus adquiratur ei, qui illam conſtruxit, alias enim id non procederet, cum ſola, & priuata illius conſtructoris authoritate, abſque dote interueniente, *capit. nemo. de conſecratione, diſtinct. 1. capit. authoritate, de priuilegijs, lib. 6.* quam tenet *Abbas, in capit. nobis 25. de iure patronatus, numero 2.* poterit etiam ponderari, text. *in cap. hoc quoque 61. de conſecrat. diſtinct. 1.* vbi tres miniſtri in Eccleſia deſiderantur: ergo vnus manſus, qui ſufficiens aſsignatur, *in dict. capit. 1. de cenſibus*, non eſt legitima dos, cum plures deſiderentur. Augetur difficultas ex eo, quia in qualibet Eccleſia vnus Sacerdos tantum ſufficit, & poteſt Sacramenta Eccleſiaſtica, abſque miniſtro miniſtrare, *capit. quæſiuit 14. de verborum ſignificatione.* Sed huic difficultati reſpondendum eſt, ſemper Eccleſiam dotandam eſſe, ad neceſſaria, non tantummodo Sacerdotum, & miniſtrorum, ſed etiam luminariorum, *capit. propoſuit, de filijs presbyterorum, capit. vt quiſque 3. de vita, & honeſtate Clericorum.* Ita vt regulariter vnicuique Eccleſiæ vnus Sacerdos, cum miniſtro, adſcribatur, ſed ſi plures fuerint debent regulari iuxta congruam Eccleſiæ dotationem; & ita eſt intelligendus, text. *in dict. capit. hoc quoque, dict. capit. quæſiuit.*

13 Vndecimo, prædictis obſtat, text. *in capit. nemo 9. de conſecrat. diſtinct. 1.* verſ. *Qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum.* Ex quibus verbis conſtat, quod non ſolum, quoad Sacerdotes, & luminaria. Verum etiam, quoad cuſtodes dos eſt Eccleſiæ aſsignanda. Pro cuius exacta interpretat, ad notandum eſt, quod quando Eccleſia conſecratur Miſſa, prius celebranda eſt, *capit. 3. de conſecratione, diſtinct. 1.* Debentque conſecrationes iſtæ diebus feſtis, vel Dominicis fieri aqua ſaleque mixta, ſicut Dominus noſter dixit, ſi quis renatus nõ fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non intrabit in Regnũ Cœlorum; nam hæc aqua, cuius aſperſione Eccleſia conſecratur baptiſmum ſignificat, aſpergiturque ſale, & aqua; quia ſapientia in ſale ſignificatur, *Matthæi capit. 5.* verſ. ibi: *Vos eſtis ſal terræ*, fitque aſperſio domus Dei triplici vice; primo propter dæmonum expulſionem: ſecundò propter terræ purgationem, ſiuè expiationem: tertiò, propter remouendam omnem maledictionem, & introducẽdam benedictionem; accedit poſtea Epiſcopus cum Clero ante fores Eccleſiæ, remanente intra Eccleſiã Diacono, interim ardent duodecim luces ante Cruces duodecim in Eccleſia parietibus depictas, circundat Epiſcopus Eccleſiam, cum Clero aſpergendo illam, & cum accedit, ad portam percutit ſuper limina, cum vaculo Paſtorali dicens; attolite portas Principes veſtras, & intus Diaconus reſpondit, quis eſt iſte Rex gloriæ, & iterum Epiſcopus clamat? Dominus fortis; tertia verò vice reſerato oſtio ingreditur Epiſcopus, remanente Clero, & populo foras dicens; pax huic domus, & omnibus habitantibus in ea. Deinde in pauimento Eccleſiæ fit Crux decnere, & tabulo, vbi litteris Græcis, & Latinis totum ſcribitur Alphabeticum, & iterum aliã aquam, cum cinere ſale, & vino in Altari ſpargit, & conſecrat, Cruceſque depictas criſmate vngit; depinguntur que Cruces illæ propter dæmonum terrorem, & triumphi obſtentationem, ſic demonſtratur locus ille ſubiugatus Domino, quæ omnia ex poſt facto procedunt, cum iam ſemel ſufficienter dotata fuerit Eccleſia; vt latè notant *Guillelmus Durandus, lib. 1. de Eccleſiæ dedicatione, capit. 16. in rationali diuinorum Officiorum, Stephanus Durantius, de ritibus Eccleſ. 14. lib. 1. capit. 24.* Ex quibus hic breuiter prænotatis, iam facilis apparet ſolutio, ad text. *in dict. capit. nemo 9. de conſecratione, diſtinct. 1.* nam ibi rectè ſtabilitum eſt, non poſſe aliquem Eccleſiam conſtruere, niſi prius dotem aſsignet ſufficientem, ad ſuſtentationem, nõ ſolum duorum, vel trium Clericorum; ſi ita eos exiſtere in Eccleſia voluerit, ſed etiam, quoad luminaria, & cæteros ſeruitores; ſiquidem Officium diuinum, & cætera Eccleſiaſtica miniſteria, ſimul cum Sacerdote, & alio miniſtro celebrari debent, qui cum habet, *dict. cap.*

capit. 3. vbi late scripsi, *de vita, & honestate Clericorum*, simul, & cum custodibus; quibus Ecclesia magis decenter, & solemniter custodiatur, & conseruetur: Cætera, quæ ad hunc titulum expectant videre opporter in his quæ suprà retulimus, *in capit. ad hæc* 4. *de Religiosis domibus.*

DE CELEBRATIONE MISSARUM, & Sacramento Eucharistiæ, & diuinis Officijs.

TITVLVS XLI.

Ad textum in capit. Presbyter. 1. capit. dolentes 9. de Celebratione Missarum, & diuinis Officijs.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter horis debitis tenetur dicere horas Canonicas, scilicèt noturnum, & diurnum officium studio, & deuotione, permittitur tamen sibi ex iusta causa dicere eas vsque, ad vesperas inclusiuè.*

2 *Christianorum genera duo sunt Clerici, & laici, corsi non orat in vanum lingua laborat.*

Clerici quare ob omni strepitu temporali cessare debent.

Clericus Græcè dicitur latinè verò sors appellatur, & quare?

Canonicæ horæ quare sic appellantur.

3 *Capit. Eleutherius* 1. & 2. 96. *distinction.*

Sacerdotibus obligatio recitandi, & ministrandi Sacra competit.

Clericus per seipsum, non per alium debet horas Canonicas recitare.

4 *Missam singulis diebus Sacerdos, non est adstrictus dicere, secus horas Canonicas, & quare?*

Capit. Abbates, de priuilegijs, lib. 6.

5 *Sacerdos in quibus casibus possit secundam Missam celebrare.*

6 *Sacerdos Missam ieiunus celebrare debet.*

Capit. Sacramenta 49. *de consecratione, distinct.* 1.

7 *Capit. sufficit* 53. *de consecratione, distinct.* 1.

Missas tres permittitur Sacerdotibus in die Natiuitatis celebrare.

Capit. nocte Sancta 48. *in fine, de consecratione, dist.* 1.

9 *Capit. nihil* 18. *vers. fin.* 7. *quæstion.* 1.

10 *Clericus, an possit recitationem diuinorum possit rurale opus, hoc est venationem exercere.*

Dignus est operarius mercede sua.

Cap. 1. *de Clerico venatore.*

1 CONCLVSIO. Presbyter horis debitis tenetur dicere horas Canonicas; scilicet, noturnum, & diurnum officium studio, & deuotione, permittitur tamen, sibi ex causa dicere eas, vsque ad vesperas inclusiue. Consonat text. *in capit.* 1. *cap. dolentes. hoc tit. capit. Eleutherium* 1. & 2. 91. *distinct. capit. nihil, capit. illud, capit. nullus*, de *consecrat. distinct.* 1. *capit. conuenit* 13. *capit. id semper* 14. *de consecration. distinct.* 5. *Clementina* 1. *de celebratione Missarum, Clementina*

4

tina vnica, §. Ideòque, vers. *Attentas, de reliquijs, & veneratione sanctorum*; exornant *Diuus Thom. 2. 2. quæst. 83. per totam*, Syluester, verbo *Hora*, Diana latè in summa, verbo *Horæ Canonicæ, quia, & a quibus recitandæ*, *Sotus, lib. 10. de iustitia, & iure, quæstion. 5. Gregorius de Valentia, tit. 3. in Diuum Thomam, disput. 6. quæstion. 1. Nauarrus de oratione, & horis Canonicis*, *Villalobos, & Bonacina ibidem, Læsius, lib. 2. de iustitia, & iure, capit. 37. dubio 8. Abulensis, Matthæi cap. 6. quæst. 94. Ioannes de Medina, quæstion. 7. Açor, capit. 11. quæstion. 4. Acuña latè, in capit. 1. & 2. 91. distinct. Barbos. plures referens, de potestate Episcopi, 2. part. allegat. 24.* & in Collectaneis, ad nostrum text. *Baio in praxi, lib. 2. quæst. 116.*

2 Ratio est, quia cum duo sint genera Christianorum quales sunt Clerici, & laici; de quibus *in capit. duo sunt 12. quæst. 2. capit. duo sunt 96. distinct.* Primum genus est Clericorum, quod mancipatum dicitur diuino Officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omnique strepitu cessat temporali; nam Clericus Græce appellatur, Latinè verò sors dicitur, quia sorte Domini est electus, nam licet omnes Deus in suos eligisset, Clerici tamen sunt Reges, id est se, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo Regnum habent, *dict. capit. duo sunt 96. distinct.* & quoniam cui portio Dei est, nihil debet curare, nisi Deum, *capit. cui portio 12. quæst. 1.* nam Clericus in sacris constitutus non potest, ad laicalem vitam reddire, *capit. Clerici 2. de vita, & honestate Clericorum*, & quia beneficium datur propter officium, *capit. fin. de rescriptis, lib. 6.* ideò Clericus in sacris constitutus, vel in minoribus, si beneficium habet horas Canonicas, horis debitis recitare tenetur, *capit. Eleutherius 91. distinct.* Debet etiam, iuxta possibilitatem suam curare, vt horis competentibus illud persoluat; vt in text. nostro, quia quælibet hora officij respondet alicui significato illius horæ, & præcipuè sunt septem, alias septem horas Passionis Christi Saluatoris nostri repræsentantes; vt constat ex versibus traditis à glossa in præsenti; debet etiam officium celebrare studiosè, & deuotè; tàm quoad expressionem horis, quàm quoad intentionem cordis, nam si cor non orat, in vanum lingua laborat, *cap. 1. 92. distinct. capit. dolentes 9.* iuncta eius *Glos. hoc tit.* Canonicæ horæ appellantur, quia a Sacris Canonibus inductæ sunt, quas Clerici proprijs temporibus recitare debent; nam Ecclesia Catholica illis horis Apostolorum traditione vsa est, a quibus præcepto diuino Originem trahunt, *Lucæ capit. 18. Psalm. 118.* vers. *Media nocte surgebam in ad cõfitendum tibi*, Ecclesiastici, *capit. 18.* ibi: *Non impediaris orare semper*, & Paulus, ad Thessalonicenses, *capit. fin.* ibi: *Sine intermissione orate*, & ad Colossenses *Epistola 4.* ibi: *In oratione state, & vigilate in ea.*

3 Primò, aduersus text. nostrum in vers. *Aut à se aut à scolaribus publicè compleantur.* Ex quo constat Clericum, si velit horas dicere posse per se, vel scolares suos iuxta possibilitatem suam recitare obstabit, text. *in capit. Eleutherius 1. & 2. 91. distinct.* vbi apparet Clericum per seipsum horas Canonicas recitare debere, alias censura Ecclesiastica coercendum fore; augetur difficultas ex eo, quia obligatio Sacerdotis beneficiarij est duplex; prima qua tenentur Sacerdotes, ad recitationem horarum Canonicarum alia, ad administrationem Sacramẽtorum; prima est personalis, quæ quidem a nullo impleri potest, nisi ab ipsomet Clerico beneficiato; secunda verò sufficit, quod ab alio nomine eius adimpleatur; ita *Diuus Thomas, quodlibeto 1.* Ergo, quantum ad obligationem satisfaciendi horas Canonicas, cum sint partim de iure Ecclesiastico, partim de iure diuino (vt supra diximus) in decidendi ratione apud finem, non potest Sacerdos eas recitare, nisi per seipsum. Sed huic dubio respondendum est, verissimum esse Clericum per seipsum, nõ per alium debere recitare horas Canonicas. Ex iuribus, & rationibus suprà adductis, nec contrarium demonstrat text. noster, quia non loquitur, de obligatione orationis Canonicæ adimplendæ ab alio, magis quàm ab ipso Clerico, sed tantum loquitur, de Clericis beneficiatis, quibus in adiutorium Missæ canendæ Clerici, & scolares in minoribus ordinibus constituti, ad adiuuandum, & respondendum adhiberi solent; nam Clericus habens populum debet habere Clericum, seu scolarem, qui secum cantet, & eum adiuuet, *capit. vt quisque 3. de vita, & honestate Clericorum*, vbi latè scripsi, *Abbas in præsenti, num. 3.*

&

& eo in casu poterit Clericus per se solum psalere horas Canonicas, vel per scolares suos, simul cum illo quasi in choro vtroque latere Religiosi, & Canonici psalunt, vel potest quis cum alijs scolaribus, quamuis non habeant obligationem recitandi horas Canonicas, alternatiuis vocibus Officium diuinum complere, hinc est, quod quando duo simul orant, non est necesse ambos Antiphonas legere, sed sufficit vnum illas proferre, & alium audire, *Açorius 1. parte, lib. 10. capit. 7. quæst. 5. Syluester*, verbo *Hora*.

4 Secundò, aduersus text. nostrum obstabit dicere, quod appellatione diuinorum Officium venit etiam intelligendum, & comprehendendum officium, & sacrificium Missæ, vt in text. nostro *capit. Abbates, de priuilegijs, lib. 6.* sed cum horæ Canonicæ sint institutæ, vt gratiæ pro beneficijs, ac donis Deo referantur, & in sacrificio Missæ magis propriè, quam in Officio diuino laudari possit; sed Missam singulis diebus Sacerdos dicere non tenetur, *capit. quotidie 13. de consecratione, distinct. 2.* Ergo, cum principaliori possit Sacerdos aliquibus diebus, sine peccato discedere; hoc est sacrificium Missæ non celebrare; multo facilius poterit ab horarum Canonicarum recitatione cessare; sed huic dubio respondendum est, quod quamuis, *in dict. capit. Abbates, de priuilegijs, lib. 6.* & in text. nostro, Missæ sacrificium veniat, sub nomine diuinorum Officiorum; tamen differunt inter se officium, & sacrificium Missæ, & officium horarum Canonicarum, nam ad celebrandum quotidiè sacrificium Missæ Clericus non est adstrictus: Secus verò, ad officium recitandi horas Canonicas. Ratio differentiæ in eo consistit, quia ad celebrandum sacrificium Missæ requiritur, quod celebrans non existat in peccato mortali, & si conscius fuerit ipsius, deficiente confessario, & publica vrgente necessitate contritione præcedente, poterit celebrare; at verò horas Canonicas quotidiè recitare tenetur, siuè in gratia, siuè in peccato existat, cum ad id, ex sacrorum ordinum receptione maneat obligatus alioquin si posset se excusare, quando in peccato existit, ex delicto suo commodum reportaret, quod fieri non debet. *capit. intelleximus, de iudicijs, lib. 4. ff. de dolo.* Meritò quamuis à celebrando aliquibus excusetur diebus sine peccato, non sine illo, ab Officio diuino excusabitur.

5 Tertio, aduersus text. nostrum, in vers. *Infirmorum, atque defunctorum succurrere possit*; ex quo, *& capit. consuluisti 3.* vers. *Nisi casu necessitatis*, iunctis eorum glosis, *& capit. sufficit 53. de consecrat. distinct. 1.* depromitur Sacerdotem posse dicere aliam Missam, ne infirmus, sine Viatico discedat, vel si præsentia corporis defuncti existat; obstabit dicere, quod singulis diebus sufficit Sacerdotem semel celebrare, quamuis in loco, & Ecclesia cuius est Parochus, quamplurimi existant infirmi; siquidē tenetur habere in custodia plurima hostias consecratas, ad communicandos infirmos, *capit. sane 10. hoc tit. capit. 1. de custodia Eucharistiæ, capit. presbyter 93. de consecratione, distinct. 2.* Ergo, non tenetur aliam Missam celebrare, ne infirmus, sine Viatico decedat, cum huic necessitati iam iniure succurriturum sit', ex rationibus, & iuribus suprà adductis. Sed huic dubio respondendum est, beneficiatis incumbere curam illam retinendi plures hostias consecratas in sacrario, vt communicentur infirmi, & peregrini, ex iuribus suprà in argumento adductis; sed cum accidere possit multos occurrere peregrinos, vel hospites commeantes propter bellum, vel aliam causam, & Parochianos, simulque esse non posse vno eodem instanti, ita vt Parochus facile, non possit recognoscere, quæ sint, vel possint hostiæ obseruari, & quamuis in custodia sint aliquæ non tot, quot sunt necessariæ, hac de causa permittitur Clericis, iterum celebrare, & hostias consecrare, vt peregrini possint communicare, & Missam audire, & in secunda celebratione Sacerdotes obseruabunt hostias necessarias, ad communicandos infirmos, tam ipsius loci vicinos, quàm hospites commeantes, & peregrinos, quod similiter obseruatur, in quibusdam locis, quando corpus mortuum præsens est; notat *Glos.* verbo *Necessitas, in capit. consuluisti 3. hoc tit.*

6 Quartò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes; videlicèt Sacerdotem ieiunum debere sacrificium Missæ Deo offerre, iuxta text. *in capit. liquido, de consecratione, distinct. 2. capit. Sacramenta, de consecratione, distinct. 1. capit.*

vt.

vt ieiunij, *distinct. 5. cap. Episcopi 7. quæst.* 1. obijcit sequens consideratio; videlicèt, nam ratio propter quam Sacerdoti interdicitur post prandium celebrare ea est maximè, propter irreuerentiam, tam sanctissimo, & altissimo Sacramento debitam, quod impedimentum non temporale, sed perpetuum debet esse, & semper obstare, cum tanta reuerentia sit debita illa sacrificio vno die, quã alio, sed in die cœnæ post prandium Sacerdos potest manducare carnem, & bibere Sanguinem Domini nostri Iesu Christi; vt constat ex text. *in capit. Sacramenta*, vers. *Excepto die cœnæ, de consecratione, distinct.* 1. Ergo idem dicendum est posse facere in qualibet die. In qua difficultate omissa glossæ interpretatione, *in dict. capit. Sacramenta* 49. verbo *Excepto die cœnæ*; dum asserit, text. illum esse correctum, per text. in *capit. nihil* 16. 7. *quæstion.* 1. *Glos. ibidem*, verbo *Minimum*, verius absque mendo adhibito dicendum est, *in dict. capit. Sacramenta*, verbum illud: *Excepto*, esse ita intelligendum, hoc est *Excepto*, id est enumerato, & incluso etiam die cœnæ, ita vt verbum illud *Excepto*, ibi sit interpositum inclusiue, quasi sensus sit *excepto*, id est accepto, & computato, etiam die cœnæ inter alios dies, quasi nullo die *excepto*, Sacerdos possit post prandium celebrare; argumento text. in *capit. non est nostrum* 23. *quæst.* 5. elegãs *Glos.* marginalis, *in dict. cap. Sacramenta* 49. *de consecrat dist.* 1. & constat *ex cap.* 1. *huius tit.* vers. *Ieiunus.*

7 Quinto, aduersus text. nostrum, dum ex eo, & ex dictis colligitur posse Clericum, ex multitudine peregrinorum, non semel, sed iterum, & vna die duas celebrare Missas, obstabit text. in *capit. sufficit* 53 *de consecratione, distinct.* 1. vbi exceptis tantum duobus diebus permittitur Sacerdoti duas celebrare Missas. Primus est, quando defunctus fuerit præsens sepeliendus in Parochia. Secundus, in die Natiuitatis, quà tres permittitur celebrare Missas, *capit. consuluisti* 3. *hoc tit.* Ergo, exceptio ista firmat regulam in contrariam, vt cæteris diebus non possit in vno die duas celebrare Missas; siquidem valdè felix sit, ille qui vnam rite, & rectè singulis diebus Missam celebrat, *capit. sufficit* 53. *de consecratione, distinct.* 1. Cui dubio respondendum est, quod text. *in dict. capit. sufficit*, & text. *in dict. cap. consuluisti.* Etiam si loquantur, quando defunctus est præsens, & alia vrgente necessitate, possit Sacerdos duas Missas celebrare, præcipue in Ciuitate vbi illa consuetudo extiterit, non exinde excluditur alia maxima, & vrgens necessitas, si occurrat, veluti si multitudo peregrinorum peruenerit, vel quando in basilicæ dedicatione tantus occurrit populus, vt simul omnes Missam in ea audire non possint; tunc enim si vnus tantum esset, Sacerdos posset iterum celebrare, vt omnes Missam audire posset, notat *Durandus, lib. 3. de ritibus Ecclesiæ, capit.* 7. plures alios casus refert *Syluester in summa*, verbo *Missa, numero* 1. *vsque ad septimum.* Sacerdos vero, qui sine iusta causa, & vrgentissima necessitatis, semel atque iterum in eod m die celebrat peccatum mortale committit, *Sotus in* 4. *distinct.* 13. *quæstion.* 2. *artic.* 2. & valde punitur, vt tradit *Baio in præxi, lib.* 2. *quæst* 116.

8 Sexto, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes; videlicet, Sacerdotem, ex dispensatione Episcopi, posse ante auroram Missam decantare; notat *Ægidius Trullen.* 1. *Decalogi, capit.* 6. *dubio* 18. *capit.* 5. & in expositione bullæ Cruciatæ, *lib.* 2. §. 5. *dubio* 3 *numero* 3. *Narbona plures referens in horonographia, hora* 1. *numero* 16. *in fine*, obstabit text. *in capit. nocte sancta* 48. *in fine*, vers. *Reliquis verò temporibus Missarum celebrationem ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ, de consecratione, distinct.* 1. Ex quibus verbis constat, excepta nocte saltem Natiuitatis Domini in reliquis temporibus esse prohibitam Missarum celebrationẽ ante horam tertiam diei; sed respondendum est, text. *in dict. capit. nocte sancta* 48. *in fine*, procedere in Missis publicis, & popularibus, quæ ante dictam horam celebrari non poterunt, non vero in peculiaribus, quæ multoties, non ita solemniter a Sacerdotibus, populo assistente celebrantur; argumento text. in *capit. & hoc* 52. *de consecratione, distinct.* 1. notat notissimè *Narbona in dict. hora* 1. vbi plura de hac re, *numero* 17. & in antecedentibus proposui, & expoluit.

9 Septimo, aduersus ea, quæ in text. nostro notant Doctores omnes, videlicet, Sacerdotem, etiam post prandium, & meridiem posse adire Ecclesiam,

siam, & consecrare, ne moriatur infirmus, sine Eucharistia, quod etiam constat, *ex Concilio Constantiensi, sess. 13. Sotus in 4. distinct. 9. quæstion. 3. Turrecremata, in dict. capit. nocte sancta, numero 4.* cum traditis *à Narbona vbi suprà, hora 7. numero 14.* obstabit text. *in cap. nihil 18. 7. quæstion. 1.* versiculo *Ne tamen*, quod naturæ languoris causa consulitur in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus post cibum, potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere, *7. quæst. 1.* Ex quibus verbis probari videtur, nec languoris, aut infirmitatis causa licere post prandium Missas facere, sed huic dubio omissa differentia inter Missas facere, & conficere, aut consecrare, quam refert Margallus, *in capit. consuluisti in fine, hoc tit.* Verius est dicendum, versiculum illum esse intelligendum, iuxta antecedentia ipsiusmet, text. præmisserat enim ibidem, *Toletanum Concilium 7. capit. 2.* Quod si cepto, iam sacrificio, ita Sacerdos ægrotaret, vt perficere, ne quiret substitueretur alius minister, qui impleret, etiam si fuerit pransus, dum ieiunus, non facile habeatur, vt sub audiri opporteat, & ne hoc, quod naturæ languoris causa consulitur in præsumptionis perniciem cõuertatur, quasi sensus sit, ne alioquin aliquis existimet, non ieiuno Sacerdoti esse ministrare. Merito admonet nudum Sacerdotem, post cibum potumque Missas facere posse, extra prædictum casum, vt eruditè animaduertit, *Narbona, in dict. horonographia, hora 7. apud finem.*

10 Octauò, aduersus text. nostrum, in vers. *Si voluerit exeat, ad opus rurale*, ex quibus verbis probari videtur, quod Clericus post recitationem Officiorum potest opus rurale exercere, vt sic ipse suis manibus possit necessaria, ad victũ, & vestitum quærere. Obstabit dicere, quod nullo in tempore Sacerdos debet opus rurale exercere, cum ipsius obligatio sit administrare Sacramenta, & ex parte subditorũ existat ei tribuere sufficientem sustentationem, cum beneficiũ detur, propter officium, *cap. vltimo 92. distinct. cap. cum secundum Apostolum, de præbendis, cap. per ambitiosam, de rescript. lib. 6. capit. fin. de Clericis non residentibus, Lucæ, cap. 10.* Ergo, quamuis Parochus, non habeat alimenta necessaria potius Parochiani debent ei ea contribuere, quã ipse in agris quærere, vel manibus suis operare, & si non contribuunt videtur dicendum, quod Clericus liberabitur, ab obligatione seruiendi; siquidẽ cessante causa, cessat effectus, *Glos. in l. 1 §. Secundo loco, ff. de postulando, capit. cum cessante, de appellationibus, Glos.* verbo *Fortissimum, in l. 1. ff. de officio eius.* Ergo causa propter quam Clericus est obligatus, ad spirituale exercitium est illa fructuũ beneficij perceptio, & si hæc extinguatur, & illa, etiam extingueretur, ac per consequens non quam debet Sacerdos victum, & vestitũ suis manibus in agro quærere. Sed huic dubio respondẽdum est, hoc in casu fortissimum esse argumẽtum, de matrimonio carnali, ad spirituale; nam maritus alere tenetur mulierem, quamuis ipsa, ad paupertatem peruenerit, & laborare non possit; ita similiter Parochus tenetur Parochiæ seruire, quamuis ipsa, ad paupertatem peruenerit; imò potius debet ipsius necessitatibus succurrere, quam alia negotia gerere, & ita sunt interpretanda, verba illa, *nostri text.* ibi: *Deinde per actis horis*, & infirmis visitatis; si voluerit exeat, ad opus rurale; nam Sacerdos in ordine, quem recipit duplicem accipit potestatem, quædam est ordinis, quæ consistit super Corpus Christi verum, hoc est cõsecrandi, *Matthæi capit. 6.* altera est super Corpus Christi mysticum, quæ cõsistit in gubernatione populi Christiani, *Trident. sess. 23. capit. 14. & 15.* Quapropter Sacerdos est adstrictus, ad seruiendũ Ecclesiæ in Missæ celebratione, administratione Sacramentorum, & recitatione horarum Canonicarũ, a quo persoluendo Officio diuino non excusatur licet beneficium sit tenue; nam quamuis ipsi fructus, non sint congrui, ad alimẽta, & Parochiani adeò pauperes sint, vt non possint rectorem alere; tunc ipse Parochus suis manibus, dummodo licite fiat poterit quærere, & adquirere necessaria, ad victum, & vestitum, quod quidem fieri debet, sine Officij diuini detrimento, *capit. 1. 12. quæstion. 2.* & in hoc sensu est interpretandus, text. noster, in vers. *Illo, si voluerit exeat, ad opus rurale.*

11 Nonò, solutioni obstabit dicere, quod opus rurale, de quo in text. nostro, tantum appellari potest venatio, quæ tamen Clericis prohibita est, *cap. 1. & per totum, de Clerico venatore*; siquidẽ, quod

quod lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. de precio ff. de publicanis in rem actione*; nam qui totum dicit nihil excludit, *l. Iulian. ff. de legat. 3.* sed text. noster, non distinguit opus rurale: ergo, nec nos distinguere debemus, ac perconsequens male in præsenti asseritur Clericum, ex opere rurali, hoc est, ex venatione debere victum, & vestitum quærere, nec de alijs ministerijs potest intelligi, quæ magis proprie laicis competunt, Clericis verò præcipuè prohibẽtur, *cap. 1. & per tot.* ne Clerici, vel Monachi, vbi latiùs agemus, *cap. duo sunt 97 dist.* Sed huic dubio respondendum est, quod quamuis opus rurale appellari possit venatio, non tamen est opus, ex illis, quæ permissa sunt Clericis, imò ex illis, quæ eis prohibita sunt; siquidem graue incommodum Clerico, & Ecclesiæ sequeretur, si ipse lucri habendi causa negotia sæcularia tractaret, *cap. prædia, cũ sequentibus 12. quæst. 1. Trident. sess. 22. capit. 11.* Meritò text. noster est intelligendus de operibus Clericis licitis, in quibus permittitur laborare, vt possint suis succurrere necessitatibus, sed si hoc fecissent abaritiæ causa puniri poterunt à locorum ordinarijs, *Trid. sess. 22. cap. 11.* si verò licitè, & honestè, id fecerunt, ab illis officium rurale exerceri poterit præsertim, ad victum, & vestitum, dummodo ex eo Ecclesiæ præiudicium non generetur.

Ad textum in capit. sanè 9. hoc tit.

DE materia huius text. infrà dicemus *in cap. 1. de Custodia Eucharistiæ*, quę omnia in præsenti sunt referenda.

Ad textum in capit. de homine 7. de Celebratione Missarum.

SVMMARIVM.

1 *Peccat grauius, qui simulat conficere & non conficit, quam ille, qui confecit in mortali.*

2 *Talia remedia sunt obijcienda, quæ veris sunt periculis grauiora.*

3 *Cap. Sacerdotes 90. 1. quæst. 1.*

Sacerdos etiam in lethali reatu existens cõsecrat, dummodo omnia requisita interueniant.

4 *Cap. sacrosancta 92. 1. quæst. 1. cũ cap. nec potest 95. eadem causa, & quæst.*

5 *Cap relatum 11. de consecrat. dist. 2.*

6 *Cap. quicumque 13. vers. Plerique etiã 26. quæst. 5.*

Cap. de lumine 7. cap. in sacrificijs 8. de cõsecrat. dist. 2.

Cap. statuimus 1. de custodia Eucharistiæ, capit. de his 34. dist. cum capit. habuisse fin. 33. dist. cap. significatum, de præbendis.

1 CONCLVSIO. Grauius peccat, qui simulat conficere, & non conficit, quam ille, qui confecit in mortali: cõprobat text. *in cap. quotidie, cap. qui scelerate 24. cap. panem cap. timorem 25. de consecratione, distinct. 2. capit. Sacerdos 90. capit. Sacramenta 92. capit. necesse 1. quæst. 1. capit. testamentum 1. 6. distinct. capit quæstum fin. de cohabitatione Clericorum, & mulierum, capit. quæsitum 17. de temporibus ordinandorum, capit. nullus 5. 32. distinct. capit. quid ergo, capit. sancta, capit. sicut Iudas, capit. timorem, de consecratione, distinct. 1. capit. omnis qui, cum sequentibus, de pœnitentia, distinct. 1 capit. similiter 16. quæstion. 1. capit. si quis omnem, 1. quæstion. 7. & Canon 11.* exornant *Diuus Thomas in 4. distinct. 16. & 17. quæst. 8. artic. 1. Antoninus, part. 3. tit. 15. capit. 6. numero 7. Nauarrus in Manuali, capit. 22. numero 10. Enriquez in summa, lib. 8. capit. 49. §. 2. & capit. 56. §. 6. Antonius Augustinus, Collectanea 3. Decretalium, lib. 3. tit. 33. capit. 6. Valentia, tom. 6. disputation. quæstion. 18. Suarez, tom. 1. disputation. 66. section. 3. ad finem, Æmanuel Rodriguez, in summa, tom. 1. capit. 69. numero 1. Ledesma in summa, 1. part. verbo Eucharistia, capit. 10. & 11. Vazquez, 3. part. tom. 3. disputation. 180. Açor institut. Moralium, part. 1. lib. 10. capit. 31. quæstion. 2. & 3. Marchinus, de Sacramento Ordinis, tractat. 3. de requisitis ad Missæ sacrificium ritè celebrandum, capit. 1. numero 1. Abulensis, in disputationibus practicis, disputation. 35. numero 4. Torreblanca, lib. 3. de criminis punitione contra magiam, numero 18. Ægidius de Sacramentis, & censuris, quæst. 88. numero 5. Vazquez in tertiam partem Diui Thomæ, tom. 3 disputation. 208. numero 1. Reginaldus in praxi fori pœnitentiæ, lib.*

23 *num.* 98. *Durancius, de ritibus Eccleſiæ, lib.* 2. *cap.* 8 *num.* 2. *Villalobos in ſumma, tom.* 1. *tract.* 7. *Miranda, in Manuali Prælatorum tom.* 1. *quæſt.* 41. *art.* 22. *Bonacina, de Sacramentis, diſp.* 4. *quæſt. vltima, puncto* 6 *nu.* 3. *Narbona in Coronographia, hora* 7. *num.* 6. *cũ ſequentibus, & hora* 2. *numer.* 10. *Barboſ. in Collectaneis, ad noſtrum text. num.* 3. *&* 7. & in remiſsionibus, *ad Concilium Tridentinum, dict. ſeſſ.* 13. *cap.* 7. *Cenedus in Collectaneis, ad Decretales, Collectan.* 98. *num.* 2.

2 Ratio eſt, quia in primo caſu, cum ſimulat in pluribus, delinquit extenſiue; nam Deo illudit, & proximum decipit; in ſecundo vero caſu, quando cum peccato celebrat, ſolum Deum offendit; vt in text. noſtro, ſed in vtroque ſeipſum ſpiritualiter occidit, notat Hoſtienſis in præſenti, & quoniam; vt text. noſter aſſerit falſa ſunt obijcienda remedia, quæ veris ſunt periculis grauiora, *cap. certè* 12. *quæſt.* 1. & ideò licet, is qui propter ſui criminis conſcientiam reputat, ſe indignum peccet grauiter, ſi ſe ingerat irreuerenter, ad conficiendum Sacramentum Euchariſtiæ, grauius tamẽ videtur offendere, qui ſic fraudulenter, illud præſumpſerit ſimulare, cum ille in ſolius Dei manum incidat; iſte vero non ſolum Deo, cui videtur illudere; ſed etiam populo, quem decipit, notat *Bonacin. de Sacramentis* 1. *part. quæſt.* 6. *puncto* 4. *num.* 16. *Valentia tom.* 4. *diſp.* 6.

3 Primò, obſtabit illa Diui Hieronymi authoritas, *in Sophoniam, capit.* 3. relata, *in cap. Sacerdotes* 90 1. *quæſt.* 1. Ex quo probari videtur Sacerdotẽ in peccato exiſtentem omnino eſſe abſtinẽdum a celebrat. Vnde videbatur dicendum rectè, in text. noſtro feciſſe Sacerdotem in peccato exiſtentem, non conſecrando, ſed fictis verbis; nè ſcandalum oriretur in populo celebrando. Sed huic dubio primo reſpondendum eſt, text. *in dict. cap. Sacerdotes* 90. 1. *quæſt.* 1. non eſſe intelligendum de Sacerdote in peccato mortali exiſtente, ſed de eo in quo aliqua macula corporali exiſtit, quibus prohibitum eſt celebrare, *cap.* 1. *& per totum*, de corpore viciatis; argumento text. *in cap. hinc etenim* 49. *diſt.* vel aliter dici poterit quemlibet Sacerdotẽ, etiã in læthali reatu exiſtentem cõfuere Sacramentum Euchariſtiæ, modo omnia eſſentialia ſeruet in forma conſecrationis, vt definitum eſt *in Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *de Sacramentis in genere cap.* 12. verſ. *Si quis dixerit, & in cap. intra Catholicam* 77. 1. *quæſt.* 1. ſed non exinde, quod Sacerdos in peccato exiſtens celebrando conficiat Sacramentum liberatur à culpa, qua implicatus eſt, cum non ſolum aliud peccatum committat, ſed etiam ſacrilegium amplectatur; vt conſtat ex text. noſtro, *& in cap. omnia* 78. 1. *quæſt.* 1. notat *Ledeſma in ſumma, part.* 1. *tract. de Euchariſtia, cap.* 9. *concluſ.* 8. *Ægidius, de Sacramẽtis, & cenſuris, quæſt.* 64. *art.* 5. *&* 9. *§.* 12. *num.* 34. *Bonac. de Sacram. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *puncto* 2. *§.* 1. *n.* 1. cum traditis *à Barboſ. in Collectan. ad text. in cap. inter Catholicã* 77. *quæſt.* 1. *num.* 1. *&* 2.

4 Secundo, ſolutioni obſtabit, text. *in capit ſacroſanctæ* 92. 1. *quæſt.* 1. ex quo deducitur Sacerdotem criminoſum in peccato exiſtentem, etiam verba conſecrationis proferentem non conficere Sacramẽtum. Augetur difficultas ex text. *in capit. nec poteſt* 95. *eadem* 1. *quæſt.* 1. vbi *Diu. Auguſt. lib* 4. *de Trinit. cap.* 14. agens de eodem impio Sacerdote, hæc verba profert, nec poteſt id rectè offerri, niſi per Sacerdotem iuſtum, & ſanctum; ex quibus authoribus deduci videtur, quod quemadmodum Sacerdos, qui fictè Sacramentum obtulit offendit Deo, & populo; ita ſimiliter, qui in peccato formam conſecrationis profert; ſed his omnibus dubijs reſpondendum eſt, veriſsimum eſſe Sacerdotem, etiam in peccato exiſtentem, dummodo formam conſecrationis proferat ritè, & rectè conſecrare; nam malus Sacerdos, ſicut bonus confert gratiam digne ſummentibus, *capit. dictum eſt* 96. 1. *quæſtion* 1. *Gloſ.* verbo *Cum vita. in capit. nec poteſt* 95. *§. Cum vita* 1. *dict. quæſtion.* 1. Nec obſtat text. *in dict. capit. ſacroſanctæ* 92. 1. *quæſt.* 1. verſiculo *Nam quomodo, ad diuini miniſterij conſecrationem cœleſtis ſpiritus conuocatus aduenier, &c.* Nam verba illa, non negant impium Sacerdotem formam conſecrationis, cum debita ſolemnitate proferentem conſecrare poſſe, ſed ſenſus illorum verborum eſt, id eſt, quomodo inuocanti impio Sacerdoti aduenier, vt ſibi ipſi, quoad effectum prodeſſe poſſit, id eſt, nullo modo iuxta illud, *Pauli ad Corinthios, capit.* 11. ibi: *Probet autem ſeipſum homo*, & ibi: *Qui enim manducat, & bibit indignè*, iudicium, ſibi manducat, & bibit, relatum,

in

in cap. nec 95. §. Cum vita 1. q. 1. adueniet quidem, ad ipsius Sacramenti consecrationem, & eius effectum circa alios, sed non circa ipsum, cum potius adueniet, ad eius detrimẽtum, quam ad salutem, *cap. & sancta 66. de consecrat. dist. 2.* ibi: *Et sancta malis possunt obesse bonis sunt, ad salutem malis ad iudicium*; itaque intentio Gelasij Pontificis, *in dict. capit sacrosancta*, est quod peccator Sacerdos, non debet accedere, ad hoc Sacramentum; vnde verba illa: *Quomodo cœlestis spiritus advocatus adveniet*, intelligenda sunt, id est non adueniet, ex merito Sacerdotis, sed ex virtute Christi, cuius verba profert, quomodo etiam est interpretandus, text. *in dict. cap. nec potest 95. 1. quæst. 1.* notat *Turrecremata in dict. capit. sacrosancta, Barbos. in Collectaneis, ad text. in cap. intra Catholicam 77. 1. quæst. 1.*

5 Tertiò, obstabit Concilium Toletanum duodecimum, *cap. 5.* quod habetur, *in cap. relatum 11. de consecrat. dist. 2.* vbi habetur, quod cum quidam presbyteri plures Missas in die vno celebrassent, & in qualibet earũ corpus, & sanguinem Christi consecrassent, sed tantũ in vltima Missa communicabant, & corpus, & sanguinem assummebant, quam pessimam consuetudinẽ Concilium Toletanum redarguit; statuẽs, quod toties quoties presbyter immolat Corpus, & Sanguinem Christi, toties illud conficiat, & participem se præbeat, & consumat. Ex cuius text. decisione deducunt Doctores omnes, quod plus peccat Sacerdos, qui consecrat Domino, & non communicat, quam qui cõsecrat, & indigne communicat, quod quidem difficilè redditur ex eo, cum liceat Sacerdoti in nonnullis casibus expressis, non vnam tantum, sed duas, & tres celebrare Missas, *cap. consuluisti 5. hoc tit. cap. nocte sancta 48. de consecrat. dist. 1.* ac perconsequens presbyteri illidum plures Missas celebrassent, & non sumpsissent communionem in omnibus, sed in vltima tantum videbatur non fictè, sed perfectè illas celebrasse, ac perconsequens non rectè a patribus in Concilio Toletano fuisse reprehensos, sed eo dubio non obstante verissimè est dicendum rectè in Concilio Toletano Clericos illos, qui non toties communicabant, quoties vna die plures Missas celebrabant, sed in vltima tantum rectè fuisse reprehensos. Ratio est, quia licet sit graue, cum peccato celebrare; siquidẽ peccato peccatũ super addere videatur, tamen grauius peccat, qui consecrat, & non communicat; siquidem talis, non solũ peccat indignè ministrando, sed etiam sacrilegiũ committit peruertendo ritum Sacramẽtorum, addendo peccato sacrilegium, nam licet, quis indignè ministret, cum conscientia peccati mortalis, nihilominus tamen consecrando, & consummãdo in qualibet Missa facit, sicut Ecclesia constituit, alioquin, non solum est indignus, sed etiam in ipsa celebratione, non seruat ritum, cum non solum exhibeat irreuerentiam, sed etiam facit contumeliam, quia Sacramentum non perficit, sed dimittit in completum; notat *Turrecremata*, omnino videndus, *in dict. cap. relatum 11. de consecrat. dist. 2. D. Th. in 4 sententiarum, dist. 12. quæst. 3. artic. 2. quæst. 2. & in 3. part. quæst. 81. artic. 4. Syluester in summa*, verb. Eucharistia 3. §. 17. cum traditis *à Barbos. in Collectaneis, ad text. in dict. capit. relatum 11. de consecrat. distinct. 2.*

6 Quartò, infertur interpretatio, ad *Concilium Toletanum, cap. 5. relatum, in cap. quicumque 13. 26. quæst. 5.* versic. *Plerique*; ex quo deducitur, quod si Sacerdos cantauerit Missam defunctorum simulãdo, vt inimicus mortẽ incurrat, deponitur, & tam ipse Sacerdos, quam ille, qui Sacerdotem, ad talia incitauit perpetuo exilio punitur. Ratio est, quia cum prædictus Sacerdos defraudet populum, qui licet celebret non pro bono, sed vt damnum inferatur inimico, hoc est, vt sic, per territus decedat; meritò non solum populũ defraudare videtur, quando fictè suppressis verbis Sacrificiũ peragit, vt in text. nostro, sed etiam, cũ pro viuis offertur sacrificium, vt mortẽ incurrant, cum Sacramentis abutatur; meritò talis Sacerdos, sic celebrans puniendus est; tum, quia in Missa odium tenent; tum etiam, quia turpiter ludũt de Sacramento Missæ; deinde, quia quod pertinet, ad mortuos offert pro viuis, *Turrecremata, in dict. cap. quicumque 13. 26 quæst. 5. Petrus Gregor. lib. 34. Syntagmatum, cap. 14. numer. 4. glos. in capit. accusatus, §. Sanè, de hæreticis. lib. 6.* videndus est etiam text. *in capit. de homine 7. capit. nihil in sacrificijs 8. de consecrat. distinct. 2. cap. statuimus 1. de custodia Eucharistiæ*; in quibus iuribus est prohibitũ Missas super caracteres celebrare; nè

nè irreuerenter Sacramenta per tractẽtur aliud immiſcendo, qui omnes debent iudicari, vt hęretici; atverò *in dict. cap. quicumque* 13. 26. *quæſt.* 5. non vt hæretici, ſed vt ſacrilegi condemnantur, merito relegantur, *Petrus Gregor. lib.* 34. *Syntagmatum, cap.* 12. *num.* 4. *& cap.* 15. *num.* 8. *&* 20. *Torreblanca, dict. lib.* 3. *de criminis punitione, num.* 15 *&* 20. videndus eſt text. *in cap. de his* 34. *diſtinct. cum cap. habuiſſe fin.* 33 *diſtinct. cap. ſignificatum, de præbendis*, de quibus *Zabarela in præſenti num.* 4. aliaque dubitandi rationes refert *Albertus Magnus*, *diſt.* 13. *art.* 20. *Suarez, tom. de Euchariſtia, diſput.* 67. *ſect.* 4. *§. Circa tertiam obiectionẽ*, *Bonauentura in* 4. *diſtinct.* 9. *art.* 2. *quæſt. vltima in fine, & quæ ſcripſimus, in capit. veſtra, de cohabitatione Clericorum, & mulierum.*

Ad textum in capit. litteras finali, capit. ſane de celebratione Miſſarum.

SVMMARIVM.

1 *Miſſam celebrare, non poteſt presbyter in pane fermentato in Calice ligneo, & ſine igne & aqua, alias perpetuo ab officio, & beneficio deponendus eſt.*

2 *Miſſæ celebratio Eccleſiæ Græcè differt à celebratione Eccleſiæ Latinè.*

Miſſa, ex præcepto Eccleſiæ debet celebrari, cum miſtione aquæ, & vini, & in numero 6.

Calix argenteus quare in celebratione requiratur, cap. in Sacramento 5. *de conſecratione, diſtinct.* 2.

3 *Euchariſtiæ Sacramento, quo tempore fuit inſtitutum.*

4 *Paulus ad Galathas exponitur.*

5 *Capit. in Sacramento* 5. *de conſecratione, diſtinct.* 2.

6 *Capit. in ſacrificio* 2. *de conſecratione, diſtinct.* 2.

7 *Concilium Aureolanenſe* 4. *Canone* 4.

8 *Concilium Ileberitanum, Canone* 34.

9 *Capit. vt Calix, de conſecratione, diſtinct.* 1.

10 *Capit. rediculum* 12. *de conſecratione, diſtinct.* 1.

11 *Confeſſus ſemper mitius puvitur, cap. innotuit, de electione.*

12 *Accuſatio ſemel die vna cauſa facta, iterum intentari non poteſt.*

1 CONCLVSIO. Presbyter, qui ex malitia, aut nimia diſipientia celebrare præſumpſerit in pane fermentato, vel ſcypho ligneo, vel ſine igne, aut aqua perpetuo deponendus eſt, ab officio, & beneficio; quam concluſionem probat, text. *in capit.* 1. 2. 3. 5. 7. 38. 39. 55. 88. *de conſecratione, diſtinct.* 2. *capit. vaſa, cap. vt Calix, de conſecratione, diſtinct.* 1. *cap. quidam* 106. 1. *quæſt.* 1. *capit. quicumque* 13. 26. *quæſt.* 5. *Canon* 72. *&* 73. *Apoſtolorum, cap. vnico, de officio Sacriſtiæ, cap.* 1. *&* 2. *de officio cuſtodis, Concilium Bracarenſe* 3. *Canon* 1. *Aurelanienſe* 4. *Canon* 4. *Bormacienſe, Canon* 4. *Tarraconẽſe, Canon* 7. *Trident. ſeſſ.* 22. *cap.* 7. *Damaſcen. Zeferin.* & alij Pontifices apud Creſpecium in ſumma, verbo *Vaſa*, verbo *Luminaria*, & verbo *Panis*; illuſtrant *Salcedo in praxi, cap.* 36. *Suarez, de Sacramentis, diſput.* 81. *ſeſ.* 6. *art.* 3. *Açor tom.* 1. *inſtitutionum Moralium, lib.* 10. *cap.* 25. *Fagundez, in quinque Eccleſiæ præcepta, lib.* 13. *cap.* 25 *ſummiſtæ omnes*, verbo *Euchariſtiæ, Petrus Gregor. lib.* 4. *partitionum, tit.* 6. *cap.* 3. *Couarruuias, lib.* 4. *variar. capit.* 22. *Claudius Eſpenceus, de adoratione Euchariſtiæ, cap.* 8. *Alciatus, lib.* 7. *parergen. cap.* 24. *Belarmin. lib.* 4. *de Euchariſtia, cap.* 10. *&* 11. *Corolianus in Coronic. anno* 203. cum traditis *à Barboſ in Collectaneis ad noſtrum text.*

2 Ratio eſt, quia licet verum ſit, ad eſſentiam Sacramenti ſufficere panem triticeum, ſiuè fermentatum, ſiuè acimum Concilium Florentinũ, de vnione Armeniorum in ſeſ. de Sacramento Euchariſtiæ, quippè fermentum non corrumpit paſtam; ita vt efficiat panem fermentatum differre ſpecie, ab acimo; tamen ex neceſsitate præcepti Eccleſiaſtici, ſub peccato debet eſſe panis acimus, in Eccleſia Latinî; atverò fermentatus in Eccleſia Græca, & Sacerdotes, hanc conſuetudinem debent obſeruare Concilium Florentinũ, vbi ſuprà; vnde iuſtè a Leone IX. in Epiſtola ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanũ Græci, ſciſmatici, & hæretici appellentur, qui aſſerebant Sacerdotes Latinos errare celebrando in pane acimo, & cõtra inſtitutionẽ diuinã facere, inde etiã conſtat, quam rectè in text. noſtro decidi

di Clericum occidentalem degentem in Episcopatu Brigiensi conficiẽtem in pane fermentato deponendum esse, cũ peccet in re graui, non obseruando cõsuetudinem suæ Ecclesiæ, simili etiam modo licet, ad substantiam Sacramenti Eucharistiæ, sub specie vini, non requiratur missio aquæ; imò solum vini consecratio desideretur; vt probat ex ipsa Christi institutione, qui materiam huius Sacramenti indicans aquam non demonstrauit. Deinde *ex Concilio Trid. sess. 22. cap. 3. & sess. 33. Canon 2.* defendunt *Magister sententiarum in 4. distinct. 11. Diuus Thom. 3. part. quæst. 74. art. 7.* vbi *Suarez, Vazquez, Cornejo & Araujo, Bonacina, de Eucharistia, disp. 4. quæst. 2. punct. 4. numero 1.* tamen ex præcepto Ecclesiastico debet aqua cum vino misceri; vt patet ex iuribus suprà allegatis, & exemplo Christi, qui vt ait Iacobus in sua liturgia postquam cœnauit accipiens Calicem vini, & aquæ mistionem fecit, *Clemens Romanus lib. 8. constitutionum, cap. 12. & 17. cap. scriptura 3. & 5. de consecratione, distinct. 2.* Deinde id probatur, quia per hanc mistionem repræsentatur sanguis, & aqua, quæ de Christi latere fluxerunt *Ioannes cap. 19. cap. cum marte, §. Quæsiuisti, de celebrat. Missarum.* Rursus, quia in hac mistione vnio duarum naturarum diuinæ; scilicet, & humanæ in Christo consideratur; ita *Bellarminus, lib. 4. de Eucharistia, cap. 20. Durandus in rationali, lib. 4. cap. 30.* vnde patet Sacerdotem contra hoc præceptum tot rationibus, & decretis fulcitum celebrantẽ rectè in text. nostri deponi, cum ob id tanquam hæretici damnati sint Armenius *in Canon 32.* Sinodi Trulanæ, hoc etiã præceptum Ecclesiasticum violatũ circa ignem rectè deponitur presbyter in text. nostro, cũ ab Ecclesia iussum sit, vt nisi lumine accenso non liceat sacrificare, *dict. cap. sane hoc tit.* ad denotandũ, quod in hoc Sacramento est candor lucis æternæ, *dict. cap. sane*, & ipse Dominus iusserit, vt ignis semper in Altari arderet; vnde in omnibus officijs Ecclesiasticis iubetur luminaria accẽdi, vt patet ex *Diuo Gregorio, lib. 10. Dialogorum, cap. 5. Ioann. Damasceno in vita Barlaam, ex cap. 1. de officio Sacristæ, cap. 1. de officio custodis*, cũ traditis à Crespecio in summa, verbo *Ignis*, similiter etiã præceptũ est in Ecclesia, vt celebretur in vasis argenteis propter decus Sacramenti, vt cõficiatur in nobiliori vase, non in ligno, quia cũ sit ligneũ porosum abserueret maiorẽ partẽ sanguinis, & sic vbi Sacerdos intenderet Deũ placare inde irasceretur. Ex quibus cõstat, quã iuste Sacerdos, qui non solũ in vno, sed in pluribus casibus grauiter delicuit deponatur; siquidẽ propter vnum tantum illorũ delictorum deponi possit, *c. tuæ, de pœnis.*

3 Primò, aduersus ea, quæ diximus; videlicèt, requiri panẽ acimum in Ecclesia Latina, ad hoc Sacramentũ: obstabit sequens consideratio, nam in hoc Sacramẽto, nec plus, nec minus potest offerri quã ipse Dominus tradidit, *cap. in Sacramẽto 5. de consecrat. dist. 2.* sed vt latè Græci probant Dominus in pane fermẽtato cuius vsus tunc erat consecrauit; igitur omnes Sacerdotes debent in pane fermẽtato celebrare, & perconsequẽs male in text. nost. presbyter deponitur, quia in hoc pane Sacramentũ fecit. Cui difficultati respondendum est; nam licèt Græci conentur probare Dominum nostrũ instituisse hoc Sacramẽtum decimatertia Luna mensis Marci, & sic in pane fermẽtato; tamen contrarium verissimũ est, nempe Dominum in hoc Sacramẽto vsum fuisse acimo, nõ fermentato, nã instituit vltimam cœnam die decimoquarto mẽsis Marci, ad vesperã, vt constat ex *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.* & hæc dies Paschę fuit die decimoquarto primi mẽsis ad vesperã, aqua incipiebat solemnitas, & magna festiuitas diei sequentis, *Leuitici, c. 23.* in qua quidẽ die à præcedente vespera eã inchoando prohibitũ fuit Iudæis quidquã panis fermentati in domibus habere, *Exod. c. 12. vers. 7.* Cõsequẽs ergo est Dominũ non fuisse vsum in illa cœna pane fermentato, sed acimo cũ cœna facta fuisset in vespera diei festiui ante Pascham, vt ratiocinatur *D. Th. in 4. dist. 11. q. 2. art. 3. Innocent. III. lib. 4. de ministerio Miss. c. 4.* Ex quibus constat Sacerdotẽ Latinũ debere celebrare in pane acimo, & sic Clericus in text. nostro, non obseruans consuetudinem suæ Ecclesiæ iustè deponitur.

4 Secundò, aduersus eandem partem obstabit sequens consideratio, nam *Apostolus, ad Galathas, capit. 4.* reprehendit Christianos, qui non solum integros ritus Iudaicos, sed etiam partem aliquam eorum seruant, sed vsus panis acimi erat cœremonia Iudaica, quæ sublata est, *in l. Euangelica, cap. translato, de*

constitutionibus. Igitur a Sacerdotibus Latinis talis ceremonialis ritus obseruari non licet. Cui difficultati facilimè respondetur dicendo Latinos, non eodem modo vsurpare, hunc panem acimum sicuti Iudæi vsurpabant; nam illi ad significandum Christum venturum faciebant. Latini verò, vt se conforment, cũ exemplo Christi, qui in acimo, hoc Sacramentum instituit, vt sic per huiusmodi panem fideles admoneantur, quæ conscientiæ cinceritate, & fidei puritate accedere debent, ad hoc Sacramentum.

5 Tertiò, aduersus eam partem in qua docemur aquam necessariam esse, ad hoc Sacramentum; ita vt presbyter, qui eam omiserit, deponatur, obstabit text. *in cap. in Sacramento 5. de consecrat. dist. 2.* vers. *Nec amplius in sacrificio offeratur, quam de vbis, & frumentis.* Ex quo expressè deducitur, nihil aliud esse ponendum in Altare, quam id, quod conficitur ex vbis, & frumento: ergo nullo modo necessaria est mixtio aquę. Pro qua difficultate diſsoluenda obseruandum est, quod oblationes, quæ in primitiua Ecclesia a fidelibus fiebant, ad Altare, dum Sacra celebrarentur erant in duplici differentia, alia enim fiebant tanquam, de materia Eucharistiæ ab ipsis, qui communicaturi erant, & istæ oblationes secundum Domini institutionem, nihil aliud continere debebant præter panem, & vinum, *Can 3. Apostolorum, cap. didicimus, de consecrat. dist. 3.* & hæc panis, & vim oblatio, ad Altare debebat fieri, ab omnibus viris, & mulieribus in diebus omnibus Dominicis, in quibus communicabant, *cap. quotidie 13. de consecrat. dist. 2.* & sic, ad suam cõmunionem materiam præstabant, & offerebant, quia indignum iudicabant, de aliena communicare oblatione; vt ex *Diuo Augustino, Sermone 215. de tempore*; notat *Baronius, tom. 1. Annalium, anno Christi 58. num. 85.* aliæ enim erant oblationes, quæ non fiebant tanquam de materia ordinata, ad Eucharistiam conficiendam, sed per modum ceremoniæ. ad sustentationem ministrorum, & isti poterant fieri de frumentis, vbis, oleo, & mulso, *Canon 3. Apostolorum*, decretum *Melchiades, apud Burcardum, lib. 5. decreti, cap. 7.* ipsarumque erat dispensator Episcopus, qui vnicuique ministro, prout illi opus erat erogabat, *Baronius, anno 57. num. 63.* & de his intelligendus est, text. *in dict. cap. in Sacramento*; vnde mirum non est, vt nulla mentio fiat, de aqua, siquidem nõ agitur de oblatione, ad consecrationem Sacramenti, sed tãtum, ad sustentationem ministrorũ Ecclesiæ.

6 Quartò, aduersus suprà dicta; scilicet, aquam requiri, ex præcepto, non verò de essentia Sacramenti, adeò, vt Sacerdos noster rectè confecerit, licet non ritè, obstabit text. *in capit. sic in sanctificando 2. de consecrat. dist. 2.* vbi Diuus Ciprianus docuit offerri, nõ posse aquã solam, nec vinum solum, sed ait, quod si vinum tantum, quis offerat incipit esse Sanguis Christi, sine Christo, quibus verbis probatur expressè consecrationem vini, sine aqua esse nullam. Pro qua difficultate diſsoluenda diſputant Doctores, an de necessitate Sacramenti, an verò tantum de præcepto Ecclesiastico requiratur mixtio aquæ cum vino, in qua quæstione verior, & communior opinio est aquam requiri de præcepto, non verò de essentia; vt constat ex *Magistro in 4. distinct. 11. Suarez, Vazquez, Cornejo, & Araujo, ad Diuum Thomam 3. part. quæstion. 74. artic. 7. Laimam de Eucharistiæ, numero 7.* nec obstabit text. in *dict. capit. 2. de consecrat. distinct. 2.* Nam supposito in originali nõ legi sicut apud Gratianum: sed in hunc modum; scilicet, nam si vinum tantum, quis offerat Sanguis Christi incipit esse nobis; si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo, vt in palea eiusdem text. quorum verborum sensus est, quod quando vinum solum, sine aqua offertur, nõ significat Passionem Christi profuisse nobis, hoc est effussum sanguinem in vtilitatem populi Christiani, qui significatur per aquam, vt interpretatur *Turre cremata, ibid.* qui præterea cõsiderat verba Cipriani, prout a Gratiano referuntur, posse intelligi eodem ferè sensu, nã per Christum populus Christianus designatur secundum modum loquendi *Apostoli primo, ad Corinth. cap. 12.* vnde nullo modo negat Ciprianus consecrationem vini, sine aqua valere, sed tantũ asserit, nõ posse offerri conueniẽter salua plenitudine misticę significationis, ita *D. Th. dict. art. 7. ad primũ*, eodem modo est intelligẽdus, text. *in cap. cũ omnes 7. de cõsecrat. dist. 2.* vers. *Non enim potest Calix Domini esse aqua sola, aut vinũ solũ, nisi vtrũque,*

que, sibi misceatur, id est non potest fieri consecratio, sine peccato, vbi non præcesserit mixtio aquæ; vndè iustè in nostro tex. deponitur Sacerdos, qui sine ea celebrauerit.

7 Quintò, contra eandem partem; videlicèt, hanc mixtionem esse de iure Ecclesiastico, non verò diuino obstabit *Concilium Auriolanense 4. Can. 4.* vbi postquam statuunt patres vinum aqua miscēdum esse secundum Apostolicam traditionem reddunt rationem, quia sacrilegium iudicamus aliud offerri, quam in mandatis Sacratissimis Saluator instituit; ex quibus verbis manifestè deducitur hanc mixtionem, non ex iure humano, sed ex Diuino prouenire. In qua difficultate verissimum est, mixtionē requiri de præcepto Ecclesiastico, nō verò Diuino. *Ita Suar. Vazq. & alij cum D. Thoma d. art. 7. Azor* 1. *tom. lib. 10. cap. 30.* nec obstat text. *in d. Canon. 4.* nam cum Dominus aquam cum vino miscuisset, & cum tali facto exemplum reliquisset Ecclesiæ, quæ illam mixtionē statim præcepit lato modo appellatur diuina constitutio, quia ad exemplū Dominici facti statuta fuit; ita etiam est intelligendus text. *in d. cap. in Sacramento*, vbi hanc diuinam traditionē Patres appellant, sicut Diuus Ambrosius in proœmio libri de Spiritu Sācto, pedum lotionem Dominicam traditionem appellat, quia ad Christi exemplum, ita facere conueniens fuit.

8 Sextò, contra suprà dicta; videlicèt, Sacerdotem luminaria non accedētem, imò sine igne celebrantem deponēdum esse, obstabit *Can. 34. Concilij Illiberitani*, versic. *Cereos per diem placuit in cœmeterijs, non accendi, inquietandi enim non sunt Spiritus Sanctorum, qui hæc non obseruauerint arceantur ab Ecclesiæ communione*; ex quibus verbis apertè deducitur nullo modo per diem tempore; videlicet, Missæ licere in Ecclesia cereos incēdi: ergo malè hic deponitur Sacerdos ex eo, quòd sine igne celebrauit. Cuius Canonis difficultate, aliqui oppressi candelarum vsum in Ecclesia interdici asserunt contra nostrū text. sed antiquum, & laudabilē cereorum vsum, in Ecclesia commendarunt Loaisa, Cereolanus, & Abaspinus in notis ad illum Canonem, *D. Ferdinandus de Mendoza lib. 3. pro defensione ipsius Concilij cap. 10. Baronius* 1. *tom. ann. Christi 34. num. 312. Vazquez de adorat. disp. 3. cap. 7. Durandus, de ritibus Ecclesiæ, lib. 10. cap. 8. num. 5.* & omissis aliquorum sententijs dicendum est, Patres illius Cōcilij vsum luminariorum, non absolutè prohibuisse, sed dumtaxat cereos per diem, in cœmeterijs Martyrum à fidelibus pijs incendi, ne videlicèt lucentibus cereis Gentiles Fidem Christi, Christianosq́; per sequentes de Martyrum sepulturis certiores redderentur, indeque Sāctorum corpora requirerent, & in ea sæuirent iuxta miram rabiem, quam refert *Tertulian. in Apologetico cap.* 37. quam tribulationem præoculis habens *Zacarias Pontifex Epist. 9. ad Bonifacium*, ita scripsit dum Dominus donauerit requiem, augebuntur, & luminaria Sanctorum, &c. verba autem illa *Inquietandi non sunt Spiritus Sanctorum*, accipiēda sunt pro Martyrum corporibus. Corpora enim Martyrum sub Altaribus sepeliebantur, *cap. habemus 26. q. 2.* nec nouum est reliquias Martyrum animas appellari, quia ad ipsarum præsentiam mira efficiuntur miracula, & sic potius animæ, quam corpora existimantur; *Ita Cornelius in commentar. ad cap. 6. Apocalypsis*, & vt ipse obseruat *in Epist. 10. ad Hebræos*, verbum *Spiritus pro anima poni*, & apud Consultos, *in l. sed in alia 18. ff. de rebus dubijs, Authentica vt defuncti, in princip. collat. 3. leg. 2. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs*, de qua scripsi *in cap. fin. de vita, & honestate Clericor. num. fin.* vndè quid mirum, *vt in d. Can. 34.* per corpora Sanctorum denotantur Spiritus.

9 Septimò, contra eam partem in qua docemur Calicem, & alia vasa debere esse ex auro, vel argento, obstat textus *in cap. vt Calix, de consecrat. dist. 1.* vbi aiunt Patres Concilij Rhemensis, quòd potest Presbyter celebrare in Calice stagneo: ergo non semper requiritur, vt vasa sint argentea: Pro qua difficultate dissoluenda sciendum est, sacrificium Missæ debere celebrari in Calice, & Patena, ad hoc ministerium deputatis, *cap. vasa cum sequentibus, de consecrat. dist. 1. Concilium Tribur. cap. 1.* Calicis autem vsus præcipue necessarius fuit, cum non nisi in aliquo vase posset sanguis consecrari, Patena autem iam in Ecclesia vsa est à temporibus Syluestri, & Damasi, certū etiam est, tàm Calicem, quam Patenam debere esse ex debita materia, in qua re diuersus fuit Ecclesiæ vsus; nam olim materia horum vasorum lignea fuit

dict.

dict capit. vasa, Zepherini tamen temporibus vitrea, postea Vrbanus, ea fecit argentea, *Concilium Triburiense, capit.* 18. ibi: *Ne in ligneis vasculis, vllo modo Sacerdotes conficere præsumant, prohibitum enim fuit vitrium in his vasis, quia fragile est, lignum verò, quia porosum existit, & absorbuerat sanguinem Domini nostri, similiter, & auri calcum, quia habili virtute eruginem recipit, & ad vomitum prouoca:* Ita *Vinianus in præsenti, Suarez dict. disput.* 81. *sess.* 7. *Couarruuias lib.* 4. *variarum, cap.* 22. *Salçedo in praxi, cap.* 34. Si quis autem Presbyter, ita pauper est, vt argentea vasa habere, non possit debet habere stagnea, quia ex causa paupertatis excusatur: si vero sine iuxta causa id faceret, aut in ligno celebraret deponeretur ex text. nostro.

10 Octauò, obstat text. *in cap. ridiculum* 12. *distinct.* vbi Nicolaus ait satis rediculũ, & abominabile esse traditiones à Patribus acceptas, quotidie infringi, & pati permittit: ergo si ea traditione, tàm Bonifacij, quàm Zepherini poterat hoc Sacramẽtum, in alijs vasculis offerri, quare hę traditiones ab Ecclesia mutari debent; quo text. ducti nonnulli arguunt vasa sacra, non debere esse aurea, vel argentea, vt refert *Acuña in eo text. nũ.* 3. sed contrarium ex suprà dictis defendendo, dicendum est, ligneos Calices tunc primum in vsu fuisse, ob paupertatem Ecclesiarum; deindè ne vasa ipsa, ex auro, vel argento conflata rapinis, & sacrilegijs tyrannorum essent obnoxia; cessante igitur necessitate illa, & pace redita Ecclesiæ iuste Patres poterũt mutare traditiones antiquorum; *Ita Acuña vbi suprà.*

11 Nonò, contra textum nostrum, quatenus in eo supponimus confusum punire pœna depositionis; obstabit regula text. *in cap. innotuit, de electione*, vbi cauetur confessum semper mitius puniẽdum esse, quam conuictũ, *l. quisquis, in fin. Cod. ad legem Iuliam Maiestatis, l.* 1. *C. de his qui se deferunt l. non omnes. §. fin. ff. de re militari, Tiraquell. de pœnis temperandis causa* 30. *num.* 10. *Seneca lib.* 10. *declamat.* 3. *versic. Vbi confessio ibi remissio:* Ergo si Presbyter in præsenti suos excessus confessus fuit, quare mitius non punitur? Cui difficultati respondendũ est, dicendo, confessum, vt conuictum puniri, cum confessio sit omnibus probationibus melior, *l. cunctę, C. de probationib. l. cum à matre, Cod. de rei vindic.* cum a me traditis, *in cap.* 1. *de confessis.* Nec obstat text. *in dict. cap. innotuit, de elect.* cum in text. nostro confessio expontanea, non fuisset, *vt in d. cap. innotuit*, constat etiam ex tex. nostro, vbi inquisitio facta, & repetita fuit ab Episcopo Brigiensi, & sic quid mirum, quod puniatur depositione, cum in re graui peccasset.

12 Decimò, aduersus tex. nostrum, quatenus refert Episcopum post primã inquisitionem statim secũdam iterasse, obstat regula illa, quæ docet super eandem causam, nec accusationem, aut inquisitionem iterari posse, *cap. si illis* 24. *quæst.* 4. *cap. vltim. de calumniatorib. cap. de his, de accusationibus*: Ergo nullo modo poterat in prẹsenti accusatio contra eũdem Presbyterum iterari. Cui difficultati satisfaciendum est, distinguendo inter eum casum, quo accusatio, vel inquisitio iteratur super eandem causam, & inter eum, in quo iteratur super diuersam; nam primo casu iteratio admitti non debet, cum crimina semel dimissa iterum in vltionem venire Deus, non patiatur, *dict. cap. illis, cap. diuina, de pœnitent. dist.* 4. *nec l. sæculi, de delicto sæpius quæritur, l. licet, §. vlt. ff. nauta Caupones.* Secundo verò casu, inquisitio iterari potest, in quo procedit tex. noster, nam secunda inquisitio non fuit facta super excessu, circa celebrationem in pane fermentato, & Schipho ligneo, sed circa omissionem aquæ, & ignis in sacrificio, vt docet *Gloss. & Zabar. in præsenti.*

DE

DE BAPTISMO, ET EIVS effectu.

TITVLVS XLII.

Ad textum in capit. si quis 1. capit. debitum 4. de Baptismo.

SVMMARIVM.

1 *Puer licet sit ter emersus in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, si non sit dictum, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, non est baptizatus.*

2 *Baptismus per suam formam verbis Euangelicis consecratur.*

Baptismi causa est duplex vna principalis, altera instrumentalis.

Defruens aliquid de substantia eius, quod exigitur adesse rei nihil actum est.

3 *Florentinum Concilium Quartum, in decreto de Sacramentis,* versic. *Forma autem.*

Baptismi forma more Græco qualis sit.

4 *Cap. cum tantum 47. de consecratione, dist. 4. cap. fin. de baptismo.*

5 *Baptismus conficitur, etiam si pro nomen ego deficiat, sed Latini, si absque eo baptizauerint peccabunt venialiter, & si more Græco fecerint lethale reatũ committunt.*

6 *Cap. 1. de Baptismo latè exponitur.*

Pronomen te, in Baptismo desideratur, vt distinctio stet inter baptizantem, & baptizatum.

Concilium Florentinum in decreto de Sacramentis, siue de vnione Armeniorum, versic. *Primum contrarium.*

Cap. si reuera 30. cap. ab antiqua 44. cum alijs, de consecrat. dist. 4.

7 *Cap. à quodam Iudæo 23. de consecrat. dist. 4. latè exponitur.*

8 *Cap. si reuera 30. de consecr. dist. 4. cap. ab antiquo 44. 28 eadem dist. 4.*

9 *Apostolorum Actum, cap. 1. cap. 2. cap. 8. & cap. 10.*

Apostoli quare olim nomine Christi baptizabant, latè exponitur.

Diui Bernardi Epistola 340. ad Enriquum Archidiaconum, latè, & nouiter declaratur.

1 CONCLVSIO. Licet puer sit ter emersus in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, si non sit dictum, ego te Baptizo in nomine Patris, &c. non est baptizatus, *Matthæi cap. 28. Pauli ad Ephesios, cap. 5. cap. 1. cap. debitum, cap. non vt 5. de Baptismo, cap. firmissimè 3. cap. quamuis 29. capit. retulerunt, cap. Sanctus 36. cap sanctio 48. capit. 71. cap. 73. cap. 82. cap. in Synodo, cum alijs, de consecratione, distinction. 4. cap. veniens,* versic. *Secundum formam, de Presbytero nõ baptizato, Vigilius Pontifex, cap. 2. Epistola 18. Innocentius Primus, cap. 3 Catechismus Pij V. 2. p. cap. 2. de Baptismo, §. 10. cum duobus sequentibus, cap. 1. §. Vna, de Summa Trinitate, & Fide Catholica, cap. dignum, §. Quo verò, cum sequentibus 1. quæst. 1. Catechismus, de hoc Sacramento, folio 182. versic. Sed duorum tãmen, cap. 3. Tridentin. sess. 7. de Baptismo Canon. 4. & sess. 7. de Sacramentis in genere. Can. fin. l. 2. tit. 4. partit. 1. Exornant Diuus Thomas 3 part. quæst. 66. artic. 5. Sotus in 4 distinct. 3. quæst. vnica, artic. 5. Suarez disput. 21 sectione 2. & 3. Reginaldus lib. 27. num. 35. Gaspar Hurtado, de Baptismo, diffic. 7. Toletus lib. 2. capit. 19. num.

num. 5. Enriquez lib. 2. cap. 4. num. 6. Granados tom. 5. tract. 2. disp. 5. num. 5. Villalobos 1. part. tractat. 5. diffic. 3. Ægidius quæst. 66. art. 5. num. 58. Valencia quæst. 2. puncto 2. Belarminus, de Baptismo, cap. 3. Bonacina, de Sacramentis, disput. 2. quæst. 2. puncto 4. Reginaldus in praxi fori pœnitentialis, lib. 26. num. 23. Vazquez 2. tom. in tertiam partem, disput. 142. cap. 1. 2. & 3. Bibaldus in candelabro aureo, tit. de Baptismo, nouissimè *Pater Iosephus in summa, de Sacramentis, de Baptismo, tractat. 2. Doctor Sahagum, de Sacramentis in genere, de Baptismo, Ochagauia, de Baptismo*, cũ traditis à *Barbosa in collectaneis, ad nostrum textum.*

2 Ratio est, quia Baptismus per suã formam consecratur secundum illud, *Pauli ad Ephesios, cap. 5. & Diuus Augustinus lib. vnico, de Baptismo*; asserit, quod Baptismus verbis Euangelicis consecratur, & ideò opportet, quod in forma Baptismi exprimatur eius causa, quæ duplex est, vna quidem principalis aqua virtutem habet, quæ est Sãcta Trinitas, alia autem instrumentalis; scilicèt, minister, qui tradit exterius Sacramentum, & ideò opportet in forma Baptismi, de vtraque fieri mentionem, minister autẽ tangitur cum dicit: *Ego te baptizo.* Causa autem principalis, cum dicitur: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti, Amẽ.* Vndè hæc est conueniens forma Baptismi: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Diuus Thom. part. 3. quæst. 66. art. 5.* meritò, si in Baptismo non sit verbum illud *Ego*, vel simile, quod ministrum denotet, etiã si puer mersus fuit in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, non erit baptizatus, quia ablutio hominis in aqua, propter multa fieri potest, veluti ad refrigerandum, aut curandum ab aliquo morbo, vt constat *ex Theodoro Balsamon relato à Spondano, anno Christi 1146. num. 5.* ad quem effectum rectè etiam inuocatur auxilium Sanctissimæ Trinitatis, qua de causa adere oportet verbũ *Baptizo*, quo in Ecclesiæ vsu significatur ablutio spiritualis. Concilium Florentinum in decreto de Sacramentis, *Tridentin. sess. 7. de Sacramentis, cap. 4.* Ideòque oportet, quod determinetur in verbis formæ ad quid fiat, quod quidẽ non fit per hoc, quod tantum dicitur: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; siquidem omnia in tali nomine facere debemus, *Paulus ad Colocenses, cap. 3.* & ideò si non exprimatur actus Baptismi, non proficitur Sacramentum, *vt in text. nostro, & in Diuo Thom. vbi suprà*; siquidem, vbi aliquid deest de sententia eius, quod exigitur ad esse rei, nihil actum est, *cap. Diabertum 1. quæst. 7. l. 1. §. Si quis interroget, ff. de verborũ obligationibus*: Meritò cum in prædicta Baptismi forma, quatuor præcipuè sint exprimenda, nempè actus baptizãdi, persona quæ baptizat, & quæ baptizabatur, & inuocatio Trium Personarũ Sanctissimæ Trinitatis, opere precium est, vt de singulis inspiciamus, & in primis de necessitate huius formæ est, vt exprimatur actus baptizanci, seu actio ministri, vt constat *ex Concilio Florentino vbi suprà*, versic. *Si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum Sanctæ Trinitatis inuocatione perficitur Sacramentum*, & ex textu nostro, *& in capit. 3. hoc tit.* vbi definitur, quod si quis puerum in aqua emerserit: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, & non dixerit: *Ego te baptizo*, non est baptizatus.

3 Primò, contra hanc Catholicam Doctrinam, & cõtra expressionem personæ, quæ baptizat; obstabit dicere, quòd Græci sub hac forma celebrãt Baptismi Sacramentum, *Baptizetur seruus Christi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; in quibus verbis actio ministri baptizantis, non exprimitur, & tamen forma illa, tanquam valida ablutio approbatur *in dicto Quarto Concilio Florentino in decreto de Sacramentis*, versic. *Forma autem*, & ibi verum efficit Sacramentum, in quibus verbis actio ministri baptizantis non exprimitur, & tamen forma illa approbatur ab Eugenio IV. *in dict. Concilio Florentino*, versic. *Forma autem*, iuncto vers. *Verum*: ergo non est necessarium in forma Baptismi applicare actionem ministri. In qua difficultate grauissima, *Sotus in 4. distinct. 3. quæst. vnica, art 5. colum. 4.* versic. *Multa hinc existimat ad essentiam formæ Baptismi, non esse necessarium exprimere actionem ministri*; sed sufficere, quod actiuè, vel passiuè, implicitè, vel explicitè actio ministri exprimatur, vel ab eo procedat, dummodo id non negetur, acproinde sufficere, si baptizans dicat: *Baptizet te Christus, &c.* dummodo non addat verba illa *Ego non te baptizo*, quam sentẽtiam probare intẽdit exemplo illius formæ Baptismi Græcorum; cuius illa priora verba

Bap-

Baptizetur talis seruus Christi intelligit, subaudiendo à Christo, vel à Deo; ita vt actio ministri, non excludatur, & asserit, quod quemadmodum valet Baptismus, si in eius forma exprimatur actio ministri, & non actio Dei; ita etiam debet valere, quando in forma non exprimitur actio ministri, sed Dei; denique considerat Sotus, quod in Sacramento Confirmationis, non est necessarium exprimere actionem ministri, vt constat ex forma, qua Constantinus Imperator, confirmatus fuit relata in edicto eiusdem, quod habetur ante Concilium Nicænũ Primum *tom. 1. Conciliorum*, versic. *Signet te Deus sigillo fidei suæ, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, in consignatione Fidei*: Ergo similiter, nec in Sacramento Baptismi necessarium erit; sed hæc solutio, & doctrina displicet, *Gabriel Vazquez dicta disput. 142. cap. 2. ex nu. 15. Ochagauiæ quæst. 8. de Baptismo, num. 3. Hurtado disput. 8. de Baptismo, difficultate 8. Granados vbi suprà, tractat. 1. disputat. 5. num. 3.* rationem reddunt, quia actio ministri negari non potest, & necessario verbis formæ significari debet, vt expressè definitum est ab Eugenio IV. in dicto Concilio Florentino, & ab Alexandro III. in text. nostro, *Bellarminus d. cap. 3. §. Nam in primis*, cum supra in decidendi ratione traditis, & respondẽt Vazquez, & similes nihil pro Soto facere æquiparationem, de actione ministri ad actionẽ Dei, nam in actione ministri rectè denotatur actio Dei, vt causæ principalis, vt minister non agat, nisi à gente etiam Deo; at verò in actione Dei non denotatur actio ministri, cũ Deus possit sine ministro agere, nec pro eo facit exemplum de confirmatione Constãtini, quia etiam in forma illa significatur actio ministri, denotãdo à ministro procedere, eo quod verbo imperatiuo dicat: *Signet te Deus sigillo fidei suæ, & simul sigillet minister sigillo Crucis in fronte confirmandi*; itaquidẽ in illis verbis sigillo fidei suæ actio ministri denotatur, quasi sensus sit Deus te signet sigillo fidei suæ, quod tibi à me exhibetur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quare hac, & alijs omissis pro vera huius dubij interpretatione adnotãdum est in forma Baptismi, non solùm actum baptizandi exprimi deberi, qui actus per verbũ *Baptizo, aut aliud equiualens significatur, & actio, & passio exprimitur*; sed etiam, provt fit à ministro explicite, vel implicite, *Matthæi d. cap. 28. versic. Baptizantes, in quo baptizandi actio significatur, non solùm, vt est à Deo*; sed etiam, vt procedit à ministro in actu exercito; ideoque in forma Latina actio ministri, proculdubio exprimitur: similiter etiam in forma Græcorum actionẽ ministri significare, supponit Eugenius IV. in dicto Concilio Florentino, vbi ad probandum, Græcos verum efuere Baptismi Sacramentum, his verbis rationẽ reddit: *Quoniam cum principalis causa, ex qua Baptismus virtutem habet, sit Sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius Sacramentum, si exprimatur actus, qui per ipsum exercetur ministrum, cum Sanctæ Trinitatis inuocatione perficitur Sacramentum*, in quibus verbis Eugenius Pontifex profitetur in Græcorum forma exprimi actum baptizandi, etiam vt à ministro exercetur; vnde Vazquez, & Hurtado vbi supra, docent Græcanicam formam huius Sacramenti, hanc esse: *Baptizetur talis seruus Christi à me in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen*. Et ita denotatur baptizandi actio non solùm, provt est à Deo, sed provt a ministro confertur.

4 Secundo, huic solutioni obstabit dicere, quod Græci per huiusmodi baptizandi formã studuerunt vitare, quoddam schisma ortum in principio nascẽtis Ecclesiæ, seu errorem Corinthiorum existimantium baptizatos pertinẽre ad ministrum, qui baptizabat, & ab eo efficaciam accipere Sacramẽtum, & proindè vnusquisque dixisset: *Ego sum Cephæ, ego sum Pauli*, quos Apostolus reprehẽdit, 1. *ad Corinthios, cap. 1.* dicens: *Numquid Cephas pro vobis mortuus est, aut Paulus*, vt refert *Diuus Augustinus in cap. cum tantum 47. de consecrat. distinct. 4. D. Thomas dict. art. 5. ad primum*, qua de causa Græci ordinarunt, vt nullus baptizaret, dicendo: *Ego te baptizo*, sed dicens: *Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, nè minister modo aliquo verbis se obtenderet Authorem baptismi, nec propter hoc, quod tali forma baptizarent Græci, censentur hæretici, sed in id fuerunt damnati à Cõcilio Lateranẽsi, quia existimabant Latinos, alia forma vtentes, non conferre baptismum; adeò, vt illud à latinis suscipientes iterum baptizari præsumant, *vt in cap. fin. hoc tit. de Baptismo*, cæterum

for-

formam, qua ipsi baptizant, non improbat, nec Concilium Florentinum vbi supra. Notat *Belarminus dict. cap.* 3. versic. *Sextus fuit.* Sed huic dubio dicendum est, quod cum ad euitandum antiquum errorem eorum, qui virtutem Baptismi tribuebant baptizantibus, ordinauerunt Græci, vt Baptismus fieret sub hac forma: *Baptizetur seruus Christi in nomine Patris, &c.* nec exindè videtur excludere actum baptizandi, vt à ministro est, quia licet admittamus Græcos prædicta forma, vti propter traditam rationem (quam multi negant) non tamen intenderunt denegare ministris instrumentalem virtutem baptizandi; sed solũ principalem, non illis appetendo, quæ solũ Deo competit; nam in Græcorum forma etiam applicatur actus baptizandi, prout exercetur in ministro, tanquam instrumento Dei, vt declarat Eugenius IV. *in dicto Concilio Florentino, D. Thom. dicta quæst.* 66. *artic.* 5. *in solutione ad primum*: Igitur, quod intendebant Græci, secundum præfatam expositionem erat abolere ab vsum existimantium Baptismum maiorem gratiam ab vno, quam ab alio conferre vtendo prædicta forma per modum imperatiui, cum ex illa significetur actio baptizandi, vt est a Deo, tanquam à causa principali; sed non exindè abstulerunt, nec intenderunt auferre actionem ministri internam implicitè, vel externam explicitè, & sic ex illa Græcorum forma valide effici Sacramentum Baptismi, vt definit Pontifex in dicto Concilio Florentino; notat *Ægidius, de Sacramentis, d. art.* 6. *dubio vnico num.* 35. *Bibaldus in Candelabro aureo, tit. de Baptismo.*

5 Tertiò, huic vltimæ sententiæ, obstabit text. *in cap.* 1. *de Baptismo*, vbi Alexander III. expresse decernit, non sufficeret ad valorem baptismi, quod quis puerum immergat in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; sed necessarium esse, quod simul dicat: *Ego te baptizo.* Sed respondendum est, in text. nostro Pontificem minimè intẽdisse, verba hæc specificè sumpta· *Ego te baptizo*, esse de essentia, nam compertũ est sufficere æquiualentiam, vt abluo, intinguo, aut mergo actiue, vel passiuè prolata quapropter ex decisione nostri tex. minime infertur nullitas Baptismi, quando in eius forma actio baptizandi, seu actio ministri apparet indicatiuo, vel imperatiuo modo, actiuè, siuè passiuè, velut baptizo te, siuè baptizaris à me, vel baptizetur talis seruus Christi; notat *Glos. in præsenti, Vazquez dict. capit.* 3. *num.* 29. *Ægidius, Laymam, & Bonacina vbi suprà*, quemadmodum similiter, non est necesse, vt exprimatur persona, quę baptizat cum illo pro nomine *Ego*, cum satis sit, vt expluetur, & significetur actus baptizandi, per verbũ *Baptizo*, vel aliud æquiualens modo supra exposito, *cap. retulerunt* 86. *de consecrat. distinct.* 4. notat *Diuus Thomas quæst.* 66. *artic.* 5. *ad primum*; siquidem pro nomen *Ego*, continetur in verbo *Baptizo*, modo indicatiuo, seu imperatiuo prolato, argumento text. *in leg.* 1. *§. Quod nec, ff. de hæredibus instituendis*, vbi nihil refert, an testator dixerit hæres mihi esto, an hæres esto, *l. stipulatio ista* 38. *§. Sicut autem* 5. *in fine, ff. de verborum obligationibus*; sed si Latini non expresserint in forma illa pro nomen *Ego*, peccabunt venialiter, sed si magnum scandalum oriatur, vel si vsus fuerit forma Græcorum, tunc peccabit mortaliter, cum inusitata forma vsus fuisset; notat *Sotus in* 4. *distinct.* 3. *quæst. vnica, §. Quod si, num.* 5. *Vazq. vbi suprà, dict. capit.* 3. *num* 30. *Granados vbi suprà, disput.* 5. *ex num.* 2. *Villalobos in summa, de Baptismo, cap. de forma, num.* 4. *&* 5. Pluraque congerit eruditissimus Præceptor meus D. Martinus Lopez de Hontiueros, olim apud Salmanticenses Primarius, posteam Granatensi Consilio Philippi IV. meritissimus Senator, nunc Archiepiscopus Valentinus, & (vt spero) ad maiora culmina perueniet *in tractat. de Baptismo, art. de forma.*

6 Quarto, aduersus text. nostrum, in versic. *Te*, & tertiam inspectionem, supra in *num.* 2. adductam apud finem; hoc est circa personam, quæ baptizatur apud Latinos, cum illo pro nomine *Te*, apud Græcos verò per illa verba *Seruus Christi*; ex quibus constat ad essentiam Baptismi desiderari exprimere personã, quæ baptizatur, vt constat *ex Matth. dicto cap.* 28. ibi: *Baptizantes eos, &c.* Et ex traditione Ecclesiæ, ita scriptum in text. nostro, in versic. *Te*, quod etiam ratione suadetur; nã si persona, quæ baptizetur, non exprimatur, non significatur actus Baptismi, nec enim sufficit personam esse certam, & determinatam, sed necesse est, quod in verbis formæ, ita exprimatur, vt sic actus baptizandi de-

denotetur, & distinctio stet inter baptizantem, & baptizatum, cum nemo se ipsum possit baptizare, *cap. debitū 4. hoc tit.* Obstabit *Concilium Florent. in decreto de Sacram. siue de vnione Armeniorū*, vers. *Primum contrarium*; cuius verba *Exposuimus sup. n. 3. ad fin.* vbi Summus Pōtifex, asserit dumtaxat sufficere ad essentiam formæ Sacramenti Baptismi exprimere actum ministri, cum inuocatione Trinitatis: ergo pro nomē illud *Te*, nō erit necessariū. Verum huic dubio respondēdū est, quòd illa Concilij verba sunt intelligenda terminis habilibus suppositis, hoc est, dum tamen persona baptizati exprimatur, quod etiā Pontifex in eodē Concilio adnotauit, quia in hoc nulla diuersitas erat inter Græcos, & Latinos; siquidem omnes in verbis formæ personam baptizati exprimebant, sed baptizandi, verb. *Diuersimodè vtebantur*; atque ideò Eugenius Pont. ibidē, nihil statuit circa expressionem personæ, quæ baptizatur; siquidem etiam à Græcis exprimebatur in illo verbo *Seruus Christi*; sed si quæras rationem, quare in forma Baptismi, non ita necessarium sit exprimere personam baptizantem; siquidem necessarium est exprimere personam, quæ baptizatur. Respōdebo, ex eo prouenire, quia in forma huius Sacramenti exprimēda est materia propinqua, quæ est ablutio, & cum ea magis determinetur a subiecto à quo recipitur, quā ab agente à quo procedit, iusta de causa persona, quæ baptizatur explicitè est exprimenda; notat *Enriq. d. lib. 4 §. 4. cap. 7. Laym. d. cap. 4. nu. 3.* vers. *Ex quo.*

7 Quintò, aduersus quartum requisitum in Sacramēto Baptismi exprimēdum *suprà nu. 2. apud fin.* adductum, & in text. nostro relatum; videlicèt, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, quæ omnes tres personæ Trinitatis, quatenus inter se diuersæ, & distinctæ denominandæ sunt, vt notat *D. Th. d. q. 66. art. 6 Vazq. d. disp. 143. cap. 2. Bonacin. & alij recentiores supr. adducti*, & cōstat *ex Matth. d. cap. 28.* ibi: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, c. si quis Presbyter 79. cap. in Synodo 83. de consec. dist. 4. cap. firmiter, § Vna verò, de Summa Trinit. & Fide Cathol.* Obstabit text. difficilis, *in cap. à quodam Iudæo 23. de consecr dist. 4.* vbi Nicolaus Pōtifex ad consultationē vulgarorum, *cap. 104.* rescribens de baptizatis in eorum patria à Iudæo quodam, vel Pagano, vel etiam Christiano in nomine Sanctæ Trinitatis, absque illa specifica trium personarū expressione, vel tantū in nomine Christi non esse denuo baptizandos. Respondit, quòd est dicere Baptismum in nomine Trinitatis, vel in nomine Christi ministratum firmum esse, quod est omnino cōtra nostri tex. decisionem, *d. cap. multi cap. si vera, c. in Synodo, de consecr. dist. 4.* in cuius tex. difficultate, nonnulli existimant, quod dū text. ille asserit baptizatos à Pagano, non esse rebaptizandos, si baptizati sint in nomine Trinitatis, est intelligendus expresso nomine; scilicèt, Trinitatis, *Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, aut in tantū *in nomine Christi*, videlicèt, loco *Filij*, expresso *Christi nomine*, sic dicēdo: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Christi, & Spiritus Sancti*, vt sic sensus sit, quod dum Pōtifex admittit valere Baptismū in Trinitatis nomine est intelligendus, cum explicita, & distincta trium personarū significatione; ita *glos. Archid. Belam. & Turrec. ibid.* qui quidē intellectus comprobatur ex eo, quòd Nicol. I. *in d. cap. à quodam Iudæo*, pro sua sentētia refert S. Ambrosium de Spiritu Sāctō, *lib. 1. cap. 10.* & S. Ambrosius nunquam dixit valere Baptismum *in nomine Trinitatis* non expressis personis, seu nominibus Trinitatis, aut tantum *in nomine Christi*; siquidē sæpius in libris de Sanctis Sacramentis dixit hanc esse formam: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*: Ergo eodem modo dicēdum est, ita ibidem intellexisse Nicolaum, qui eundem Sanctum Ambrosium pro se allegat; siquidem Doctoris dictum est intelligendum secundum Doctrinas, quas allegat *Bartol. in l. non solum, §. Si liberationes, ff. de liberat. legata, Surd. consil. 177. Barbosa* plures referens *in collect. ad text. in d. cap. à quodam Iudæo, nu. 3.* Sed hæc interpretatio conuinci videtur ex eo, quia valdè repugnat verbis text. cum Pontifex ibi, subiungit verba illa, vel tantū Christi nomine, & vtroque modo à Deo validum esse admittit, vt reiterari non debeat: ergo quemadmodum per sola verba *In nomine Christi*, non significantur explicitè, & expresse Trinitatis Personæ, & nihilominus Baptismus valet, vt Pontifex ibi asserit, ita & similiter in solo nomine Trinitatis, quamvis Tres Diuinæ Personæ, non inuocentur expressè. Quare probabilior in-

tellectus est ille, quem refert *Azor instit. moralium, par. 2. lib. 5. cap. 5. quæst. 3. vers.* 4. Obijcitur, dum asserit Nicolaũ Pontificem ibidem, respodisse ad quæst. sibi propositam; videlicèt, an baptizatus à Pagano, vel Iudæo, verum Baptismi Sacramentum suscepisse, & vere baptizatum fuisse dicit, si nomine Christi baptizatus fuit Baptismo Christi, sed non exindè definit valere Baptismum nomine Christi tantum datum, sed tantum esse Baptismum, siue a Pagano, siuè à Iudeo sit collatum; dummodo is Paganus, vel Iudæos baptizauerit Baptismo Christi, & non Baptismo Ioanis, vel alicuius alterius, & rationẽ reddit Nicolaus, quia Baptismus non est illorũ, qui baptizant, sed Christi cuius authoritate institutus est Baptismus, & cuius virtutem habet; & ideò dixit, sicut in Actibus Apostolorum legitur significans Baptismum valere virtute Christi datum, *Barbos. latè in collectan. ad nostrum tex. n. 4. cum seqq.* vel aliter dici potest Nicolaum Pontificẽ, *in d. c. à quodam Iudæo*, nihil definisse circa Baptismum datum in nomine *Trinitatis*, vel *Christi*, tantum, sed obiter, vltra interrogata suam sententiam de illo protulisse tanquam priuatum Doctorẽ, & fortasse minus probabilem; siquidem tantum consultus fuit, an valeat Baptismus datus ab infideli; ita vt dubitandi ratio non esset circa Trinitatis invocationem, quæ *cũ Glos. & Turrecr. ibid.* supponitur tactã fuisse explicitis personis, sed tantũ circa ministri infidelitatem, & ad id directe respondit verissime, quidẽ validum esse, nec iterandum fore; nam Baptismi valor, non depẽdet à cõditione, & fide ministri, *d. cap. si quis 28. cap. ab antiqua 44. de consecrat. dist. 4. ita Granad. controu. 4. de Baptismo, tract. 2. disp. 6.*

8 Sextò, his omnibus obstabit dictũ Concil. Florentin. superius allegatum, ex cuius decisione probari videtur suffi cere vnius expressionem Trinitatis, vel vnius tantũ personæ; siquidem Põtifex ibidẽ ait Baptismũ fieri in Diuinæ Trinitatis inuocatione; sed huic dubio respondendũ est, decretum illud Florentini Concilij, potius probare sententiã suprà adductã, quam illã improbare, nam dum Eugenius ibidẽ requirit, vt actus baptizãdi exprimatur, cũ inuocatione Sãctissimæ Trinitatis intelligit in illo *Trinitatis* nomine, hoc est ipsas Diuinas personas distinctè significatas, quod euidẽter deducitur ex verbis eiusdẽ Concilij proxime precedentem, in quibus definierat formam Baptismi expressa, etiã illa significatione Trinitatis: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; meritò cum postea Sãctissimæ Trinitatis mentionẽ faciat intelligendus est, de Trinitate eodẽ modo inuocata; scilicèt, explicitè, vel expressè tribus personis significatis, eodẽ modo est interpretandus, *Pelag. Pontif. in cap. si re vera 30. de consecr. dist 4.* vbi cum improbasset Baptismum in nomine Domini. Tantũmodo administratum subiungit eos, qui sub illis verbis, & forma ab hæreticis baptizati fuerunt, iterum baptizãdos esse in Sanctissimo Trinitatis nomine, quasi diceret, *Hoc est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, vt sensus sit, ità vt explicite significentur personæ Trinitatis, quæ in priori Baptismo, non ita vocati fuerat; notat *Turrecrem. in comment. ad illũ text.* quæ interpretatio deducitur *ex eod. tex. in fin.* vers. *Nihil aliter, quam quod Euãgelica iubet authoritas*, quasi diceret baptismũ, non posse celebrari in nomine Christi, nec in nomine Trinitatis tantum, nõ facta expressione aliarum personarũ, vt Euangeliũ docet, refert text. *in cap. multi 82. de consecr. dist. 4.* eodemque modo est interpretandus tex. *in cap. vnum Baptisma, cap. quamuis 29. cap. ab antiqua 44. cap. si quis 28. c. postquam 78. & 81. de consecr. dist. 4.* nam licèt in illis authoritatibus resoluatur ratum, & validum fuisse Baptismũ in nomine Trinitatis colatũ, cum tamen in illis locis, nõ proponatur fuisse præfinitum, cum implicita inuocatione tantummodo in nomine Trinitatis debemus intelligere colatum fuisse in Trinitatis nomini explicitis tribus personis, non verò absolutè, & excluderent expressam, & distinctã inuocationem trium personarũ, quę proculdubio est, de necessitate huius Sacramenti à Christo in Euangelio præscripto, & ab Ecclesia in hunc modum receptæ, suisque sanctionibus comprobatæ; notat *Gloss. in d. cap. eodem modo 81. de consecrat. dist. 4.* plura alia contraria refert, *Glos. fin. in cap. ab antiqua 44. de consecr dist. 4.*

9 Septimò, prędictis obstat, *Actuum Apostol. cap. 1. cap. 2. cap. 8. cap. 10. cap. 108* vbi viri, & mulieres tantum nomine *Christi* babtizabãtur. Sed huic dubio dupliciter respondeti solet auctoritas illas, & similes procedere tẽpore nascẽtis Ecclę-

cleſiæ, & Apoſtolorum, vt ſic Chriſti doctrina illuſtrior redderetur, & vt eius nomen, quod Iudæis erat odioſum, *Paulus* 1. *ad Corinth. cap.* 1. forma illa redderetur illis amabile, & honorificum, quod quidem ſpeciali Chriſti reuelatione, & diſpenſatione, ad tempus fuit permiſſum merito Apoſtolos ante Paſſionē, & Reſurrectionē Chriſti, ita baptizaſſe, quoniam nondum inſtituta videbatur forma, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, de qua *Matth. d. cap.* 28. Sed cum diſpenſatio illa ad tempus data iam ceſſaſſet, vtpote ceſſante illa prędicatione, verius eſt ſub illa forma hodie, non poſſe validè Baptiſmum conferri; ita *Enriquez vbi ſuprà, lib.* 2. *cap.* 10. *litt. A. & E.* vel aliter dici poterit Apoſtolos baptizaſſe in nomine Chriſti, tantum hoc eſt Baptiſmo à Chriſto D. inſtituto, ſicut dicitur apud *Matth. cap. vlt.* in nomine meo dæmonia eijciēt, & cū eius forma nempè, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, à differētia Baptiſmi Ioannis, nam hic erat communis vſus loquēdi, *Apoſtolum Paul. ad Galat.* 3. ibi: *Quicūque in Chriſto Baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*, quaſi velit dicere, qui Baptiſmo à Chriſto inſtituto baptizatus eſt, Chriſto induitur, *Paul. ad Rom.* 6. ibi: *Nos in Chriſto baptizatos eſſe, id eſt, Baptiſmo Chriſti, Damaſcen. lib.* 4. *fidei cap.* 12.

10 Octauo, his omnibus, obſtat illa difficilima, *D. Bernard. epiſt.* 340. *ad Enriquum Archidiaconum*, vbi D. Bernardus fuit Conſultus ab ipſo Enrico Archidiacono, an nè ex eo, quod quidam laicus, quendam puerum raptum ex vtero, ob periculum mortis (communem formam non tenens) ita illum baptizaſſet: *Baptizote in nomine Dei, & ſanctæ, & veræ Crucis ſit baptizatus & anſi viuit baptizādus ſit*, his verbis reſpondit Bernardus: *Ego verò hunc baptizatum puto, nec ſonū vocis veritati fidei, & pietati intentionis præiudicare potuiſſe, vt enim taceā, quod in nomine Dei vnam expreſsit ſubſtantiam Trinitatis, non eo ipſo, quod addidit ſanctæ, & veræ Crucis, manifeſtè commendat Dominicā Paſſionem*: Ex qua D. Bernardi Epiſtola probari videtur valuiſſe Baptiſmum in nomine Trinitatis, & Crucis. Sed huic dubio reſpondendum eſt, quæſtionem ad quā S. Bernardus reſpondit, *in d. epiſt.* 340. nō fuiſſe vtrùm Baptiſmus fuerit validus, ſine expreſsione omniū Trium Diuinarum Perſonarum, ſed tātum poſt ipſarū expreſsionem, ſi additum ſit verbum illud *Et ſanctæ veræ Crucis*, reddat inualidū Baptiſmum, & ſic ſunt valdè diuerſa; vtrùm ex obliuione, ſeu non expreſſione alicuius perſonę Sanctiſsimæ Trinitatis, Baptiſmus ſit invalidus, & vtrū ex additione, ſeu expreſsione quarti alicuius, vltrà ipſas Tres Perſonas fiat invalidus; nam reſponſio S. Bernardi eſt ad ſecundum, non autem ad primam iſtarū quæſtionū, & hæc ſolutio patet ex contextura illius Epiſtolę, vbi ipſe S. Bernardus ſupponit, expreſſam fuiſſe ſubſtantiam Sanctiſsimæ Trinitatis; videlicèt, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti hoc enim intellexit ipſe in nomine Dei, vt etiā explicat *in epiſt.* 190. verſ. *Solum Deum, vbi memoratus ſum, non ſolū perſonam Patris indicauit quia Filium & Spiritū Sanctum, de hac ipſa ſola ſubſtantia Patris eſſe non abnegaui*. Ergo ſupponit Bernardus, ab illo baptizante fuiſſe expreſſas illas tres Perſonas Diuinas, cum ſtatim in eadē Epiſtola, verba illa proferat, *Vbi enim taceam quod in nomine Dei vnam expreſsit ſubſtantiam Trinitatis*, vt Trinitas eſt, ſine expreſsione omnium trium perſonarū, eſſe non poteſt; & ſic ipſe S. Bernardus notat, in quo verſetur propoſitæ quæſtionis difficultas, in illis eiuſdem Epiſtolæ verbis, ibi: *In eo ipſo, quod addit ſanctæ, & veræ Crucis, manifeſtè commendabit Dominicam Paſsionem*: Ergo de quarta huius formæ additione, locutus fuit Bernardus, non verò de trium perſonarū obliuione; meritò reſpondit, validum fuiſſe Baptiſmum, quia non addidit ad exprimendum, quartum requiſitum aliunde vltra tres Diuinas perſonas, quorum nomine fuerat factum, ſed tantum baptizās illa verba addidit ex properāte fidei deuotione, ad exprimendā nomine ſanctæ Crucis virtutē Paſſionis Chriſti D. ex qua Baptiſmus habet cauſare gratiā, & ſic S. Bernardus probat, Baptiſmum illum fuiſſe validum exempto Apoſtolorū, ex quibus vt ſupra diximus aliquos fuiſſe baptizatos, non modo, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, verum etiam in nomine Ieſu Chriſti, id eſt, ad expreſsionem Sanctiſsimæ Trinitatis, addendo ſimul in nomine Chriſti, ex qua Sancti Bernardi expoſitione apertè deducitur Sanctum illum ſemper, vt de fide eſt ſenſiſſe, ad valorem Baptiſmi fuiſſe neceſſariam omnium trium perſonarum Diuinarum expreſsionem,

notat *Marsilius in 4. quæst. 3. art. 3. concl. 2.* reliqua, quæ de trina immersione ad hunc text. expectant, videre opportet, ex his quæ infrà dicemus, *in cap. de quibus 2. hoc tit. in 5. dubio.*

Ad text. in capit. de quibus 2. cap. licet fin. de Baptismo, & eius effectu.

SVMMARIVM.

1 *Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, potest baptizari, sub forma hic relata: Si es baptizatus, non te baptizo; si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & filij, & Spiritus Sancti.*

2 *Sequendum est in dubio probabili magis, certum ad salutem animarum ad dimittendum in certum.*

Iteratum non intelligitur, quod intelligitur, quod ambiguitur esse factum.

Certa quæ sunt rerum natura, non suspendũtur, licet apud nos incerta sint.

Baptisma vnum est, non solùm vnitate specifica, sed etiam vnitate numerica.

Character per Baptismũ imprimitur in anima indelebile.

3 *Expositus si se cum trahat schedulam, quod est baptizatus, dum tamen inter Catholicos sit, non est iterum baptizandus.*

Concilium Mediolanense Tertium, titul. de Baptismo infantium expositorum.

4 *Cap. paruulos 110. cum cap. placuit 3. de consecrat. dist. 4.*

5 *Cap. veniens fin. de Presbytero non baptizato.*

6 *Apostolorum Canon, capit. 50. capit. si quis Presbyterum 79. cap. multi 82. cap. postquam 78. de consecratione, distinctione 4.*

7 *Præceptum Diuinum semper firmum, & immutabile est.*

Apostolorum Canones, an sint referendi ad ius Diuinum.

Cap. si quis Presbyter 79. cap. multi 82. de consecrat. dist. 4.

8 *Baptismus est in triplici differentia, fluminis, flaminis, & sanguinis, & in quo differant.*

Cap. Cathecumenum 37. de consecratione, distinct. 4.

9 *Concilium Nicænum, cap. 9.*

10 *Baptismus factus solo brachio, pede, aut digito an sit reiterandus.*

11 *Rebaptizans, & rebaptizatus, quibus pœnis puniantur?*

Cap. qui in qualibet 10. 1. quæst. 1.

12 *Cap. qui vis ignoranter 117. in principio, de consecrat. dist. 4.*

1 CONCLVSIO. Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus potest baptizari, sub forma in præsenti relata: *Si es baptizatus, non te baptizo; si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amẽ, cap. Ecclesia, vel Altaria, de consecrat. dist. 1. cap. dedit 46. cap. hi qui 51. capit. si quis 52. cap. hanc regulam 57. cap. quod quidam 97. 1. quæst. 1. cap. si nulla 14. cap. paruulos 110. cap. aliud 139 capit. de Arrianis 19. cap. cum itaque 122. capit. quinis 117. cap. eos quos 118. cap. si eos 148. de consecrat. dist. 4. cap. solemnitas 18. de consecrat. Ecclesiæ, vel Altaris, cap. 1. cap. 2. cum §. Sequenti 68. distinct. cap. dictam 18. de consecrat. distinct. 5. Trident. sess. 7. de Baptismo, Can. 10. l. 1. & 2. C. ne Sanctum Baptisma iteretur, l. 5. 6. & 58. de hæreticis, in Cod. Theodosiano,* argumento text. *in cap. 1. & per totum, de Sacramentis non iterandis, capit. fin. de Presbytero non baptizato, capit. vnico, de Clerico per saltum promoto, capit. solemnitates 16. de consecration. distinct. 1.* Exornant *Diuus Thom. 3. part. quæst. 66. art. 9. ad 4. Alphons. de Castro lib. 3. aduersus hæreses,* verbo *Baptismus, in 6. hæresi, Bernardus Diaz in praxi, cap. 18. Couarr. in Clement. si furiosus in initio 1. part. n. 8. Bibaldus in Candelabro aureo, tit de Baptismo, nu. 45. Sebastianus Medicis in summa omnium hæresum,* verbo *Baptismus, in 6. hæresi, Victoria, de Sacramentis, titul. de Baptismo, num. 36. Valencia tom. 4. disp. 4. quæst. 1. punct. 4. Belarminus lib. 1. de Baptismo, cap. 6. Vazquez in summa, lib. 2. capit. 1. & lib. 3. cap. 34. §. 1. Granados tom. 5. tract. 3. disputat. 3. cum sequentibus, Bonacina de Baptismo, disp. 2. quæst. 1. punct. 1. Ochagauia in tractat. de Baptismo, quæst. 11. num 3. Vazquez disputat. 14. 6 cap. 4. num. 26. Paulus Laymam tract. 2. de Baptismo, cap. 4 num. 3. Villalobos in summ. 1. part. de Baptismo, diffic. 7.* cum traditis à *Cened. in collectan. ad decretum, collectan. 63. Barbosa in collectaneis, ad textum nostrum,* & ad decretum in iuribus suprà adducti.

Ra-

2 Ratio, quare in re dubia Baptiſmi, quis baptizandus erit, ea eſt, quia in omni dubio probabili, vbi agitur de ſalute animarum magis certum tenēdum eſt ad dimittendum in certum, vt docet *Diuus Auguſtinus in cap. ſi quis, de pœnitentia, diſtinctione 7.* & in hoc caſu non iteratur Baptiſmus; ſiquidem præmiſſa proteſtatione baptizantis, non intendit baptizare, ſi antea eſſet baptizatus, nec in eo caſu reiteratur Baptiſmus; ſiquidem, non intelligitur iteratum, quod ambiguitur eſſe factum, *cap. fin. de Preſbytero non baptizato, capit. vnico, de Clerico per ſaltum promoto, cap. ſolemnitas 16. de conſecratione, diſtinct. 1.* nec conditio illa in forma ſuprà relata ſuſpendit actū, vel eius valorem, *l. inſtitutio 10. §. 1. ff. de conditionibus inſtitutionum*; nam ſi baptizatus eſt, denuo non confertur. Si verò non eſt baptizatus, tunc valere incipit Baptiſmus, quia ea, quæ per rerum naturam certa ſunt non ſuſpenduntur, licet apud nos in certa ſint, *l. cum ad præſens 37. cum ſequentibus. ff. de rebus credit. l. eas cauſas 80. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* & quamuis Pontifex in præſenti, tantū loquatur in eo dubio; nempè, quando dubium eſt in re ipſa, quis baptizandus fuerit; non verò, ſi non rite ex defectu formæ baptizatus, tamen eadem eſt ratio repetendi in vtroque dubio, ſub conditione à Pontifice in præſenti tradita, quæ ad vtrumque caſum, ſine periculo adaptatur, *dict. cap. fin. de Presbytero non baptizato*; nam paria ſunt, quid non fieri, vel non rectè fieri *cap. inter corporalia, de translatione Epiſcopi, leg. quoties 6. ff. qui ſatis dare cogantur, l. non putavit 8. §. Non quævis, ff. de bonorū poſſeſſione contra tabulas.* Ratio verò, quare ſi non eſt dubium, Baptiſmus reiterari non poteſt, multiplex eſt prima, quia Baptiſma vnum eſt, *Apoſtolus ad Epheſios 4. cap. hanc regulam 57. 1. quæſt. 1. capit. is qui 51. eadem cauſa, & quæſt. cap. quamuis 29. de conſecrat. diſt. 4.* & ita ab vno, eodemque ſubiecto accipi non poteſt. Secunda eſt, nam baptiſmus (*vt ait Ambroſius lib. 2. de pœnitentia, cap. 1.*) eſt Sacramentum illuminationis, & impoſsibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati per Baptiſmum, in quo lumen fidei infunditur rurſus renouari ad pœnitentiam. Idem *Apoſtolus ad Hebræos, cap. 6.* id eſt, poſt lapſum pœnitentes per alterū Baptiſmum denuo renouari; ita *Belarminus lib. 1. de pœnitentia, cap. 13.* & conſtat *ex Concilio Trid. ſeſſ. 14 cap. 2.* & ita intelligit, *Gloſſ. in cap. ſic enim 9. 28. q. 1.* Tertia eſt, quia Baptiſmus eſt quędam ſpiritualis generatio, ſeu natiuitas, *Catheciſmus Romanus, de Baptiſm. p. 2. cap. 6. §. 3. cap. debitum 4. hoc tit. cap. ſi nulla 113. de conſecrat. diſt. 4.* & ſicut homo non poteſt vterum matris ſuæ repetere, nec naſci corporaliter, ita nec Baptiſmus repeti poteſt, vt conſiderat *Leo Pontifex in cap. cum itaque 112. de conſecrat. diſt. 4. D. Auguſtinus tractat. in Ioannem, cap 3* Quarta ratio eſt, quia Baptiſmus repræſentat mortem, ſepulturam, & Reſurrectionē Chriſti Domini, *Paulus ad Romanos, cap. 6. cap. ſi quis Presbyter 79. de conſecrat. diſtinct 4. cap. multi 82. eadem diſtinct.* quare, ſicut Chriſtus ſemel tantum mortuus, & ſepultus eſt, & reſurrexit; ita & nobis ſemel tantum per Sacramentum Baptiſmi peccatis mori, & ſpiritualiter reſurgere conceſſum eſt, *cap. propriæ 13. de cōſecrat. diſtinct 4. cap. de trina 80. eadem diſtinction.* Quare qui ſcienter rebaptizati ſunt, damnantur, & puniuntur, & quaſi iterum Chriſtum, quodammodo crucifixerunt, *cap. qui vis 117. de conſecrat. diſtin. 4.* Quinta ratio eſt, quia per Baptiſmum imprimitur character in anima indelebilis, ſicut per confirmationem, & ordinationem, *Trid. ſeſſ 7. de Sacrament. in genere, Can 9. cap. 1. de Sacramentis non iterandis*, quo conſignamur Chriſto, vt ei, & Eccleſiæ deſeruiamus: ergo ſicut character indelebilis repeti non poteſt, ita nec Baptiſmus; docet *D. Aug. lib. 1. de Baptiſm. cap. 1.* Aliaſque rationes cōſiderat *D. Tho. d. q. 66. art. 9. Granad. vbi ſup. tract. 1. diſp. 8. Couar. locis ſuprà citatis.*

3 Primò, aduerſus ea, quæ in præſenti notāt omnes; videlicèt, ad reiterationem Baptiſmi, nō ſufficit quodlibet dubium timorem, aut leuiſsimā ſuſpitionem, aut ſcrupulum, vt reiteretur Baptiſmus, ſed debere eſſe certum, verum, & proprium, quod ex coniecturis, & indicijs hinc inde ſuadentibus hominē eſſe baptizatum, ita vt in neutram partē, mens, ſeu intellectus quieſcat, & cōuincatur, vnde euenit, quod ſi infanti expoſito ſit adiecta ſchedula, in qua de Baptiſmo teſtificetur, licet in ea nomen alicuius, non ſit ſcriptum, ſi in orthodoxorum, & Catholicorum terris exponatur, tunc nec ſub conditione baptizandus erit, quia in his terris creduntur filij

Christianorum, parentesque illos baptizasse, *cap. paruulos* 110. *cum tribus sequẽtibus, de consecratione, distin.* 4. *& in* 6. *Synodo, cap.* 82. Obstabit Concilium Mediolanense 3. *titul. de Baptismo infantium expositorum*, vbi Sanctus Carolus, hæc verba protulit infans expositus, licet apensum in colo scriptum habeat, quòd ille baptizatus significetur; si tamen re diligenter perquisita, adhuc dubium sit eum baptizatum esse, sub conditione baptizetur; sed huic dubio respondendũ est, discrimen versari inter eum casum, quando infans expositus inter infideles, vel Iudæos, qui Baptismum Christianorum maxime exequantur; nam etiam si afferant testimonium, schedulam, vel chartam asseuerantem eos esse baptizatos; tunc saltim sub conditione baptizandi erunt, eo quod tale testimonium, maxima suspitione laborat incertitudinis baptismi, vel contemptus nempe, quod præstitum sit, non vere, non valide, nec Catholico ritu; & ita obtinet illud Concilium Mediolanense Tertium, *tit. de Baptismo, & infantium expositorum*, notat *Ochagauia tract. de Baptismo, quæst.* 11. *num.* 8. & inter eum casum, quo infans expositus est inter fideles adiecta schedula, quæ de Baptismo testificetur; nam tunc minimè, etiam sub conditione rebaptizandus erit eo, quod moraliter certum censetur parentes illius voluisse, inter Christianos iterationem baptismi euitare, & ita obtinet, *dict.* 6. *Synodus, cap.* 82. text. *in dict. cap. paruulus, cum similibus suprà adductis*; notat *Vazquez dicta disputat.* 146. *capit.* 4. *numero* 26. *Paulus Laymam tract.* 2. *de Baptismo, cap.* 4. *num.* 3.

4 Secundo, aduersus id, quòd in præsenti etiam, notant Doctores omnes, & refert text. *in dict. cap. paruulus* 110. *cum sequentibus, de consecrat. distinct.* 4. videlicèt, vnius testis depositionem sufficere ad hoc, quod non reiteretur Baptismus. Obstabit text. *in cap. placuit* 111. *de consecrat. distinct.* 4. vbi ex Concilio Carthaginensi docemur infantes, de quorum Baptismo dubitatur baptizandos esse, quoties non inueniantur certissimi testes, qui eos baptizatos esse, sine dubitatione deponant: in cuius text. difficultate, *Iacobus de Graphis tractat. de arbitrarijs Confessorum, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 17. asserit textum illum esse intelligendum casu, quo ageretur de præiudicio tertij, nempè si legatum, alicui sit relictum sub cõditione, si baptizatus esset, quasi tunc non sufficiat perhibere testimonium de Baptismo per vnum testẽ, sed per duos, aut tres, in quorum ore, secũdum Apostolicam doctrinam, stat omne verbum; atverò quoad materiam reiterationis Baptismi sufficere vnum testem, quam etiam sequitur *Gloss.* verbo *Testentur*, *in dict. cap. placuit* 111. *de consecrat. distinct.* 4. Sed hæc interpretatio ex eo conuincitur; quia text. ille præcipue respexisse videtur, ad moralem suspitionem, & forum animæ, quam ad iudiciale iudiciũ, vt constat ex eodem text. versic. *Nec ita trepidatio eos faciat Sacramentorum purgatione priuari.* Quare *Suarez dict. quæst.* 66 *artic.* 9. *sect.* 2. existimat in eo text. positum fuisse plurali, pro singulari, *vt in dicto cap. paruulos* 110. *de consecrat. distinct.* 4. vel aliter asserit, textum illum esse intelligendum, vt sic plures testes requirãtur, quando non sunt aliæ coniecturæ, quæ, vel per se solummodo, vel cum vno teste coniunctæ sufficiant, ad moralem Baptismi certitudinem generandã; ita vt sensus illorum verborum sit, *Eum infantem baptizandũ esse*, cuius licet multi testes examinentur, nullus tamen certissimus inuenitur, qui certo testificet de Baptismo. Quam interpretationem sequuntur *Vazquez, Granados, Ochagauia locis suprà citatis*, vel aliter dici potest, *in dict. cap. placuit* 111. plures testes desiderari, vt non reiteretur Baptismus, hoc est respectu plurium baptizandorũ, referendo singula singulis; ita vt in vnoquoque non plures, sed vnus testis sufficiat, quod ex eadem decisione, & ex antecedenti colligi poterit.

5 Tertiò, prædictis obstabit text. *in cap. veniens finali, de Presbytero non baptizato, dict. cap. paruulos, de consecr. dist.* 4. vbi in dubio quis præsumitur baptizatus: ergo in eo dubio quis nõ debet baptizari. Sed huic difficultati respondendum est, text. nostrum esse intelligendum, quando dubium est vehemens, vt quia natus est in captiuitate Sarracenorum, vel in alia simili vehementi præsumptione, vel ex defectu formæ, vt suprà resolutum est; atverò text. *in dicto cap. veniens fin* loquitur, quando quis de parentibus fidelibus, inter fideles natus est, quia tunc, si non extat aliud dubium vehemens præsumitur baptizatus, & hæc præsumptio pro certitudine habe-

tur,

tur, donec euidentiſsimis argumentis contrarium extendatur; notat *Hoſtienſis in ſumma, rubrica de presbytero non baptizato, numero 2. Zabarela in præſenti, numero 2.* nec obſtabit, ſi inſtes, quod nulla dubitatio poteſt exiſtere, an ſit baptizatus, necne, cum exiſtat forma expreſſa, *in dict. capit. 1. hoc tit.* quæ ſi ſeruata non eſt dubium nō eſt, ſed certum, quod non ſit baptizatus, & è contra; in qua difficultate Innocentius in præſenti paucis verbis aſſerit, quod text. noſter loquitur de dubio facti; nam de iure non poteſt eſſe dubium. Sed hæc Interpretatio diſplicet Hoſtienſis vbi ſuprà, dum aſſerit, quod poteſt eſſe dubium, de iure, & de facto; de facto veluti, quando puer exponitur, nec in eo inueniuntur aliqua ſigna baptiſmi, *dict. capit. 2. & 3. de presbytero non baptizato*; de iure etiam poteſt eſſe, veluti, cum dubitatur, an fuerit ſeruata forma, vel non, & in omni dubio probabili ſeruanda eſt Diui Auguſtini ſententia relata, *in capit. ſi quis autem, §. Item, in fine, de pœnitentia, diſt. 7.* dicente: *Tene certum, & dimitte incertum.* Vndè, quando dubitatur circa hoc debet baptizari, ſub conditione, & forma, in præſenti expreſſa, quæ propriè (vt ſupra diximus) conditio nō eſt, notat *Hoſtienſis in præſenti, num. 5. Cardinalis 2. apud finem.*

6 Quarto, aduerſus ea, quæ ſuprà indecidendi ratione retulimus; videlicet, Baptiſmum reiterari non poſſe, & inter alias rationes, quas ibidem retulimus, illa eſt præcipua, quia vnum eſt baptiſma, *capit. ſi quis, capit. hanc regulam 1. quæſt. 1. capit. oſtenditur, de pœnitentia, diſtinct. 4. l. 1. & 2. Cod. ne ſanctum baptiſma reiteretur.* Meritò licet baptiſmus fiat ſub præſcripta verborum forma, per immerſionem, infuſionem, vel aſperſionem, ex cauſis traditis *à Diuo Thoma 3. part. quæſt. 66. artic. 5.* tamen illa rituum diuerſitas nullam conſtituit diuerſitatem, eſſentiam, aut ſpeciem baptiſmi; ſiquidem tantum eſt accidentaliis ceremonia, & vnum tantum baptiſma, vnitate ſpecifica, vt de fide eſt, & conſtat ex iuribus, & rationibus ſupra adductis. Obſtabit Canon Apoſtolorum, *capit. 5. relatum, in capit. ſi quis presbyterorum 79. capit. multi 82. de conſecratione, diſtinct. 4.* vbi generale olim in Eccleſia fuit præceptum baptizandi, non ſolum in vna, ſed in trina immerſione, quod ex conſuetudine obſeruandum eſſe, aſſerit *Diuus Auguſtinus, in capit. poſtquam 78. de conſecratione, diſtinct. 4.* propter rationes ibidem traditas. Sed huic dubio reſpondendum eſt, vnitati baptiſmatis non repugnare, quod baptizandus termergatur in aqua; vt conſiderat *Diuus Hieronymus, ad Epheſeos, lib. 2. capit. 4. relatus in capit. eodem modo 81. de conſecrat. diſtinct. 4.* ibi: *Quia licèt ter baptizemur propter miſterium Trinitatis, vnum tamen baptiſma reputatur*; & ideò damnandus, non eſt communis hodiernus vſus baptizandi vnica immerſione, cum, & trina, & vnica potuit fieri baptiſmus, ob temporum, & rationum diuerſitatem; vt conſiderat *Diuus Gregorius, in capit. doctrina 80. de conſecrat. diſtinct. 4. & licet in dict. cap. ſi quis presbyter 79. & capit. multi 82. de conſecratione, diſtinct. 4.* dicatur, trinam immerſionem fuiſſe, de præcepto, & ſic vnicam prohibitam, id tamen fuit factum, vt reprobaretur error Eunomij, & aliorum hæreticorum, qui peruertentes ſanctum baptiſma aſſerebant baptizandum, tantum ſemel eſſe mergendum in aquis, inuocata ſolummodo Chriſti morte; vt contextura ipſius Canonis Apoſtolorum demonſtrat, ibi: *Quod dari à quibuſdam videtur in morte Domini*, non enim dixit *Dominus, in morte mea baptizate, ſed euntes docete omnes gentes baptizantes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Quare in Concilio Toletano celebrato, ſub Honorio anno Chriſti 633. relato *in cap. propter 85. de conſecratione, diſtinct. 4.* propter vitam dum ſchiſmatis ſcandalum, vſus eſt ſimplam, id eſt vnicam tenendam eſſe baptiſmi immerſionem; nam tunc in Hiſpania, quida hæretici baptizabant trina immerſione, vt profiterentur, & docerent, non vnam ſubſtantiam, ſed trinam in diuinis eſſe perſonis, quod Arriani affirmabant; notat *Eſtrabon de rebus Eccleſiaſticis, capit. 26.* manet itaque compertum trinam, vel vnam merſionem ſufficere, ad baptiſma, quod vnum ſemper eſt, & in vnaquaque Prouincia ſeruandam eſſe Canonicam conſtitutionem, illic vigentem conſuetudine legitima introductam. *Valencia, tom. 4. diſput. 4. punct. 2. verſ. Poſſunt tamen, Diu. Thomas 3. part. quæſt. 66. art. 7. Vazquez, diſputat. 145. cap. 1. Enriquez, lib. 1. de baptiſmo, cap. 7. §. 4.*

7 Quintò, prædictus obſtabit dice-

re,

re, quod Apostolicum præceptum doctrina inmersione, *Canon 50. de quo in dict. capit. si quis presbyter 79. de consecrat. distinct. 4.* non potuit mutari, per dictũ Concilium Toletanum, nec alia Canonica constitutione; siquidem diuinum ius est, & Euangelicum; vt refert *Pelagius Pontifex, in dict. cap. multi 82 de consecrat. dist. 4.* vbi approbans trinam inmersionem, verba illa profert: *Euangelium verò vero præceptũ ipso Deo, & Domino Saluatore nostro;* iuncto versiculo: *Trina etiam mersione sanctum baptisma vnicuique tribuere dicente Domino, &c.* Nam diuinum præceptum semper firmum, & immutabile est, & nulli legi humanæ, vel consuetudine subiectum, *capit. sunt quidam 25. quæst 1. cap. fin. de consuetudine.* Pro cuius vera interpretatione, ad notandum est, valde inter Doctores controuersum esse, an omnes Apostolorum Canones sint authentici, & referendi, ad ius diuinum potiusquam, ad Canonicum; vt notat *Franciscus Turrianus, pro defensione Canonum Apostolorum, lib 1. capit. 20. & 22. Couaruu. lib. 4. variar. capit. 17. num. 6. Acuña latè, & Barbosa, ad Decretum, in cap. 1. & sequẽtibus 16. distinct.* Ex quorum sententia dicendũ est, priores Canones Apostolorum, vsque ad quinquaginta, authenticos esse, in hoc sensu, vt vim legis humanæ, & pontificiæ habeant, quo sensu accipiantur, ab Ecclesia, *in cap. placuit 4. cap. quamuis 16 dist. Baronius 2. tom. anno Christi 102.* Ex quibus hic prænotatis, breuiter iam facilis erit interpretatio, ad text. *in dict. cap. multi 82. de consecrat. dist. 4.* nam verba illa Pelagij Pontificis, non significãt trinam illam inmersionem fuisse de præcepto Euangelico, sed tantum, quod baptizandus in nomine trium personarum explicitè expressis baptizetur, ad quod significandum trina inmersione vsa fuit Ecclesia multis temporibus, partim, sub præcepto, vt errores hæreticorum confutaret, partim, absque præcepto; vt constat ex iuribus suprà adductis, & ex Alexandro III. *in cap. 1. hoc tit.* sed cum hæc constitutio trinæ inmersionis fuisset Ecclesiastica, ex rationibus supra adductis, rectè potuit aliqua noua constitutione (vt in dicto Concilio Toletano) vel consuetudine contraria, pro temporum, & rationum diuersitate mutari. Nec huic solutioni obstant verba illius, text. *Euangelicum vero præceptum ipso Deo, &c.* Quia non debent adaptari, ad trinam inmersionem, quæ trina inmersio, non ita expressa in præcepto Domini, sed tantum in suo simili; scilicet, in hoc, quod Christus præcipit baptizare in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti quia forma est de substantia, vsus tamen, seu modus ablutionis, non est de substantia, licet vnus sit congruentior alio, sicut dictum est, de trina inmersione. Quam solutionem refert *Diuus Thomas 3. part. quæstion. 66. artic. 8. ad secundum Granados 5. tom. controuersia 4. numero 3. Vazquez, disputation. 145. numero 1. Enriquez lib. 2. de baptismo, capit. 7. §. 4. Turrecremata, in dict. capit. multi de consecratione, distinct. 4.*

8 Sextò, aduersus illam Baptismi vnitatem, cum Apostolo, & iuribus suprà adductis, constitutam, obstabit illa sanctorum patrum, & Theologorum assertio, communiterque à Sacris Canonibus recepta; scilicet, baptismum esse in triplici differentia, nempe fluminis, flaminis, & sanguinis; vt refert *Diuus Augustinus, in cap. baptismi, cap caue communioni 37. de consecratione, distinct. 4. Glos.* verbo *Necessarium, in capit. 1. eadem, distinct 4. Glos. in cap. Apostolicam de presbytero non baptizato, Angelicus Doctor, dict. 3. part. quæst 66. art. 1. Ochagauia, tractat. vnico de baptismo, quæst. 1. numero 2.* Vbi baptismus aquæ appellatur a sua natura fluminis, baptismus flaminis vocatur motus cordis, seu contritionis, ac causa, nam flammine Spiritus Sancti inspiratur, baptismus; baptismum verò sanguinis nominant, ab effectu effusionis martirij. Tum etiam, quia non per solam susceptionem baptismi aquæ, quis consequitur salutem, sed etiam per illa duo baptisma, nã per baptismum flamminis adultis, vsum rationis habentibus, cum voto baptismi aquæ, quo mouetur cor eorum, ad credendum, & diligendum, & pœnitendũ, de peccatis, si decesserit antelauacrum baptismi gratia confertur; actuum Apostolorum, *cap. 1.* ibi: *Vos autem baptizauimini in Spiritu Sancto, & igne Tridentin. sessione 6. capit. 4. & sessione 14. capit. 2. & 4.* ibi: *Etiam flamminis baptismus gratiam confert Cathecumeno Ezechielis, capit. 18. Actuum Apostolorum, dict. capit. 10.* Vbi legimus Cornelium fuisse iustificatum ante-

quam

quam baptizaretur; vt explicat *Diuus Augustinus, in capit. non dubito* 149. *cum duobus sequentibus, de consecrat. distinct.* 4 *capit. firmissimè* 15. *quæst.* 1. *capit. debitum* 4. *de baptismo.* Nec huic sententiæ obstat text. *in cap. Cathecumenum* 37. *de consecratione, distinct.* 4. vbi baptismus flaminis Cathecumeno, non prodest, quia text. ille est intelligendus de Cathecumeno audiente, de quo fit mentio, *in capit. audite* 34. *distinct.* qui non dum erat competens, quia non dum baptismum peteret; aut in voto habere, qui minimè saluaretur, si decederet, absque baptismo aquæ; notat *Turrecremata ibidē*, & quod baptismus sanguinis extet in sacra scriptura, constat ex *Marco, capit.* 10. ibi: *Potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus sum, & baptismo, quo ego baptizor, Lucæ* 12. ibi *Baptismo habeo baptizari*, id est, *sanguine meo*, & certum est huiusmodi baptismum iustificare suscipientem, *capit baptismo* 34 *capit. Cathecumenum* 37. *de consecrat. distinct.* 4. & conferre primā gratiam, ex promissione Christi, *Matthæi, capit.* 10. ibi: *Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor, & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est, Ioannes cap.* 14. tollit ergo martirium omnem culpam, & pœnam; docet *Augustinus, lib.* 13. *de Ciuitate Dei, capit* 7. idem *in capit. cum marte, de celebratione Missarum*, quæ omnia, cum ita vera sint, dicendum videtur plures esse baptismi species non vnum, vt supra indecidendi ratione retulimus, dum asseruimus baptismum, non posse iterari, quia vnum est; ex Apostoli sententia, *ad Ephes.* 4. Sed huic dubio respondendum est, flaminis, & sanguinis baptisma, non propriè, & simpliciter esse baptisma; sed ideo ita appellari, quia vicem Sacramenti baptismi obtinent, & supplent. quando illud re vera, ex defectu aquæ suscipi non potest, *capit. baptismi vicem, de consecrat. distinct.* 4. siquidem desiderium baptismi vbi, non est aquæ copia pro eius facto reputatur, tradit *Sotus in* 4. *distinct.* 3. *quæstion. vnica, artic.* 11. *Valencia, disput.* 4. *quæstion.* 3. *puncto* 4. *Belarminus, lib* 1. *de baptismo, capit.* 6. *Granados* 5. *tom. tractat.* 3. *disputat.* 3. *Ochagauia vbi suprà, quæst.* 17. *Bonacin. disputat.* 2. *de baptismo, quæstion.* 1. *puncto* 1. *numero* 14. Vnde ex dictis apparet quatuor esse differentias inter illa duo baptisma, & nostrum baptismum flaminis, seu aquæ. Prima est, quòd illa duo baptisma, non habent essentiam Sacramenti; siquidem in martirio, non est illa verborum forma, in contritione autem, nec forma verborum, nec signum sensibile externum, vt in baptismo aquæ datur. Secunda est, quod non imprimunt characterem, vt Sacramentum baptismæ aquæ, *Trident. sess.* 7. *de Sacramentis, Canon* 9. Tertia est, quod nec martirium, nec contritio sunt ianua Sacramentū vt baptismus aquæ, *Trident. sess.* 14. *capit.* 1. Nec excludunt necessitatem baptismi aquæ si haberi possit, *dict. capit. Cathecumenum* 37. *de consecrat. distinct.* 4. *capit. fin. de presbytero non baptizato, cap. debitum, hoc tit.* Quarta est, quod contritio, quæ flaminis baptismus nuncupatur potest iterari, etiam ante susceptionem sacræ aquæ non verò fluminis.

9 Septimò, obstabit *Concilium Nicenum primum, Canon* 9. vbi statutum est, quod si quis confugerit, ad Ecclesiam Catholicam, de Paulianistis, & Cathaphrigijs rebaptizandus omnino est; ergo baptizati, ab hæreticis debent rebaptizari. Sed huic dubio respondendū est, ideò prædictos, si ad Ecclesiam Catholicam confugiant verè baptizandos esse, quia Pauliani, & Cathaphrigij non baptizabant in nomine Trinitatis, quia illi Christum Deum non credunt; existimantes ipsum esse purum hominem. Tales enim, si ad Ecclesiam Catholicam veniunt baptizandi sunt; siquidem primum baptisma non fuit validum; vt latè refert *Angelicus Doctor, dict.* 3. *part. quæst.* 66. *art.* 9. vbi plura argumenta refert, quæ adduci possunt aduersus nostri text. decisionem.

10 Octauò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet; quod quando dubium iuris in baptismo existit, veluti quando infans baptizatur, in solo brachio, pede, aut digito, vel quando est baptizatus in nomine Genitoris: Geniti, & procedentis ab vtroque, vel non seruata legitima forma, materia, vel in alio simili iuris dubio in quo contrariæ sunt Doctorum sententiæ; nonnulli asserunt, sub conditione iterum esse baptizandum; alij verò negant, nec dubitant de valore illius baptismi. Obstabit sequens consideratio; scilicet, quod quando quis cognoscit baptismū susceptum positum esse in opinionum varietate, non tenetur notum suscipe-

re, quia homo ex illa Doctorum contrarietate satisfacit suæ conscientiæ sequendo opinionem probabilem, nec tenetur sequi probabiliorum, & sic, nec iterum tenetur suscipere baptismum; notat *Vazquez, disput. 148. cap. 4. numero 28.* Ergo nunquam potest dari casus in dubio iuris, contra id, quod nuper retulimus. Sed huic difficultati satisfaciemus; si quid verius est, vt tradunt *Ægidius de Sacramentis, quæst. 66. artic. 5. numero 104. Ochagauia, dict. quæst. 11. numero 11.* dum asserunt dubitantem, de valore baptismi suscepti teneri, ex charitate, & misericordia sui; iterum sibi sub conditione conferri procurare, & collatum recipere, hoc est saltim in articulo mortis; nam licet operans in alijs rebus suæ satisfaciat conscientiæ sequē do opinionem probabilem; tamen in re tanti momenti, qualis est baptismus, & tantis periculis exposita, tenetur sequi probabiliorem, quia *in l. charitatis*, debet vitare probabile periculum æternæ damnationes quale imminet decedenti sine baptismo, *cap. placuit 111. de consecrat. distinct. 4.* argumento text. *in capit. fin. de presbytero non baptizato*, quo in casu sub conditione supra adducta collatum, non tàm repeti dicitur, quam nouiter conferri, *dict. capit. fin. de presbytero non baptizato*; nam licet text. noster, tàtum loquatur in dubio facti, tamen secundum communem Doctorum sentētiam, etiam debet intelligi in dubio iuris. Siquidem in dubio legitimo, vt suprà diximus, nullum periculum est conferendo baptismum, sub illa conditione; notat *Abbas in præsenti numero 3. Valencia dict. disputat. 4. quæst. 1. puncto 4.* Attamen, quando dubitatio de baptismo, nulla probabile ratione, aut Doctorum sententia nititur, cauendum est à reiteratione, etiam sub conditione, veluti cum dubium excitatur ex eo, quod sanctificata non fuit aqua, *capit. si nō sanctificatur 72 de consecrat. distinct. 4.* vel ex defectu latinitatis ministri, si dixerit in nomine Patria, & Filia, & Spiritus Sancta, *capit. retulerunt 83. de consecrat. dist. 4.* vel si fuisset hæreticus, dum tamen in forma Ecclesiæ, & cum intentione baptizaret, *capit. siuè hæreticus 51. de consecratione. distinct. 4. capit. is qui 51. & 97. quæstion. 1. capit. si quem 40. 24. quæst. 1. Ochagauia, dict. quæst. 11. numero 11.* Nec his obstat, text. *in capit. si quis per ignorantiam 59. 1. quæstion. 1.* de cuius intellectu postea agemus, *in capit. debitum 4. hoc tit.*

11 Nonò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet, pœnas statutas esse, tàm aduersus rebaptizatos, quàm aduersus rebaptizantes, etiā sub conditione, si debita, & necessaria inquisitio non fuerit facta, cum grauissimum sacrilegij crimen committant, *Apostolorum Canō 46. capit. quamuis 117. cum sequentibus. de consecratione, distinctione 4.* propter iniuriam, & irreuerentiam, quæ fit Sacramento, *capit. Sacramenta 34. capit. quod quidam 97. capit. obstenditur 32. de consecratione, distinct. 4. Catheciſmus Romanus Pij V. de baptismo, capit. 2. §. 43.* Ratio est, quia tunc, qui Christiani nomen retinent malè, de baptismo, quod fidei Sacramentum est sentire præsumuntur, *capit fin. de presbytero non baptizato*, quod sanè crimen ex legibus pœna mortis plectitur, *l. 2. Cod. ne Sacramentum baptismi iteretur, l. 6. de hæreticis, in Cod. Theodosiano*; iure autem Pontificio rebaptizans; ita punitur, vt si Episcopus, vel alias presbyter sit deponatur, *capit. eos 118. de consecratione, distinct 4. capit. fin. de baptismo*; vbi etiam excommunicatur, & ab omni officio, & beneficio priuatur, *capit. 2. de Apostatis*, rebaptizatus autem, si laicus est nūquam permittitur, ad Clericatus gradum ascendere, *capit. confirmandum 65. in fine, 50. distinctione, capit. qui in qualibet 10. 1. quæstion. 7.* si vero Clericus est, deponitur, & ad superiores ordines nequit ascendere, *capit. fin. 51. distinct. dict. capit. eos 118. de consecratione, distinct. 4. l. 1. in Cod. Theodosiano*, nec Sacramentū baptismi iteretur, *l. 9. tit. 4. partit. 1.* sed in hoc pœna irregularitatis, tantū multantur hi, qui culpabiliter rebaptizant, & rebaptizantur; alij vero vero veluti parentes, compatres, & cæteri simpliciter cooperantes, ad baptismum non iucurrunt, hanc pœnam iuxta text. *in cap. 2. de Apostatis, & reiterantibus baptisma.* Vbi tantum pœna illa imponitur acolito publicè, ex officio ministrante, & constat expressè, ex eius integra. Ergo pœna illa irregularitatis non debet extendi ad alios, argumento text. *in capit. hodie, de regulis iuris, lib. 6.* notat *Suarez, de Sacramentis, disputatione 31. sectione 6.* Vndè infertur, quod si infans ante vsum rationis rebaptizatur, non

sit

sit irregularis, quia culpa caret, quæ ad huiusmodi pœnam incurrendam necessaria est, *dict. capit. fin. 50. distinctione, capit. quiuis 117. de consecratione, distinctione 4. capit. placuit cum sequentibus, 1. quæstion. 4.* obstabit text. *in capit. qui in qualibet 10. 1. quæstion. 1.* vbi Summus Pontifex docet eum, qui in qualibet ætate rebaptizatus est, ad Ecclesiasticam militiam, vel Clericatus gradum, non esse permittendum ascendere; in cuius text. difficultate, omissis varijs solutionibus traditis *à Doctoribus, & Turrecremata, in dict. capit placuit 1. quæstion. 4.* verissimè, & breuissimè dicendum est, verba illa, *in dict. capit. qui in qualibet ætate*, intelligenda esse de adulta, atque discreta ætate, in qua hominum ratione vti potest, non verò de infantili, & vsu rationis aliena; vt sentit *Maiolus, de irregularitate, lib. 5. cap. 48. in principio, Suarez vbi suprà.*

12 Decimò, aduersus ea, quæ nuper diximus, nempe culpam necessariam esse, ad incurrendam irregularitatem, & sic ignorantiam escusare baptizantem, ac proinde pœnitere non teneri, obstabit text. difficilis *in capit. qui vis ignoranter 117. in principio, de consecratione, distinctione 4.* vbi quibus ignoranter baptizati sunt non indigent pro eo penitere, nisi quod secundum Canones ordinari non possunt; ex cuius decisione constat rebaptizatum, aut rebaptizantes ex iusta ignorantia irregularitatem incurrere, ac proinde ordinari non posse. In cuius text. difficultate, vt nonnulli Doctores ab ea si liberint, asserunt text. illum carere authoritate Canonica, cum non sit alicuius Romani Pontificis; nec Concilij generalis, quod haberet auctoritatem legis condende, sed cuiusdam Theodori Archiepiscopi Canturiensis in suo opere pœnitentiali, qui non potuit introducere aliquam irregularitatem, vbi a iure imposita non erat, etiam casu, quo quis rationem haberet, dummodo in reiteratione baptismi ignarus existeret; notat *Suarez, dict. disputation. 31. sectione 6. Bonacin. de censuris, tract. 7. disput. 7. quæst. 5. puncto 3. numero 3.* quæ omnes refert, & sequitur *Barbosa, in Collectaneis*, ad text. *in dict capit. quivis 117. de consecratione, distinctione 4. Bernardus in praxi, capit. 25. littera C.* Alij verò asserunt, text. illum, esse intelligendum de eo, qui culpabili supina, & crasa ignorantia rebaptizatus est; vnde text. ille rectè affirmat, non esse eum, ad ordines promouendum. Nec huic solutioni obstant priora illius text. verba, ibi: *Non indiget pro eo pœnitere*, quia intelligenda sunt, de publica pœnitentia, id est, non erit efficiendus, illa pœna, qua affueretur is qui scienter rebaptizatus esset; notat *Couarruuias, in Clementina si furiosus, de homicidio, in principio, numero 8.* erit tamen magnopere animaduertendum, quod licet, de iure rebaptizatus iusta ignorantia, absque vlla dispensatione, ad sacros ordines promoueri possit, illam tamen, ad maiorem cautelam debebit, ab Episcopo obtinere; notat *Barbos. ibidem, numero fin.*

Ad textum in capit. maiores 3. huius tit. de Baptismo, & eius effectu.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum baptismi, vtiliter confertur paruulis licet non credant, nec intelligant, & remittitur peccatum originale.*

2 *Originale peccatum, licet sit ortum, per Adam, tamen per Christi baptismum fuit solutum.*

Omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur.

Peccatum est duplex originale, & actuale. Primum, sine consensu contrahitur. Secundum, cum eo committitur.

3 *Matthæi, capit. vltimo, Marci capit. vltimo, ibi, qui crediderit, & baptizatus fuerit.*

Paulus ad Romanos, capit. 10. vers. Corde creditur, ad iustitiam ore confessio fit ad salutem.

Capit. mater 139. de consecratione, distinctione 4. cum cap. detrahe 54. 1. quæst. 1.

4 *Peccauerunt omnes in Adam, Concilium Trident. de peccato originali, sess. 5. cap. 2.*

Peccatum, ex voluntate procedit, & libero mentis arbitrio committitur, capit. 1. quæstion. 1.

5 *Sapientiæ, capit. 10. vers. Eduxit illum à delicto.*

Cap.

6 *Capit. quod autem 5. de consecratione, distinct. 4.*

Originale peccatum in l. naturæ multis modis remittitur, sed in l. gratiæ, sub baptismo aufertur.

7 *Capit. 2. & 3. de presbytero non baptizato.*

8 *Capit. Cathecumenum 37. de consecrat. distinct. 4.*

9 *Baptismus est necessarius de necessitate medij, ad salutem, & qui in Eucharistiæ Sacramento.*

Ioannes cap. 6. nisi manducaueritis carnem filij hominis.

10 *Cap. firmissimè 3. in principio, de consecrat. dist. 4.*

Peccatum originale, an conceptionis, vel natiuitatis tempore contrahatur.

11 *Pœna debet esse proportionata culpæ.*

Capit. firmissimè 3. de consecratione, distinctione 4.

12 *Baptismus tollit peccatum actuale, & originale.*

13 *Capit. nemo 141. de consecratione, distinctione 4. vers. Tollit autem, cum capit. omnis qui 96. de consecratione, distinctione 4.*

14 *Baptismus licet tollat peccata, non tamen tollit fomitem, seu concupicentiam, ad peccandum.*

15 *Capit. omnis qui 96. de consecratione, distinct. 4.*

16 *Baptismus tollit omnem pœnam diuinam, non vero humanam.*

Capit. quod autem 7. 32. quæst. 1.

17 *Si quis viduam 3. vers. Similiter 50. distinctione.*

18 *Baptisma, quando dormienti, vel furioso possit conferri.*

19 *Baptismus metu colatus, an valeat, capit. maiores 3. §. fin. de baptismo.*

20 *Vis absoluta, & conditionalis inter se differant.*

21 *Matrimonium, per metum cadentem inconstantem virum contractum, nullum est.*

1 CONCLVSIO. Sacramentum Baptismi vtiliter confertur paruulis, licet non credant, nec intelligant, & remittitur peccatum originale, comprobat text. *in capit. 1. capit. per baptismum 2. capit. firmissimè 3. capit. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. capit. paruli 138. cap. nemo 141. capit. quis autem 144. cum alijs, de consecratione, distinct. 4. capit. 3. 15. quæstion. 1. capit. ad limina 7. 30. quæstion. 1. Tridentin. sess. 5. de peccato originali, capit. 4. & sess. 7. de baptismo, capit. 13. & Canon 5. & sess. 6. capit. 6. & Canone 10. cum sequentibus*; Exornant Cardoso in praxi iudicum, verbo *Baptismus*, *numero* 24. *Bibaldus in candelabro aureo, de baptismo, capit. 5. numero 7. Suarez, tom. 3. disputat. 28. sectione 1. Belarminus lib. 1. de baptismo, capit. 8 & 9. Sotus in 4. distinctione 5. quæstione vnica, artic. 9. & distinct. 6. quæstione 1. artic. 6. Valencia, disputatione 4. quæstion. 3. puncto 1. Vazquez, disputat. 154. capit. 1. & 2. Enriquez in summa, lib. 1. capit. 17. §. 5. littera H. & I. & lib. 2. capit. 15. §. 2. littera D. Ægidius de Sacramentis, quæstion. 68. artic 9. numero 52. Diuus Thomas, 3. part. quæstion. 8. artic. 9. & quæst. 69. artic. 8. Antoninus, lib. 5. institut. maiorum, tit. 2. numero 96. Açor institutionum Moralium, part. 1. lib. 4. capit. 25. quæstion. 2. Bonacina de Sacramentis, disputation. 2. quæstion. 2. puncto 6. numero 1. Valencia, tom. 4. disputation. 4. puncto 1. cum traditis à Barbos. in Collectaneis, ad nostrum text. numero 3. vsque ad 8.*

2 Ratio, quare Sacramentum Baptismi, vtiliter confertur paruulis, licet non credant, nec intelligant, & remittitur eis peccatum originale, ea est, quia sicut refert *Apostolus, ad Romanos, capit. 5. si vnius delicto mors regnauit per vnum, scilicet per Adam, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum.* Pueri autem, ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt, quod patet ex eo, quia sunt mortalitati subiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertransit, vt Apostolus ibidem dicit; vndè multo magis pueri possunt, per Christum gratiam accipere, vt regnent in vita æterna, *Ioannes, capit. 3. ibi: Nisi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei*; ideò necesse fuit pueros baptizare; vt sicut per Adam damnationem incurrerunt nascendo; ita per Christum salutem consequantur renascendo. Fuit etiam conueniens pueros baptizari, vt à pueritia nutriti in his quæ sunt Christianæ vitæ firmius in ea perseuerent, *Prouerbiorum 22. ibi: Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedit*; vt in text. nostro, & origi-

ginale peccatum parvulis, etiam si non consentiant, remittitur, actuale verò maioribus, non remittitur, nisi eis consentientibus in Baptismo. Ratio est, quia omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *l. omnis res, ff. de regulis iuris*, quoniam peccatum est duplex originale; scilicet, & actuale, originale est, quòd absque consensu contrahitur, actuale, quod committitur, cum consensu; vt in text. nostro, *& in capit. non ex quo, de consecratione, distinctione* 4. Ideò originale, quod sine consensu contrahitur, etiam ex vi Baptismi, sine consensu remittitur; actuale vero, quòd consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur; vt in text. nostro, *& in capit. regenerante, de consecration distinct.* 4. Merito licet in Baptismo dimittatur originale peccatum parvulis, qui consentire non possunt, in adultis tamen dementibus, vel dormientibus, qui non consentiunt Baptismo, non dimittitur actuale, nec originale. Si verò ante dementiam, vel dormitionem, baptizari volebant, si in eo baptizentur characterem recipiunt, alias minimè. Ratio est, quia tales præsumuntur per durare in eodem proposito ante dementiam, vel dormitionem; voluntas enim semel habita, & expressa, semper eadem præsumitur durare, nisi mutata probetur, *capit.* 1. *de his quæ vi*, quia tunc characterem Sacramentalem imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem; meritò si amentes, vel dormientes antea in contradictione persisterint, cum intelligatur propositum contradictionis per durare, si fuerint sic immersi characterem Sacramenti non suscipiunt; siquidem invitus, ad fidem nemo compellitur, *capit. de iudæcis* 45. *distinctione.* Secùs tamen, si prius Cathecumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi; vnde tales in necessitatis articulo, consueuit Ecclesia baptizare; vt in text. nostro, *& in capit. quæris, de consecratione, distinct.* 4. coactè verò causatiuè suscipiunt, hoc Sacramentum, quia taliter coacti conditionaliter volunt, licet absolutè non velint, vt in præsenti, *& in capit. sacris, de his quæ vi*, voluntas enim coacta voluntas est, *capit. meritò, cum vulgatis* 15. *quæstion.* 1. Ideò causatiuè coactus in Baptismo characterem suscipit Christianitatis, & ipse tanquam conditionaliter volens luet absolutè non velit cogendus est, ad obseruantiam fidei Christianæ, ex rationibus traditis à *Diuo Thom.* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8.

3 Primò, hanc Catholicam doctrinam impugnare conantur, nonnulli hæretici, qui inter alia obijciunt Matthæi authoritatem, *capit. vltimo, Marci, capit. vltimo*, versiculo *Qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit*, nam cum prius dicatur, quod procedantur in fide, & quod illam habeant, qui baptizandi sunt; inferunt hæretici, quod cum parvuli ante vsum rationis, eam non credant, nec fidem habere possint, non esse capaces Baptismi; sed respondendum est præcitta Euangelica testimonia intelligenda esse de adultis, non verò de parvulis ante vsum rationis, qui non possunt credere; vt docet text. noster *in* § 1. *prope finem*. Christus enim, *in dict. capit. vltimo*, Matthæi docuit Apostolos ordinem, quem seruarent in conuersione gentilium adultorum; scilicet, vt prius instruerent eos in fide. Secundo baptizarent. Tertio docerent seruare præcepta Dei, qui quidem ordo in parvulis seruari non valet propter incapacitatem doctrinæ; ita *post. Diu. Thomam, Sotum, & alios vbi suprà*; obseruat *Belarmin. in dict. cap.* 9. *ad secundum*. Nec obstabit, quod Baptismus, cum in Sacramentum fidei in suscipiente, vt ait *Paulus ad Roman. cap.* 10. *Corde creditur, ad iustitiam ore confessio fit ad salutem*, videbatur parvulos, qui nec fidem habēt, nec corde credunt, nec ore confitentur non esse baptizandos, vt potè non capaces Baptismi, quia respondēdum est fidem propriam in adultis desiderari, in paruulis autem sufficere fidem alienam nempe Christi, & Ecclesiæ, & susceptionem sacræ fidei; vt docet *D. August. lib.* 1. *de meritis, & remissionibus peccatorum, cap.* 15. cuius verba extant, *in cap. mater* 139. *de consecrat. dist.* 4. facit etiam text. *in cap. in Ecclesia* 130. *cap. nulla* 142. *de cō secrat. dist.* 4. *cap. nihil est* 72. *eadem distinctione, Trident sess* 7. *Can.* 13. text. optimus, *in cap. filius Dei*, vers. *Parvuli, de cō secrat. distinct.* 4. Nec prædictis obstabit authoritas eiusdem, *Diu. August. relata, in cap. detrahe* 54. vers. *Non quia dicitur, sed quia creditur* 1. *quæst.* 1. quia omissa interpretat. quam refert *Turrecremata* ibi-

ibidem; verius est dicendum, mentem *Diui Augustini*, in verbis istis esse virtutem verborum Baptismo in parvulis, non ex eo solum, quod consistat in sono verborum, & externa Syllabarum prolatione, sed in virtute spirituali procedente, ab Spiritu Sancto, per invocationem Trinitatis, quæ sola fide percipitur, *capit. per aquam 9. capit. Baptismus 26. de consecratione, distinctione 4.* Reliquas dubitandi rationes, quoad hanc partem videre opportet, ex his quæ retulit *Diuus Thomas locis suprà citatis.*

4 Secundò, aduersus hanc nostri text. *Sententiam asserentem omnes homines in Adam peccâsse*, hoc est posteros omnes peccatum originale comprehendisse, *Trident in. de peccato originale, sessione 5. capit. 2. Paulus ad Romanos, capit 5.* ibi: *In quo omnes peccauerunt*, & sic necessarium esse Baptismum, ad expurgandum peccatum, ex necessitate naturæ contractum; vt in text. nostro, & iuribus suprà adductis, eam etiam impugnare videntur hæretici post Pelagium, & sequaces existimantes originale peccatum, non posse aliquo modo in posteros Adæ traduci, & sic consequenter asserunt Baptismum, ad eius expiationem necessarium non esse. Antecedens probatur, ex illorum hæreticorum rationibus. Primò, quia repugnat peccati conditio; nam peccatum, ex voluntate procedit, & libero mentis arbitrio committitur, *capit. 1. 15. quæst. 1.* Posteriores autem Adæ voluntatem ad peccatum non præstiterunt, cum tempore prævaricationis non fuissent progeniti. Vndè constat, quod nec mandatum dederunt, nec ratum habuerunt deinde, quia filijs non imputatur peccatũ parentum, præcipuè in damno spirituali, *Ezechiel. cap. 19. cap. nõ imputatur 10. 1. quæstion. 4. capit. 1. 24. quæstion. 3.* nam sicut culpa personalis est; ita suos debet tenere authores, *l. Sancimus, Cod. de pœnis*; ne aliàs alterius odio quis grauetur contra regulam, text. in *capit. vnico, de iniurijs, lib 6.* Ergo, non possunt eo peccato puniri. Pro cuius dubij solutione sciendum est, qualiter ob peccatum originale, ex necessitate naturæ contractum in posteros deriuetur, & primo animaduertendum est Adamum fuisse a Deo creatum donis naturalibus perfectissimum, & posteà a Domino nostro accepisse originalem iustitiam, hoc est sanctitatis gratiam Dei, *Ecclesiastici. capit. 7.* ibi: *Fecit Deus hominem rectum.* Rectus enim in scriptura significat, idem quod iustus, Iob. *capit. 1. Tridentin. Concilium, sectione 5. de peccato originali, capit. 1.* ibi: *Sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat*; quæ verba denotant iustum Adamum factum fuisse in quo statu permansit, quandiù, per prævaricationem, & transgressionem præcepti, ne de ligno vitæ comederet, eam amisit, & iram, atque indignationem Dei præmeruit, quo facto commissum fuit peccatum, quod originale dicitur, fuit quæ superviæ, non verò infidelitatis, vt malè hæretici existimarunt. Notat *Vazquez*, *ad primam partem Diui Thomæ, disputat. 130. capit 8. numero 34. & 36. Diuus Thomas 2. 2. quæst. 103.* itaque tota essentia peccati originalis in nulla alia re consistit, nisi in prima Adæ prævaricatione, per quã Deus iustitiam primordialem, & originalem ipsi, & omnibus obtulit; vt benè explicat *Anselmus, de conceptu virginali, capit. 26.* Secundò sciendum est, hanc gratiam non solum Adæ, sed omnibus posteris fuisse promissam, *Trident in. dict. sessione 5. capit. 2.* dum docet Adam acceptam iustitiam primordialem, tàm sibi, quam posteris perdidisse; nam si omnibus posteris promissa non fuisset, non potuisset amitti a posteris per Adamum, cum priuatio habitum, quæ supponat, *capit. adsoluendum, de sponsatione impuberum*, vt contra Pelagium decissum est, *in Concilio Arausicano 2. Canon 2.* notat *Anselmus, lib. de conceptu Originali, capit. 10. 22. 23. & 27. Diuus Augustinus lib. 1. de Ecclesiasticis dogmatibus, capit. 22.* Tertio, secundum est, hac lege, & conditione gratiam illam fuisse donatam primo parenti; vt eius prævaricatione, non solum sibi, sed etiam posteris præiudicaret; nam sicut alias permissum est donatori, & Principi priuilegium concedenti modum adijcere, & proponere; vt priuilegio non seruato reuocetur, ad libitum, *capit. 4. de conditionibus appositis, l. 1. l. quoties, Cod. de donationibus*; quæ sub modo; ita potuit Deus gratiam elargiri ea conditione; vt vnius peccato intercideret. Tum etiam, quia sicut gratia illa singularis fuit in hoc, quod ex vnius personæ successionis, pro pagine diffundi poterat, cum alias iustitia

pa-

patris filio non proficiat, *capit. si baptizata* 142. versiculo *Et quamuis, de consecratione, distinctione* 4. ita etiam eiusdem peccato amitti potuit; nam ex qua persona lurum capitur, ex ea damnum sentire potest, nam Deus auctor primitiuæ gratiæ, eam largitus est posteris adiecta conditione, ex persona primi parentis, vt deriuari, & perdi possit. Ex quibus hic breuiter prænotatis, iam facilis apparet solutio, ad rationem dubitandi suprà adductam; nam rationes, & iura ibidem relata tantum locum habent in peccatis actualibus, in quibus verum est voluntatem desiderari, quia propria actione, & consensu committuntur; vt constat *ex text. nostro*, versiculo *Verum*, & ideò peccata parentum filijs non nocent, quorum ad ea nulla accessit voluntas, sed in peccato originali aliter obseruatur, quod absque consensu contrahitur, *ex text. nostro*, versiculo *Verum*, & deriuatur in omnes, quia omnis caro, quæ ex Adamo prouenit prima præuaricatione Adæ maculata fuit, iuxta modum suprà expositum; meritò necessarium fuit Sacramentum fidei, hoc est Baptismus, vt amissam gratiam Dei omnes recuperarent, etiam si homines nascantur, ex parentibus baptizatis, & in gratia Dei constitutis, *capit. baptizata* 13. versiculo *Ex quo* 132. *de consecratione, distinctione* 4. *Trident. dict. sessione* 5. *capit.* 5. Quia nullus homo generat filium quatenus fidelis est, sed quatenus homo, & habet substantiam carnis, ex Adamo; ita *Diuus Augustinus, lib.* 2. *de peccatorum meritis, & remissione, capit.* 9. 27. & 28. & *lib.* 2. *de peccato originali, capit.* 40. Vndè ex dictis apparet nullum aliud remedium esse, quo tollatur originalis culpa, nisi Sacramentum Baptismi, *Tridentin. dict. sessione* 5. *capit.* 3. *Ioannes, dict. capit.* 3. ibi: *Nisi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire, &c. Belarminus, tom.* 3. *controuersiarum lib. de Baptismo capit.* 40. *Ochagauia tractatu vnico, de Sacramento Baptismi, cap.* 14.

5 Tertio, huic vltimæ resolutioni obstabit dicere, quod peccatum originale pœnitentia Adæ, expiatum fuit, *Sapientiæ, capit.* 10. ibi: *Edduxit illum à delicto suo*, qui locus tractat de Adamo, vt constat ex principio text. & notat *ibidem Nicolaus de Lira*, & apertè docet pœnitentiam egisse peccati, saluumque factum fuisse; notat *Tertulianus vbi suprà aduersus hæreses, capit.* 52. *Belarminus lib.* 3. *de amissione gratiæ, capit.* 12. & sic quèadmodum Adæ præuaricatio nocuit posteris; ita eius pœnitentia prodesse debuit; ac perconsequens videbatur dicendum Baptismum, non esse medium, simpliciter necessariũ, ad salutem. Cui difficultati respondendum est, peccatum, ex Adamo in posteros tradiui potuisse, & similiter gratiam, si non peccasset, sed illius pœnitentia, proprium tantum peccatum abolitum fuisse, non posterorum. Ratio est, quia hæc lex non fuit à Deo data circa pœnitentiam, & reconciliationem, hoc est, vt alio non prodesset, quam pœnitenti, fuit autem data circa traductionem, & amissionem primitiuæ gratiæ; siquidem ex arbitrio Dei pendet gratiam elargiri, & modum imponere amissioni, & restitutioni, hinc solus Adamus reconciliatur pœnitens; & quod non sit à Deo constitutũ; vt pœnitentia Adæ omnes saluentur licet peccatum noceat *Paulus ad Romanos vbi suprà*, docens vnius debitum, hoc est Adæ, in omnis diffundi, sed vnius gratia non reconciliari, nisi per eam gratiam, quam præmeruit Christus mediator, hinc ergo opportuit eam gratia applicari omnibus, per Sacramentum fidei, hoc est Baptismum, ad id institutum cum quo, absque voluntatibus infantibus dimittitur peccatum originale, vt *in text. nostro*; vers. *Verum*.

6 Quartò, hucusque traditis obstabit dicere, quod etiam sine Baptismo, alijs modis peccatum originale expiatur, & tria proponuntur, *in capit. quod autem* 5. *de consecratione, distinct.* 4. Primum est, quod in lege naturæ parvuli fide sola eorum, à quibus consecrandi ablati erant iustificabantur, *dict. capit. quod autem* 5. ibi: *Vel pro parvulis sola fides, cap.* 7. *eadem, & quod in l. naturæ*, hac fide pueri saluarentur; tenet *Augustinus, lib.* 5. *contra Iulianum, capit.* 9. & *Theologi omnes in* 4. *distinct.* 2. *Suarez, ad* 3. *partem Diui Thomæ, tractat.* 3. *disputation.* 4. *sectione* 2. *Enriquez lib.* 1. *Summæ, cap.* 5. *numero* 4. *littera V.* Secundò iustificabãtur adulti virtute sacrificij, *dict. capit. quod autem*, versiculo *Vel pro maioribus virtute sacrificij*, quod Deo offertur actu externo corde contrito, & humiliato, per quod virtute Religionis Deus honoratur, *Diuus Thomas* 2. 2. *quæstion.*

85. *artic.* 1. *Enriquez, dict. capit.* 4. *numero* 6. Tertiò, per circunciſionem tollitur peccatum originale, *dict. capit. quod autem* 5. verſiculo *Vel pro his qui de Abrahæ ſtirpe prodierunt myſterium circunciſionis, capit. ex quo* 6. *de conſecratione, diſtinctione* 4. *& in text. noſtro*, verſiculo *Sicut erat*, iuncto verſiculo *Quoniam*; cui difficultati reſpondendum eſt multum intereſſe, vtrùm quæramus qualiter originale peccatum dimittatur in lege naturæ, hoc eſt, quæ præceſsit legem ſcriptam; atverò inſpecta lege gratiæ poſt Euangelium publicatum, nam in lege naturæ, & lege ſcripta tribus illis modis; ſcilicet *fidei, ſacrificij, & circunciſionis* remittebatur peccatum, *dict. capit. quod autem* 5. Sed in lege gratiæ poſt generalem baptiſmi publicationem, omnia prædicta iuſtificationis remedia abolita fuerunt, ſolique Baptiſmo, hæc virtus reſeruata eſt, *Ioannes dict. capit.* 3. Vnde conſequens erit hodie, nec ſacrificio, nec circunciſione, nec ſola offerentium fide originale dimitti, quod attinet, ad ſacrificium, quia omnia ſacrificia veteris legis ſimul, cum Sacerdotio extincta ſunt, *Paulus ad Romanos, capit* 7. *capit. translato* 3. *de conſtitutionibus, quoad circunciſionem.* Item quoque dicendum eſt, quia coniungi non poteſt circunciſio, cum Baptiſmo; vt conſtat *ex text. noſtro*, verſiculo *Abſit, & ex Paulo, ad Galathas, capit.* 5. de qua re plura dicemus, *in capit.* 1. *de purification. poſt partum*, nec etiam hodie, ex fide offerentium, abſque applicatione Baptiſmi pueri ſaluari poſſunt, cum deſideretur aplicatio materiæ proximæ, & remotæ; ſiquidem hodie nulla ſalus infantibus datur præter Baptiſmum, *cap. nulla* 142. *de conſecrat. diſt* 4.

7 Quinto, prædictis obſtat text. in *capit.* 2. *&* 3. *de presbytero non baptizato.* Ex quibus colligitur, non minus ſaluari homines Sacramento fidei, quam fide Sacramenti, hoc eſt voto, & deſiderio illius; imò in *capit. debitum* 4. *hoc tit.* deciditur decedentem, cum hac fide Sacramenti, ad patriam cęleſtem euolare, & eodem ſenſu, in *Concilio Tridentino, ſeſsione* 6. *de iuſtificatione, capit.* 4. deciſum eſt in labacro regenerationis, aut eius voto impius iuſtificari, quod etiam in voto Sacramenti Pœnitentiæ locum habet, *Tridentinum ſeſsione* 14. *capit.* 4. verſiculo *Docet.* Ex quibus conſtat, etiam citra Baptiſmum hodie homines poſſe ſaluos fieri. Cui difficultati reſpondendum eſt, veriſsimum quidem eſſe, voto Baptiſmi homines iuſtos fieri ex dictis iuribus; ſed non ideò tamen neceſsitatem Baptiſmi detrahunt; imò eius dignitas, & excelentia magis commendatur, per votum autem Baptiſmi homines ſaluantur, quandiù Baptiſmus reipſa haberi non poteſt, *capit. Apoſtolicam* 2. *huius tit.* & tunc nomen Baptiſmi flamminis retinet, quia ſupplet vicem Baptiſmi, & effectum iuſtificandi operatur, ſicut Baptiſmus aquæ; ita *Diuus Thomas* 3 *part. quæſtion.* 66 *artic.* 11. Nec ideò minus Baptiſmus neceſſarius eſt, ſi poſt veram contritionem, & illius votum haberi poteſt; imò adhuc reſipiſci debet, *capit. veniens* 3. *de presbytero non baptizato.*

8 Sexto, obſtabit ſolutioni ſequens conſideratio; videlicet, quod ea admiſſa, non vnum tantum, ſed plura Baptiſma eſſent, cum Eccleſia doceat vnum tantum, ſed plura baptiſma eſſent, cum Eccleſia doceat vnum tantum baptiſmaſſe, *Clementina vnic. §. Vnica, §. fin. de Summa Trinitate.* Vnde aliud reſultat inconueniens; vt effectus prædictæ vnitatis ſit, quod ſemel tantum Baptiſmus conferendus eſt, omnis autem rebaptizatio interdicta, & ſacrilega eſt, *capit. non licet* 107. *cum ſequentibus, de conſecratione, diſtinct.* 4. Sed ſi Baptiſmus flamminis, cum Baptiſmo aquæ coniungitur vnus, & idem homo ſæpius baptizatus præſumitur. Augetur difficultas, ex text. *in capit. Cathecumenorum* 37. *de conſecratione, diſtinctione* 4. vbi aſſeritur Cathecumenorum, hoc eſt inſtructorum, ad Baptiſmum, & non dum baptizati, non adipiſcere coronam vitæ, quamuis in bonis operibus defuncti ſint, obſtendens planè voto Baptiſmi homines non ſaluari, ad primam difficultatem reſpondendum eſt id, quod dicitur vnum tantum eſſe Baptiſmum, & ſemel non amplius eſſe recipiendum procedere in Baptiſmo, qui eſt Sacramentum, & aquæ elemento conſecratur, non enim inſtituit Chriſtus, niſi vnum baptiſma, & vnicè tantum recipiẽdum propter rationes ſupra traditis, in *capit. de quibus* 2. *hoc tit.* Baptiſmus autem pœnitentiæ, hoc eſt flamminis licet Baptiſmi nomen habeat Sacramentum,

tum non est, sed supplet vicem illius necessitate existente; ita *Diuus Thomas, dict. artic.* 1. & sic consequens est, vt cum Baptismo aquæ eo in casu coniugi valeat citra sacrilegium, aut reiterationem. Nec minus obstat, text. *in dict. capit. Cathecumenum* 37. *de consecratione, distinct.* 4. Quia eius solutio petenda est, ex his quæ suprà retulimus, *in capit.* 2. *huius tit. in* 6. *dubio.* Vbi etiam de Baptismo sanguinis plura retulimus, quæ ad hanc partem adduci poterunt.

9 Septimò, aduersus id, quod suprà retulimus; scilicet, Baptismum esse necessarium necessitate medij, ad salutem; obstabit clausula, *Ioannis. capit.* 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c.* Ex quibus verbis colligitur necessariam, non esse communionem, necessitate medij, sed tantum præcepti, & ideò sine communione re, aut voto susceptà homines per alia Sacramenta saluantur, quando copiam non habent Eucharistiæ, vel ob causam excusantur; ita *Diuus Thomas, 3. part. quæstion.* 30. *artic.* 11. & propterea Ecclesia improbabit consuetudinem Armeniorum, qui cum Baptismo pueris Eucharistiam ministrabant, *Valdensis tom.* 2. *de Sacramentis, capit.* 91. his ergo consequēs est, quod ex clausula, de qua, *Ioannes dict. capit.* 3. ibi: *Nisi qui renatus fuerit, &c.* est inferendum similiter Baptismum non esse necessarium necessitate medij, sed tantum præcepti, sed huic considerationi respondendum est, quod cum hæc duo Sacramenta diuersa sint, obseruanda in vnoquoque, ad traditiones eorum vsuum instituta. ex prædictis autem authoritatibus solum probatur, vtrumque necessarium esse, sed vis huius necessitatis aliter, ab Ecclesia accepta est in Baptimo, aliter in Eucharistia, licet excelentior sit alijs Sacramēntis; tamen quia baptismus desideratur, ad expiandum peccatum necessitate naturæ contractum, Eucharistia verò est Sacramentum viuorum institutum, ad alendam, & nutriendam gratiam Dei; vnde Ecclesia propter Eucharistiæ reuerentiam, ad eam summendam præceptum dat, secundum mentem suprà adductam; at verò in Baptismo, non solum constituit præceptum, sed etiā, vt constituatur tanquam medium simpliciter necessarium, ad salutem; adultis verò vtrumque est necessarium, ad salutem *Diuus Thomas vbi suprà in solutione, ad secundum.*

10 Octauò, aduersus id, quod *Diuus Augustinus refert, in capit. firmissimè* 3. *in principio, de consecratione, distinct.* 4. qui cum dubitaretur, qui nam sint, qui peccato naturæ res intelligantur; an scilicet filij iræ efficiantur, ex quo geniti, & concepti sint homines; an verò, ex quo nati, in prima parte respondit conceptos, & genitos statim subijci legi peccati; obstabunt verba vltima eiusdē, text. vbi dicitur peccatum originale contrahi carnali conceptione, & natiuitate, quia non dicitur generatus, qui nondum natus est. *capit. qui in maternis* 115. *de consecrat. distinct.* 4. Cui difficultati, cum *Archidiacono, in dict. cap. firmissimè*, respondendum est, dupliciter dici nasci hominem. Primò, quando anima infunditur eius corpore, etiam si adhuc in vtero materno sit; nam his, quoad multos iuris effectus pro nato habetur, *l. qui in vtero ff. de statu hominum.* Secundo modo nasci dicitur homo, quando ex vtero prodit, & communi consortio gaudet, quæ acceptio frequentior est. Quo supposito respondendum est, licet, quoad effectum, vt homo baptizari valeat, hæc secunda natiuitas desideretur, quia alias ablui non potest, *dict. capit. qui in maternis, de consecratione, dist.* 4. Tamen, vt contrahat originale peccatum, prior natiuitas sufficit, *dict. capit. firmissimè* 3. *in principio, de consecratione, distinct* 4. Nec interest, quod de eius damno tractetur; nam ideo peccatum contrahit, quia tunc, cum genitus est, iam homo dicitur, anima, & corpore constans; vnde illa vltima verba, *dict. cap. firmissimè*, ibi: *Originalis peccati dānationem carnali conceptione, & natiuitate traxerunt*; ita exponenda sunt, vt in vtraque voce vnum, & idem tempus explicetur, quo contrahitur originale peccatum; videlicet, quando in vtero materno anima infunditur, in quo homo generari, & etiam nasci abusiuè, dicitur secundum ea, quæ suprà retulimus.

11 Nonò, aduersus ea, quæ refert *text. noster*, in vers. *Præterea*; videlicet, pœnam peccati originalis in pueris tantum esse carentiam visionis Dei, hoc est pœnam damni, non verò sensus, pœnam vero peccati actualis esse Cruciatum Gehennæ perpetuæ, hoc est damni,

ni, & ſenſus, quod etiam ratione comprobatur; nam pœna debet eſſe proportionata culpæ. Culpa autem originalis peccati cum ſit contracta, abſque propria actione ſufficit, quod tollat bonum gratiæ, ad quod homo, ex dono Dei admitteretur, ſi peccatum commiſſum nō eſſet, cum non ſit iuſtum, quod aliam pœnam ſenſus inferat, quæ præſcripta eſt propter actiones deordinatas. Notat *Turrecremata, in dict. capit. firmiſsimè 3. de conſecratione, diſtinct. 4.* obſtabit diui Auguſtini auctoritas relata, *in dict. capit. firmiſsimè 3. de conſecrat. diſtinct. 4.* dum aſſerit infantes ſine Baptiſmo in peccato originali decedentes ſempiterno igne puniendos, ſeu deputandos eſſe, ad ſiniſtram in ignem æternum; ex quo deducitur vtraque pœna damni, & ſenſus pueros propter peccatum originale coercere. Sed huic dubio ſcholaſticam doctrinam defendens. Reſpondendum eſt. Primo, *Diuum Auguſtinum, in dict. cap. firmiſsimè*, eſſe intelligendum, ſcilicet, vt pueri in peccato originali decedentes Cruciantur, æterno igne nē pè, vt carcere tantum, non verò, vt inſtrumēto ad pœnam ſenſus; ita Hugo, & Archidiaconus, *in dict. capit. firmiſsimè*, vel aliter dici poteſt; quod verba illa: *Diui Auguſtini, & aliorum patrum, tractantium de peccato originali: Cruciatus, tormentum, ignis, gehennæ*, & alia ſimilia large accipiantur, & pro illis explicatur genus pœnæ nō ſpecies; ita vt ſenſus ſit; ſcilicet, pœna magna peccatum originale puniri licèt pœna tantum ſit damni, non ſenſus, ſed *Diu. Auguſtin.* illo ſpeciali nomine ignis vtitur, ad ſignificandam pœnam ſenſus, vt ſic, reddat deteſtabilem doctrinam Pelagij exiſtimantis originale peccatum in pueros non deriuari; vt obſeruat *Diuus Auguſtinus, lib. vnico, de peccato originali cōtra Pelagium, Caſtro, de hæreſibus*, verbo *Baptiſmus, hæreſi 1. Belarminus, tom. 4. lib. 4. de peccato originali, capit. 2.* qua etiam interpretatione explicandus eſt *Diuus Gregorius, lib 9. Moralium, capit. 10.* & idem *Diuus Auguſtin. ſermone 14. de verbis Apoſtoli, & lib. 5. contra Iulianum, cap. 8.* vt refert, & ſequitur eruditiſsimus *Præceptor meus Doctor D. Martynus de Bonilla, Supremi Senatus Philippi IIII. Senator.* nunc verò digniſsimus Abulenſis antiſtes in commentarijs, quos fecit in hac noſtra Salmantina, & inclita Vniuerſitate, *in capit. 1. de conſecratione, diſtinct. 4. numero 17.* videndus *Sotus, lib. 1. de natura & gratia, cap. 9. num. 4. diſputat. 45. quæſt. 1. art. 2. §. In contrarium, Belarm. in. tom. 4. lib. 6. de amiſsione gratiæ, & de ſtatu peccati, cap. 2. Enriquez, lib. 15. Summæ, capit. 25. num. 2. littera Q. & R. Vazquez, dict. diſput. 134. cap. 3.*

12 Decimo, aduerſus ea, quæ in præſenti notant omnes, & refert *Diuus Auguſtinus, in cap. nemo 141.* verſ. *Tollit autem, de conſecratione, diſtinct. 4.* ex quo conſtat, per Baptiſmum tolli, non tantum peccatum originale, ſed etiā actuale veniale, ſeu læthale antea cōmiſſum, quod etiam docet text. *in capit. 2. capit. quod autem 5. cap. 8. cap. quisquis 137. capit. a parvulo 134.* cum alijs, *de conſecratione, diſtinct. 4. Trident ſeſſ. 14. capit. 1. & ſeſſ. 7. can. 5.* obſtabit dicere, quod Baptiſmus inſtitutus eſt, ad regenerandos homines, vt vitium, quod traxerūt, ex prima carnali natiuitate, per ſecundam originalem generationem aboleatur; vt conſtat *ex cap. 1. de conſecr. diſtinct. 4.* ſed per generationem carnalem homo contrahit ſolum originale peccatum, *dict. cap. firmiſsimè, de conſecrat. diſtinct. 4.* Ergo, per Baptiſmum ſoluitur ſolum originale, non actuale peccatum præcipuè, cum æquiparentur circunciſsio, & Baptiſmus in eo, quod inſtituta ſint, ad tollendum originale peccatum. *capit. ex quo, de conſecrat. diſtinct. 4.* Sed huic dubio reſpondendum eſt, iura ſupra in argumento adducta, dum docent tolli peccatum originale virtuti Baptiſmi, non tamen negare poſſe, etiam alia, actualia dimitti, ſi ea antea commiſerit baptizandus, ſed ſpecialibus tribuitur, hic effectus Baptiſmo, quia in omnibus hominibus, hic effectus operatur; quod autem actualia, etiam tollat cōmune omnibus non eſt, ſed illis tantùm, qui ea ante Baptiſmum commiſerunt. Nec implicat, quod generante carne tantūmodo contrahatur peccatum originale. *capit. regenerante 136. de conſecrat. diſtinct. 4.* quia donum Chriſti in Baptiſmo tributū abundantius multò eſt peccato Adæ, *Apoſtol. ad Roman. dict. capit. 5.* Deinde, quia abſurdum, & imperfectum foret, quòd peccato originali dimiſſo, alia indimiſa relinquerentur, quod impoſsibile, aut incompatibile apud Deum reputatur; vt conſtat ex text. noſtro, *§. Sed adhuc quæritur.*

Vn-

13 Vndecimo, aduersus ea, quæ Diuus Augustinus refert *in dict. capit. nemo* 141. *de consecrat. distinct.* 4. dum asserit Baptismum robur præstare, & auxilia specialia, ne vltra committantur peccata; obstabit dicere; nam aut Baptismus facit homines impeccabiles, & hoc est hæretica assertio, *Trident. sess.* 7. *de Baptismo, Can.* 6. *Belarminus, de Baptismo, capit.* 14. aut tex. ille significat, quod Baptismus tollat fomitem ad peccandum, qui ex concupiscentia proficiscitur, & hoc similiter falsum est, quia per Baptismum non tollitur concupiscentia, nec inclinatio ad peccandum, *cap. per Baptismum* 2. versic. *Euacuatur, capit. non ex eo* 146. *de consecrat. distinct.* 4. ergo secunda text. pars, *in dict. cap. nemo* 141. *de consecrat. distinct.* 4. sustineri non potest. Sed huic difficultati respondendũ est, quod quamuis Sacramentum Baptismi, non faciat homines impeccabiles, nec tollat fomitem, seu concupiscentiam ad peccandum; tamen tollit peccata omnia commissa, & infundit gratiam, ne iterum committantur, hoc est tribuit specialem fortitudinem, & virtutem ad reprimendum fomitem, & superandas tẽtationes, & ad adimplenda meritoriè diuina mandata, vt docet *Gloss. Ordinaria, super illud ad Romanos. cap.* 6. ibi: *Si post Baptismum vixerit homo, in carne habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet, Diuus Thomas* 3. *part. quæst.* 69. *artic.* 5. *ad vltimum*, & hoc modo est intelligendus, *Diuus Augustinus in dict. cap. nemo* 141. dum docet Baptismum adiuuare homines, nè peccata committant, vt exponit *Turrecrem. ibidem.*

14 Duodecimò, aduersus ea, quæ docet idem *Diuus Augustinus in dict. cap. nemo* 141. *de consecrat. distinct.* 4. dum docet Baptismum gloriam traducere; ita vt alia satisfactione opus non sit; obstabit dicere, quòd ipsemet Ecclesiasticus Doctor tradit, *in cap. omnis qui* 96. *de cõsecratione, distinct.* 4. dum asserit adultos, non nisi pœnitentia adhibita, Baptismũ suscipere, cui conuenit, *Diuus Hieronymus in cap quod absit* 98. *cap. Christianis, cap. non potest* 4. *cap. Baptizandi* 60. *de cõsecratione, distinct.* 4. dum asserit, quòd baptizãdi, ieiunijs, orationibus, & alijs officijs pœnalibus, & satisfactorijs præparentur: ergo aliqua pœnalis satisfactio, vltra Baptismum desideratur. Verum huic dubio respondendum est, verissimum esse per Baptismum, adeò omnia plenariè peccata dimitti, vt omnis culpa, omnisque pœna aboleatur, vt satisfactione aliqua opus non sit, *cap. nullus fin.* versic. *Tunc enim, de pœnitentia, distinct.* 7. *cap. per Baptismum* 2. *in fine, de cõsecratione, distinct.* 4. *Trident. sess.* 14. *cap.* 1. *& 2. & Canon.* 1. Nec contrarium probant authoritates Augustini, Gregorij, & Chrysostomi suprà adductæ, nã quod ibi scribunt de pœnitentia in Baptismo requirenda; ita intelligendũ est, de pœnitentia interiori, id est, pœnitudine, dolere, & detestatione peccatorũ, quæ præcedere debent Baptismum, cum nequeat quisquã nouam vitam inchoare, nisi pœniteat veteris, *dict. cap. omnis* 96. *de consecrat. distinct.* 4. non autem de pœnitentia exteriori, iuxta text. ita intelligendum, *in dict. cap. fine pœnitentia* 99. *de consecrat. distinct.* 4. quod verò dicitur, *in dict. cap. Baptizandi* 60. *de consecrat. dist.* 4. scilicèt, de ieiunijs, & alijs officijs pœnalibus, accipiendum est de illis Catechuminis, qui ante Baptismum ad eum pro maiori dispositione suscipiendum, & erga Deum amore peccata sua efficacius detestentur, vt sic etiam maiorem fructum ex Sacramento recipiant; notat *Vazquez tom.* 2. *disput.* 156. *num.* 42. vndè fluxit Ecclesiæ cõsuetudo, vt nulla imponatur pœnitentia baptizatis ad opera satisfactoria facienda, *Sotus in* 4. *distinct.* 5. *quæst. vnica, artic.* 5. siquidem per Baptismum sit illis culpa, & pœna remissa.

15 Decimotertiò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes; videlicèt, omnem culpam, & pœnam tolli per Baptismum, hoc est diuinam, quæ priuat visionem Dei, & ingressum Regni cœlorum, non verò pœnam constitutam humana potestate, nam iste regulariter nõ tolluntur per Baptismum, quamuis enim peccata sint coram Deo remissa; tamen homo potest obligatus manere coram hominibus ad pœnam humanã, cum distincta sit ratio huius pœnæ, & illius, quippè Baptismus solùm est institutus ad tollendam culpam, & pœnam cõram Deo, non tamen coram hominibus; notat *Diuus Thomas dict. quæst.* 69. *art.* 2. *ad tertium, Suar. & omnes ibidem.* Ratio est, quia alias homines occasionẽ sumerent multiplicandi peccata ante Baptismum, si scirent nullum eis super

esse

esse humanum supplicium; vnde, qui ante Baptismū fuit reus homicidij, furti, vel alterius criminis, non exinde eximitur in foro exteriori à pœna corporali, notat *Gloss. in cap. admonere*, verb. *Pœnitentia* 3. *quæst.* 2. tametsi Christianus Princeps, reo sponte petenti Baptismū, soleat pœnam condemnare, aut ordinariam minuere, *Tiraquel. de pœnis temperandis, capit.* 25. *num.* 6. *Granados tom.* 5. *controu.* 4. *tract.* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. *num.* 25. Obstabit text. *in capit. quod autem* 7. 32. *quæst.* 1. Ex quo colligitur per Baptismū tolli humanam pœnam positam adultero, & similiter per pœnitentiam: ergo multo fortius per Baptismum. Sed huic dubio respondendum est, non omnem pœnam adultero impositam aboleri per Baptismum, aut pœnitentiam, sed tantum specialem quādam pœnam, de qua in illo text. agitur, quippè inter pœnas adulterij fœminis inditas illa, vtique recensetur, quod non solum repudiari valeat à marito, *Matth. cap.* 19. ibi: *Quicūque dimiserit vxorem, &c.* Sed quòd dimittit debeat, aliàs tribus annis maritus pœnitentiam agere teneatur suum vxore adultera se commiscuerit, *cap. si quis vxorem* 4. 32. *quæst.* 1. *cap.* 1. *eadem causa, & quæst. cap. si vir, de adulterijs*, *Thomas Sanchez lib.* 10. *de matrimonio, disput.* 13. cum autem mulier, quæ post adulterium baptizata est, & pœnitentiam egit, aliena sit a suspitione turpitudinis, & rursus maritus, non videatur patronus criminis, & Diuina miseratione per Sacramētum Baptismi, aut Pœnitentiæ iam deletum sit; meritò hæc pœna, quoad Deū remissa censeri debet, vt idem tex. ait in finalibus verbis; notat *Thomas Sanchez vbi suprà, gloss. fin. in cap. gaudemus, de diuortijs, & in cap. admonere*, verbo *Pœnitentia* 33. *quæst* 2. atque ita in alijs criminibus, & pœnis superior resolutio seruanda est; scilicet, quòd non remittatur per Baptismum.

16 Decimoquartò, prædictis obstabit text. *in cap. si quis viduam* 8. versic. *Similiter* 50. *distinct* vbi delictum homicidij; ita dæmum causat irregularitatē Canonica lege statutam. Si commissum fuerit post Baptismum facit, etiam text. *in cap. si quis post acceptum* 51. *distinctione*; vbi si quis post acceptum Baptismum militauerit, & ad fideles necandos cingulum sumpserit, ad Diaconatum admitti non debet, consideratio est; ergo si ante Baptismum commissum fuerit homicidium irregularitate non punitur. Augetur difficultas ex eo, quòd nec Sacrorum Ordinum susceptioni, ob est bigamia, ex matrimonio ante Baptismū celebrato, *cap.* 1. 26. *distinct.* nec reputādum est bigamus, qui ante Baptismum vnam habuit vxorem, & post Baptismū aliam, *cap. non oportet* 1. 28. *quæst.* 3. Sed huic dubio respondendum est, verisimum esse in specie illorum iurium, & similium ob delictum commissum ante Baptismum, quemquā non manere irregularem post eius susceptionē, sed exinde non sequitur delinquentem liberari à pœnis humanarum legum per Baptismum, cum eas (vt suprà diximus) digne patiatur, & maxime, quia irregularitas non est primo, & per se in pœnam introducta, sed in reuerentiam Ecclesiasticorum ordinum, eorumque Religiosam functionem, nam impedimentum irregularitatis, quandoque potest incurri sine culpa, licèt non sine causa, *Suarez dicta disput.* 4. *sect.* 3. *num.* 1. reliqua, quæ ad hanc partem expectat videre oportet, ex hic quæ tradunt Doctores omnes *in cap. si quis viduam* 8. 50. *distinct.* & de quæst. illa, an filius infidelis inuito patre baptizari possit, & pro interpretatione ad text. *in cap. vltimo* 23. *quæst.* 4. *cap. Iudæorum* 11. 23. *quæst.* 1. videndus est, *Diuus Thomas dict. quæst.* 68. *art.* 10. *Cenedus in collectaneis ad Decretales, collectan.* 59. *num.* 3. *Stephanus Gratianus* 4. *tom. disceptationum, capit.* 658. *Zabarela in commentarijs, ad nostrum textum*, vbi plura refert.

17 Decimoquintò, aduersus ea, quę refert text. noster *in §. fin.* dū asserit validum esse Baptismum collatum dormiēti, qui illum ante somnū petierat, quod idem dicendum est de furioso, qui ante amētiam, vel dum haberet lucida intervala petierat Baptismum, *Diuus Thom. vbi suprà, quæst.* 68. *art.* 12. Obstabit dicere, quod quamuis dormiens voluerit ante ministrare Baptismum, si tamen posteà in amentia, vel somno administret, Baptismus nō valet: *ita Diuus Thomas vbi suprà*: ergo nec valebit, si quis in amentia, vel somno Baptismum suscipiat, quamuis antea voluisset baptizari. Sed respondendum est, negando consequentiam; nam qui sic in amentia, vel somno Baptismum administraret, non satis censetur habere eam intentionem

vir-

virtualem, quę in actiua administratione requiritur; at verò qui sic in amentia, vel somno susciperet Baptismū posset, quidem censeri habere illum cōsensum, & voluntatem virtualem, quæ sufficit in suscipiendo Sacramento. Ratio differentiæ est, nam Baptismi administratio est actio quædam, susceptio autem non est, nisi quædam passio, acproinde cum generaliter plus sit agere, quam pati; ideò administrationem Baptismi magis libera est, & deliberata voluntas requiritur, quam ad susceptionem, *Bonac. d. punct. 6. num. 19. Paulus Laymam cap. 2. num. 2. & 3. Diana 3. part. tractat. 4. de Sacram. resolut. 12. Sotus distinct. 5. q. 1. art. 7. ad finem.*

18 Decimosextò, aduersus id, quòd text. noster *in §. fin.* refert; videlicèt, validum esse Baptismum colatum illi, qui metu graui illum recepit, veluti metu verborum cruciatus, aut seruitutis, dūmodo metum passus intēdat illum suscipere, id est, non fallens; simulansque se velle recipiat validum esse, & characterem baptismale suscipere; atque ideò ad seruandam Fidem Christianam teneri, quod etiam docet Toletanum Conciliū Quartum, *cap. 56. relatū in cap. de Iudæis 45. distinct.* siquidem consensus, etiam metu illatus verus, & simpliciter voluntarius dicitur, *leg. si patre cogente 22. ff. de ritu nuptiarum, cap. si verò, de iure iurando, cap. meritò 15. quæst. 1.* Obstabit dicere, quod metu gesta non sunt simpliciter voluntaria, sed mixta ex voluntario, & non voluntario; imò magis censentur in voluntaria, quam expontanea, cùm nihil sit magis voluntati contrarium, quā vis atque metus, *l. 1. cū vulgatis, ff. quod metus causa.* Cui difficultati, vt occurramus dicendum est, volitionem per metum extortam esse simpliciter, & absolutè voluntariam, & liberam; licet secūdum quid involuntaria sit, quia cessante metu, non eligeretur, tamen postquā eligitur voluntaria est *l. si priuatus 17. ff. qui, & quibus*, quippè ad libertatem simpliciter satis est, vt quis possit eligere, & non eligere actum, sed metu choactus potest absolutè nolle, *leg. cum proponas*, versic. *Potuit enim, C. de hæredibus instit.* ergo libere vult, *dict. cap. meritò 15. q. 1. D. Thom. 1. 2. quæst. 6. art. 4.*

19 Decimoseptimo, huic solutioni obstabit text. noster *in §. fin.* versic. *Et ipse tanquam cōditionāliter volens*; ex quo probatur voluntatem illam metu factā conditionalem, & involuntariam esse. Sed respondendum est, id intelligendū esse, quoad apprehensionem non tamē, quoad ipsam actionem per metum volitam, *Thom. Sanchez, de matrimonio, lib. 4. disput. 1. num. 5.* quasi sensus sit conditionaliter volitum dici respectu metus procedentis, seu qui supponitur, quo nō existente minime haberet illam voluntatem, qui vim patitur, postquam enim voluntas elicita est, etiam per metum non desinit esse libera, & efficax, veluti cum proijcit merces in mari exorta tēpestate timens naufragium, alias non proiecturus esset; is enim non ideò minus dicitur absolutè, & simpliciter proijcere illas voluntariè, quamuis cessante occasione tempestatis non proijceret, quippe Pontifex in text. nostro, *in d. §. fin.* differentiam constituere intendit inter vim, seu choactionem absolutam, & inter compulsiuam, seu conditionalem; absoluta enim vis, qua quis compellitur præcisè baptizari ob fugiendum aliud periculum, seu malum imminens eligit actum, quæ postquam extorta est, vera voluntas, & quidem absoluta censetur; notat Doctores omnes *in capit. sacris, de his, quæ vi, Couarruu. in cap. alma mater 1. part. §. 3. num. fin. Acuña ad decretum, in d. cap. de iudicijs 45. dist. num. 13.*

20 Decimooctauò, prædictis obstabit dicere, quod matrimonium per metum cadentem in constantem virum celebratum, nullum est, *cap cum locum, capit. veniens, desponsalib.* & similiter votū, *cap. 1. de his, quæ vi*: ergo etiam Baptismus metu illatus impedit obligationē seruandi Fidem: Sed respondendum est; ex matrimonio, & voto, in hac parte, non rectè inferri illationem ad Baptismum. Ratio differentiæ est, quia matrimonium, & votum metu factum irritauit ius Canonicum, non autem Baptismum, neque iuramentum, *Thom. Sanch. dict. lib 4. disp. 14. num. 2. Enriq. lib. 1. de matrimonio, cap. 9. §. 1. & 3.* Nec obstabit, si dixeris exindè inferri, etiam Baptismum metu colatum, iure Ecclesiastico posse irritari; quia respondendū est, quod Sacramenta habent determinatā materiam, formā, & subiectum ex Christi institutione, vt valide conferantur, & recipiantur; vnde Ecclesia non potest reddere nullum Sacramentum quod secundum valida est, ex Christi institutione in-

independenter ab aliquo, quod pendeat ab Ecclesia, quare cum in text. nostro sit decisum Baptismũ metu illo conditionali datum validum esse dicendum est, nullo modo Ecclesiã iure positiuo reddere nullum talem Baptismum, quæ ratio non militat in matrimonio, & voto præcipuè, cum nemo teneatur, *ex lege Diuina matrimonium contrahere*, seu votũ emittere, sed Ecclesias meritò, in illis potuit impedimentum ponere, secus in Baptismo ad quem omnes ex iure Diuino tenentur, vt suprà diximus.

Ad text. in cap. debitum 4. huius titul. de Baptismo, & eius effectu.

SVMMARIVM.

1 *Baptizare seipsum, nemo potest, etiam instante necessitatis articulo.*
2 *Discretio debet esse inter baptizantem, & baptizatum.*
Christus Dominus non à seipso, sed à Ioanne voluit baptizari.
Argumentum valet de matrimonio carnali, ad spirituale.
3 *Parocho competit potestas baptizandi solemniter.*
Diuus Hieronymus lib. de Baptismo, capit. 17. capit constat 19. de consecratione, distinction.
Absolutio est actus iurisdictionis, non verò baptismus, nisi solemnis sit.
6 *Diaconus ex permissione Episcopi, poterit solemniter baptizare.*
7 *Cap. constat 19 de consecratione, distinctione 4. capit. Diaconos 13. 93. distinctione.*
Baptismum priuatum, vrgente necessitate, quilibet poterit exercere.
8 *Concilium Illiberitanum, Can. 77. incipit: Si quis Diaconus.*
9 *Cap. si quis per ignorantiam 99. 1. quæstione 1.*
10 *Cap. si quis à Pagano 52. de consecrat. distinct. 4.*
11 *Concilium Illiberitanum, Can. 38.*
12 *Concilium Illiberitanum, d. Can. 38. versic. Ita vt si super vixerit.*
13 *Capit. mulier 20. de consecratione, distinctione 4.*

1 CONCLVSIO. Nemo potest seipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo. Consonat text. *in cap. didicimus 24. q. 1. cap. per aquam, cap. Catechumenum, de consecrat. dist. 4.* argum. text. *in cap. per tuas, de iure patronatus, cap. vlt. de institutionib. cap. si quis ex vno 30. q. 4. cap. Martinus, de cognat. spirituali, cap. 1. hoc tit. cap. constat 19. cum seqq. de consecr. dist. 4. cap. fin. de pœnitentia, dist. 7. cap. 1. 35. quæst. 1. Ioannes cap. 1. Marci capit. 3. Matth. cap. 8.* Exornant *Doctor Sahagum de Sacrament. in genere, de Baptismo, num. 70. D. Thom. quæst. 66. art. 5. ad quartum, & quæst. 67. artic. 7. Victoria in summa, de Baptismo, concl. 18. Vibaldus in Candelabro aureo, de Sacramentis in genere, cap. 2. n. 33. Iacob. de Graßis in auris decision. par. 2. lib. 2. cap. 4. num. 23. Bonac. de Sacrament. disp. 2. quæst. 2. punct. 4. num. 20. Enriq. in summa, lib. 2. cap. 18. §. 4. littera B. & lib. 1. cap. 26. §. 7. litt. T.* cum traditis a *Barbosa in collectaneis ad nostrum text. num. 2. & sequentibus.*

2 Ratio est, quia inter baptizantẽ, & baptizatum debet esse discretio, sicut ex verbis Domini colligitur dicentis Apostolis, ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, *Matth. cap. 28.* vt sic ostendatur, quod alius est, qui baptizatur, & alius, qui baptizat, vt in text. nostro ad quod designãdum, etiam ipse Christus Dominus, non à seipso, sed à Ioanne voluit baptizari, *Matth. cap. 3.* quare si quis se ipsum immersit in aquã dicẽdo: *Ego me baptizo in nomine Patris, &c.* Est denuo (si super vixerit) ab alio baptizandus, quamuis si talis continuò decesserit, ex fide voti ad cœlestem patriam protinus euolasset, hoc est, propter Sacramentũ fidem, non verò, propter fidei Sacramẽtum, quod quidem est intelligendum, dummodo sufficienter cõtritus existat, iuxta tex. *in cap. fin. de Pœnitentia, dist. 7.* & constat ex text. nostro. In Baptismo enim illa spiritualis generatio celebratur, de qua veritas asserit, ibi: *Oportet vos nasci denuo, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum cœlorum, Ioannis capit. 3.* Sic ait: ergo in carnali generatione, quia proles ex viro, & ex fœmina nascitur, alius est, qui carnaliter genit, & alius, qui carnaliter genitur, cum valeat, argumentum de patre carnali, ad spiritualem, *cap. omnes*

nes 30. quæst. 1. cap. 1. & 2. 30. quæst. 3. Sic in Sacramentali generatione, qua soboles, ex aqua, & Spiritu Sãcto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, & alius qui spiritualiter generetur, tanē cum corpus exterius, siue cum cor exterius baptizatur opportet, vt vtrobique Paternitas, & filiatio valeat inueniri, quibus baptizans, & baptizatus ad inuicem referantur, nam correlatiua, nō se compatiuntur in eodem subiecto; meritò inter baptizantem, & baptizatum debet esse discretio, *gloss. 1. & vltim. in præsenti, Zabarela ibidem, num. 3. & 6.* sicut etiam similiter inter præsentatum, & præsentantem discretio adhibēda est, *cap. per tuas, aliàs per nostras, de iure patronatus, & inter dantem & accipientem, cap. vltimo, de institutionibus inter emptorem, & venditorem, inter pretium, & rem venditam, l. 1. ff. de rerum permutat.* sed quia, quoad specialem nostri rex. sententiam, ferè nullæ dubitandæ rationes reperiantur, & vt essentialia, quoad Baptismi Sacramentum comprehendamus, cum supra sit actũ de forma; meritò opere precium est, vt in præsenti magis proprie de ministro agamus, & postea in sequenti, *capit de huius Sacramenti materia agemus*, qui minister, alius dicitur ordinarius, siue solemnis, alius extra ordinarius, alius verò necessarius, *Catechismus Romanus, de Baptismo 2. p. cap. 2. §. 1. 8.* de quibus sigillatim disputabimus.

3 Primò, aduersus ordinarium ministrum, hoc est, Episcopum, & Sacerdotem Parochum, quibus non extraordinario, sed iure suo, propter ordinem illa potestas cõpetit, *Matth. cap. 28.* ibi: *Euntes baptizate omnes gentes, cap. constat, de consecrat. dist. 4. cap. per lectis*, versic. *Ad Diaconum 21. dist. Concilium Florentinum, in decreto de Sacramentis, siue de vnione Armeniorum; D Thom. 2. 2. quæst. 67. artic. 2.* Obstabit dicere, quòd Christus Dominus præcepit Apostolis, *Matth. d. cap. 28* docere, prædicare, & baptizare: ergo ad Episcopos tantũ pertinet ex officio baptizare, vt Apostolorum successores, *cap. quorum vices 68. dist.* & eisdem, tanquam Ecclesiæ Principibus competit, ex officio homines adscribere Christianæ Reipublicæ, *D. Hieronymus in Dialogo contra Luciferanos, & Tertulianos, in lib. de Baptismo, cap. 12.* Cui difficultati respondēdum est, non solum Episcopis competere, ex officio ius solemniter baptizandi Cathecumenos in sua Diœcesi, sed etiam Sacerdotibus in Parochijs, in quibus iurisdictionem habent, nam eo ipso, quod Parochi sint, quia iam materiam subditorum habent, sibi applicatam, quã suspēsam tempore ordinationis habebant, quousque Parochiam, & subditos haberent eos, ex tunc baptizare poterunt, & non implicat Episcopos, vt Superiores Prælatos, Sacerdotes vero, vt inferiores, & auxiliatores, etiam illam facultatem, ex officio, & iurisdictione habere: notat *Sotus in 4. disp. 4. quæst. 1. art. 1. ad secundum.*

4 Secundò, solutioni obstabit illa, *D. Hieronymi authoritas in Dialogo contrà Luciferanos, & Tertulianos in lib. de Baptismo d cap. 17.* dum scribit baptizandi ius esse penes Episcopũ, & minimè conuenire Presbyteris, nec Diaconis, nisi ex iussione, siue cõmissione Episcopi. Cui difficultati respondēdum est, D. Hieronymum ibidem, non fuisse locutum de Sacerdotibus, qui Parochi sunt, sed de illis, qui nec Parochiam, nec iurisdictionem habent, qui vt possint licitè Baptismum celebrare, indigent commissione Episcopi, vel quod illis explicite data sit à Summo Pontifice; notat *Belarmin. lib. 1. de Baptismo, cap. 7. circà principium*; vndè constat, nihil obstare authoritatē, *Matth dict. cap. 28.* de commissione docendi, & baptizandi, Apostolis à Christo Domino cõcessa, qui licet illis, illud, vt sapientiæ munus concessisset, *Actuũ Apostolorum, capit. 7. in principio*; tamen officium baptizandi ad quod non illa exigitur sapientia commisit illis, vt per alios exercere possent, ad quod facit, *Apostolus 1. ad Corinthios*, ibi: *Non me misit me Christus baptizare, sed Euangelizare*, vt considerat *Sotus vbi supra*, ex quo principio infertur interpretatio, ad rex. *in dict. cap. constat 19. de consecrat. dist. 4.* vbi Diuus Isidorus docet baptisma à solis Sacerdotibus esse tradendũ, non verò Diaconis, quæ verba, non ita intelligēda sunt, vt denotent ipsis Sacerdotibus, omnino ex sola consideratione, & ordinatione licere solemniter baptizare, absque Episcopi consensu, sed fãtum, quod ex ordinatione apti sunt, vt idem munus baptizandi, ordinarie concedatur, applicando materiam iurisdictionis illis datam per ordinationem, quod contingit, dum ipsi in Parochos, & Ordinarios Pastores eliguntur, quod aliter in Dia-

co-

conis est, vt statim dicemus, notat *Vazquez dict. cap. 3. num. 17.* quomodo etiã est intelligendum Concilium Florentinum, suprà relatum in decreto de Sacramentis, siue de vnione Armeniorum, in illis verbis minister huius Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare, quę verba sunt interpretanda, cum rationibus, & suprà traditis principijs.

5 Tertio, solutioni obstabit sequēs consideratio; nam si solemniter baptizare, esset actus iurisdictionis sequeretur Baptismum à Sacerdote, & ab alieno Parocho colatum, in quem non habet iurisdictionem, esse nullum, quēadmodum nulla est absolutio à peccatis alicui colata, in quem Sacerdos non habet iurisdictionem ordinariam, aut delegatã, ex commissione Episcopi, aut Parochi, *Tridentin. sessione 14. cap. 7. in principio*, quod admitti non debet. Sed huic considerationi, neganda est consequentia, nec enim vtriusque casus æquiparatio procedit; nam absolutio est actus iurisdictionis in peccatorem, cum sit quædam sententia, acproinde Tridentin. decreuit non valere absolutionem à Sacerdote colatum ei, in quem non habet iurisdictionem ordinariam, aut delegatam; atverò baptizare non est actus iurisdictionis determinatè ad baptizandum; siquidem minister Baptismi nullam iurisdictionem habent in Cathecumenum, argumento text. *in capit. gaudemus, de diuortijs*; sed solùm est actus habentis iurisdictionem, in reliquum corpus, id est, reliquos fideles iam baptizatos, de quorum numero fit Cathecumenorum per Baptismum, meritò enim dicendum est, aliud esse valide fieri Baptismum, aliud verò solemniter introducere Cathecumenum in Ecclesia: nam ad hoc, vt valeat Baptismus, & vt character imprimatur, non est necessarium baptizantem habere iurisdictionem in aliquos fideles, quia à quocumque validè confertur, etiam extra casum necessitatis ex Christi institutione, qui cum sit actor principalis Baptismi, voluit quemcumque nullam habentem iurisdictionē, validè introducere in Ecclesiam per Baptismum; atverò ex officio in Baptismo solemni, necessarium est baptizantem habere iurisdictionem, saltim in aliquos fideles, cum tunc ab ipso solo ad corpus Ecclesię admitti potest, qui ipsi corpori præest, tanquam caput, & Prælatus, vt est Pontifex in vniuersa Ecclesia, Episcopus in sua Diœcesi, Parochus in sua Parochia, hæc de ministro ordinario.

6 Quartò, aduersus extraordinariũ ministrum, hoc est Diaconum, qui ex commissione Episcopi poterit baptizare, aliàs autem ex officio, nec ratione ordinis munus, illud solemne ei, non competit dictum Concilium Florentinum, *dict. cap. constat 19. de consecratione, distinct. 4. cap. Diaconus 13. & 14. 93. distinct. Barb. tom. 1. de officio Parochi, cap. 18. num. 1. & de vniuerso iure Ecclesiastico, 1. tom. cap. 35. num. 29.* Obstabit dicere, quòd si Diaconi apti fuerint, vt illis ab Episcopo, vel Parocho baptizandi ministerium cõmittatur, eueniet, vt in hac parte in nihilo differant Diaconi, & Sacerdotes, quo est contra verba, & mentem prædictorum iurium. Sed huic dubio respondendum est, inter Diaconum, & simplicem Sacerdotem, nõdum electum in Parochum illam differentiã versari, quod quicumque Sacerdos, etiam simplex aptus est ex parte sui ordinis, non solùm, vt illi competat baptizare, tanquam Pastori iure Ordinario, & ex officio, sed etiam ex commissione Episcopi, vel Parochi, non solùm instãti periculo mortis, vel etiam necessitate aliqua vrgente; verum etiam, ea minimè interueniente præsente, vel absente Parocho, aut Episcopo; atverò Diacono ratione sui ordinis non competit baptizare, sed tantum ex commissione Episcopi, aut Parochi, aut vrgente graui necessitate; notat *Gaspar Hurtado disput. 2. de Baptismo, dist. 2.*

7 Quinto, solutioni obstabit dicere, quòd etiam laicis, sicut Diaconis permittitur vrgente necessitate baptizare, *dict. capit. constat 19. de consecratione, distinct. 4. cap. Diaconos 13. 93. distinct.* ergo inter Diaconos, & laicos, nulla est differentia, circa potestatem baptizandi. Sed respondendum est, iura illa esse intelligenda, nõ de solemni (de quo nuper diximus) sed de priuato Baptismo, quod extremę necessitatis tempore cõfertur, absque Episcopi, vel Parochi cõmissione; nam tunc potest Diaconus baptizare absente Sacerdote, sicut etiã laicus in defectum cæterorum Ecclesiæ ministrorum, ne quisquam, sine Baptismo decedat, atque ita sunt intelligendi, text. *in dict. cap. constat, dict. capit. Diaconos;*

nos; itaque si necessitas vrget Diaconus, & laicus æquiparantur, cum hac distinctione, tamen vt absente Presbytero, Diaconus præferatur in baptizando, & cæteri Ecclesiæ ministri, qui ordinē susceperunt, & eis deficiētibus, laicus baptizare poterit. Tum etiam Diaconi, & laici in eo differunt, quia in Diacono, vt baptizet non requiritur extrema necessitas, sed sufficit aliqua probabilis, veluti ad multitudinem baptizandorum, vel ob paucitatem ministrorum, aut infirmitatē Parochi; atverò laici, vt possint conferre Baptisma desideratur extrema necessitas, *Nauarrus in Manuali, cap. 22. num. 7. Bonacina, de Sacramentis, disput. 21. quæst. 2. punct. 4. num. 3.* Idem *de censuris. disput. 7. quæst 3.* cum traditis *ab Acuña ad primam partem decreti, in dicto cap. peruenit 14. 93. distinction. num. 2. & 3.*

8 Sextò, aduersus illum extraordinarium ministrum, hoc est, Diaconum in quo asseruimus, non posse solemniter baptizare, absque Episcopi, vel Parochi licentia. Obstabit text. *in Canon. Si quis Diaconus 77. Concilij Illiberitani*, vbi proponitur Diaconum quendam regentem plebem, id est, Parochiam aliquos baptizasse absente Episcopo, vel Presbytero, nec dubitatur an Baptisma rectè collatum sit, sed tantum præcipiunt Hispani Patres, quod Episcopus percipiat Baptismum a Diacono collatum per benedictionem, quod est dicere, vt confirmet baptizatos a Diacono, quæ confirmatio primis Ecclesiæ temporibus, statim post Baptismum ab Episcopo per manus impositionem conferebatur; notat *Ferdin. de Mend. in confirmat. Concilij Illiberitani, lib. 3. cap. 12.* Ex cuius decisione constat Diaconum posse, tanquam ministrum ordinarium baptizare, absque præcepto Episcopi, vel Sacerdotis. Cui difficultati dupliciter respondere poteris; primo Patres *in dict. Can. 77.* locutus fuisse in casu necessitatis, quo tempore, vt supra diximus, baptizare potest, quæ solutio comprobari potest ex posterioribus, *dictis Canonis verbis*, vbi dicitur, quòd si baptizari statim decesserit, etiam si confirmationē non recipiat saluari possunt, vel secunda satisfieri poterit dicendo in specie illius text. propositum esse Diaconum regentē populum, id est, Parochiā; quapropter mirū non est eum posse baptizare, cui cura plebis commissa erat; notat *Mend. vbi suprà, dict. lib. 3. cap. 77.*

9 Septimò, aduersus ministrum necessarium, quæ tertia, & vltima ministrorum species est, dum communiter, & certè in necessitatis causa omnis Catholicis fatemur quēlibet (cuiusque sexus, vel Religionis sit) dūmodo habeat vsum rationis, posse Baptisma conferre interueniente intentione, & forma Ecclesiæ, *cap. firmiter. §. vnic. de Summ. Trinitat. & Fide Catholica*, de laico constat *in cap. Romanus 23. de Pagano, in cap à quodūm Iudæo 24. de consecr. dist. 4. cap. ad limina 30. q. 1. Trident. sess. 7. de Baptism. Can. 4. cap. 1. & 4. 30. q. 3. cap. Diaconos 25. dist. cap. præter. §. Sciendum 32. dist. cap. Diaconus 19. 93. dist. capit. dictum, cap. dedit 46. 51. 59.* cum alijs *1. q. 1. cap. placuit 8. & 19. 16. q. 1.* & constat ex tex. nostro, *Clem. 1. hoc tit.* Obstabit text. difficilis, *in capit. si quis per ignorātiam 50. 1. quæst. 1.* vbi proponitur, quod si quis per ignorantiam ordinetur, antequam baptizatus existat, debent ab eo baptizati iterum baptizari. Ex quibus verbis planè obtenditur, ad valorem Baptismi desiderari, vt qui baptizat sit prius ipse baptizatus; aliàs Baptismum iterandum esse; ex quo tex. infertur Paganum, non posse baptizare valide. Cui difficultati responderi solet, verba illius text. quæ à Gratiano sub Isidori nomine referūtur, inter eius opera non inueniri; sed etiam si admittamus, Diui Isidori esse, dicēdum est nihil in eis definiri, sed tantum quæstionē proponi, per interrogationem, aut saltim recitari alicuius interpretis falsam opinionem. Cui respondit Diuus Isidorus, ex propria sententia in verbis, quæ immediatè in contextura sequūtur, ibi: *Sed Romanus Pontifex, non hominem iudicat, qui baptizat, sed Spiritus Dei ministra regratiam Baptismi. licèt Paganus sit, qui baptizat*, quæ Diui Isidori verba, etiam referuntur, *in cap. Romanus 23. de consecratione, distinct. 4.* & confirmatur ex eodem Hispalensis Antistitis doctrina, *lib. 5. Capitulari, cap. 4.* dū huic quæst. his verbis respondit, quod si quis baptizatus est a Presbytero non baptizato, & Sancta Trinitas in Baptismo inuocata fuit, baptizatus est. Sicut Sergius Papa dixit: Ex quibus verbis constat Diuum Isidorum tenuisse, & docuisse, non solū esse verum Baptismum, à Presbytero nō baptizato, verum etiam a Sergio Pontifice, ita definitum fuisse.

10 Octauò, prædictis obstabit text. *in cap. quos à Pagano 52. de consecratione, distinction. 4.* vbi Gregorius Pontifex 11. auerit baptizatos a Pagano, denuo baptizari debere in nomine Trinitatis, ex quo infertur Baptismum à Pagano præstitum invalidum esse, alias enim si valeret non essent iterum baptizandi. Cui dubio breuiter respondendum est; ideò ibidem Pontificem decreuisse baptizatos a Paganis, iterum esse baptizandos, non ex eo, quia si baptizati essent ab eis forma ordinaria, non essent baptizati; sed quia non erant baptizati inuocatione trium personarū Trinitatis Diuinæ, quæ est de necessitate formæ huius Sacramēti, quæ solutio satis colligitur ex eo, quia Pōtifex iubet illos denuo baptizari in nomine Trinitatis, quę verba denotant in illo Baptismo à Paganis facto defeciſſe Trinitatis inuocationē; vnde infertur omnia iura, quę probāt baptizatos à Iudæis. Paganis, vel Hæreticis esse iterū baptizandos intelligenda esse, hoc est, quando nō fuit seruata Ecclesiæ forma, quæ alias si seruata fuisset, non sunt denuo baptizandi, *cap. præter 6. §. Sciendum 32. dist. dict. cap. si quis confugerit, cum similibus suprà adductis, Belarm. dict. cap. 7. Valencia disp. 1. punct. 1. Ægidius vbi suprà, ad quæst. 67. nu. 2. Vazquez vbi suprà, num. 6. Alphons. de Castro aduersus hæreses, hæresi 5. §. Baptismus Ioannis.*

11 Nonò, hucusque dictis, obstabit Concilium Illiberitanum, *Can. 38.* Cuius hæc sunt verba *Peregrè nauigantes, aut si Ecclesia in proximo, non fuerit posse fidelē, qui lauacrum suum integrum habet, nec sit bigamus baptizare in necessitate, ita vt si superuixerit ad Episcopum eum perducat, vt per manus impositionem perfici possit.* Ex quibus constat Patres illius Concilij loqui de baptizādo eo, qui in mortis articulo constitutus erat, & tamen dum taxat permittunt Cathecumenū baptizari à fideli, qui prius accepisset integrum lauacrum, & quod bigamus nō sit: ergo non Baptismatus, verò, & integro Baptismo, non potest aliū baptizare, & consequenter, nec etiam bigamus in necessitate, in cuius Canonis difficultate dissoluēdæ varie sunt Doctorum interpretationes, *Belarm enim in d. cap. 7. col. 2.* asserit Concilium Illiberitanū, *in d. cap. 38* decidisse, quod erat certum, nempe laicum baptizatum, posse in necessitate licite baptizare, contrarium autem non negasse, sed relinquisse sub dubio, *Suar. autem in dict. sect. 2. prope finem*, ait illam qualitatem; quod minister necessariè sit baptizatus, & non bigamus, non vt simpliciter necessarium sit, sed vt magis cōueniens, *Vazquez autem dict. disputat. 141. cap. 2. nu. 5.* eadem mente obtenuat, ex illa æquiparatione de non baptizato, & bigamo facta, ex illo Canon, aperte deduci, quod sicut bigamus verè, & valide baptizat; ita & qui integrum Baptismum nō accepit, & sit vtrumque expressisse Concilium, vt denotaret, etiā in casu necessitatis, si inueniatur fidelis baptizatus, qui integrum lauacrum habeat, & bigamus non sit, præferendum esse. Ratio est, quia laicus minister necessitatis in baptismo geri vices Sacerdotis, meritò conuenit, vt inter cæteros occurrentes, Baptismum prius conferat, qui baptizatus fuerit, & nō bigamus, qualis requiritur ad Sacerdotiū. Quę interpretatio vera est, eamque sequitur *Abas Pinus in notis ad Concilium Illiberitanum, in eo Canone*, vbi subtiliter considerat verba illa, qui lauacrum suum integrum habet posse intelligi de fideli baptizato, qui post lauacrum non peccasset, & quomodocumque intelligantur ex dictis apparet Concilium illud, non negasse laicum in casu necessitatis posse baptizare, videndus *Mendoza vbi proximè.*

12 Decimo, solutioni obstabit sequens consideratio, nam si in *d. Can. 38.* Cōcilij Illiberitani validus, & perfectus esset Baptismus à quocūque laico collatus frustrà Concilium adderet verba illa *Ita vt si supervixerit ad Episcopū eum perducat, vt per manus impositionē perfici possit.* Sed huic considerationi respondendū est, Baptismum in specie illius Canonis proculdubio valuisse, nec contrariū probare prædicta verba, quia nō sunt intelligenda de manus impositione, quæ fit à Presbytero, dum exorcizat baptizandū, de qua *in Concilio Carthagin. 4. Can. 7.* nec de alijs speciebus impositionis manus, quæ multæ sunt, *capit. ab antiqua*, iuncta eius *Gloss. de consecratione, distinct. 4.* sed de illa (vt suprà diximus) quæ vocatur confirmatio, *Tertulian. de Baptism. cap. 7* Vbi *exinde regressi de lauacro perungitur Sancta Vnctione, D. August. lib. 3. de Sacramentis, cap. vlt.* ibi: *Sequitur spirituale signaculum, quod post fontem super erat, vt perfectio fiat.* Quæ perfectio dicitur cōfirmatio in fide, robore, & virtute aduersus

dia-

diaboli tentationes, text. ita intelligendus, *in cap. 5. cap. vt ieiunijs 6. de consecr. distinct. 5. Ita Ferdinandus de Mendoza in defensione Concilij Illiberitani, in dict. Can. 38. Basilius Legionensis in relectione, de cõfirmat. 1. part. cap. 1. num. 6.*

13 Vndecimò, contra superiorem Doctrinam de ministro necessitatis, obstabit text. *in cap. mulier 20. de consecrat. distinct. 4. Vbi in Concilio Carthaginensi 4. Can. 99. & 100.* Legitur quod mulier, quamuis docta, & sancta viros in Conuentu docere, vel aliquos baptizare, nõ præsumat, ex quo colligitur mulierem, non esse sufficientem ministrum Baptismi validi. Sed respondendum est, in tex. illo non probari, nec colligi mulierem, non posse valide baptizare in necessitatis articulo; sed dumtaxat ibidem præcipitur, ne mulier extra casum necessitatis baptizet, vel etiam vrgente necessitate existentibus ibi altioribus ministris, vt ita animaduertit, in eodem text. Gratianus, & post eum ordinarij omnes, *Belarminus lib. 1. de Baptismo, cap. 7.* in necessitate enim, id est, in periculo mortis mulier, non solùm validè, verum etiam licite baptizat, *cap. super 30. quæst. 1.* cum alijs suprà relatis; ex quibus infertur mulieribus, præsente viro, etiam in casu necessitatis, licitum non esse Baptismum conferre, nec etiam laico, presente Diacono, nec Diacono presente Presbytero, aut Episcopo; quæ omnia omitto, quia instituti nostri non est, videndi sunt Doctores supra in confirmatione conclusionis citati.

Ad textum in cap. non vt 5. de Baptismo, & eius effectu.

SVMMARIVM.

1 *Baptismi Sacramentum non est, vbi deest verbum, vel elementum.*

2 *Defectus vnius, quando plura requirũtur ad substantiam actus facit totum deficere.*

Baptismi materia proxima, vel remota, qualis sit?

3 *Baptismus Christi, & Baptismus Ioannis, in qua differant, Matth. cap. 3.*

4 *Cap. nunquam 10. cap. per aquam 9. de consecrat. dist. 4.*

5 *Baptismus habet vim illuminationis, Apocalypsis cap. 1.*

6 *Aqua fluens ex corpore Christi pendentis in Cruce fuit pura miraculosè egrediens, ab eius corpore ad salutem animarum.*

7 *Baptismus in vino, & oleo, quare non possit fieri, sed solum in aqua.*

8 *Aquæ quantitas, quæ sufficiat ad Baptismum.*

Minima particula panis est sufficiẽs ad Eucharistia Sacramentum, sed non vna gutta aquæ ad Baptismum, & quare.

Cap. propriè 13. in fine, de consecrat. dist. 4.

9 *Baptismus an valeat, si aqua tantũ tangat vestem, vel si homo sit in vtero.*

Capit. qui maternis 115. cap. si quid 35. de consecrat. dist. 4.

10 *Baptismus an valeat, si quis cum legitima forma, & intentione infantem proximum morti in flumen, vel in puteum proiecerit.*

Baptismus significat mortem, & Resurrectionem Christi, Paulus ad Romanos, cap. 6.

1 CONCLVSIO. Vbi deest verbum, vel elementum aquæ non est Baptismi Sacramẽtum. Consonat text. *in cap. 1. §. Vna verò, de Summ. Trinitat. & Fide Catholica, Trident. sess. 7. de Baptism. Can. 2. Ioan. cap 3. cap. detrahe 1. q. 1. cap. 1. cap. quod autẽ 5. cap. Filius Dei 8. cum duobus sequentibus, cap. si non sanctificatus 72. de consecrat. distin. 4. Paulus ad Ephes. cap. 5. Concilium Florent. sub Eugen. IV. in decreto de Sacram. §. Primum dubium, capit. 1. hoc tit.* cum alijs ibidem a me traditis, *in cap. in quadam 8. de celebrat. Missar. Pontifex Clemens I. Epistol. 4. Pontifex Melchiades Epist. 1. ad Episcopos Hispaniæ; Pius V. Catheciſmo Romano 2. p. cap. 2. §. 6. Act. Apostolor. cap. 8. & 10.* Exornant *D. Thom. 3. p. q. 66. art. 3. & 4. Castro aduersus hæreses, verb. Baptismus, hæresi 1. Belarm. lib. vnico, de Baptism. cap. 2. & 4. & lib. 2. cap. 6. §. 1. & 2. Sotus in 4. dist. 3. q. vnica, art. 4. Nauarrus in Manuali, cap. 22. nu. 5. Suar. tom. 3. disp. 20. sect. 1. Enriquez in summa, lib. 2. cap. 6. §. 1. & 2. Vibaldus in Candelabro aureo, de Baptismo, capit. 2. num. 4. Ægidius, de Sacramentis, tom. 3. quæst. 66. art. 4. num. 20. Bonac. de Sacrament. disp. 2. q. 2. punct. 3. Villalob. in summa, 1. tom. de Baptismo, diffic. 3. & 4. Valencia vbi suprà, disp. 4. q. 1. punt. 2.* nouissime *Pat. Ioſc-*

ſephus in ſumm. de Sacramentis, de Baptiſmo, tract. 1. n. 7. cum ſeqq. Ochagauia dict. tractat. vnic. quæſt. 4. num 8.

2 Ratio, primæ noſtri text. partis petenda eſt, ex his, quæ ſuprà retulimus *in cap. 1. huius tit.* vbi late de ea diximus. Secundæ verò partis ratio eſt, quæ deducitur ex illo, *Ioann. cap. 3.* ibi: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non introhibit in Regnum cœlorum.* Vndè *Diuus Auguſtinus in cap. detrahe 1. quæſt. 1.* inquit detrahe verbum ab aqua, quid erit, niſi aqua; accedit verbum ad elemẽtum, & fit Sacramentum; meritò illi nõ habent verum Baptiſmũ, in quibus non ſolùm vtrumque prædictorum, ſed eorum alterum eſt omiſſum; ſiquidem, quando plura requiruntur ad ſubſtantiã actus, defectus vnius facit totum deficere, *leg. ſi vnus, Cod. de teſtibus*; notat *Diuus Thomas part. 6. quæſt. 66. art. 3. & 5.* nam in Baptiſmo, ſicut in alio Sacramẽto, cum alijs requiſitis deſideratur, etiã materia proxima, & remota, circa quã verſatur Sacramenti actio materia. Proxima eſt actio illa, hoc eſt ablutio, remota verò eſt aqua vera, & naturalis, quæ dicitur elementalis, *Ioan. dict. cap. 3.* ibi: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto*, quod quidem verbum *Aqua*, ex communi Doctorum ſententia, denotat aquam veram, & naturalem; ſiquidem ex ſcriptura ſacra, ſecundum proprietatem verborum capienda eſt, niſi alias ſequatur abſurdum; docet *Diuus Auguſtinus lib. 3. de Doctrina Catholica, capit. 16.* argumento text. *in l. non aliter 69. ff. de legatis 3. Tridentin. dicta ſeſſione 7. de Baptiſmo, Can. 2.* Ratio eſt, quia cum Sacramentum Baptiſmi ſit omnibus nationibus, maximè neceſſarium inde opportebat eius materiam eſſe omnibus præuiam, & communem; ſcilicèt aquam, cuius vſus facilimus eſt, & ad ſuauitatẽ legis Euangelicæ magis accommodatus, iuxta illud *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, & ex alia ratione myſtica; nam aqua maximam habet analogiam, & proportionem ad ſignificandã, & lauandam interiorem mundiciem, *Iob. cap. 9. verſ. 30.* aliaſque rationes cõſiderat *Diuus Thomas 3. par. quæſtion. 66. artic. 3.*

3 Primò, hanc Catholicam Doctrinam impugnare conantur Seleucus Hibernius, & ſequaces hæretici; dum exiſtimabant non in aqua baptizandũ eſſe, ſed adhibita quadam ignis combuſtione, quòd etiã Iacobitæ affirmabant, qui loco aquæ baptizandis ferro cãdenti imprimebant in frontibus Crucis ſignum, Auctor eſt *Sanderus lib. 7. de viſibili Monarchia hæreſi 113. Pratreolus*, verbo *Iacobitæ*, qui omnes hæretici, & ſequaces occaſionem ſummebant ex verbis Ioannis, apud *Matth. capit. 3.* ibi: *Ego baptizo vos in aqua, ille autẽ baptizauit vos in Spiritu Sancto, & igni*; ſed illi à Catholica, & orthodoxa veritate aberrant, cũ Baptiſmum, abſque propria, & valida materia miniſtrent. Nec verba, *Matth. in dicto cap. 3.* illos mouere debent, quia verbum illud *Igne*, minime eſt intelligendũ de Baptiſmi materia, vt docet Pius V. in ſuo Catheciſmo, *d. cap. 2. §. 6.* ſed de ipſo Spiritu Sancto, qui rectiſsimè appellatur *ignis*, vt ſic ſenſus ſit, Baptiſmum Ioannis fuiſſe in ſola aqua, ſine virtute ſanctificandi, Baptiſmum verò Chriſti eſſe in aqua habente vim cõferendi Spiritum Sanctum, ita poſt alios docet *Alphonſus de Caſtro*, verbo *Hæreſi 1.* vel intelligẽdum eſt de aduentu Spiritus Sancti, cum die Pentecoſtes in linguis igneis de cœlo in Apoſtolos dilapſus eſt, quo ſenſu cõſonant verba Chriſti, *Actuũ cap. 1.* ibi: *Ioannes quidem baptizauit in aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu Sãcto, non poſt multos hos dies, Belarminus lib. 1. de Baptiſmo, cap. 2.* vel denique tenenda eſt expoſitio Hieronymi, *in dict. Matth. cap. 3.* quæ fortè aptior eſt, & litteræ cõuenientior; nempè, vt verbum illud *Per ignem intelligamus ſeueritatẽ, ſeu ignẽ purgatorij*, extremi iudicij; ita vt ſenſus ſit, ille vos baptizabit, id eſt, purgabit, aut emũdabit, nunc quidem Spiritu Sancto in Baptiſmo, poſtea verò, etiam iudicio, & ſi opus fuerit purgatorio, in quã ſententiam dixit *Apoſtol. 1. ad Corinth. cap. 3. Vnuſquiſque opus quale ſit ignis probauit*, & quod hæc interpretatio verè adaptetur *ad Matth. d. cap. 3.* conſtat ex verbis, quæ ſubiungit ipſe Ioannes, ibi: *Huiuſmodi ventilabrũ in manu eius, & purgauit aream ſuam, & congregauit triticum in horreum ſuum paleas autem comburet igni inſtinguibili.*

4 Secundo, concluſioni ſuprà adductæ, obſtabit tex. *in c. nunquam 10. de cõſecr. diſt. 4.* cuius hæc ſunt verba *Nunquã aquæ Baptiſmi purgare peccata credentium potuiſſet, niſi tactu Dominici corporis ſanctificatæ fuiſſent*: Ergo non omnis aqua natura-

turalis sufficit, sed necessaria erit Iordanis, quam Deus tactu sanctificauit. Sed huic dubio respondendum est, verba illa non esse intelligenda restrictiuè de solis aquis Iordanis, sed de omni vera, & naturali aqua, in quam deriuata est virtus, propter similitudinem speciei, vt docet *D. Thom. 3. part. quæst. 66. art. 3. ad 4.* vnde *D. August. in sermone 1. Dominicæ infrà octauam Epiphaniæ*, hęc verba refert: *Quæ de Saluatoris Baptismate benedictio fluxit, tanquam fluuius spiritualis omnium gurgitum tractus, vniuersorum fontium venas impleuit*, quas refert *D. Thomas vbi suprà*; quapropter Gratianus, vt probaret, quod ex Diuo Ambrosio tradiderat, *in cap. per aquam, de consecrat. dist. 4.* scilicèt, aquam esse legitimam materiam Baptismi, quam rationem adducens, *in dict. cap. nunquam 10.* scilicèt, id prouenire, quia Christus D. contactu suæ mundissimæ carnis vim ex purgatiuam, & regeneratiuam aquis præstitit, easque ad veram materiam Baptismi designauit; notat *Archidiacon. & Turrecrem. in d. cap. nunquam 10. de consecrat. dist. 4.*

5 Tertiò, solutioni obstabit dicere, quod Baptismus, secundum *Dionysium, & Damascenum lib. 4. cap. 10. circa medium*, habet vim illuminatiuam, sed illuminatio maximè competit igni: ergo Baptismus magis fieri debet in igni, quam in aqua. Sed huic difficultati respondēdum est, quod illuminatio pertinet ad ignem actiue, ille autem, qui baptizatur nō efficitur illuminans, sed illuminatur per fidem, quæ est ex auditu; ita *D. Thom. 3. p. q. 66. art. 3. ad primum*; acperconsequens de fide est, quod aqua magis cōpetit Baptismo, quam ignis. Nec obstabit, si replices dicendo, quòd Sacramenta Ecclesiæ fluxerunt de latere Christi pendentis in Cruce, latè *D Thom. 3. part. quæst. 60. art. 5.* sed indè fluxit, non solum aqua, sed etiam sanguinis: ergo videtur, quod nō solum in aqua, sed etiā in sanguine possit fieri baptismus, qui etiam videtur magis conuenire cum causa, & effectu Baptismi. *Apocalypsis 1.* ibi: *Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*; quia respondendū est, quòd ex latere Christi fluxit aqua ad abluendum, sanguinis verò ad redimendum; & ideò sanguis competit Sacramento Eucharistiæ, aqua autem Sacramēto Baptismi, qui habet vim ablutiuam ex virtute sanguinis Christi; ita *D. Thom. 3. part. quæst. 66. art. 3. ad 3.*

6 Quartò, prædictis obstabit sequēs consideratio; videlicèt, quòd aqua illa quæ fluxit de latere Christi pendentis in Cruce videtur, quòd non sit aqua pura, & simplex ex eo, quòd ex corpore mystico Christi exiuit, acperconsequens nō fuit elementum in actu. Verum respondendum est, quòd aqua fluens de latere Christi pendentis in Cruce, non fuit humor flemmaticus, vt nōnulli dixerunt, in tali enim humore, non poterat fieri Baptismus, sicut nec in sanguine animalis, aut in vino, vel quocumque aliquo liquore, alicuius plātæ, fuit autem aqua pura miraculose egrediens à corpore mortuo, sicut, & sanguis ad comprobādam veritatē Dominici corporis, contra Manicheorum errorem, vt scilicet per aquam, quæ est vnum quatuor elementorum, obstēderetur corpus Christi vere fuisse compositū ex quatuor elementis, per sanguinem, verò obstenderetur esse compositum ex quatuor humoribus; ita *D. Th. d. 3. p. q. 66. art. 4. ad 3.*

7 Quintò, obstabit, quòd in Baptismo significatur ablutio peccatū, vt suprà diximus, sed multa alia sunt abluti-ua, quam aqua, sicut vinū, oleum, & huiusmodi alia: ergo etiam in his poterit fieri Baptismus, acperconsequens aqua non erit propria, & sola materia Baptismi; sed respondendum est, quòd vinū, & oleum, nō communiter assumuntur ad vsum ablutionis, sicut aqua, nec etiam, ita perfectè abluunt, quia eorū ablutione remanet aliqua infectio, quātum ad odorem, quod non contingit in aqua; tū etiam, quia illa non ita communiter, & abundanter habētur, vt aqua, ita *D. Tho. vbi suprà, art. 3. ad 2.* Nec similiter obstabit, si replices dicēdo: *Quod in solemni celebratione Baptismi aquæ, infunditur Chrisma*; sed hoc videtur impedire puritatē, & simplicitatem aquæ: ergo aqua simplex non est integra, & pura ablutio ad Baptismum, quia respōdendū est, quod admixtio chrismatis, non soluit speciē aquæ, sicut nec etiam aqua decoctionis carnium, aut aliorum huiusmodi, nisi fortè sit facta tanta resolutio corporū lixatorū in aqua, quòd licor plus habeat de aliena substātia, quam de aqua, quod ex pesitudine percipi potest; notat *Diuus Thom. d. 3. part. quæst. 66. art. 4. ad 2.* Nec etiam obstabit, si instes, quod si aqua secundum se esset propria materia Baptismi, non oporteret aliquid

fieri circa aquam, ad hoc, quod in ea Baptismus fieret, sed in solemni Baptismo aqua, in qua celebratur exorcitatur, & benedicitur: ergo videtur, quòd aqua secundum se non sit propriè Baptismi materia; quia respondendum est, quod illa benedictio, quæ adhibetur aquæ, non est de necessitate Baptismi, sed pertinet ad quandam solemnitatem, per quam excitatur debotio fidelium, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat Baptismi effectus; ita *Diuus Thomas dict. art. 3. ad 5.* apud quem vide aliquas dubitandi rationes.

8 Sextò, aduersus ea, quæ communiter in præsenti tenent omnes; videlicèt, eam aquæ quantitatem ad valorem Baptismi requiri, quæ sufficiens sit ad corpus abluendum, id est, illam corporis partē, qua abluta possit homo dici ablutus, argumento text. *in cap. debitum, hoc tit.* cum ergo paruæ aquæ, quātitas successiuè applicata possit corporis partē abluere, consequens est paruam quantitatem; imò, & gutam modo supra adducto sufficere, tenet *Nauarrus in Manuali cap. 21. num. 7. in fine, Ochagauia dict. tract. vnico, quæst. 4. num. 8.* dum tamen quantitas adeò parua non sit, vt ad successiuum contractum non præstet, quapropter minutissimè aquæ gutulæ exparsè, quæ successiuè non fluunt minimè sufficiunt ad materiam Baptismi; quia tunc per eas non datur ablutio, quę est materia proxima huius Sacramenti; instante verò necessitate poterit licite gutula aquæ Baptismus conferri, si maior quantitas non inueniatur, sed cum sit materia dubia data occasione Baptismus, iterum erit sub conditione confetēdus; notat nouissime, plures referens *Pater Ioseph us in summa, de Sacramentis de Baptismo, tract. 1. num. 10.* Cui sententiæ obstabit sequens consideratio; scilicet, quia sicut minima particula panis est sufficiens materia ad Sacramētum Eucharistiæ; ita etiam minima aquæ gutula sufficiens esset ad valorem Baptismi. Sed respondendum est, inter hos casus notissimum versari discrimen; materia enim Eucharistiæ, tantum est verus panis triticeus secundum se, quę verificatur etiā in minima particula; atverò in materia Baptismi, non est solùm, vt cumque vera aqua, sed quæ iuxta moralē loquēdi modum, possit facere ablutionē, & ablutio vsitato modo dici non potest, si minutissima tantum gutula, quis aspergatur, quidquid sentiat, *Vazquez dict. disput. 145. cap. 4. nu. 32. Enriquez dict. lib. 2. cap. 7. num. 2. & cap. 21. num. 4.* nec pro eorum opinione facit, *Actuum Apostolorum, cap. 2. relatum in cap. propriè 13. apud finem, de consecrat. dist. 4.* vbi refertur vno die tria fere milia hominum Apostolos baptizasse, quod vtique fieri, non potuisse videtur, nisi per aspersionem confusam, eodem modo, quo aqua benedicta in populum aspergitur; ita vt singulos vix, nisi vna guta cōtingat; quia respondendum est, verisimile homines illos ab Apostolis, & Christi Discipulis paulatim ad Baptismum fuisse præparatos, & per effusionem aquæ baptizatos cum possibile sit tria milia, & amplius per aquæ infusionem singulis factam, vno die baptizari, & non minus factibile, quam totidem ab Episcopo confirmari, ad id etiam accedit, quod non vnus solus, sed plures erant ministri, seu Discipuli Domini, quia baptizandis hominibus operam dabant, vt aduertit *Sotus vbi suprà art. 7. circa finem, Zambrana tract. de Baptismo, cap. 1. dub. 4. Salmeron tract. 15. ad Acta Apostolorum.*

9 Septimò, aduersus ea, quæ in præsenti tenent omnes; videlicèt, quod ad valorem Baptismi aqua corpus tangat, alias ablutus homo minime dici valeat, *dict. cap. detrahe*, versic. *Quæ est tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & corabluat 1. quæst. 1.* Vndè Baptismus nō erit, si aqua tangat hominem tantummodo, secundum vestes, nec si homo sit inclusus in choreo, vel in ventre in aquis mittatur, cum tunc nullatenus aquæ eum tangat; similiter etiam, nec Baptismus esse potest eius infantis, cuius mater grauida baptizatur, etiam si abluatur vterus puerum continens; nam tunc infans no abluitur corpore proprio, quod ad Baptismi valorem requiritur, *cap si ad matris 114. eum duobus sequentibus, de consecrat. distinct. 4.* At vero, quando instat periculum, mortis ante totalem egressionem, si arte, & opera obstetricis posset à qua ipsum infantem materno vtero existentem tangere immediatè, valeret Baptismus adiecta; scilicet, verborum forma, vt sentire videtur *D. Gregor. in cap. baptizari 3. 5. dist. Acuña ibidem, num. 1.* Obstabit text. *in cap. qui in maternis 115. de consecrat. dist. 4.* ibi: *Qui in maternis vteris sunt cum matre baptizari non possunt, quia*

qui

qui natus adhuc secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest. Ex quibus verbis constat ante natiuitatem neminem posse baptizari. Sed respondendum est *Diuum Isidorum, in dict. cap.* qui in maternis non loqui eo in casu, quo infans ipse in vtero reipsa abluueretur, sed casu, quo sola mater abluatur; nam dū infans in matris vtero omnino claditur; ita, vt aqua tangi arte nulla possit, non erit secūdum se baptizatus; notat *Vazquez, in 4. dist. 4. quæst. 2. artic. 3. dubio 2. Valentia, dict. disputat. 4. quæst. 1. puncto 2. vers. 31. Bonacina, in tractatu de Baptismo disput. 2. quæst. 2. puncto 3.* qui Diuum Thomam, & alios pro ea opinione adducit, eodemque modo est interpretandus, text. *in cap. si quidquid 35. cap. ad matris 114. de consecrat. dist. 4.* quia procedunt, quando mater prægnans abluitur, seu baptizatur, absq; eo, quod aqua attingat fœtum, vt ex eorum contextura apparet; tunc enim quoad existentem in vtero invalidus est Baptismus, vel aliter melius dici potest. text. *in dict. cap. qui in maternis 115. de consecrat. dist. 4.* Procedere in eo, qui in vtero materno conceptus, sed adhuc imperfectus, & informis stat, & nondum habet lineamenta corpori compacta, nec formatus est; *vt in cap. 2. de homicidio*, quia iure consultis species in animata appellatur; argumento text. *in l. 2. ff. de mortuo inferendo, cap. quod verò 80. cum sequētibus 32. quæst 2.* Vndè nihil mirū, quod invalidus sit Baptismus, in eo, qui informis, & in animatus est, cum sit subiectū incapax Baptismi; & ita sunt intelligēdæ authoritates omnes Doctorum asserentium conceptum in vtero, neutiquā capacem Baptismi esse.

10 Octauò, aduersus ea, quæ communiter in præsenti tenent Doctores omnes; videlicet, quod si minister adiecta verborum forma, cum intentione conferendi Baptismi Sacramentum, infantem morti proximum deiecerit in flumen, vel puteum, vbi omnino suffocandus est; tunc validum Baptismus esse; siquidem hoc in casu, adsunt omnia requisita, ad Baptismum, id est, materia, hoc est aqua, ablutio, & forma, quæ supponitur prolata antequā infans moriatur, adest, etiam minister, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, hoc est baptizandi; quam tenent *Syluester*, verbo *Baptismus 4. quæst. 10. Panormitanus in præsenti, numero fin. Gaspar Hurtado, disput. 1. de Baptismo, difficultate 5. Bonacina plures referens vbi suprà, num. 27.* Obstabit dicere, Baptismum significare mortem, & Resurrectionem Christi, *Paulus ad Romanos, capit. 6.* in sumersione autem, cui non subcedit emersio, & leuatio, non posse significare Resurrectionem Christi, *capit. propriè, de consecratione, distinctione 4.* Ergo, non valebit talis Baptismus. Sed respondendum est, in prædicto casu, etiam significare Christi Resurrectionem, per spiritualem regenerationem, quam baptizatus recipit. Nec obstabit, si instes Baptismum esse Sacramentum, ad vitam ordinatum, non ad mortem, quæ sequeretur, ex eiectione imputeum, vel flumen; quia respondendum est, quod licet verum sit, non esse licitum Baptismum facere, per huiusmodi sumersionem, aut eiectionem imputeum, quo infans morituros est; etiam si alias decederet, sine Baptismo, cum non sint facienda mala; vnde eueniant bona; *Apostolus, ad Romanos, capit. 8. capit. ex tuarum 2. de sortilegis*; tamen non exinde deducitur invalidum fuisse Baptismum cum non ad vitam corporalem, sed ad spiritualem ordinetur; ita *Suarez, dict. disputatione 20. sectione 3* versicuio *Quapropter.* Nec obstat, quod suprà retulimus; scilicet, eleuationem esse Resurrectionis significationem; quia respondendum est verum Sacramentum esse posse, licet desierit aliquid de significatis ipsius; dummodo essentialia non deficiant, vt in sacrificio puri vini, cui non apponitur aqua, *capit. cum Marthe, §. Quæsiuisti, de celebratione Missarum*; notat *Cardinalis Zabarela in præsenti, numero fin.*

DE PRESBYTERO NON Baptizato.

TITVLVS XLIII.

Ad textum in capit. si quis 1. capit. Apostolicam 2. capit. veniens 3. de Presbytero non Baptizato.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari non potest, non baptizatus, & si de facto ordinetur, ordinis characterem non recipit.*

2 *Baptismus est Ianua omnium Sacramẽtorum.*

3 *Cap. 1. vers. Deprehenderit, de Presbytero non baptizato.*

Expositi baptizati pount, a

nes, sine vlla dispensatione promoueri.

Cap. quanto 24. dist. cap. si quis, per ignorantiam 59. 1. quæst. 1.

4 *Cap. 1. de Sacramentis non iterandis, capit. quod quidam 97. 1. quæst. 1.*

Sacramenta, quæ imprimunt characterem iterari non possunt, alias sacrilegium cõmitti titur.

5 *Cap. 1. cap. presbyter 3. in fine, de Sacramentis non iterandis.*

6 *Cap. Apostolicam 2. de Presbytero non baptizato, cum capit. 1. & fin. eodem titulo.*

Iteratum non intelligitur, quod ambigitur esse factum.

7 *Ordinationis tempore, si per obliuionem traditus fuerit Calix, sine vino, & aqua, aut patena, sine pane, cum vna tantum specie; scilicet vino, vel tantum pane latè discutitur.*

8 *Cap. firmissimè, de consecrat. dist. 4. cum cap. 2. de Presbytero non baptizato.*

9 *Capit. Apostolicam 2. de Presbytero non baptizato, cum cap. cum Marte in fine, de celebratione Missarum.*

1 CONCLVSIO. Non baptizatus ordinari nõ potest, & si de facto ordinetur ordinis characterem non recipit, *capit. si quis 1. capit. Apostolicam 2. capit. venientes 3. hoc tit. capit. si quis, per ignorantiam 59. capit. si presbyter 60. capit. quod quidam 97. 1. quæstion. 1. capit. parvulos 110. capit. rebaptizare 118. de consecratione, distinct. 4. capit. de quibus 2. de Baptismo, capit. gaudemus, de diuortijs, Tridentin. sessione 14. de Sacramento Pœnitentiæ, capit. 2. l. 2. & 10. tit. 4. partit. 1.* exornant *Ledesma in summa part. 1. de Sacramento Ordinis, capit. 6. conclus. 2. Ægidius, de Sacramentis, & censuris, tom. 2. disputat. 20. dubio 10. numero 96. conclus. 2. Æmanuel Rodriguez, in summa, tom. 2. capit. 17. Bonacin. de Sacramentis, disput. 8. quæst. vnica, puncto 5. numero 7. Villalobos in summa, 1. part. tractat. 4. difficultate 4. numero 2. Martinus de S. Ioseph. in summa de Sacramentis, lib. 1. de Sacramentis in genere, tractatu 4. numero 13.* Idem *de Baptismo, tractat. 5. numero 7. & de Sacramento Ordinis, tractat. 3. numero 4. Turrecremata, in dict. §. Si quis 59. 1. quæst. 1. Suarez, de censuris, disputat. 22. section. 2. Granados, de Sacramentis, in 3. partem Diui Thomæ, controuersia 9. tractat. 1. disputat. 6. numero 2. Acuña, ad decretum, in capit. 1. 68. distinct. numero 2. & in capit. si quis post 4. 51. distinctione, numero 2. Nauarrus in manuali, capit. 27. numero 205. Enriquez, lib. 14. capit. 1. numero 2.* Idem

in

in ſumma, littera T. Abila de cenſuris part. 7. diſput. 5. ſect. 1. §. 1. Suarez, de cenſuris, diſputat. 40 ſeſsione 1. num. 2. cum traditis à *Barboſ. in Collectaneis, ad noſtrum textum, numero 2.*

2 Ratio eſt, quia Baptiſmus eſt ianua omnium Sacramentorum, *capit. 3. de Baptiſmo, capit. ad hoc 33. diſtinct.* nam vbi deeſt fundamentum, nihil ſuper ædificare poteſt, *capit. cum Paulus 1. quæſt. 2.* Meritò, cum ordo ſit Sacramentum, & præſuponat Baptiſmum, & cum aliquis nihil poſſet accipere, cuius receptiuum poteſtatem non habet; ſiquidem per characterem baptiſmalem efficitur homo receptiuus aliorum Sacramentorum; meritò qui characterem baptiſmalem non habet nullum aliud Sacramentum recipere poteſt; *Sanctus Thomas, 3. part. quæſtion. 55. artic. 3. in additionibus.* Quare ſi quis Presbyter ordinatus deprehenderit, ſe non eſſe baptizatum, neceſſe eſt, vt baptizetur, & iterū ordinetur, quia alias non baptizatus, ſi de facto ordinetur ordinis characterem, non recipit, *dict. cap. 1. & 3. hoc tit.*

3 Primò, aduerſus text. noſtrum, in verſ. *Deprehenderit ſe non eſſe baptizatum.* Obſtabit dicere, quod Presbyter ille neutiquam potuit ſcire, ſe eſſe, vel non eſſe baptizatum, cum eo tempore (vt per ſe patet) vſu rationis careat. Cui dubio reſpondit *Abbas in præſenti, & Cardinalis Zauarela, numero 1.* dicente text. *in dict. capit. 1. hoc tit.* procedere poſſe multis in caſibus, in quibus Sacerdos ille potuiſſet cognoſcere, non fuiſſe baptizatum. Primò, quia à parentibus fuit confeſſum fuiſſe baptizatum, cum aſperſione ſaliuæ, vel fortè, quia fuerat expoſitus; vt conſtat ex Catheciſmo Romano relato a *Sanctiſsimo Borromeo, Concilio 3. Mediolanenſi, tit. de Baptiſmo infanti expoſito*, vbi aſſerit, quod licet infans expoſitus appenſum in colo habeat ſignum, quòd ſit baptizatus; ſi tamen per quiſitā diligētia, ad huc dubium ſit eum baptizatum eſſe; præcipuè, ſi inter Iudæos natus ſit illa conditionis formula baptizandus erit: *Si es baptizatus, non te rebaptizo; ſi non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c.* de qua *in capit. 2. de Baptiſmo*; notat *Carranza, de partu expoſito, capit. 4. numero 55.* Nam expoſiti baptizati poſſunt, ad ſacros ordines, ſine vlla diſpenſatione promoueri: notat idem *Carranza, plures referens, dict. capit. 4. numero 50.* nec obſtabit text. *in capit. quanto, diſtinct. 24. Tridentin. ſeſ. 23. de reformat. capit. 5. & 7.* Vbi ſtatuitur, de fide, & natiuitate ordinandorum, inter alia diligenter inquirendum, quod in expoſitis dubium exiſtit, & ideo, ad Clericatus ordines admittendos non eſſe, cum ignotum patrem habeant, *Trident. ſeſ. 7. capit. 1. & ſeſ. 24. capit. 1.* Quia reſpondendum eſt iura illa procedere in legitimè natis, nō verò in expoſitis, nam eo ipſo, quod fuerit repertum, fuiſſe expoſitum præſumitur natus, ex patribus purè, & immaculati sāguinis, *Carrāça vbi ſuprà*, plures referens, *capit. 4. numero 50.* vel aliter poteſt reſponderi, text. noſtrum eſſe intelligendum, quādo quis fuit baptizatus, ſed eius Baptiſmi forma fuit errata in verbis, & ſolemnitate, vel quia miſſus fuit nutriendus ſtatim poſt natiuitatem, & nutrix credens fuiſſe baptizatum, baptizare non fecit; vt notat *Abbas, & Zauarela in præſenti, num. 1.*

4 Secundò, aduerſus ea, quæ refert text. noſter; videlicet, Presbyterum nō dum baptizatum fuiſſe ordinatum, & nihilominus iubet poſtea iterum ordinari, obſtabit text. *in capit. 1. de Sacramētis non iterandis, capit. quod quidam 97. 1. quæſtion. 1.* in quibus iuribus conſtat, quod Sacramenta illa, quæ imprimunt characterem in anima indelebilem, vt eſt Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, ne illis fiat iniuria, per reiterationem, quaſi talem characterem, non impreſsiſſent ſine ſacrilegio reiterari non poſſunt: ergo videbatur dicendum Presbyterum in præſenti, ſemel ordinatum; iterum ordinari non debere. Verum huic dubio reſpondendum eſt in præſenti, Presbyterum illum, non dum baptizatum, de iure Sacramentum Ordinis recipere nō potuiſſe; ex decidendi ratione ſuprà à nobis adducta, & ſic, vt notat *Gloſ.* in præſenti fuit ordinatus de facto, quæ ordinatio non tenuit; meritò verbum illud *Iterum*, ordinetur, non denotat reiterationem Sacramenti, quia in prima ordinatione, non fuit character impreſſus, ſed tantum dicit *Iterum*, quia prius fuerat ordinatus de facto; atverò text. *in dict. capit. 1 de Sacramentis non iterandis, cum ſimilibus*, procedunt quando Presbyter baptizatus, ſemel eſt ordinatus, quo in caſu iterum ordinari nō debet, ex ratione nuper tradita, *Zabarela in*

in præsenti, numero 2. Nec prædictis obstabit text. *in capit. si quis, per ignorantiam* 59. 1. *quæstion.* 1. Vbi in prima parte asserit, quod si quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur debent ab eo baptizati, iterum baptizari, & in text. 2. *part.* asserit; quod non debent iterum baptizare; quia respondendum est, quod text. ille in prima parte debet intelligi, & legi interrogatiue. Cui respondit Pontifex *in* 2. *part.* scilicet, non esse baptizandos. Notat *Glos. & Turrecremata ibidem.*

5 Tertiò, huic solutioni obstat textus *in capit.* 1 *cap. Presbyter* 3. *in fine, de Sacramentis, nō iterandis.* Vbi constat, quod si inordinatione Sacerdotum manus impositio fuerit omissa; iterum imponi debet, & tamen constat traditionem Calicis, panis, & patenæ simul, & manus impositionem esse de essentia ordinis Sacerdotalis, *capit. ex multis,* vers. *Quis sacram manus* 7. 1. *quæstion.* 3. *capit. Daybertum,* vers. *Cui manus imposuit* 1. *quæst.* 7. quæ iura demonstrant, etiam per manus impositionem, cum alijs requisitis ordinem conferri; notat *Thomas Sanchez, lib.* 7. *Consiliorum, capit.* 1. *dubio* 12. *Barbos. de potestate Episcopi,* 1. *part. alleg.* 18. *numero* 8. & quamuis iura suprà adducta in prima eorum parte affirmant ordinatum manere, absque manus impositione, nihilominus in fine asserunt cautè supplendum, quod incautè prætermissum est, & sic, manus impositionem, post ordinationem fieri debere. Pro cuius dubij solutione, ad notādum est inordinatione Presbyterorum duas conferri potestates, vnam consecrandi Eucharistiam, quæ dicitur potestas in verum Christi Corpus, alteram absoluendi à pecatis, quę appellatur potestas in Corpus Christi mysticum; prima datur, per traditionem Calicis, cum vino, & patenæ, cum pane Episcopo dicente, accipite potestatem offerendi, &c. Secunda, cum post Missam Episcopus manus imponens dicit: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* Ex quibus deducitur vtramque ceremoniam necessariam esse, ad prædictas diuersas potestates, quas etiam diuisit Dominus inordinatione Apostolorum, siquidem primam dedit in cœna, quando dixit, hoc facite in meam commemorationem, secundam post Resurrectionem, quando dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, Tridentin. sess.* 14. *de Sacramento Pœnitentiæ, capit.* 1. Cuius exemplo, etiam Ecclesia id debet facere, hoc est vnam post aliam. Quo supposito non obstat text. *in dict. capit.* 1. *& 3. de Sacramentis non iterandis*; quia Pontifex ibidem nihil aliud docet, quam ceremonias inordinatione ritè, peractas non esse iterandas, sed suppleri debere manus impositionem, quæ fuerat prætermissa, quod quidem pro nobis militat si animaduertamus, text. *in dict. capit. fin. de Sacramentis*, non loqui de manus impositione, quæ ab Episcopo fit, vt materia necessaria ordinis Presbyteratus, ad remissionem peccatorum, sed de alia manus impositione accidentali, seu Ecclesiastica quadam ceremonia, quæ ab Episcopo, & alijs Presbyteris, absque illis verbis adhibeatur, ante collationem potestatis, ad absoluendum, quod fiebat secundum ritum, & exemplum Apostolorum, quæ interpretatio deducitur, *ex dict. capit. fin. de Sacramentis non iterandis*, vers. *Ritu Apostolorum introducto*; ita *Gaspar Hurtado, alios referens, de Ordine, difficultate* 11. *numero fin.* Sed luet, hic intellectus adaptari possit, ad textum *in dict. capit. fin.* Non tamen poterit, ad text. *in dict. capit.* 1. *de Sacramentis non iterandis*, vbi verba illa: *Ritu ab Apostolis introducto scripta non reperiuntur*; quare veriùs dicendum est, si velis intelligere iura illa de essentiali manus impositione, in qua etiam consistit materia partialis ordinis Presbyteratus, adhuc resolutioni nostræ non obstabit; nam licet Pontifex ibidem, dixisset manus impositionem Episcopi in cautè prætermissam, cautè esse supplendam, non ex inde asserit ordinem esse iterandum; imò potius contrarium affirmat, & quamuis doceat manus impositionem pertinere essentialiter, ad ordinem Presbyteratus plenè, & perfectè tribuendum; tamen asserit, quod ceremonia illa, ad potestatem absoluendi (vt supra diximus) potest dari, & effectum sortiri separatim, hoc est statuto, vel diuerso tempore, absque reiteratione alterius materiæ, & formæ, circa quam versatur potestas Sacerdotalis conficiendi Corpus, & Sanguinē Christi Domini nostri, & secundum hanc interpretationem nō obstant verba, text. *in dict. capit. Presbyter fin. de Sacramentis non iterandis*, ibi: *Ritu, ab Apostolis introdu-*

du-

ducto; quia verba illa sunt intelligenda, hoc est Apostolos in ordinationibus primo ritum illum cepisse exercere, non vero illum illos instituisse.

6 Quarto, prædictis obstat text. in *capit. Apostolicam 2. hoc tit.* vbi Sacerdos, qui credebat se fuisse baptizatum, cum tamen baptizatus non fuisset eo tantū, quod haberet Sacramentum fidei saluatur, & pro eo Deo præces offerebantur: ergo, sic similiter, *in capit. 1. & fin. hoc nostro tit.* Clericus ille, qui credebat se esse baptizatum, cum esset ordinatus, ex illo fidei Sacramento ordinatus manebat, ac perconsequens iterum ordinari non poterat, cum per hoc iniuria fieret Sacramento Ordinis, *dict. capit. quod quidam 1. quæstion. 1.* species text. *dict. capit. 2. huius tit.* Sic se habet; quæstio apud Innocentium III. fuit delata de Sacerdote, qui in fide Baptismi existens decessit, postmodum compertum fuit, non fuisse baptizatum, quæsitum fuit vtrum Ecclesia deberet, eum habere, pro baptizato. Respondit Pontifex, quod si Presbyter ille in fide Sanctæ Trinitatis Ecclesia, & in confessione nominis Christi perseuerauit, ab originali solutus peccato, & gaudium cœlestis patriæ fuit adeptus, ex authoritate *Diui Augustini, de Ciuitate Dei super 8. librum*, de quo mentio habetur, *in capit. Baptismi vicem de consecrat. distinct. 4. capit. Catechumenum, capit. non dubito eadem distinctione 4.* Vbi inter cætera legitur, quod Baptismus inuisibiliter ministratur, quem à non contemptus Religionis, sed terminus necessitatis excludit; quod etiam Beatus Ambrosius de Valentiniano dixit, quid cum properaret, ad Baptismum in itinere decessit; meritò Summus Pontifex iubet, vt pro Presbytero memorato præces, hostiæque Deo offerantur. Ecce speciem vbi, per solam fidem baptizati efficitur, quis membrū Christi, & qui Christum habet per fidem, etiam si Baptismum non habeat, habet vtique fundamentum, & ita super ædificari posse videtur, sicut salutifera opera, sic, & quælibet Ecclesiastica Sacramenta: præterea, quia Sacramentum Ordinis Pontificalis, & Sacerdotalis, ex institutione sua processit Baptismum, & sic videbatur, quod etiam ante Baptismum huiusmodi ordines poterant ritè conferri maximè his qui baptizati creduntur; vt eisdemmet verbis ratiocinatur *Abbas in capit. fin. hoc tit. in principio*; sed eo non obstante verissimè est dicendum, quod si quis in Presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, præcipit text. noster, & *dict. capit. finali, hoc tit.* quod baptizetur, & iterum ordinetur, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum, nec de Sacramēto male sentitur, cum illud, non contemptus Religionis, sed necessitatis articulus impedibit, nec obstat ratio dubitandi suprà adducta, ex *dict. capit. 2. hoc tit. deducta*; quia respondendum est, cum *Glos.* verbo *Ministrare, in capit. veniens 3. hoc tit.* quia licet, quis habeat Sacramentum Baptismi, per fidem, & habeatur pro baptizato, quousque dubitat, & credit se baptizatum esse tamē postquam scit quod non est baptizatus statim amittit Sacramentū fidei, quare tenetur facere se baptizari, & ordinari, cum iam sit certum, se non recipisse ordines ante Baptismū. ex iuribus, & rationibus suprà adductis, quam glossæ interpretationem sequitur *Zabarela in cap. fin. hoc tit. numer. 5.* Nec etiam obstabit altera difficultas suprà adducta; scilicèt, quod Ordo Leuitarum præcesserit Baptismum; vt sentit *Abbas in cap. fin. in principio, hoc tit.* quia id intelligitur, ex lege veteris testamenti, quæ iam Christi aduentu cessauit, *capit. translato 3. de constitutionibus*, de quo infra dicemus, *in capit. vnico, de purificat. post partum.*

7 Quintò, non abrevenit intelligenda illa difficilis, & in praxi vtilis quæstio; an scilicet, si quis rite baptizatus in ordinatione Presbyteratus, per obliuionem ei traditus fuerit Calix, sine vino, & aqua, & patena sine pane, cū vna tantum specie; scilicet, aut solo vino, vel tantum pane, vt in his temporibus non semel, sed sæpius euenisse legimus valide sit ordinatus; ita vt denuò ordinatio, non sit iteranda. In quo dubio nonnulli grauissimi Doctores asserunt ordinationem illam validam esse, nec iterandam, ex eo mouentur, quia licet in hac ordinatione integra, ex præcepto Ecclesiæ sit traditio Calicis cum vino, & patenæ, cum pane, tamen traditio vnius, cum altera specierum censetur materia sufficiens; siquidem non datur potestatis diuisio in vna tantum specie; nā qui potest vnam potest, etia, & vtranique speciem consecrare, cum

Chri-

Christi Corpus sit coniunctũ, cum sanguine, & sanguis, cum corpore, ficit etiam, quod nonnulli asserunt Pontificem dispensasse in Prouincijs Saxoniæ propter vini defectum, vt cum solo pane Sacrificium Missæ fieret, & sic consequenter asserunt Episcopos in terris illis posse ordinare Sacerdotes, cum sola materia panis; quibus fundamentis, hanc sententiam, tenent *Enriquez, dict. lib. 10. cap. 6. num. 1. Thom. Sanchez, lib. 7. Consiliorum, cap. 1. dub. 12. num. 17.* cũ ab eo relatis. Sed licet, hæc sententia propter authoritatem, tam grauissimorum virorum Doctorum probabilis videatur; vt sentit *Bonacina, de ordine, disputat. 8. quæstion. vnica, part. 3.* tamen in re, tam difficili magis verius dicendũ esse existimamus, ex defectu vnius materiæ nullam esse ordinationem. Primò, quia *Concilium Florentinum, de ordine, §. 6.* Vtramque materiam inordinatione Sacerdotis necessariam esse expressit. Secundo, quia Dominus noster in vltima cœna vtramque materiam adhibuit: ergo signum est vtramque esse de necessitate. Tertiò, quia quod legitur in nonnullis Prouincijs, ex dispensatione Apostolica, cũ solo pane permissum fuisse celebrare, falsum esse obstẽdit, *Valencia de Sacramentis, disput. 6. quæst. 10. part. 4. Suarez, dict. disput. 4. sect. 4.* Quibus authoritatibus, & rationibus opinio peritorum huius nostræ inclitæ Salmantinæ Vniuersitatis obtinuit dum asserunt, ex defectu vnius materiæ ordinem saltem sub conditione esse reiterãdũ, nec interim ordinato licere illo vti, ne exponatur Presbyter periculo non consecrandi, non absoluẽdi pœnitentes, atque alia Sacramenta non conficiendi, quia alias ex defectu id cederet in maximum Ecclesiæ, & proximorum detrimentum, quæ doctrina libera est, ab opinionibus, cum in ea non possit esse deceptio, quo in casu non tantum illa pars, quæ deficit debet, sub conditione reiterari, sed integer ordo Presbyt. nã si ordinatio respectu potestatis conferendæ fuit nulla, ob defectum materiæ cõsequẽs est esse nullam, ob potestatis defectum absoluendi, cum hæc vltima potestas, vt præualeat præsupponat primã consecrationem fuisse validam, & si prima fuit nulla erit etiam, & secunda absoluendi; quæ ratio non militat in manus impositione, quæ si incautè fuerit omissa, ea sola (vt suprà diximus) supplerì potest, si prima consecratio ritè, & solemniter fuerit celebrata, *dict. cap. 1. & fin. de Sacramentis non iterandis*, quã sententiam tenent *Granados, de Sacramẽto Ordinis, 3. part. controuers. 9. tractat. 5. disp. 6. Valentia vbi supr. Ledesma in summa, 1. part. de Ordine, cap. 3. vers. La tercera dificultad, Diana 4. part. resol. 119. & in compendio*, verbo *Ordinis*, *Villalobos in summa, tom. 1. de Ordine, tractat. 11. difficult. 4. num. 1. Barbos. de potestate Episcop. part. 2. alleg. 14. num. 7.* Idem *de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 34. numer. 17.* Nec huic sententiæ obstabit, quod refert *D. Thom. in additionibus, ad tertiam partem, art. 5.* Quatenus scribit, quod in ipsa datione Calicis, sub forma verborum determinata imprimitur Sacerdotale character, & sic, cum Sanctus Doctor, non faciat mentionem de pane, nec de manus impositione; videtur sentire vtramque speciem, vt manus impositionem separatim receptam, sufficiẽtem esse huius Ordinis materiam; quia respondendum est *Diu. Thom.* breuitatis causa, & per cõpendium, mentionem tantum fecisse, de traditione Calicis; sed ex eo non videtur se velle excludere traditionem patenæ, cum pane; nec manus impositionem, de quibus immediate in ipsomet articulo, iam tractauerat.

8 Sexto, aduersus ea, quæ refert text. *in cap. Apostolicam 2. vers. Ab originali, hoc tit.* iuncta eius *Glos.* dum asserit, quod is qui credebat se esse baptizatũ, cum tamen non fuisset baptizatus, si cũ fide illa decessisset absolutus remanet, ab originali, & actuali peccato, quod etiam docet text. *in cap. Catechumenum, de consecrat. distinct. 4.* obstabit text. *in capit. firmissimè, de consecrat. distinct. 4.* vbi asseritur, sine Baptismum nullum saluari posse. Pro cuius dubij solutione, adnotandum est, Baptismum esse in tripli ci differentia fluminis, flaminis, & sanguinis, Baptismum fluminis, de quo quotidie, & frequenter vtimur, prodest parvulis, & adultis; dummodo non inueniat obicem contrariæ voluntatis, *cap. maiores, ad fin. de Baptismo*; flaminis prodest omnibus doli capacibus, & quis sit doli capax refertur, *in cap. 1. de delictis puerorum*, & hic flaminis Baptismus est Spiritus Sancti, qui inuisibiliter baptizat cor interius, *cap. debitum, de Baptismo, & prodest*, ac locum habet cum quis pu-

putat se baptizatum esse; nam tunc habet charitatem, quia non contēnit Baptismum fluminis, *capit. debitum, de Baptismo, dict. cap. 2. hoc tit.* Nam patuulis, hic Baptismus, non prodest; notat *Zabarela, in dict. cap. 2. hoc tit. numero 4.* Baptismus verò sanguinis fit innocentibus in martirio, & hic communis est parvulis, & adultis, *capit. Baptismi, de consecratione, distinct. 4.* Vnde infertur, quod Latro saluatus in Cruce fuit baptizatus Baptismo flamminis, non autem sanguinis, quia non substinuit martirium propter Christum, sed propter sua demerita, fuit autem saluatus propter fidem, & flamminis Baptismum, in qua fide decessit. Quibus suppositis, iam facilis apparet solutio, ad text. in *dict. cap. firmissimè, cum alijs, de consecrat. distinct. 4.* dum asserit, quod nullus, sine Baptismo potest saluari, quia text. ille, & similes sunt intelligendi de eo, qui scit se non esse baptizatum, & contemnens Baptismum non baptizatur; at vero textu, in *dict. cap. 2. hoc tit.* loquitur de eo, qui credebat se esse baptizatum, & non contempsit Baptismum, sed in fide ipsa decessit; meritò propter terminos necessitatis, id est, mortis, quæ est terminus necessitatis, saluatur, & ita sunt intelligenda verba, text. *in dict. capit. 2. hoc tit.* ibi: *Sed terminos necessitatis excludit*, id est mortis, quæ est terminus necessitatis omnia mundana dissoluens, *Authentica, de nuptijs; §. Disponat*, notat *Glos.* verbo *Ab originali, in dict. capit. 2. hoc titulo, Zabarela ibidem, numero 4. & 5.*

9 Septimò, prædictis obstabit, idem text. sibi contrarius, *in dict. capit. Apostolicam 2. hoc tit.* dum in principio textus ille asserit, quod Sacerdos ille, qui illo Baptismo flamminis decessit adipisci gaudium cœlestis patriæ, & tamen in fine asserit, pro ipso esse orandum; obstabit text. *in capit. cum Marte in fine, de celebratione Missarum.* Ex quo deducitur, non esse orandum, pro illis, qui sunt in Paradiso: ergo, vel prima, vel secunda illius text. pars substineri non potest. Verum respondendum est prædictum Presbyterum. Ita cum Baptismo flāminis decedentem adeptum fuisse Paradisum re, vel spe; merito in hoc dubio pro eo, oratur, & sibi prodest, si esset in purgatorio; nam si daretur, seu præsumeretur oppositum, non oraretur, pro decedente, *c. pro obeuntibus 13. quæst. 2. Abbas, & Zabarela, in dict. cap. 2. num. 2.*

Ad textum in capit. veniens fin. de Clerico non baptizato.

DE materia huius text. supra scripsimus, *in cap. de quibus 2. de Baptismo.*

DE CVSTODIA EVCHARISTIÆ Chriſmatis.

TITVLVS XLIV.

De Cuſtodia Euchariſtiæ Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtia, & Chriſma debent fideliter ſub clauibus cuſtodiri, & contrafacientes ſunt puniendi.*

2 *Baptiſmus omnibus, ad ſalutem eſt neceßarius.*

Euchariſtia, & Chriſma ſolemniter non cuſtodientes quibus pœnis puniantur.

3 *Capit. inebriauerunt, Loth 15. quæſtione 1.*

Sine culpa, niſi ſubſit cauſa non eſt aliquis puniendus.

Ebrius furioſo, & dormienti in delictis, quandoque æquiparatur.

4 *Capit. qui benè 94. de conſecratione, diſtinction. 2. cum capit. de cuſtodia Euchariſtiæ.*

5 *Capit. ſi per negligentiam 27. cum capit. qui bene 94 de conſecratione, diſtinctione 2.*

6 *Capit. ſi per ebrietatem 28. de conſecrat. diſtinct. 2.*

7 *Capit. tribus, verſ. Tanta, de conſecrat. diſtinction. 2. cum capit. officium 3. verſic. Debet, de offic. Archipresbyteri, capit. Presbyter, de conſecrat. diſt. 2.*

8 *Capit. cum omnes 7. verſic. Vbi Apoſtolis, cum cap. Presbyter 93. de conſecrat. diſtinct. 2.*

Euchariſtiam debet Presbyter paratam habere, vt quando quis infirmatus fuerit ſtatim commutet.

9 *Cap. tribus gradibus 23. cum cap. pervenit de conſecrat. diſt. 2.*

10 *Capit. Diaconus 13. capit. præſente 18. 93. diſtinctione. Diaconus abſente Presbytero, an licet Viaticum infirmis miniſtrare?*

11 *Euchariſtia in Eccleſijs non Parochialibus, an poſsit obtineri?*

12 *Cap. non opportet 23. diſtinct. cum Cõcilio Cartaginenſi, cap. 28.*

1 CONCLVSIO. Euchariſtia, & Chriſma debent fideliter, ſub clauibus cuſtodiri, & contra facientes ſunt puniendi; conſonat text. in *capit. ſane 10. de celebratione Miſſarum, capit. Presbyter, capit. qui bene capit. relatum, capit. ſi per negligentiam, capit. tribus 23. de conſecratione, diſtinction. 2. Cõcilium Nicenum, Can. 12. & 14. Concilium Remenſe, Can. 2. Lateranenſe, capit. 26. capit. præſente 96. diſtinctione, Concilium Anciranum, capit. 6. Concilium Cartaginenſe 4. capit. 77. & 78. Concilium Agatenſe, capit. 15. Concilium Tridentinum, ſeſsione 13. de Sacramento Euchariſtiæ, capit. 6. & Canon 7. & ſeſsione 35. capit. 10. capit. officium 3. de officio Archipresbyteri.* Exornat *Pelagius de plantu Eccleſiæ, lib. 2. capit. 27. numero 1. verſiculo 23. Menochius de arbitrarijs, caſu 410. Paulus Fuſcus, de Viſitatione, lib 1. capit. 5. numero 3. Zerola in praxi Epiſcopali part. 1. verbo Euchariſtia, Enriquez in ſumma, lib. 8 capit. 1. §. 7. in Commento. littera V. Salcedus, ad Bernardum, in praxi criminal. cap. 44. Baius in praxi Eccleſiaſtica, lib. 2. capit. 3. Diuus Thomas, part. 3. quæſtion. 82.*

artic.

artic. 3. Barbos. de potestate Episcopi, 2. parte, allegation. 22. Idem in Collectaneis, ad nostrum text. & in capit. fine 10. numero 3. & 4. de celebration. Missarum. Cænedus in Collectaneis, ad Decretales, Collectanea 51. numero 1. Carrasco, ad l. 2. tit. 1. lib. 1. Recop. cap. 1. per totum.

2 Ratio est, quia cum Baptismus in quo Chrismate vtitur omnibus, ad salutem sit necessarius, & Eucharistia, a Deo instituta sit, vt nobis sit cibus cœlestis, & Viaticum, ne in ipsa via deficiamus, & in certamine succumbamus, & in omnem casum necessitatis haberi possit copia Eucharistiæ Chrismatis, & aliorum Sacramentorum, rectè variis Conciliis, ac Canonibus cautè fuit, vt in omnibus Ecclesijs Parochialibus, pro infirmis Eucharistia, semper parata habeatur diligenter, & mundè in loco conspicuo honorificè exornato iuxta facultates Ecclesiæ, cuiusque, sub clabibus pęnes Parochum, vel Capellanum custodiendis, conseruetur cum Chrismate, quia per hanc custodiam diligenter, adhibitam euitatur periculum, ne ad illa possit temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia, vel nefaria exercēda; vt in text. nostro, & quoniam nimis videtur absurdum in sacris negligentiā adhiberi, quæ dedeceret, etiam in prophanis; si verò is, ad quem expectat custodia eam incautè reliquerit tribus mēsibus, ab officio suspenditur, & si per eius in curiam aliquid nephandum inde contingerit grauiori, subiaceat vltioni, vt in text. nostro, *& dict. capit. sanè 10. de celebratione Missarum.* Vnde non in meritò in hæc verba prorrumpit, *Paulus Fuscus, de visitatione, lib. 1. capit. 5. numero 3.* ibi: *Vnde primo est videndum, quod ipsa sancta Eucharistia honorificè custodiatur, quòd locus sit decens, & eminentior Ecclesiæ benè recondita.* Tabernaculum sit benè firmum, & clausum ex omni tui parte, vt nec foramen, etiam minimum pateat claue custodiatur, & qui clauem detinet sit Presbyter alioquim sufficiens, & Dei timoratus, nec permittatur stare in loco humido; Tabernaculum sit honorificum, iuxta facultates Ecclesiæ, cum veste serica interiori, & exteriori, & cum vase argenteo, & corporali benedicto, aut retinendum ipsum Sacramentum, cum simili periculo mutetur saltim, quolibet octauo die, & antiqua summatur, ne aliqua corruptio in ipsis speciebus generetur, & si Præpositus ipsi Sacramento incautè Eucharistiam dimiserit puniatur, iuxta sacros Canones suspensione triū mensium, ab officio hactenus *P. Fuscus loco citato*, quæ verba refert *Barbos. in Collectaneis, ad text. in dict. capit. sane 10. num. 2.*

3 Primò, obstabit dicere, quod is qui benè, non custodit Eucharistiam nō tenetur de casu, ex negligentia secuto; argumento text. *in capit. inebriauerunt, Loth. 15. quæstion. 1.* vbi Loth, non punitur propter incestum, cum filiabus suis; liquidem nemo trahitur, ad culpam, nisi ductus propria voluntate, *capit. non est 15. quæstion. 1.* Nam sine culpa, nisi subsit causa; non est aliquis puniendus, *capit. sine culpa, de regulis iuris, lib. 6.* Difficultatem tetigit, *Glos. in præsenti*, sed eam insolutam reliquit. Quare verius est dicendum, quemquam puniri, non solum de negligentia commissa in officio, sed etiam de omni delicto, & damno inde postmodum proueniente, & sic, ad delictum puniendum, non solum consideratur voluntas delinquendi, sed etiam exitus delicti; vndè imputatur totum id, quod præter voluntatem suam inde secutum est, *l. scientiam, §. Qui cum aliter, ff. ad legem Aquiliam*; notat *Abbas, in præsenti numero 2.* Sicque Parochus tenetur, ex delicto omissionis, quia licet non teneatur de casu ex negligentia secuto; tamen tenetur ex culpa negligentiæ, sic similiter *Loth, in dict. capit. inebriauerunt*, licet non teneatur de incestu, tamen culpandus est in quantum ille meretur ebrietatis facto. Notat *Glos.* verbo *Quantum, in dict. cap. inebriauerunt 15. quæst. 1.* Loth enim non punitur, ex incestu, quia ebrius, si delictum aliquod commisserit, vel omnino absoluendus est, vel certè minus puniendus, si tanta sit eius ebrietas, quod mentem auferat, *l. omnes, §. Per vinum, ff. de re militari*; notat *Tiraquellus, de pœnis, causa 5. numero 10.* quia ebrius furioso, & dormienti æquiparatur, *Petrus Pechius in cap. sine culpa, de regulis iuris, lib. 6.* nam dormiens, si quid facit, quod habet speciem delicti non punitur, *Clemētina vnica de homicidio*, & ea omnia, quæ ab ebrio dormiente, vel furioso facta sunt perinde habentur, ac si casu euenissent; notat *Petrus Pechius vbi supra, numero 1. & de interpretatione*

ad text. in l. verum, ff. de furtis, vide Zabarelam, in cap. cum delicti, de accusationibus notabili 6.

4 Secundo, aduersus text. nostrum dum docet, quod si is, ad quem expectat custodia eam incaute reliquerit tribus mensibus, ab officio suspendatur, obstabit Concilium Arelatense, alias Arelanense, de quo *in capit. qui bene 94. de consecratione, distinctione 2.* Vbi stabilitum est, quod qui bene non custodierit Sacramentum, & mus, vel aliquod animal illud comederit quadraginta diebus pœniteat, qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit triginta diebus pœniteat, & pœnitentia, hæc est, vt tot diebus ieiunet, & tot diebus abstineat à Sacramentorum communione; notat *Glos.* verbo *Pœniteat in capit. si per negligentiam 27. de consecration. distinction. 2.* Sed respondendum est, text. *in dict. capit. qui bene 94. de consecration. distinct. 2.* Procedere de iure antiquo, in quo non ita se vere omissio illa puniebatur; at vero text. noster procedit de iure nouissimo, in quo hodie pœna suspensionis officij imponitur, & si aliquod nefandum inde contigerit alia grauiori pœna puniuntur, quæ iudicis arbitrio relinquenda est; notat *Salcedus, ad Bernardū, in practica criminali capit. 44.* notat *Turrecremata, in dict. cap. qui bene, D. Thom. in 4. distinct. 9.*

5 Tertio, his omnibus pœnis, & pœnitentijs, obstabit text. *in capit. si per negligentiam 27. de consecration. distinction. 2.* Vbi per negligentiam aliquid de sanguine sanctissimo stilauerit in terram, id est, in tabulam terræ adhærentem, lingua lambatur, tabula radatur, si non fuerit tabula, vt non conculcetur locus corradetur, & igne comburetur, & cinis intra Altare condetur, & Sacerdos quadraginta diebus pœniteat; si verò super Altare stilauerit Calix, sorueat minister stilam, & tribus diebus pœniteat, si super linteum Altaris, & ad illud stila peruenerit quatuor diebus pœniteat, si vsque ad tertium nouem diebus, si vsque ad quartum viginti diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit stila tribus vicibus minister abluat, Calice suppositio, & aqua ablutionis sumatur, & iusta Altare recondatur. Ex cuius text. decisione colligitur, quod etiam, ex omissione illa alia, & diuersa pœna imponitur, quam quæ refertur, *in dict. capit. qui bene 94. de consecratione, distinctione 2.* Cui dubio respondit, *Glosa*, verbo *Triginta dies, in dict. capit. qui bene 94. de consecration. distinctione 2.* dum asserit diuersam pœnam, seu pœnitentiam imponi ei, qui per omissionem ceciderit hostiam consecratam, aut vinum consecratum; itaque text. *in dict. capit. qui bene*, loquatur in pane consecrato; text. verò, *in dict. capit. si per ignorantiam in vino consecrato*; vel aliter responderi potest, quod text. *in dict. capit. si per negligentiam loquatur de pœna antiqua*; quæ magis videtur conuenire pœnitentiæ foro, quam iudiciali prouidere, quare si casus occurrit, & in iudicium deducatur; tunc in foro iudiciali imponi debet pœna illa suspensionis trium mensium, de qua in text. nostro, vel iudex, attenta facti qualitate, & ad stantis populi notitia, vel scandalo, & Sacerdotis culpa, vel negligentia pœna moderabitur, vel augebitur, prout æquius sibi visum fuerit; notat *Salcedus, ad Bernardum, in praxi criminali, capit. 42.*

6 Quarto, his omnibus obstabit text. *in capit. si per ebrietatem 28. de consecratione, distinctione 2.* Vbi si quis, per ebrietatem, vel voracitatem Eucharistiam euomerit, & minus custodierit quadraginta diebus, si Laicus est pœnitere debet; si verò Clericus, vel Monachus, seu Diaconus fuerit septuaginta diebus pœniteat; Episcopus verò nonaginta; si autem infirmitatis causa, hoc euenerit, quominus non possit custodire Eucharistiam septem diebus tantum pœniteat. Augetur difficultas ex eo, quod infirmitas excusat, ab ipsa pœnitentia, *capit. testamentum 1. distinctione 6.* notat *Glos.* verbo *Pœniteat, in dict. capit. si per ebrietatem 28.* Ergo, non tribus mensibus debet suspendi, vt text. noster asserit. Sed huic dubio respondendum est, text. in *dict. cap. si per ebrietatem 28. de consecrat.* nō procedere in defectu custodiæ Eucharistiæ, ex omissione curæ, & diligentiæ, sed potiùs ex casu, in quo culpa vomitus prouenit, ex ebrietate, vel voracitate, quibus in casibus, & causis pœna ibi iure antiquo taxatam ponenda est; sed cum qualitas pœnitentiæ, ibi non exprimatur, quæ in illis diebus fieri debeat, videtur relicta arbitrio iudicis; no-

tat

tat *Salcedus, ad Bernardum, vbi suprà, capit.* 61. & ratio huius pœnæ est, quia secundum veriorem, & securiorem opinionem, quamdiù species Sacramentales remanent in suo vero esse, sub eis consistit ipse parabiliter Corpus Christi, & sic, si prædictæ species ejiciuntur per vomitum, ipsum corpus similiter ejicitur, & tunc si species euomitæ discerni possunt, & sunt sumptibiles debent, ex siccari, & summi per se, si potest fieri, vel cum vino, vel alio liquore; si verò non sunt sumptibiles, tunc reponantur in aliquo honesto loco, iuxta altare; sed si species non possunt discerni, præsumuntur digestæ, nisi statim sint evomitæ quo casu reponuntur in aliquo honesto loco; notat *Turrecremata in capit. si quis, §. Ad primum, numero 6. in fine, de consecratione, distinct.* 2. & est in culpa, quia non debuit summere, cum esset ebrius; argumento text. *in l. idem iuris, §. Mulionem ff. ad l. Aquiliam*, vel quia non debuit statim, cum edere ciuum vulgarem, *capit. tribus* 23. *de consecrat. distinct.* 2. *Glos.* verbo *Pœniteat*, *in dict. cap. si per ebrietatem.*

7 Quintò, obstabit text. *in capit. tribus* 23. vers. *Tanta, de consecrat. distinct.* 2. vbi tanta in altari certè holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant, quod si remanserint, in crastinum non reseruentur, sed cum timore, & tremore Clericorum diligentia consumantur. Ex cuius text. decisione manifestè constat, quod Presbyteri curare debent, vt Eucharistia conficiatur, quæ populo possit sufficere, & fragmenta, si qua supersunt non debent, ad crastinum diem reseruari, sed Clerici Ecclesiæ, cum reuerentia summere, & consummere, nec ea reseruare debēt, quod omnino contrarium, refert text. *in capit. officium* 3. versiculo *Debet*, *de officio Archipresbyteri*, ibi · *Debet enim præcipere Custodi Ecclesiæ, vt in Sacrario Eucharistia Christi propter infirmos non desit.* Ex quibus verbis apparet officium Archipresbyteri esse, Eucharistiam in Sacrario Custodire, quod etiam refert text. *in dict. capit. Presbyter Eucharistiam, de consecrat. distinct.* 2. in qua iurium contrarietate, *Glos.* in verbo *Infirmos*, *in dict. capit. officium* 3. asserit, *in dict. capit. tribus* 23. *de consecratione distinct.* 2. subaudiendum esse, nisi ad infirmorum, &c. *Vt in dict. cap. officium* 3. *de officio Archipresbyteri, dict. capit. Presbyter, de consecrat. distinct.* 2. Aqua non multum distat solutio tradita, à *Glos.* verbo *Reseruentur, in dict. capit. tribus*, dum asserit, *in dict. capit. officium*, & *in dict. capit. Presbyter*, iubere reseruare Eucharistiam, ad opus morientium; at verò, *in dict capit. tribus*, prohiberi reseruari, ad opus consecrantium, & sic iura illa, quamuis cōtraria prima fronte videantur, tamen non ita reperiuntur.

8 Sexto, aduersus id, quod refert text. *in dict. capit. Presbyter* 93. *de consecratione, distinct.* 2. dum asserit, Presbyterum tantum debere habere Eucharistiam paratam, vt quando quis infirmatus fuerit statim eum communicet, ne sine communione moriatur; ex cuius decisione probari videtur, tantum Eucharistiam esse seruandam, non verò sanguinem; obstabit text. in *capit. cum omnes* 7. *de consecratione distinct.* 2. versiculo *Apostolis Corpus suum, & Sanguinem commendauit, seorsum enim panis, & seorsum Calicis commendatio memoratur.* Ex quibus verbis manifestè constat panem, & vinum separatim esse obseruandum difficultatem tetigit, *Glos.* verbo *Eucharistiam*, *in dict. capit. Presbyter* 93. *de consecrat. distinct.* 2. Sed huic dubio respondendum est, text. *in dict. capit. Presbyter.* Sanguinem infirmis, non præcepisse seruari. Primò, quia vt fides est in Christi Corpore, etiam eius sanguis infirmis datur; meritò sanguinem, non præcipit seruare, quia opus esset nimia cautela in eo seruando, & sic propter cautelam non seruatur, ne fundatur; notat *Glos. in dict. capit. Presbyter.* Præcipuè, cum hodie communio Laicis separatim non detur, cum pane, & sanguine, sed tantum, cum pane vbi simul sanguis datur. Nec obstat text. *in dict. capit. cum omne*, versiculo *Apostolis*; vbi seorsum panis, & Sanguis Calicem cōmendatur, quia text. ille fuit institutus, ad impugnandam quorundam hæreticorum pertinaciam, qui post Communionem intictam Eucharistiam populis, pro complemento communionis præstabant, non credentes, sub vtraque specie Christum contineri existimantes, in hostia consecrata non existere Sanguinem Christi, & dabant, & recelam, siue hostiam consecratam intictā sanguine, pro complemento communionis, ad quorum errorem conuin-

cendam, text. ille decreuit, id esse hæreticum, quia Christus Dominus seorsim Apostolis Corpus suum, & sanguinem commendauit; vt ex verbis textus apparet; notat *Turrecremata*, omnino videndus, *in dict. capit. cum omne 7. in principio, de consecratione, distinctione 2.*

9 Septimò, aduersus ea, quæ communiter in præsenti notant omnes præcipuè, *Glos.* verbo *Fideli, in capit. 1. hoc titulo*; videlicèt, Eucharistiam tantum, per Presbyterum custodiri, & tangi, vel ad infirmos deferre posse iuxta text. *in capit. pervenit 29. de consecratione, distinctione 2.* obstabit *text. in capit. tribus gradibus 23. de consecratione, distinctione 2.* vbi apparet, quod tribus gradibus commissa sunt Sacramenta diuinorum decretorum, id est Presbytero, Diacono, & ministro; scilicet, Subdiacono, qui cum timore, & tremore Clericorum reliquias fragmentorum corporis Domini custodire debent; sed huic dubio respondendum est, verisimum esse tantum Presbytero competere, & licere Eucharistiam tangere, & custodire, ex iuribus suprà adductis. Nec obstat text. *in dict. capit. tribus gradibus*; quia est intelligendus eo sensu; scilicet, quod sacra misteria Altaris à tribus gradibus; scilicet, Presbytero, Diacono, & Subdiacono, tractanda sunt, sed diuersimode actum habent; nam Sacerdotis officium est consecrare Eucharistiam, Diaconi dispensandi sanguinem Christi; ita vt Calicem possit tangere, *capit. firmiter, de summa Trinitate*, Subdiaconi, actum est circa vasa consecrata, *capit. per lectis 25. distinctione, capit. nullum 28. distinction.* nam licet omnes ordines ordinentur, ad Sacramentum Eucharistiæ, non tamen æqualiter, sed secundum plus, vel minus; scilicet, secundum propinquum, & remotum; vnde multa, ad dispensationem Eucharistiæ illis tribus Sacris Ordinibus competunt, quæ non competunt inferioribus, & in hunc sensum est intelligendus, text. *in dict. capit. tribus gradibus 23. de consecratione, distinctione 2.* dum asserit Sacramentum Eucharistiæ tribus gradibus tractandum esse; notat *Turrecremata, in dict. capit. tribus gradibus 23. distinctione 2.* versiculo *Ad primum, numero 1.*

10 Octauò, prædictis obstat text. *in capit. Diaconus 13. capit. præsente 18. 93. distinction. de consecration.* In quibus iuribus constat Diaconum posse Eucharistiam infirmis ministrare; sed huic dubio respondendum est, quod quamuis Diaconatus Ordo tendat circa Eucharistiæ Sacramentum, & ministeria, quæ aguntur in Sacramentis, *capit. per lectis*, versiculo *Ad Diaconum 25. distinctione.* Tamen eis consecratio Eucharistiæ, non permittitur, *capit. Cleros*, versiculo *Leuitæ 21. distinctione.* Sed si necessitas vrgeat absente Presbytero poterit infirmis Eucharistiæ Sacramentum conferre, iuxta text. ita intelligendum, *in dict. capit. præsente, dict. capit. Diaconus 93. distinction.* notat *Glos. in præsenti*, verbo *Fideli custodia*, *Glos.* verb. *Necessitas*, *in dict. capit. Diaconus 93. distinct. Acuña ibidem plures referens.*

11 Nonò, obstabit dicere, quod Sanguis Christi aliquando, per Diaconum dispensatur; vt de Beato Laurentio in eius lectura habetur, qui Diaconus fuit, & illi commissa est dispensatio Sanguinis Domini; vt ex Beato Sixto apparet, ibi: *Experire vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Domini Sanguinis dispensationem.* Cui dubio respondendum est, cum *Diuo Thoma, 3. part. quæstion. 22. artic. 3.* dum asserit, quod Diaconus, quasi propinquus Ordini Sacerdotali, aliquid participat de eius officio; scilicet, vt dispenset sanguinem, non autem Corpus, nisi in necessitate primo iubente Episcopo, vel Presbytero, quia Sanguis Christi continetur in vase; vnde non oportet, quod tangatur à Diacono distribuente, sicut tangitur Corpus Christi, quare mirum non est quod Diacono magis conueniat dispensatio sanguinis, quam dispensatio Corporis; aliasque differentiæ rationes, refert *Diuus Thomas vbi suprà*, quem sequitur *Turrecremata in cap. pervenit, num. 3. de consecrat. distinct. 3. Acuña ad decretum, in capit. ministrum 27. numer. 4. 23. distinct.* Est tamen animaduertendum, quod in Ecclesijs non Parochialibus Sacra Eucharistia retineri non potest, ne equidem de licentia Episcopi, sed ex authoritate, & concessione Pontificis, dumtaxat, nec etiam intra chorum, vel septa Monasterij monialium, nisi in die aliquo festiuo, cum licentia Prælati ad deuotionem monialium, *Tridentin. sess.*

35. *cap.* 10. vbi plures refert, *Barbosa in remissionibus, Valensis in practicis, ad hunc titulum, num.* 3. & quomodo chrisma consecratum debeat obseruari, videndus est *Barbos. in collectaneis ad hunc text. num.* 2.

12 Decimò, aduersus id, quòd suprà retulimus; videlicèt, prohibitionem illam tangendi vasa Sacra, comprehendere omnes præter eos, qui ad Sacros ordines sunt promoti, quales sunt Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi. Obstat *Concilium Laudicense, capit.* 21. *relatum in capit. non opportet* 23. *distinctione*; vbi constat Subdiaconibus non esse licitum contingere, seu tangere vasa Sacra, seu Diuina, quod omninò contrarium refert, *Concilium Carthaginense, capit.* 28. Cui dubio respondendum est, discrimen versari inter eum casum, quo vasa Sacra vacua sunt, & inter eum, quo insit corpus Dominicum, nam si vasa Sacra sunt vacua; tunc licet Subdiaconis ea tangere, & ita est intelligendus text. *in dicto Canon.* 28. non verò si insit corpus Dominicum, & ita est interpretandus text. *in dicto capit. non opportet* 23. *distinctione.* Ratio est, quia Hypodiaconus, id est, subdiaconus in sua ordinatione Calicem vacuum, & Patenam vacuam recipit, *capit. Subdiaconus* 23. *distinction.* vel aliter dici poterit discrimen versari inter tempus, quo tractantur Sacra mysteria, & tunc vasa Sacra tangere non possunt, sed tantum transferre, & alibi asportare, iuxta text. ita intelligendum, *in capit. non opportet* 23. *distinction.* at verò, cum Sacramenta non tractantur vasa Sacra tangere possunt, *dict. Can.* 28. quæ omnia locum habent, postquam Subdiaconatus ordo Sacer est, nam antèa cum Sacer non esset, non poterat vasa Sacra, vllo in tempore tangere, de qua re plura congerit, *Innocentius, Cironius in paratillis ad hunc tit. apud medium.*

DE

DE RELIQVIIS, ET VENERATIONE Sanctorum.

TITVLVS XLV.

Ad textum in capit. audiuimus 1. capit. cum ex eo 2. eodem titul.

SVMMARIVM.

1 *Venerari pro Sancto aliquis non potest, sine Pontificis authoritate, etiam si per eũ miracula fiant.*
2 *Cognitio maiorum negotiorum; tantum ad Pontificem expectat.*
Miracula non sufficiunt, vt quis pro Sancto veneretur.
3 *Cap. 1. de consecrat. distinct. 3. cap. fin. de ferijs.*
4 *Cap. cum ex eo 2. de reliquijs, & veneratione Sanctorum.*
5 *Concilium Trident. sess. 15. de reform. cap. 2.*
6 *Cap. venerabili 52. de testibus.*
7 *Diuus Cyprianus lib. 3. Epist. 6.*
8 *Concilium Illiberitanum, Can. 36.*
9 *Pontifex in canonizatione Sanctorum, errare non potest.*
10 *Cap. corpora 31. de consecratione, distinct. 1.*
11 *Deuteronomij cap. 6.*
12 *Diui Bernardi melifui mirabile factũ proponitur, & latè discutitur.*

1 CONCLVSIO. Aliquis sine Pontificis authoritate pro Sancto venerari nõ potest, etiam si per eum miracula fiant. Consonat text. *in cap. cum ex eo, hoc tit. cap. 1. eodem tit. lib. 6. cap. venerabile 52. de testibus, capit. si quis dixerit 11. quæst. 3. cap. si quis propera 27. 50. distin. cap. corpora 37. de consecrat. distinction. 1. Trident sess. 25. de reform. cap. 2. D. Gregorius lib. 2. moralium, capit. 8. Cyprianus lib. 3. Epist. 34. Ambrosius, sermone 6. Damascenus lib. 4. de fide, capit. 16. Leo X. in Bulla publicata in 3. Concilio Lateranensi,* eiusdem Pontificis tempore congregato, *de iure Regio, l. 66 tit. 4. part. 1.* Exornant *Crespecius in summ.* verbo *Reliquiæ,* & verbo *Imagines, Turrianus 2. 2. disput. 17. dub. 2. Belarminus tom. 1. controuersiarum, de Sanctorum beatificatione, lib. 1. capit. 8. Azor institutionum moralium, parte 2. lib. 5. cap 6. quæst. 1. Castelances, de canonizatione Sanctorum, quæst. 3. artic. 1. Fagundez in quinque præcepta, lib. 1. cap. 5. num. 31. Petrus Gregorius lib. 2. Syntagmatum, cap. 1. & 1. partitionum, tit. 14. capit. 3. Vazquez in 3. partem, disput. 112. quæst. 25. artic. 3. Thomas Sanchez lib. 2. summæ cap. 43. Acuña in capit. quia sancta 63. distinct. & in capit. si quis propera 27. 50. distinct. Carrasco nouissimè plures referens, in explicatione legũ Recopilationis, capit. 5. Franciscus Suarez in defensione fidei, lib. 2. capit. 11. & 12.* cum traditis à *Barbos. in collectaneis ad hunc textum, Cenedo in collectaneis ad Decretales, collectanea 52.* Idem *in collectaneis ad sextum librum, collect. 22.*

2 Ratio est, nam cum ad Pontificem tantum pertineat cognitio maiorũ negotiorum, *cap. omnis 3. 2. quæst. 6. cap. rogamus 24. quæst. 1. cap. multis 17. distinct. cap. vt debitus 59. de appellationibus, Antonius Augustinus in Epitome iuris Pontificij, lib. 1. tit. 2.* & cum canonizatio Sanctorum sit vna de maioribus causis, vtpote in qua agitur de fide, iustè Romano Pontifici determinatio huius causæ re-

reseruntur, *Antonius Augustinus vbi suprà titul.* 10. Accedit etiam, nam inter alia, quæ consequitur Sanctus per canonizationem, quę enumerat Zabarela in præsenti illud præcipuum est, quod apud fideles omnes dicatur officium illius, & in Letanijs referatur, *cap. vnico, hoc tit. lib.*6. vt adimpleatur illud, *Ecclesiastici, cap.* 44. Sapientiam Sanctorum narret populus, & laudem eorum annuntiet Ecclesia, sed nullus Prælatus omnibus præest, nisi Romanus Pontifex: ergo ille tãtum, vt potè cũctorum ordinarius hanc venerationem omnibus indicare potest; deindè nam si liceret quemlibet pro Sãcto venerari, præter quam, quod daretur occasio idolatriæ; ideò Sancti multiplicarentur & deuotio vilescceret, *cap. Episcopi* 89. *distinct. cap.* 1. *de priuilegijs*, nec etiam si miracula per eum fiant est sufficiens argumentum, ad hoc, vt quis pro Sacto veneretur, cum omnes sciant miracula æqualiter fieri per bonos, ac per prophanos homines; imò, & per gẽtiles, *Matth. cap.*7. ibi: *Multi dicunt mihi in illa die Domine, nonne in nomine tuo Prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, cap. multi, cap. teneamus, cap. prophetauit* 1. *quæstion.* 1. docet Diuus Thomas 1. *part. quæst.* 100. *artic.*4. & 2.2. *quæst.* 178. *art.*2. Petrus Gregorius *lib.*13. *de Republica, capit.*25. & 26. *Maluenda, de Anti Christo, lib.*6. *cap.*1. & *lib.* 7. *cap.*13. Doctor Solorçanus, *de iure Indiarum, lib.*2. *cap.*23. *nu.*54. Nam cum gratia miraculorum sit gratisdata, non requiritur habere virtutem, nec fidem in ministro; vndè Balaam sceleratus Ariolus Prophetauit, *Numerorum, cap.*22. Saul deprauatus homo, similem donum obtinuit, *Regum* 1. *cap.* 10. Iudas proditor gratiam habuit miraculorum, vt tradit Athanasius in quæstionibus Sacræ Scripturæ, *capit.*32. *de Gentilibus*, etiam plura refert, *Perez in Lucerea Salmantina certamine* 1. *dubio* 1. *cap.* 1. *de Sybilis*. præsertim, *Eristrea, Simon Maiolus dierum canicularium, coloquio* 4. *pagina* 79. notum est enim illud Virginis cuiusdam Romanæ, quæ cum de stupro accusata fuisset Cribro aquam hausta calumniã, sibi illiatam miraculo (vt quidã vocant) comprobauit, plura alia, qui cupit consulat, *Torreblanca, de iure spirituali, lib.* 1. *cap.* 11. *Fortunatum, de canonizatione Sãctorum, sect.* 8. *cap.* 1. Quare iuste decidetur in text. nostro miracula', non esse inspicienda in veneratione Sanctorum, præcipuè cum possit dari magnus Sanctus, qui miraculorum donum non habuerit, vt considerant *Doctores omnes suprà citati.*

3 Primò, contra text. nostrum, obstabit text. *in cap.* 1. *de consecrat. distinct.* 3. *cap. fin. de ferijs*, vbi cum enumerentur festiuitates publice obseruandæ, & referantur Sancti publice venerandi sequẽtia proponuntur verba, *Et illæ festiuitates, quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum Clero & populo duxerint solemniter celebrandas*; ex quibus apertè deducitur licitum esse solemniter venerari nouum Sanctum, absque eo, quod à Pontifice sit canonizatus; dum tamen Episcopi accedat mandatum, & perconsequens Episcopo, etiam licere canonizare Sanctos, pro qua difficultate dissoluenda dicendum est, ibi: *Agi de Sanctis iam canonizatis, quorum festa potes Episcopus facere*; nam licet ad Romanũ Pontificem expectet dies festos speciali modo instituere, qui colantur ab omnibus, & vniuersis sub peccato mortali, vt tradunt *Azor tom.*2 *Moralium, lib* 1 *cap.*2. *quæst.* 1. *Suarez, de Religione tom.*1. *lib.*2. *de rebus festiuis cap.*3. *num.*2. *Thomas Sãchez in præcepta Decalogi, tom.*1. *cap.*43. tamen Episcopi in suis Episcopatibus, tantum possunt festiuitates Sanctorum, qui iam canonizati sunt dedicare, vt docent plures apud Enriquez, vbi suprà *lib.* 1. *cap.*3. quod etiam ratione comprobatur, nam eo ipso, quod hoc prohibitum, non inueniatur in iure censetur concessum, vt latè probat *Thomas Sanchez vbi suprà*, nec requiritur consensus Pontificis, vt huiusmodi festiuitates obligent sub peccato, non tamen poterit Episcopus dies festiuos instituere in honorem, & beneficionem alicuius Martyris, vel confessoris, quam prius à Pontifice in albo Sanctorum sit relatus; cum illud fuisset tacite canonizare, quod facere non potest ex text. nostro; vndè refelenda est doctrina Vincentij, & aliorum antiquorum, asserentiũ Episcopos posse dies festos instituere in honorem illorum, qui adhuc non sunt canonizati, licet non ignorent antiquitus, posse venerari Sanctorum in vno Episcopatu ex licentia Episcopi, dum tamen in ea tantum celebretur, de qua canonizatione agit, *Belarminus dict. lib.* 1. *cap.* 7. & nos

ſuprà. An autem in ſpeciebus prædictorum iurium requiratur cõſenſus populi, & Cleri videndi ſunt, *Suarez, Thom. Sãchez, Fagundez locis ſuprà citatis.*

4 Secundò, obſtabit text. *in cap. cum ex eo 2. hoc titul.* vbi in prima parte text. agitur, de veneratione reliquiarum Sãctorum approbatorum, in ſecunda verò de reliquijs nouiter inventis, & dicitur, quòd reliquiæ approbatæ, non paſsim oſtendantur, nec venales exponantur, nouiter verò inventæ, non aliter venerentur, quàm ſi à Pontifice approbatæ fuerint: ex quibus verbis ſic argumentatur, en vbi Sãcti iam approbati reliquiæ, non debent paſsim oſtendi: ergo licet à Romano Pontifice, quis ſit Canonicatus, nihilominus non debet publice ad venerationem oſtendi. Sed reſpondendum eſt, ibi: *Prohiberi ne reliquiæ paſsim oſtendantur*, cum ex nimio familiari vſu daretur occaſio contemptus, *cap. & in Iudæos, de Iudæis*, præcipuè, ſi extra capſam oſtendantur, cum exindè aliqui ſummerent occaſionem detrahendi inſpicientes oſſa nuda, quaſi non debuiſſet caro conſummi, ſi Sanctus eſſet. Secunda verò pars, ex text. noſtro ampliatur; nam cum non poſsit aliquis pro Sancto venerari, abſque Pontificis licẽtia; multo magis, nec eius reliquiæ publice oſtendi, abſque Romanę Eccleſiæ approbatione: dixi *Publicè*, quia priuatim in æſtimationẽ bene poteſt, quis reliquias alicuius Confeſſoris, vel Martyris, adhuc non canonizati habere, vt notant Doctores omnes, *in dict. cap. 2.*

5 Tertiò, contra text. noſtrum, & ſuprà dicta obſtabit *Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. de reformat. cap. 2.* vbi agens de miraculis, & imaginibus, de quibus in text. noſtro tractatur, ſequentia proponuntur verba, nec illa etiam admittenda eſſe noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, niſi recognoſcente, & approbante Epiſcopo, quia ſimul de his aliquid compertum fuerit adhibitis in Cõcilium Theologis, & alijs pijs viris ea facie, quæ veritati, & pietati conſentanea iudicauerit; ex quibus verbis euidenter deducitur ſufficere; imò tantum deſiderari ad hoc, vt quis poſsit pro Sancto venerari, vt Epiſcopus eius miracula approbauerit, & reliquias inuentas conſequenter, poſſe venerari ſine licentia Pontificis; dum tamen Epiſcopus de conſilio peritorum, eas approbauerit, quòd expreſsè deſtruit omnia ſuprà adducta. Nec poteſt dici, ibi agi de Sanctis iam beatificatis, & canonizatis, vt exiſtimat *Thomas Sanchez, Azor, Suar. locis ſuprà citatis*, & nouitet *Contelorius, de canonizatione Sanctorum, cap. 5.* Siquidem contrarium apparet, ex ipſomet text. verſic. *Nulla etiam admittenda noua miracula*, ex quo expreſsè deducitur, ibi: *Agi de miraculis nouiter factis*; deinde quia lege non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus, *l. vnic. §. Sim autem, Cod. de caducis tollendis*; deindè, quia anno 1626. menſe Ianuarij, *Auguſtin. Barboſa conſultationem in Sacra Congregatione propoſuit*, an text. *in dict. cap. 2.* Trident. Concilij ſit intelligendus, de Sanctis tãtum iam canonizatis, an verò de omnibus, reſponſum fuit de omnibus eſſe intelligendum, vt ipſe refert in collectaneis ad text. *in cap. 1. hoc tit. num. 6.* Quare verius dicendum eſt, *cum Carraſco in explicat. nouæ Recopilationis, cap. 5.* Epiſcopum poſſe, ex diſpoſitione Concilij examinare miracula, eaque approbare, & tunc remittere ad Romanum Pontificem, vt Sanctus beatificetur, vel canonizetur, quòd nunquam conceditur Epiſcopis, repugnante noſtri text. praxi in prædicto examine, ea quæ obſeruanda ſunt videre oportet, *apud Fagundez vbi ſuprà, cap. 4. Barboſ. latè, de poteſtate Epiſcopi, 3. part. allegation. 97. per totam, & allegatione 50. numero 44. cum ſequentibus.*

6 Quartò, obſtat text. *in cap. venerabili 52. de teſtibus*, vbi Honorius III. ſcribens: *Chori Sotonenſi, & Trecorenſi Epiſcopis iubet, vt teſtes ſuper miraculis Sanctorum ſigillatim, & cum omni diligentia examinentur*; ex quo facto aperte conſtat Epiſcopis incumbere ius probandi miracula, nouiter inuenta, & eius licentiam, non verò Pontificis deſiderari, vt quis poſsit ex miraculo venerari pro Sancto. Cui difficultati reſpondendum eſt, ibi: *Epiſcopum approbare miracula, ſiue examinare teſtes de vita, & miraculis illius Religioſi, ex delegatione Romani Pontificis*; nec exindè ſequitur ipſa approbaſſe, ſed ſic teſtes examinatos remiſiſſe ad Honorium III. vt ipſe approbet, vel reprobet, quomodo autem debeant teſtes examinari, & de praxi in eis recipiendis obſeruanda, videre eſt apud Doctores ibidem, *Fortunatus in tractatu de canonizatione Sanctorum*, nouiſsimè *Carraſco ad*

aliquas leges nouæ Recopilationis, cap.5.& fere per totum.

7 Quinto, obstabit difficilis authoritas, *Diui Cypriani lib.3.Epist.3.* vbi Sanctus ille iubet ad se scribi, cum aliquis Martyr de hac vita exijt, vt statim possit eius memoria sacrificijs celebrare, & deindè per singulos annos Martyrũ dies coli: ex qua Epistola expressè constat, non requiri Pontificis consensum, sed sufficere Episcopi; siquidè ex iussu Cypriani, qui tantum Episcopus fuit potest Martyr, quotannis venerari, ac eius festiuitates peragi. Cui difficultati respondendum est, distinguẽdo inter tempora primitiuæ Ecclesiæ, & tempora nostri Alexandri, *cap.1. hoc titul.* illis enim primis temporibus sufficiebat authoritas Episcopi, vt quis posset pro Sancto venerari in eo Episcopatu, tantùm, non tamen in omni Ecclesia, hodie vero post constitutiones nostri text. abrogata est hæc potestas; vnde approbatio, de qua Diuus Cyprianus procedebat illo primæuo tempore, & tantum in eius Episcopatu, *Belarminus dict. lib.1.cap.7.in principio.*

8 Sextò, refragatur difficile, *Concilij Illiberitani decretum, Can.36.* ibi: *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur, aut adoratur in parietibus depingatur,* ex text. apertum ad probãdum imagines Sanctorum, etiam canonizatorum neri non debere. ergo frustra agimus de veneratione illis impertienda, si omnino denegatur, *in dict. Can.36.* Cui difficultati, quæ quidem maxima est, respondit *Alanus Copus in Dialogis, lib.5.capit.16.* dicens, ibi: *Prohiberi imagines in parietibus depingendas, quia à Christianis venerari cœperant, vt Dij;* vnde ne idolatria in Ecclesia daretur sancitum fuit in ea picturas, non esse pingẽdas, ne id, quod in parietibus exiitit adoraretur, & coleretur, vt Deus, in quem sensum accepit hunc Canonem *Ibocarnotensis in suo decreto, p.3.cap.40.* Sed si rectius perpendatur solutio ratione illius text. non adaptatur, cum Patres ibidem, non dicant, ne id, quod adoratur pingatur, sed ne id, quod adoratur pingatur, quare rectius, *Nicolaus Sandeus lib.2.de cultu Imaginum, capit.4.* respondit, ibi: *Prohibitas fuisse imagines in Templis pingi, quia tempus, & locus id requirebant, propter periculum persecutionis, ne in parietibus depictæ, cum indè euelli non possent à persecutoribus contumelia afficerentur,* quæ etiam ratio fuit cum prohibitum eo, in tẽpore fuisset cereos accendi in cæmentereis, ne corpora Sanctorum ab infidelibus inquietarentur, *Can.34.eiusdem Concilij;* deindè, ne Gentiles existimarent Christianos, adorare ligna, vel lapides, in quibus Imagines depictæ erant, quam interpretationem secuntur *Don Ferdinandus de Mendoza & Chorolianus in dicto Can.36.Concilij Illiberitani.*

9 Septimò, obstabit authoritas Diui Augustini ab hæreticis cõtra nos passim adducta his verbis, *Multa corpora honorantur in terris, quorum animæ torquentur in gehenna.* Ex qua euidenter deducitur, adhuc post canonizationem Pontificis, non posse approbatum adorari pro Sancto; siquidem multi canonizati torquentur in infernis, ex sententia Diui Augustini, quæ difficultas petebat, vt examinaretur quæstio illa celebris apud Doctores; an Romanus Pontifex possit errare in canonizatione Sanctorum? Sed quia nostri instituti, non est tractatus facere, Consulto omittimus, videndi sunt *Belarminus lib.1. de Sanctorum beatificatione, cap.9. Couarruuias lib.1. variarum, cap.10. Turrecremata in defensione reuelationum Sanctæ Brigidæ, cap. vltimo,* cum traditis a *Barbos. in collectaneis ad nostrum textum, num.5.* Difficultati tamen satisfaciendum est, dicendo locum illum (si Diui Augustini sit cum tamen in eius operibus, non inueniatur scriptum) intelligendum esse de impijs, qui honorantur magnis sepulchris, cum animæ eorum in inferno existant. Vel de corporibus fraude aliqua suppositis, pro corporibus Sanctorum, aut de Martyrijs Donatistarum, qui ab Hæreticis, vt Martyres honorãtur, cum eorum corpora torqueantur in gehenna, vt refert *Belarminus dict. cap.9.* vel aliter dici potest locũ Diui Augustin. non esse intelligendum, nec loqui de canonizatis, sed tantum de illis, qui in terris nos decepti pro Sanctis veneramus.

10 Octauò, contra suprà dicta expendo text. *in capit. corpora 31. de consecratione, distinct.1.* cuius hæc sunt verba, *Corpora Sanctorum, de loco ad locum, nullus transferre præsumat, sine Consilio Principis, vel Episcoporum Sanctæ Synodi licẽtia:* ex quibus deducitur in tractandis, & transferendis corporibus Sanctorum Principis, & Synodi Cõsilium adhiberi, non

non Pontificis licentiam desiderari: ergo male asseruimus specialem Pontificis licentiam requiri. Pro cuius text. difficultate dissoluenda *Anastasius Germonius lib. 1. de Sacrorum immunitate, cap. 8. existimat*, ibi: *Desiderari consilium Principis simul, & Pontificis*; quasi dicant Patres Concilij Maguntini, adesse debere Consilium Principis, simul, & Pontificis, sed hac solutione omissa verius dicendum est, ibi: *Appellatione Principis venire Pontificem, hoc est Principem Ecclesiasticum, qui sæpè sæpius in iure nostro; ita appellari solet, cap. 2. de regularibus*, de cuius text. interpretatione plura refert, *Pinelus, §. 3. num. 190. cum sequentibus.*

10 Nono, ex eisdem venit exponēdus locus *Deuteronomij, cap. 6.* ibi: *Deum tuum timebis, & illi soli seruies*, *Hester cap. 13* ibi: *Timui ne honorem Dei mei trāsferrem ad hominem, & nec quemquam adorarem, excepto Deo meo, & locus Diui Augustini, de vera Religione, cap. 55.* ibi: *Non sit nobis Religio cultus hominum mortuorū, quia si piè vixerunt, non sic habeantur, vt tales quærant honores, sed illum à nobis coli volunt, quo illuminati lætantur meriti sui non esse consortes, & alia*, in quibus probare videtur Sanctos, etiam iam canonizatos, non esse venerādos, de quorum explicatione, & vera expositione vidēdi sunt *Pater Vazquez, & Belarminus locis citatis suprà*, vide etiam text. *in cap. 1. & 3. de iure patronatus.*

12 Decimò, aduersus ea, quæ refert text. *in dict. cap. audiuimus, cap. fin. hoc tit.* videlicèt, solam reuelationem cognoscens licite possit culto publico reuelatum, vt Sanctum honorare, non expectata Summi Pontificis licentia, quia alias si testificanti habuisse reuelationem fides adhibēda esset, via aperiretur multis fraudibus, & illusionibus, quibus nō tantum a diabolo, sed a priuatis hominibus decipiatur; meritò Sacendos, non potest publice venerari aliquem, vt Sanctum quē Ecclesia, & Pontifex non cognouit Sanctum, & Beatum, obstabit illud miraculosum Beatissimi, & meliflui Bernardi factum relatum à Gaufrido in vita Sancti Bernardi in exordio *Cistertiensi cap. 16.* & ab Illustrissimo Fr. Angel Manrique, quondam huius almæ Academiæ Primario antecessore, *tom. 2. Annalium Cistercienſium*, & à Magistro Fray Francisco de Viuar *in commentarijs ad Marcum Maximum in defensione iuris haremitæ, §. 11.* quod quidem sic se habet; in funere Sancti Malachiæ Episcopi in Clara Valle, Malachias Episcopus vitam finiuit, delatum eius corpus ad Ecclesiam sepeliēdum, Bernardus exequitur funera, vsque ad sacrificium Missam celebrans defunctorum, sed post Hostiā incruentam oblatam gloriam Malechię Domino reuelante cognouit, & sacrificio iam expleto formam mutauit orationis, & orationem intulit, quoad Sanctorum Confessorum celebrantes, non quæ ad orationem pertinet defunctorū, hoc modo dicens Deus, qui Beatū Malechiam Sanctorum tuorum meritis, quo æquasti, &c. & sic, vt publicus Ecclesiæ minister, in solemni sacrificio Missæ celebrauit, vt Sanctum, quem nondum Ecclesia declarauerat Diuum, quod quidem factum, etiam fecisse Bernardū legitur in funere Sancti Alberici Cardinalis Hostiensis, quem publica laude prosecutus est, non expectata Pontificis, vel Episcopi Diœcesani licentia, cum enim corpus, nondum terræ mandatum in Ecclesia iaceret, & astantes Missam præsentis defuncti expectarent audire Bernardus Diuina circūfussus luce Missam Sanctorum in laudem Alberici decantauit, quem ex reuelatione Diuina Corona gloriæ in cœlesti Hyerusalem videbat iam redimitum, quod Diui Bernardi factum magis difficile redditur, ex text. *in cap. cum marte, de celebrat. Missarum*, vbi apparet iniuriam fieri Martyri, qui orat pro Martyre. Pro cuius dubij solutione adnotari solet, quod duplex dari potest reuelatio vna, quæ gloriam defuncti re valet, sed hæc non sufficit ad cultum publicum, alia, qua Deus manifestet se, vt supremum Legislatorē dispensare, *in l. Pontificia suumque placitum esse*, vt non obstante lege Pontificia, sine facultate ipsius veneretur, vt Sanctus ille cuius gloriam reuelauit, & tunc poterit illum, vt Sanctum venerari, & ita de hac secunda reuelatione, nonnulli asserunt obtinere Diui Bernardi factum, quam distinctionem impugnat, *Caietanus 2.2. quæst. 156. artic. 6. in solutione ad tertium*, dum asserit, *in leg. gratiæ*, reuelationes priuatas contra legem communem, siuè naturalem, siuè positiuam, omninò reiciendas esse; siquidem nullus Catholicus legi communi contrariari potest, allegādo reuelationem priuatam, cum multoties illusione diabolica

fieri

fieri posit, quare alij existimant Diuum Bernardum, certo cognouisse gloriam Malachiæ, & Alberici, Cardinalis Hostiēsis; & ideò potuisse facere eo in tempore, quia prohibitio Ecclesiæ vetans cultum publicum, deferri Sanctis ab Ecclesia, nondum approbatis lata est, post tempora Diui Bernardi; nam text. *in dicto cap. audiuimus*, cuius Auctor est Alexander III. & text. *in dict. cap. fin. hoc titulo*, cuius Author est Innocentius Tertius; multò post obitum Diui Bernardi sunt edditi, & cum Bernardi tempore nulla lex Ecclesiastica esset, prohibens cultum publicum iusto deferri, sine Romani Pontificis authoritate, seu facultate sufficiebat enim ipso Domino reuelante gloriam Malachiæ cognoscere, vt eum publico cultui exponeret in solemni sacrificio Missæ. Sed hæc interpretatio meritò displicet, quia etiam ante Alexandrum Tertium, non poterat, quicumque Sacerdos cultui publico, iustum exponere, cum tantum Episcopis hoc à Sede Apostolica esset permissum, vt supra diximus in quinto dubio; notat *Viuarius vbi supra*, quare his omissis dicendum videtur, licite in sacrificio Missæ Beatum Bernardum Malachiam Episcopum, vt Sanctum Confessarium Domini laudare potuisset, potius ex absoluta Dei potētia, quam ordinaria Ecclesiæ, contra ius commune multis de causis. Prima, quia reuelatio gloriæ iusti venerandi Diuo Bernardo, à Deo fuit data, vt constat ex narratione Gaufredi vbi suprà, versic. *Post expletum sacrificium Domino reuelante gloriam Malachiæ cognouit, quæ reuelatio*, videtur cōtinere dispēsationem, & delegationem diuinam, operādi contra legem communem prohibentem cultum publicum; dum Diuus Bernardus Domino inspirante formam mutauit orationis defunctorum, & Sanctorum Confessorum solemniter decantauit, quæ reuelatio non tantum fuit priuata; sed euidenter publica, per eximiam illius viri Sanctitatem per antecedentia miracula, & præcedentia vaticinia euentu ipso confirmata, & impleta, vt respondit de hac quæst. interrogatus, *Petrus Calensis lib. 5. Epist. 14.* his verbis: *Quia quod Deus per se facere, dum ponit homines auxilium, vel authoritatem non quærit, nec expectandum hominis iudicium*; vbi manifesta luce Dei se explanat iudicium, &c. Deindè, quia Diui Bernardi veneratio Malachiæ, non fuit beatificatio, seu canonizatio, vt ab omni Ecclesia veneraretur; siquidem non proposuit publice Malachiam venerādum, sed particulariter in Monasterio Clara Vellensi, quod quidem Diui Bernardi factum eo in tempore miraculosè accidisse; tamen hodie, post nostri text. decisionem, cum huius causæ cognitio specialiter Summo Pontifici sit reseruata dicendū existimamus, nullum pro Sancto publice venerari posse, nisi a Pontifice semel approbatum.

[✠]

DE OBSERVATIONE Ieiuniorum.

TITVLVS XLVI.

Ad text. in cap. ex parte 1. cap. consilium 2. cap. explicari 3. de obseruatione ieiuniorum.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunari debet in Sabbatho, quãdo Vigilia occurrit in Dominica die.*

2 *Ieiunium denotat pœnitentiam, & afflictionem.*

Ieiunare in die Dominica, quare prohibitum est.

3 *Cap. vtinam 11. 76. dist. cum cap si quis tanquam 7. 30. distinct.*

4 *Canon 64. Martini Bracarensis.*

5 *Canon. 65. Apostolorum, cum cap. placuit de consecrat. dist. 3.*

6 *Ieiunium, non est de necessitate, & præcepto, post Paschã Resurrectionis vsque ad Sabbathum Pentecostes, quo die ieiunandum est.*

Cap. nosse credo 11. 76. distinct.

7 *Concilium Triburiense, cap. 31. cap. licet tam veteris 3. de ferijs.*

8 *Seruitus realis, personalis, & spiritualis, in quo differant.*

Capit. consilium 2. verſiculo Quod omnium Apostolorum, de obseruatione ieiuniorum.

9 *Ieiunium incipere debet à media nocte diei præcedẽtis, & finiri media nocte diei subsequentis, cap. de vsu carnium 11. de consecrat. dist. 3.*

10 *Pascha Natiuitatis si occurrerit sexta Feria, licitum est omnibus carnes comedere, exceptis professis, & vouentibus, capit. fin. de obseruatione ieiuniorum, cum cap. de esu carnium 11. de consecratione, distinct. 3.*

11 *Consilium Antisidorense, Can. 3. eiusdem Concilij.*

1 CONCLVSIO. Vigilia occurrens in Dominica ieiunari debet in Sabbatho, & ieiunanda est Vigilia Mathiæ.

Consonat text. *in capit. ieiunium 1. & 2. cap. ieiunio, cap. vtinam 76 distinct. cap. si quis 7. 30. dist. cap. Quadragesima cap. quinque, cap. sit tibi de consecrat dist. 5. cap. Sabbatho, cap. placuit, cap. nequis, cap. ieiuniũ 14. de consecrat. dist. 3. cap si quis tanquam, dist. 7. dist. 30. capit. statuimus, cap. per hoc, cap. Quadragesima, cap. denique dist. 4. cap. quis nesciat 11. dist. 11. cap. colocent, de cõsecrat. dist. 1. cap. illa 12. dist. cap. Presbyter 82. distinct. cap. 1. ad finem 15. distinct. cap. cum voluntate, de sententia excommunicationis, cap. Sacerdos 26. quæst. 7. Concilium Illiberitanum, Can. 26. Arelatense 4. cap. 2.* Exornat *Thom. Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 37. & lib 4 cap. 11. num. 42. D. Ferdinandus de Mendoza lib. 2. in Concilio Illiberitano, cap. 52. Diuus Thom. 2. 2. quæst. 147. Couarruu. lib. 4. variarum, cap. 2. Baron. tom. 1. Annalium, ann. Christi 57. cap. 152. Lesius, de iustitia, & iure, lib. 4. cap. 2. Cenedus practicarum, & Canonicarum quæstionum, lib. 1. quæst 40. & 41. Diana resolutionum Moralium, par. 1. tractat. de ieiunio. Azor institutionum Moralium part. 1. lib. 7 cap. 8. cum sequentibus, Toletus in summa, lib. 6. capit. 2. Æmanuel Rodriguez in summa, tom. 1. cap. 33. num. 3. Ægidius, de Sacramentis, & censuris, disput. 6. dub. 6. nu. 47.* cum traditis à *Barbosa in collectaneis, ad nostrum textum, Acuña ad primam decreti partem, in dictis iuribus.*

2 Ratio quare, Vigilia occurrens in Dominica ieiunari debet in Sabbatho, ea eſt, quia ieiuniũ indicat pœnitentiã, & afflictionem, *cap. ieiunium 7. 76. diſt.* nam in die Dominica gaudium Reſurrectionis celebramus, *cap. fin. 30. diſt.* cũ Dominica, & ieiuniũ, ſimul concurrere non poſsint; ſiquidem veteres, & recentiores Patres ſummopere cauerunt, ne ieiunia diem Dominicam, eiuſque celebrationem turbarent, exiſtimantes lætitiam eius, quodam modo Dominici, & violari, ſi meror illi, vel luctus ieiunij accederet, aut vlla ex parte miſceretur, *capit. ieiunium, cap. ne quis, de conſecr. diſt. 3. cap. ſi quis tanquã, cap. ſi quis Presbyter 30. diſt. cap. Sacerdos 26. q. 6.* notat *Acuña ad decretum, in cap. de ieiunio 3. 76. diſt. nu. 4.* & ideò ieiunantes in die Dominica ex ſuperſtitione contra vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem grauiter peccant, *Acuña vbi ſuprà, in dict. cap. ſi quis 7. 30. diſtinct. num. 1.* meritò, ſi aliqua feſtiuitas, quæ habet Vigiliam de præcepto in ſecunda Feria contigerit venire die Sabbathi, præcedentis Vigilia debet ieiunari cum illa, in die Dominica non conueniat adimpleri, *cap. quæſiuit, de verbor. ſignific.* ſiquidē debitũ, quod non poteſt ſolui vna die, debet ſolui in altera, *l. celſus, §. 1. ff. de arbitrijs*, & ieiuniũ in Sabbatho fuit inſtitutum, quia in Sabbatho Dominus in ſepulchro fuit poſitus, & Diſcipuli ieiunarunt; notat *Acuña vbi ſuprà in cap. qui neſciat 11. num. 2. 11. diſt.* ieiunium enim die Dominica interdictum eſt, ob Manicheorum hæreſim dicentium, id ieiunium neceſſarium eſſe in contemptum Reſurrectionis Chriſti Domini noſtri, quapropter hunc errorem, qui tunc vigebat ſubſtraxit Eccleſia. Dies Dominicos à Quadrageſimæ ieiunio, *capit. Quadrageſimæ, de conſecrat. diſt. 5.* notat *Thom. Sanch. ad Decalogũ, lib. 2. cap. 37. num. 12.* & ieiunanda eſt Vigilia Beati Mathiæ Apoſtoli. Ratio eſt, quia omnium Apoſtolorũ Vigiliæ ſunt, in obſeruatione ieiunij celebrandi præter Vigilias Apoſtolorũ Philippi, & Iacobi, & Sãcti Ioannis Euangeliſtæ, quoniam illorum ſolemnitas, intra ſolemnitatem Paſchalem, iſtius autem intra natalem Domini celebratur, *capit. 2. hoc tit.* nam glorioſiſsimi Apoſtoli Chriſtianæ fidei Principes Athletæ Dei electi, iuſti Iudices ſæculi lumina vera mundi viuentes in carne Eccleſiam, ſuo precioſo ſanguine plantauerunt ipſam irrigãdo ſublimiter, & diſciplinis ſanctiſsimis erigendo *cap. vnico, de reliquijs, & veneratione Sanctorum, lib. 6. D. Aguſtin. Pſal. 86.* & quoniam Sanctus Mathias, inter duodecim Apoſtolos fuit enumeratus, *Actuum Apoſtol. cap. 1.* & eorum dierum æqualis debet eſſe feſtiuitas, quorum æqualis eſt Sanctitas, *cap. ſcire 76. diſt.* & ideò in Vigilia Beati Mathiæ, quæ non impeditur a maiori ſolemnitate, ſicut in Vigilijs cęterorum Apoſtolorum eſt ieiunanda, vt in tex. noſtro, *& in cap. 2. hoc tit.* Ratio dubitandi fuit, quia Mathias non fuit de numero duodecim à principio; ſed ſucceſsit poſt mortem Chriſti, in locum Iudæ proditoris, dum Apoſtoli poſſuerunt ſortem ſuper eum, & Barnabam, *Actuum Apoſtolor. cap. 1.* Et ſic ratio decidendi eſt, quia ſubrogatus eſt ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *cap. maiores, de Baptiſmo.*

3 Primò, obſtabit illa D. Hieronymi authoritas ad Lucium, *Epiſt. 28. relata in cap. vtinam 11. 76. diſt.* vbi S. Hieronymus ieiunium, tãquam laudabile in die Dominico approbat exemplo D. Pauli die Dominica ieiunantis, quòd omninò contrarium, refert text. *in cap. ſi quis tanquam 7. 30. diſt. cap. ieiunium, de conſecrat. diſt. 3.* in quibus iuribus conſtat ieiunantem die Dominico peccare, tanquam contra vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudinem, cum dies Dominica, vt ſupra diximus lætitiæ, non luctui, & pœnitentiæ, deputetur in qua iurium contrarietate, *Tho. Sanch. tom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 37. n. 11.* ex doctrina Sylueſtri, verb. *Ieiuniũ*, diſtinctionem adhibet inter ieiuniũ afflictionis, & luctus, quod ſummitur ad ſatisfatiẽdum pro præteritis delictis, & à futuris cauendis, & inter ieiuniũ exultationis, quod aſſummitur nempè, vt mens propitia ſit ad gaudium, & vt eleuetur in Deum; ita vt ieiuniũ afflictionis, nõ liceat die Dominica fieri, ſed debet transferri in diem Sabbathi, ſi in die Dominica inciderit, & ita procedere, textus *in d. c. ſi quis tanquam 30. diſt. d. cap. ieiunium, de conſecrat. diſt. 3.* Secus verò dicendũ eſt, in ieiunio exultationis, quod adimpleri poteſt in die Dominica, vel in alio feſtiuo, & ita intelligendũ eſſe text. *in dict. capit. vtinam 76. diſtinct.* ſed his, & alijs omiſsis verius eſt dicendum, ieiunium in die Dominica, non eſſe ſimpliciter prohibitum, ſed tantum, ſi ex iu-

ſuperſtitione, vel contemptu Eccleſiæ, aut ſcandalo fiat, nam cum olim ieiuniũ in die Dominica interdictum eſſet, ob Manicheorum hereſim dicentium ieiunium neceſſarium eſſe in contemptum Reſurrectionis Chriſti Domini, ſed cum iam hodie hęc cauſa ceſſaſſet, licitum eſt die Dominica ieiunare, ſiuè ieiunio exaltationis, ſiuè afflictionis; dummodo id, non fiat cum ſcãdalo, errore aliquo, aut contumacia, quaſi improbando Eccleſiæ conſuetudinem; notat *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 5. ad tertium, Th. Sanch. ad Decalogum, 1. tom. lib. 2. cap. 37. n. 12. & 17.*

4 Secundò, prædictis obſtabit, *Can. 64. Martini Bracarenſis in collectione Orientalium*, cuius hæc ſunt verba, *Non licet quemquam Clericum die Dominica ab Eccleſia abſentem eſſe, ſed Miſſarum ſolemnibus intereſſe, & ieiunio*; in quibus vltimis huius Canonis verbis, Martinus apertiſſimè ſignificat Clericum die Dominica ieiunare debere. In qua difficultate (ſi mihi permiſſum eſt) vt quod ſentio libere loquar, interim dum viri doctiſſimi huic loco ſuccurrunt dicendum arbitror, hunc Canonem in illo vero ieiunio ſuſpectum eſſe, additumque fuiſſe ab aliquo imperito, aut hæretico homine. Quam coniecturã a viris doctis probandam experamus, preſertim ſi conſulant aliam additionem Garciæ de Loayſa *in notis ad Concilium Illiberitanum, cap. 26.* vbi verbum illud *Ieiunio*, iure optimo deeſſe affirmat, niſi pro illo verbo *Ieiunio*, velis legere ieiunius, quaſi ſenſus verborum ſit, quod Clericus in die Dominica, non debet ab Eccleſia abeſſe, ſed in ea Miſſam celebrare ieiunius, hoc eſt antequam prãdium ſummat, ſed mihi probabilior eſt prima ſolutio, nam ſecunda ex ſenſu verborum, nec ex rigore iuris deduci poteſt.

5 Tertiò, obſtabit *Can. 65. Apoſtolorum*, cuius hæc ſunt verba: *Si quis Dominicum diem, aut Sabbathum, vno ſolo dempto ieiunare deprehendatur deponitur, & ſi laicus à communione eijcitur*; ex quibus verbis conſtat diem Dominicum. Diei Sabbatho æquiparari, & in parte illa in qua text. vetat in die Dominico ieiunare, facile procedit; ſiquidem dies illa ſit dies feriata ſolemnis lætitiæ, & Reſurrectionis Domini noſtri, non vero pœnitentiæ, & triſtitiæ, cum in eo die ex tex. noſtri deciſione ieiunij pœnitentia prohibeatur, quando concurrit aliqua Vigilia in honorem Sanctorum ab Eccleſia ſtatuta; meritò in die antecedenti, non feriato Vigilia obſeruari debet, qua de cauſa ieiunium in die Dominica, nec in quadrageſima admittitur, *cap. quadrageſima, de conſecrat. diſtin. 5. cap. placuit, cap. ieiunium, cap. ne quis, de conſecrat. diſt. 3.* Sed Canon ille Apoſtolorum difficilimus redditur in parte illa, in qua etiam ieiunium in die Sabbathi, quaſi in die lætitiæ, & feriato prohibetur contra noſtri tex. deciſionem. Augetur difficultas ex eo, quòd Sancta Romana Eccleſia ieiunium, propter triſtitiam, & paſsionem Domini in die Sabbathi ſuſcepit, *cap. Sabbatho, de conſecrat. diſt. 3. Illiberitanũ Concilium, cap. 26. Agatenſe, cap. 12. Arelatenſe 4. cap. 2.* nam Sanctam Romanam Eccleſiam, contra Apoſtolorũ prohibitionem id feciſſe, neutiquam præſumendũ eſt. Quæ authoritates, licet ſuſpectam faciant illam Apoſtolorum authoritatẽ, tamen pro Apoſtolorum Canone facit authoritas Sancti Ignatij, *Epiſt. 8. & 44. ad Philippenſes*, dum aſſerit Canone Apoſtolorum cautum eſſe, quod aliquis Dominicam diem, aut Sabbathum ieiunauerit præter vnum Sabbathũ Paſchæ ipſe Chriſti interfector ſit, quam refert *Couarruu. tom. 2. variarum, lib. 4. cap. 20.* ad quod etiam conducit *Clem. Papa lib. 7. conſtitutionum Apoſtolor. cap. 24. & Patrulani in 6. Synodo, Can. 55.* vbi in Sabbatho, quolibet prohibetur ieiunium, & *Concilium Agatenſe, cap. 12. relatum in capit. placuit, de conſecrat. diſt. 3.* ibi: *Placuit, vt omnes Eccleſiæ filij, exceptis diebus Dominicis in Quadrageſima, etiam die Sabbathi Sacerdotali oratione, & diſcretionis communione ieiunent*; ex quibus verbis conſtat, Sabbathi diem, quoad orationem, & celebrationem diei Dominico æquiparari. Quo in dubio enucleando diu ſuper ſedit, circa quod velem alium docẽtem audire magis, quam docere; ſed cõſiderata Concilium ſerie; ita inter ſe pugnãtia, hoc modo ad concordiam reducenda eſſe exiſtimo præcipuè, ex authoritate Baronij ann. Chriſti 102. *num. 15. Senerini in notis ad Canones Apoſtol. cap. 65. Belarm. tom. 3. controu. lib. 2. de bonis operibus, cap. 8.* qui omnes aſſerunt Canonẽ illum Apoſtolorum, quoad Sabbathi diem prohibentem ieiunium, non fuiſſe Apoſtolorum, & affirmant verba illa, *in dict. Canon. 65.* ibi: *Vel Sabbatho ſuppoſita, & in certa fuiſſe à Græcis poſterioribus*; tum

tum, quia Sancta Romana Eccleſia ex authoritate Petri, & Pauli ieiunium Sabbathi ſuſcepit, vt conſtat ex *Auguſt. Epiſt.* 119. *à Ianuar. cap.* 13. *& epiſt.* 85 *ad Caſulanum, & D. Iſidorus lib.* 1. *de officijs, cap.* 24. *Thom. Vbaldenſis, de Sacramentalib. tit.* 16. *cap.* 140. qui conatur probare feſtiuitatẽ die Dominici, ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutam, Tertulianus aduerſus gentes, *cap.* 16. *Couarr. vbi ſuprà, cap.* 19. *n.* 6. *Innocentius I. Epiſt.* 11. *cap.* 9. *& Epiſt.* 1. *cap.* 4. *vt ex d. cap. Sabbatho, de conſecrat. diſt.* 3. Ita ſimiliter exiſtimant Canonem illu ſextę Synodi, *Can.* 55. adulterinum eſſe, & cõtra Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, *Couarr. lib.* 4. *variar. cap.* 20. *num.* 5. *apud medium.* Alia verò iura inuicem contraria cõciliãda eſſe, exiſtimo iuxta diuerſas conſuetudines Orientalis, vel Occidentalis Eccleſiæ, nam Orientalis Eccleſia ob piam conſuetudinem Sabbatho, nõ ieiunabat vno excepto Paſchali, quæ conſuetudo fuit recepta in odiũ, & deteſtationem hæreticorum, Simonis Magi, Menandri Saturni, & aliorum aſſerẽtium Deum Authorem mũdi, cum omnibus à ſe creatis malum eſſe; atque ideò à carnis eſu, & prorogatione matrimonij in Sabbathi die ſe abſtinebãt, & in eo ieiunabant, ne exindè Creator mundi, qui in die ſeptima requieuit honorari videretur, notat *Giphanius orat.* 12. *cum ſequent.* meritò Orientalis Eccleſia, vt iniuriã Deo, ita illatam vindicaret communi conſenſu iuſſit, ne quis in die Sabbathi ieiunaret, ſed potius diem illum magna, cum illaritate tranſire; atque ideò adinſtar diei Dominici iuſſit celebrari, & in hoc ſenſu Ignatius vbi ſuprà, dixit: *Si quis Sabbatho ieiunauerit Chriſti, interfector eſt, & in dict. Cõcilio Agatenſi, cap.* 12 *relato in d. cap. placuit, de conſecrat. diſt.* 3. in illis verbis *Etiam dies Sabbathi Sacerdotali oratione, &c.* Sed Occidentalis, & Latina Eccleſia hæreſi iam extincta; non tãtum licite, ſed etiam pie Sabbato ieiunat in memoriam Domini, qui ea die mortuus, & in ſepulchro incluſus fuit, quod omnino contrarium obſeruant Iudæi; ſiquidẽ die illa valdè epulãtur, notat *Garc. de Loayſa in notis ad Concilium Illiberitanum Can.* 26. *D. Ferdinandus de Mendoza lib.* 2. *ad eundem Cõcilium, Can.* 52. ſed licet authoritate ſuprà adducta, circa Sabbathi ieiunium Græci diſſentirent, tamen circa diem Dominicam, omnes conſenſerunt præcipientes, ne quis ea die ieiunaret ex eo, quod Hæretici, & Manichei Chriſti Reſurrectionem negantes die illa licita, & triſtitia ieiunabant; notat *Baronius anno Chriſti* 58. *num.* 63. *Couarruuias dict. lib.* 4. *variarum cap.* 19. *num.* 6. *Thomas Sanchez in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 12. videndus eſt etiam rex. *in cap. ieiunium* 14. *de conſecratione, diſtinctione* 3. de quo Hoſtienſis *in ſumma huius tit.*

6 Quartò, aduerſus id, quòd in præſenti notant omnes; videlicet, ieiunium non eſſe de neceſsitate, poſt Paſchã Reſurrectionis, vſque ad Pentecoſtes, niſi tantum in Sabbatho Pentecoſtes, iuxta text. ita intelligendum, *in cap. ieiunium* 7 *§. Non autem* 76. *diſt.* in fine verſiculi à die enim Dominicæ Reſurrectionis, vſque in diem Pentecoſtes, non inducitur obſeruantia ieiunij, *& in cap. ſcire*, verſ. *Inſtar ergo, cap. poſt Paſchas, eadem diſtinct.* de quibus *Couarruu. tom.* 2. *lib.* 4. *variarum, cap.* 20. *num.* 9 *apud medium*, *Acuña in dict cap. ieiunium, num.* 4. *& in dict. capit. ſcire debet* 8. *num* 1. *Alphonſus Caiaconius, de varia ieiunij obſeruatione, cap.* 1. *ad medium, pag.* 18. *& cap.* 6 *in princ. fol.* 19. & quod in Vigilia tantum Pentecoſtes, ſit ieiunandum; docet text. *in cap. noſſe, dicta diſtinctione* 76. *Acuña in prima decreti parte ibidem, num.* 1. ſed ſi voluntariè, & ex deuotione pœnitentiæ cauſa intra Paſcham Reſurrectionis, & Pentecoſtes, quis ieiunauerit admittitur, quia ex neceſsitate Vigiliam, illo in tempore Eccleſia non prohibet, vt conſtat ex *Diuo Iſidoro relato in cap poſt Paſcham* 76. *diſtinctione*; cuius hæc ſunt verba *Poſt Paſchã, vſque ad Pentecoſtem, licet traditio Eccleſiarum abſtinentiæ rigorem prandijs relaxauerit, tamen ſi qui Monachorum, vel laicorum ieiunare cupiunt, non ſunt prohibendi.* Obſtabit text. *in dicto cap. noſſe credo* 11. 76. *diſt.* verſ. *Inſtituimus*, ibi: *Inſtituimus, vnde neceſſe eſt ſimilem obſeruantiam, ſimilis lætitia ſubſequatur*, ponderando verbũ illud *Statuimus*, iũcto verbo *Neceſſe eſt*; ex quibus conſtat, quòd neceſſe eſt, vt obſeruetur lętitia poſt Paſcha Reſurrectionis, & Vigilia non admittatur, vſque ad Sabbathũ Pẽtecoſtes: ergo de neceſsitate Eccleſiæ ſtatutũ eſt, ne quis poſt Reſurrectionẽ propter lætitiam ieiunet, vſq; ad Sabbathũ Pẽtecoſtes. Sed huic dubio reſpondendũ eſt, verba illa *Neceſſe eſt, in d. c. noſſe*, non eſſe intelligenda de neceſsitate præciſa, vt ſic ieiunĩ auferatur, poſt Paſcha

cha Reſurrectionis, vſque ad Sabbathū Pentecoſtes, ſed de conſilio tantum, quaſi diceret conueniens eſt, vt illo in tempore pro lætitia Reſurrectionis, nō ieiunetur, nam id, quod conſulitur iuris neceſsitati non ſubijcitur, *cap. 1. in fin. de pœnitentia, diſtinct. 6. l. non quidquid, ff. de iudicijs*, quomodo etiam eſt intelligendus text. *in capit. ſcire, in fine*, verſic. *Sed quod*, in illis quinquaginta diebus ieiunandum eſſe, negatur, ex obſeruantiæ neceſsitate intelligitur; notat *Gloſſ.* verbo *Neceſſe eſt, in dict. capit. Noſſe credo, & Gloſſa*, verbo *Ieiunium, in dict. cap. ieiuniū 76. diſtinct. Acuña ad primam decreti partē, in dict. cap. noſſe credo, dict. cap. ieiunium, num. 2.* quæ omnia ſic intelligenda ſunt, licet aliter parum iuris Pontificij expertus contra me ſenſerit, *Diana tractat. 16. reſolut. 17. tom. 11.*

7 Quinto, prædictis obſtabit *Concilium Triburienſe cap. 3. relatum in cap. licet tā veteris 3. de ferijs*, vbi conſtat, quod Sabbathi dies, tam veteris, quam noui teſtamenti pagina, vt ſolemnis dies, & feſtiuus, debet obſeruari; conſideratio eſt Sabbathi dies, vt feſtiuus debet obſeruari: ergo in Sabbatho ieiunari non poterit; ſiquidem in text. noſtro, & ſimilibus ieiunium in omni die feſtiuo, & feriato prohibitum eſt, acperconſequens male à nobis aſſertū, in die Sabbathi ieiunandum: Quod dubium, vt ſoluamus ad notandum eſt, præceptum de obſeruādis ferijs, & diebus feſtiuis partim eſſe Ceremoniale, partim verò morale, Ceremoniale dicitur, quatenus in veteri, *leg. dies Sabbathi*, vt feſtibus obſeruatur morale verò, quatenus natura ipſa ſuadet Deum in omni die colendum. Quo ſuppoſito dicendum eſt, quod & ſi feſtiuitas diei Sabbathi, ex præcepto Ceremoniali, poſt nouam legem ceſſauerit, *cap. translato, de conſtitutionibus, cap. 1 de purificatione poſt partum*, non tamē ceſſat, quoad moralem præceptum, vt Deū colere debeamus, non ad hoc, vt dies Sabbathi, omninò ſpecialiter debeat, vt feſtiuus obſeruari; ita vt in eo non poſsit ieiunari, ſed tantum ad hoc, vt ſub nomine diei Sabbathi, ſit aliquod tempus feriatum, & feſtiuum, in quo ſpecialiter Deum colere debeamus, hoc eſt dies Dominicus, qui ſucceſsit in locum diei Sabbathi, *cap. 1. & 2. de ferijs*, & ita eſt interpretandus text. *in dict. cap. licet tam veteris 3. eodem tit.* nam dum docet, tàm veteris, quam noui teſtamenti pagina Sabbathi, diem obſeruari debere, non eſt intelligendus; ita vt dies Sabbathi ſit dies feſtiuus, & prohibeat ieiunium, ſed tantum cū diſtinctione ſupra adducta, hoc eſt ex vi morali, & naturali ratione dictante, cum ſit aliquod tempus feriatū, in quo Deum colere debeamus, hoc eſt Dominicum diem, qui quoad feſtiuitatem ibidem, Sabbathi nomen nuncupauit, cum Sabbathus *in l. veteri feſtiuus eſſet, Exodi 22. Ezechiel. 20.* notat *Couarr. dict. lib. 4. variar. cap. 19. num 4.*

8 Sextò, aduerſus id, quod text. noſter refert; ſcilicèt, quod ſi Vigilia inciderit in die Dominica obſeruari debet in die antecedēti, hoc eſt Sabbatho, quod etiam refert tex. *in cap. quæſiuit 14. §. Feſtum, de verborum ſignificat.* & ſi videtur, quòd dies Sabbathi debeat ſeruitutem Feriæ ſecundæ poſt Dominicam, obſtabit dicere, quòd quando Vigilia alicuius feſtiuitatis inciderit in Dominicum nulla die ſit ieiunandum, nam dies Dominicus debet impedire ſeruitutem ieiunādi, ſicut & locis Sacer in medio poſitus impedit ſeruitutem itineris, cum per eum locum ſeruitus deberi non poſſit, *l. ſeruitutes §. Sacri. ff. de ſeruitutibus.* Sed huic dubio reſpondendum eſt, iura ſupra in argumento adducta procedere in ſeruitute reali, & temporali, quæ reſtringitur, quia odioſa eſt; at verò in præſenti agitur de ſpirituali, & ſecundum Diuum Gregorium, ſeruire Deo regnare eſt, quare ampliatur, iuxta regulam tex. *in cap. odia, de regulis iuris, lib. 6.* præcipuè, & melius, quia vt ait *Gloſſ. in præſenti*, verb. *Dies Sabbathi*, hæc non eſt ſeruitus prædialis; imò eſt debitum, quodāmodo perſonale; vnde cum non poſſit ſolui vna die, debet alia perſolui, argumento text. *in cap. ieiunium*, verſic. *Et hoc ſciendum 76. diſtinct.* cum traditis a *Gloſſ. in præſenti*, verbo *Dies Sabbathi, in fine, Zabarela ibidem, Hoſtienſis in ſumma, hoc tit. §. Qualiter, num. 8. in fin.* Nec huic ſolutioni obſtabit, ſi inſtes tex. *in cap. cōſilium 2. hoc tit.* verſic. *Quod omnium Apoſtolorum Vigiliæ ſunt in obſeruat ieiunij celebrandæ*; ex quo deducitur generaliter Vigilias Apoſtolorum, omninò eſſe ieiunandas. Quia reſpondendum eſt text. *in dict. cap. 2. hoc tit.* eſſe intelligendum, cum principijs noſtri text. hoc eſt Vigilias Apoſtolorum, ſemper eſſe obſeruādas, niſi inciderint in die Dominica, quia

tunc

tunc in die Sabbathi obſeruari debent, *vt in dicto cap. quæſiuit, §. fin. de verborum ſignificat.* notat *Zabarela in præſenti numero fin.*

9 Septimò, aduerſus ea, quæ in textu noſtro notant omnes; videlicet, ieiunia incipere à media nocte diei præcedentis, & finiri in media nocte diei ſequentis, iuxta text. *in dict. capit. noſſe* 9. 76. *diſtinct. Gloſ.* verbo *Vſque, in cap.* 2. *de conſecrat. diſtinct.* 3. *Couarruu. dict. lib.* 4. *variarum, cap.* 19. *num.* 10. obſtabit text. *in cap. de eſucarnium* 11. *de conſecrat. diſt.* 3. dum docet vigiliam, & ieiunium eſſe obſeruandum, abinitio noctis præcedentis, vſque ad integrum diem ſequẽtem. Sed huic dubio dupliciter reſponderi poteſt, text. *in dict. cap. de eſucarniũ loqui de conſilio*; non verò de præcepto, vel aliter, quod ibi principium noctis appellatur omne tempus, quod præcedit mediæ nocti, & ſic, text. ille, etiam ſentit, quod ieiunium à media nocte incipit; notat *Abbas*, omnino videndus, *in capit.* 2. *de feriis, num.* 4. *& de interpretation. ad text. difficilem, in cap. ſolent* 5. *de conſecrat. diſtinct.* 1. pręciſſe videndus eſt, *Couarruuias, dict. lib.* 4. *variar. cap.* 20. *numero* 14. *apud finem.*

10 Octauò, aduerſus ea, quæ refert, text. in *cap. fin. huius tit.* dũ aſſerit, quod ſi feſtum Natiuitatis occurrit ſexta feria luctum eſt omnibus carnem comedere, exceptis profeſsis, & vouentibus; obſtabit, quod a principio nascentis Eccleſiæ quarta, & ſexta feria cuiuslibet hebdomadæ eſt præceptum ieiunij; vt conſtat 68. *Apoſtolorum*, & ex text. *in capit. de eſucarnium* 11. *de conſecrat. diſt.* 3. Ratio eſt, quia in 4. feria Iudas, de traditione Domini cogitauit, & in ſexta feria Crucifixus eſt Saluator, & ſic, is qui in his diebus, ſine neceſsitate ieiunium frangit, videbatur, cum tradente tradere Saluatorem, & cum Crucifigentibus crucifixere; vt refert text. in *cap. ieiunia* 16. *de conſecrat diſt.* 3. Ergo quamuis feſtum Natiuitatis occurrat ſexta feria nõ poſſumus carnes commedere; ſed hoc dubio non obſtante veriſsimè eſt dicendum, quod ſi feſtum Natiuitatis inciderit in ſexta feria, hoc eſt in die veneris omnibus licitum eſt carnes commedere, quod in Eccleſia admittitur propter excellentiam diei; meritò detrahitur manducatio carnis; ſiquidem dies Natiuitatis Domini eſt maximè ſolemnis, nec fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi natalis eſt vitæ; nec obſtat text. *in dict. capit. de eſucarnium*; quia ieiunia illa in quarta, & ſexta feria, olim in primitiua Eccleſia erant neceſsitatis, ex præcepto Eccleſiæ hodie verò tãtum ſunt de conſilio, quæ ieiunia, ex generali vſu Eccleſiæ ſunt ſublata; notat *Gloſ.* verbo *Soluenda, in dict. capit. ieiunia, de conſecrat. diſt.* 3. hodie tantum manet obligatio abſtinendi à carnibus feria ſexta, *Couarruu. dict. lib.* 4. *variar. cap.* 20. *num.* 4.

11 Nono, his omnibus obſtabit *Cõcilium Antiſidonenſe, Can.* 5. ibi: *Omnino, & interſuprà dictas conditiones vigilias, quaſi in honorem Domini obſeruant omnibus prohibemus.* Ex quibus verbis conſtat vigilias omnibus eſſe prohibitas; ſed huic dubio reſpondendum eſt Concilium, ibi: *Non prohibuiſſe vigilias omnes, ſed tantum illas, quæ fiebant, ad priuilegium Diui Martini*; vt ex eius vera lectione; tenet Seuerinus, in notis ad eundem *Concilium, Canon* 5. *Mendoça, ad Concilium Illeberitanum, lib.* 2. *capit.* 41. *Diuus Gregorius Turonenſis, lib.* 5. *Hiſtoriæ Francorum, capit.* 21. Sed ſi adhuc inſtes in ea ſententia, videlicet Canonem, illum prohibuiſſe vigilias tantum in honorem Sancti Martini cælebratas; obſtabit, Idem *Concilium Antiſidonenſe, Canon* 3. Cuius hæc ſunt verba: *Non liceat compenſas in domibus proprijs, nec vigilias in feſtiuitatibus Sanctorum facere, nec intereſſentes, aut arbores ſacriuas, vel ad fontes vota exoluere, &c.* Ex quo conſtat prohibitas in totum vigilias fuiſſe. Sed reſpondendum eſt, Canonem illum eſſe interpretandum, de his qui in domibus proprijs vigiliam obſeruauant, ſeu celebrauant, ad ſuperſtitionem, vel incantationem, & malis artibus præſtabant; & priuatim in domo extra Eccleſiam congregabantur, quem errorem damnauit *Concilium Grangrenſe primum, in Canon* 5. & 6. & ſimiliter antiquũ Chriſtianorum errorem, qui ad arbores, & in hortis vigilias celebrabant, de quibus *Concilium Pariſienſe, lib.* 1. *cap.* 47. Quare præcepit Canon, vt in Eccleſia celebrẽtur vigiliæ, de cuius interpretatione videndus eſt, *Baſilius Legionenſis, lib.* 1. *variarum, quæſt.* 2. *pagin.* 131. *Mendoça vbi proximè, Cyronius, lib.* 3. *obſeruat. cap.* 8.

DE

DE PVRIFICATIONE POST Partum.

TITVLVS XLVII.

Ad textum in capit. volens vnico, de Purificatione post Partum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier post partum statim potest ingredi in Ecclesiam, nec tenetur abstinere, per aliquos dies secundum legem Mosaycam.*

2 *Mulier in partu ratione partus nullum peccatum committit.*

Vir animatur lapsis quadraginta diebus, fœmina verò octoginta quare post partũ mulier intra illud tempus, ad templum non admittebatur.

3 *Partus Beatissimæ Virginis purissimus fuit, omni sorde immunis.*

4 *Capit. hæc in principio, §. in l. 5. distinctione, cum capit. cum enixa 1. eadem distinct. 5.*

5 *Cap. ad eius fin. vers. Nisi purgationis tempus, distinct. 5.*

6 *Leuitici authoritas, cap. 5. & 20.*

Præcepta veteris legis triplicia esse cæremonialia, iudicialia, & moralia, & de illis latè discutitur.

7 *Circuncisio, an sit perpetua, an temporalis Genes. cap. 17.*

Perpetuitatem, an significet particula illa in æternum.

8 *Præcepta veteris legis vsque quo durassent.*

Circuncisio, ad quid fuit instituta.

9 *Apostolorum actuum, cap. 16. circuncidit Diu. Paul. Thimotheum.*

10 *Cap. cum enixa 1. cum capit si mulier 2. distinct. 5.*

11 *Capit. maiores 3. de Baptismo, cum capit. omnis qui 37. §. Si ergo in fine, de pœnitentia, distinct, 1.*

12 *Capit. quod autem 5. capit. ex quo 6. de consecrat. distinct. 4.*

1 CONCLVSIO. Mulier post partum statim potest, ingredi Ecclesiam, nec tenetur abstineri, per aliquos dies secundum legem Mosaycam, 5. *distinct. in præemio, §. in lege namque, capit. cum enixa 1. capit. si mulier 2. capit. baptizare 3. capit. ad eius 4. distinct. 5. capit. cum percusio 27. quæstion. 1. capit. maiores apud medium, de Baptismo, capit. libenter 48. de pœnitentia, distinction. 1. capit. cum Marte, §. Cæterum, de celebration. Missarum, capit. 1. de Clerico ægrotante, capit. Moises 7. distinction. capit. fin. in fine, capit. consilium 2. §. Cum autem, de obseruation. ieiunior. capit. translato, de constitutionibus, Glos. 3. post medium, in l. 3. tit. 3. partit. 6. Glos. 1. & fin. in l. 9. tit. 2. partit. 4. l. 4. tit. 2. partit. 2.* exornant *Didacus Perez, in l. 7. tit. 4. lib. 8. Ordinamenti, Glos. 1. pagin. 144. Aceuedus, in l. 1. tit. 5. lib. 8. Recopilationis, numero 61. & Nauarrus in Manuali, 3. tom. capit. 14. numero 17. & capit. 27. Thomas Sanchez, de matrimonio, lib. 9. disputat. 21. & 22. Diuus Bernardus sermone 3. de Purificatione, Suarez, in tertiam partem, tom. 2. disputation. 16 sect. 2. Açor, institut. Moralium, part. 2. lib. 1. capit. 18. quæst. 3. Bonacin. de Sacrosancta Christi incarnatione, disput. 3. quæst. 2. puncto 3. n. 2. Idem de Sacram. 1. part. quæst. 1 puncto 3. §. Vnico, Enriquez in summa, lib. 11. cap. 15. numero 7. Reginald. in praxi fori pœnitentiæ, lib. 31, numero 341. Diuus Tho-*

Thomas, 1.2. *quæst.* 103. & 104. *art.* 3. *Sotus de iustitia lib.* 2. *quæst.* 5. *artic.* 5. *Couarruuias lib.* 1. *variarum, capit.* 17. *Menochius de arbitrarijs, casu* 290. *numero* 10. *Moneta de decimis, capit.* 1. *quæstion.* 2. *numero* 13. *Matiençus, lib.* 5. *Recopilationis, tit.* 1. *in rubrica, glos.* 1. *numer.* 110. *Acuña, in capit.* 1. *cum sequentibus, distinct.* 5. *Tiraquel. in l.* 15. *connubiali, num.* 128. cum traditis à *Barbos. in Collectaneis, ad nostrum text. & ad decretum, distinctione* 5.

2 Ratiò, quare mulier post partum statim potest ingredi Ecclesiam, nec tenetur abstinere, per aliquos dies secundum legem Mosaicam antea latam, ea est, quia mulier in partu ratione partus nullum peccatum committit, *dict. cap. si mulier* 5. *distinct.* licet in conceptione filiorum possit peccatum cõmitti iuxta illud *Psalm.* 30. ibi: *Et in peccatis concepit me mater mea, capit. vir cum propria* 33. *quæst.* 4. & quoniam nemo est, sine culpa puniendus, *capit. satis* 56. *distinct.* nec est addenda afflictio, *Affligitis, capit. cum percusio* 7. *quæstion.* 1. nam præceptum illud veteris testamenti, vt mulier post partum cessarit, ab ingressu templi, per quadraginta dies si masculum, & per octoginta, si fœminam pepererit, per quos dies reputabitur inmunda; vt licite in templum ingredi possit. Ratio est, quia secundum opinionem communem tot illis diebus mortuus est partus ante infusionem animæ; nam fœmineus animatur, *Lapsis* 80. *diebus*, masculinus, vero *Lapsis* 40. quare præcepit Dominus die quadragesimo offerri puerum in templo, vt sic anima, quæ in die quadragesimo corpore infusa, ab ipso corpore maculetur, in die quadragesimo templum ingrediens, per hostias expiaretur; notat *Acuña, ad decretum, in capit.* 1. *numero* 5. & 6. *distinct.* 5. Tum etiam, vt refert *Turrecremata ibidem, numero* 8. propter honorem, & reuerentiam tabernaculi, in quo posset mulieribus fluxus contingere, si ante ad illud admitterentur, sed cum præceptum illud veteris legis, iam post Christi aduentum cessasset, *capit. translato* 3. *de constitutionibus*, quia vmbra legis euanuit, illucescitque mundo, per Iesum Christum Euangelica veritas, iam hodie statim à partu possunt mulieres, absque peccato introire Ecclesiam, ibique de suscepta prole bonorum omnium largitori Deo gratias agere, nec Ecclesiarum aditus eis est denegandus, ne pœna partus videatur illis conuerti in culpam; siquidem, nec propter mortale Ecclesia Catholicis denegatur, *capit. qui studet, iuncta eius, Glos.* 1. *quæstion.* 1. *cap. Sanctus de pœnitentia, distinct.* 1. Nam partus, non est peccatum, sed pœna; scilicet, doloris in pariendo, & afflictis, nõ est addenda afflictio, *dict. capit. cum percusio* 7. *quæstion.* 1. *Zabarela in præsenti, numero* 1. Si tamen ex veneratione soluerint aliquando abstinere, earum deuotio, non est in probanda, quia bonarum est mentium timere culpam, vbi culpa minime reperitur, *dict. capit. si mulier, distinct.* 5. & in text. nostro, *cap. consilium in fine, de obseruatione ieiuniorum*, notat *Diuus Thomas*, 1 2. *quæstion.* 103. *artic.* 3.

3 Primò, aduersus illam antiquam Mosaicam legem, & rationem supra traditam, obstabit dicere, quod in Beatissima, Immaculata, & Purissima Virgine Maria oblatio purgationis, nõ fuit necessaria; siquidem eius partus fuit purissimus omni sorde immunis, & a fluxu sanguinis liber, nam Virgo Maria, non virili semine, sed mistico spiramine concepit, & virginaliter peperit; notat *Suarez, de vita Christi, disputat.* 16. *artic.* 4. *sect.* 2. *Acuña, ad decretum, dict. capit.* 1. *distinct.* 5. *numero* 2. & nihilominus purificationis præcepto Mosaico à Domino dato Sacratissima Virgo erat adstricta, *Lucæ* 2. *capit.* 2. vbi de Beata Virgine legitur impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moisi, ergo, ratio supra adducta; scilicet, fœminam non posse introire Templum, nisi transacto illo tempore supra difinito, quo durabat illa corporalis inmunditia sustineri non potest. Cui dubio respondendum est, præceptum illud purificationis, non potuisse afficere Beatissimã Virginem Maria. Ratio est, quia legẽ purificationis tantum mulier afficiebatur, quæ suscepto semine pariebat; sic enim habetur in vulgata edictione, & ita legunt septuaginta interpretes, *Leuitici* 12. Deinde, quia purificatio instituta erat, ob inmunditiam legalem, quę inducta videbatur, ob inmunditiam puerperi, & ob eius peccatum, sed in Beatissima Virgine non aderat inmunditia legalis, nec puerperi; ita *Diuus Bernardus, Sermone* 3. *de Purificatione*, *Barbo-*

bosa plures referens, in Collectaneis, ad nostrum text. numero 2. Sicque purificatio in Virgine, non idem significat, quod in alijs, sed erat licitum illa legalia præcepta exercere, ad vitanda scandala, vel in commoda aliena; itaque obseruauit illam legem, ad humilitatis, & obedientiæ exemplumque demonstrandum, & vt comprobaret legem, vt sic, a Iudæis tolleret occasionem malignandi contra eam; ita *Salas, de legibus, disputation. 23. section. 9. num. 59. in fine, Acuña in dict. capit. 1. num. fin distinct. 5.*

4 Secundò, aduersus id, quod suprà retulimus iure antiquo, ad purificationem; vt mulier posset introire Templũ desiderari in masculo eddito quadraginta in fœmina vero octoginta dies, *dict. capit. hæc, in principio, §. in lege*; obstabit text. *in capit. cum enixa 1. eadem 5. distinction.* Vbi cum enixa fuerit mulier, post quot dies intrare Ecclesiam debeat, testamenti veteris præceptione stabilitũ est, quod in masculo, *eddito 33. in fœmina vero 66.* diebus debeat mulier abstinere ab ingressu Ecclesiæ: ergo, non recte dictum est tempus quadraginta, vel octoginta dierum fuisse, in *l. Mosaica assignatam*, difficultatem mouet *Hostiẽsis, in Summa huius tit. §. Quid circa hoc*; quod dubium, vt dissoluat asserit differentiam versari inter decisionem, text. *in dict. capit. 1. §. in lege*, & inter text. *in dict. capit. cum enixa eadem distinction. 5.* nam ideo, *in dict. capit. cum enixa*, tempus illud 33. dierum in masculo desiderabatur, *in fœmina vero 66.* quia tempus illud considerabatur circa circuncisionem, quæ in masculo in octauo die post septem dies natiuitatis fiebat in quo circuncidabatur, in muliere verò tempus impositiones nominis duplicabatur, quod fiebat in 15. die natiuitatis suæ, *Leuitici, capit. 12.* Atverò, text. *in dict. §. in l. loquitur, de tempore natiuitatis vtriusque.* Ex quo die in masculo eddito mater, vsque ad quadraginta in fœmina vero, vsque ad octoginta, non poterat Templum, seu tabernaculum introire, qua cõputione facta sublatis in masculis septem diebus circuncisionis, & in fœminis quatuordecim manet numerus completus assignatus, *in dict. §. in lege, dict. distinct. 5.* & sic iura illa inter se, non sunt contraria, & ad concordiam reduxit *Hostiensis in summa huius tit. dicto §. Quid circa hoc.* Vnde expletis diebus purificationis mulier veniebat in Templum, & offerebat pro filio, vel filia agnum anniculum in holocaustum, & pulum columbæ, vel turturis, pro peccato suo, quia in libidine conceperat, & erat Sacerdotis; notat *Turrecremata, in dict. principio 5. dist. §. Ad secundum, num. 7. in fine.*

5 Tertiò, aduersus ea, quæ communiter in præsenti norant omnes; videlicet, etiam tempore, quo durat immunditia illa corporalis posse maritum debitum petere, & vxorem reddere debere, nec in eo vllam esse culpam; vt sentit *Thomas Sanchez, plures referens, de matrimonio, lib. 9. disputat. 22. numero 11.* rationem reddens, quia in *l. gratiæ id, nõ est prohibitum*, nisi ex eo concubitu grauis morbus fœminæ immineret, vel secundum nonnullorum opinionem, propter indecentiam saltem veniale peccatum esse; obstabit text. *in capit. ad eius fin.* versiculo *Nisi purgationis tẽpus prius tranſierit viris suis, non debent admisceri, distinct. 5.* Ex cuius decisione manifestè constat coniuges, non posse misceri intra tempus purgationis; verum respondendum est, text. *in dict. capit. fin.* loqui de consilio, non vero de præcepto, nam tempore menstrui, seu purgationis tutius facient coniuges, se abstinendo; si tamen fiat coniunctio, nulla est culpa, quia coniuges suo iure vtuntur; notat *Acuña, ad decretum, in dict. cap. fin. distinct. 5. numero 7. Thomas Sanchez, dict. lib. 9. disputation. 22. numero 9. vsque ad decimum.*

6 Quartò, solutioni obstabit illa; *Leuitici authoritas, capit. 15.* vbi dicitur, de coeunte, cum menstruata, ibi: *Si coierit, cum ea vir tempore sanguinis menstrualis in mundus erit septem diebus, & omne stratum in quo dormierit polluetur, & in cap. 20.* sic se habet, *qui coierunt, cum muliere influxa in mentruo interficientur ambo.* Ex quibus authoritatibus deducitur commistionem illam ante purificationem prohibitam esse, sub pœna capitis, & alijs pœnis ibi relatis. Pro cuius dubij solutione, & præcipuè, pro vera nostri textus interpretatione, ad notãdum est, præcepta veteris legis tripliciter esse; nam alia erant ceremonialia, alia iudicialia, alia vero moralia, *Paulus 7. ad Romanos relatum, in capit. non est peccatum 3. §. Is ita, 6. distinct.* ibi: *Lex quidem sancta, mandatum sanctum, iustum,*

&

& bonum. Nam verbum illud mandatũ sanctum, refertur, ad ceremonialia, iustum, ad iudicialia bonum, ad moralia, præcepta enim moralia erant, quæ alius naturale pertinebant, veluti, non occides, non furtum facies honora patrem, & matrem. Ideoque naturalia præcepta appellabantur, quia naturali quadam ratione omnibus hominibus infussa sunt, principio institutionum de iure naturali, *capit. ius naturale, distinct.* 1. ceremonialia verò præcepta erant, quę ad cultum, reuerentiam, obsequium, & honorem, erga Deum, pertinebant, vt sunt sacrificiorum ornamenta, vestes Sacerdotum, immolatio agni, & circuncisio, de qua in text. nostro; iudicialia verò, seu legalia præcepta erant, quæ ad ius suum vnicuique reddendum pertinebant, vt sic, cum illis pax, & concordia, absque iniuria inuiolabiliter custodiatur, veluti præceptum illud in ore duorum, vel trium stat omne verbum; & vt quatuor oues, pro vna ablata reddantur. Deinde, etiam meminisse oportebit. Quod moralia præcepta veteris legis hodie, etiam post nouam legem Euãgelicam obseruantur, non quidem, ex authoritate veteris legis, sed nouæ ex eo, quod naturali dictamine, ab ipsa natura, etiam a Christo Domino in nouo testamento lege Euangelica, eadem ratione scripta sunt; notat *Sotus; lib. 6. de iustitia & iure, quæstion. 2. art. 4. concluſ. 2. Anastasius Germonius, lib. 3. de Sacrorũ immunitatibus, capit. 19. numero 14. Diuus Thomas, 2. 2. quæſt. 87. artic. 1. Couarruuias, vbi suprà, lib. 1. var. cap. 27.* At verò præcepta iudicialia, & ceremonialia Euangelica lege. Christi aduentu omnino cessarunt, vimque præcepti amisserunt; *Paulus, ad Hebræos 7.* ibi: *Translato Sacerdotio, necesse est legis quoque translatio fiat*; de quo *in capit. translato 3. de constitutionibus.* Idem *Paulus, ad Galathas 43.* ibi: *At vbi venit fides, iam non sumus sub Pedagogo, & in nostro capit. vnico, vers. Postquam vmbra legis euãnuit, & illuxit veritas Euangelij.* Differunt autem inter se ceremonialia à iudicialibus; nam ceremonialia partim sunt mortifera, partim verò mortua; mortifera appellantur, quia reuiuisci poterunt iusta interueniente causa à Principe comprobata; mortua verò sunt, quæ reuiuisci non possunt, vt sunt quæ præfigurabant Christi aduentum, & eius passionem, veluti immolatio agni, & circuncisio, de qua in text. nostro; nam hodie eorum obseruatio præiudicaret fidei veritati secundum quam cõfitemur illa præfigurata mysteria, iam contigisse, atque per Passionem Christi cõpleta esse; at verò ceremonialia, quæ magis pertinebant, ad deuotionem quãdam, ac rituum sacrificiorum, & eorum ornatum, quam ad futuræ legis Christi nascituri, præfigurationem, vt sunt vestes Sacerdotum, altaria purificatio decimarum, & primiciarum solutio, oblationes, & similia, quæ tantum mortifera sunt, cũ hodie, ex lege gratiæ, & eius virtute obseruari debent, *cap. 1. de consecrat. dist. 1.* Iudicialia vero, tantum sunt mortifera cum hodie, ex vi legis Euangelicæ obseruentur; scilicet, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, de quo late diximus, *in cap. omni negotio, de testibus cap. 1. de homicidio*; notat *Couarruuias, dict. lib. 1. variar. cap. 17. num. 1.* Quibus sic summarie præhabitis, iam facilis apparet solutio, ad illam Leuitici authoritatem, *cap. 15. & 20. suprà in principio adduciam*; nam cum præceptũ illud, ne coniuges tempore menstruali ante purificationem coniungantur esset præceptum ceremoniale, quod ad purificationem post partum pertinuisset iusta de causa, cum post Christi aduentum cessasset (vt supra diximus) & hodie illa coniunctio expedire non sit prohibita dicendum est, nihil obstare retolutioni supra adductæ; notat *Anastasius Germonius vbi suprà. Barbos. in Collectan. ad decretum, in dict. cap. non est, dist. 6.*

7 Quintò, solutioni obstabit dicere, quod circuncisio immutabilis appellatur, & sic circuncisionem, vt æternam statuit *Dominus Genesis, cap. 17.* ibi: *Circuncisionem fœdus æternum, & ritus agnus Paschalis sempiternus dicitur, Exodi 12.* Præcipue, cum lex vetus à Deo data sit, qui immutabilis. Cui dubio respondendum est, *cum Diuo Augustino*, quem sequitur, *Sanctus Thomas, ad Hebræos 7. lectura 3. cum traditis à Barbos. in Collectaneis, ad text. in cap. nõ est, dist. 6.* dum asserunt diuinam prouidentiam immutabilem semper permansisse, legem autem pro tempore diuersitatem mutationem recipisse, vt de legibus humanis refert Pontifex, *in capit. non debet de consanguinitate, & affinitate*; ea tamen inter vtramque adhibita differentia, quod hu-

humanæ, licet à principio, vt perpetuo duraturæ ſtatuantur; tamen mutatione temporum, & rerum mutatione admittunt, hæc vero lex diuina antiqua ſtatim à principio data eſt, ad tempus, hoc eſt poſita donec veniret, ad ſemen, hoc eſt Chriſtus, *Geneſis, cap.* 30. ibi: *Semini tuo, qui eſt Chriſtus, Lucæ* 16. ibi: *Lex, & Prophetæ, vſque ad Ioannem, & ipſa lege veteri ſunt expreſſiſsima teſtimonia, Hieremiæ, cap.* 31. ibi: *Promittitur fœdus nouũ, nam dicendo nouum vetuit prius*; vt explicat *Paulus, ad Hebræos* 8. *deinde Leuitici* 26. ibi: *Vetera nobis ſupervenientibus abijcietis*, facit etiam, *Tridentin. ſeſ.* 22. *cap.* 1. cum alijs traditis à *Barboſ. in Collectan. ad text. in dict. cap. non eſt, diſtinct.* 6. *num.* 10. ad authoritates verò, in quibus in principio; argumenti probauimus circunciſionem, & purificationem in æternum permanere, *Geneſ. dict. cap.* 17. *Exodi* 12. dupliciter reſpondetur. Primò, præcepta illa perpetua cenſeri, vel inſe, vel in myſterijs, quæ repræſentabant, ſicut ritus Paſchalis durat in vero agno; ſcilicet, Chriſto, per illum repræſentato; ſic ſimiliter circunciſio, quæ repræſentabat Baptiſmum; notat *Nicolaus de Lira, Exod. cap.* 15. vel ſecundo reſpondetur, illam particulam in æternum, nõ ſemper ſignificare æternam permanentiam, vſque ad finem ſęculi, ſed aliquado durationem longęuam, & indennitam; vnde *Exod. cap.* 15. additur in æternum, & vltra quare in æternum ea præcepta, non impropriè dicuntur conſtituta, quia per tempus a Deo prædeſtinatum, ita ſunt conſtituta, vt intra illud nemo illa mutare poterit; ita *Abulenſis, Exod. cap.* 18. *Barboſ. in dict. capit. non eſt, diſt.* 6. *num.* 10. Vnde conſtat, quod licet plures differentiæ ſtent inter antiquam veteris, & inter nouam, noui teſtamenti legem illa eſt præcipua, quod vetus, ad tempus duratura data eſt, vt ſupra diximus, Euangelica vero, vſque ad finem mundi certum eſt nunquam abrogandam, nec aliam legem, quæ viatoribus hominibus conueniat commutandam, vnde *Lucæ, cap.* 1. Regnum Chriſti æternum dicitur, *Matthæi vltimo*, ibi: *Ecce vobis; cum ſummuſque, ad conſummationẽ ſæculi.* Sic etiam in forma Calicis, ex antiquiſsima Eccleſiæ traditione dicitur noui, & æterni teſtamenti myſterium fidei; *& cap. Marte in principio, de celebration. Miſſarum*; & ſic vetus teſtamẽtum fuit tranſitorium nouum vero æternũ; ita *Diu. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 106. *art.* 4. *Barboſ. vbi ſuprà, num.* 15.

8 Sexto, aduerſus ea, quæ communiter in præſenti notant omnes; videlicet, præcepta veteris legis duraſſe in vita Chriſti, ceſſaſſe vero poſt Chriſti mortem tantum, & conſtat ex eo, nam, & ſi ferè omnia præcepta ceremonialia fuiſſent figura, & eius myſterium, tamen erat præcipuè figura mortis, & paſſionis illius, omniaque eius vitæ myſteria morte confirmanda, & conſummanda erant quare vſque ad mortem ipſius lex Moiſis omnino perſeuerauit; meritò Chriſtus dum vixit legem obſeruauit; & cæteros omnes, ad illius obſeruationem exortatus eſt, *Lucæ* 5. *&* 17. *Matthæi* 23. Nam cum ipſo momento morte Chriſti confirmatum eſſet eius nouum teſtamentum ſequitur eo inſtante valere cœpiſſe, & ex eo tempore reuocatum fuiſſe antiquum, & ſic translato Sacerdotio, translatam quoque fuiſſe legem antiquam, *Paulus, ad Hebræos* 7. relatos *in dict. capit. translato, de conſtitutionib.* obſtabit illud *Scoti argumentum in* 4. *diſt.* 3. *quæſt.* 4. & ſimiliter nonnullorum Theologorum, dum aſſerit circunciſionem ceſſaſſe, quoad obligationem, eo ipſo, quod inſtitutus eſt Baptiſmus, & ſolum manſiſſe, quaſi opus conſilij, & ſuper erogationis; mouetur que Scotus ex eo, quia circunciſio inſtituta fuit in remedium peccati originalis, & ſic, cum iam aliud remedium efficacius fuiſſet a Chriſto inſtitutum, nempe Baptiſmus, non debuit circunciſio manere, ſub præcepto, ſed tantum, ſub conſilio; ſi enim Baptiſmi præceptum reuocauerit præceptum circunciſionis, cum Baptiſmus eſſet inſtitutus, ante Chriſti mortem; ſiquidem Dominus dixit, niſi quis renatus fuerit, ex aquâ, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regnum Dei, *Ioan.* 3. quæ verba non metaphorice, ſed de ipſo Baptiſmi Sacramento intelligẽda eſſe, docet *Trident. ſeſ.* 7. *Canon* 2. Merito dicendum videbatur, ex eo tempore præceptum circunciſionis ceſſare debere. Sed eo argumento, non obſtante verior eſt ſententia *Diui Thomæ*, 1. 2. *quæſt.* 103. *art.* 3. *ad ſecundum.* Dum aſſerit, etiam circunciſionem ante mortem Chriſti poſt Baptiſmum inſtitutum, nõ minus fuiſſe in præcepto, quam reliqua legis Moiſi præcepta, nec obſtat ratio

du-

dubitandi, *Scoti in 4. distinct. 3. quæst. 4.* dum asserit circumcisionem fuisse institutam in remedium peccati originalis, atque ita cessare debuisse instituto Baptismo; quia respondendum est dato, quod esset vera eorum sententia, qui dicunt in circumcisione conferri gratiam, delerique peccatum originale, quorum sententia conuincitur, ex *Diuo Thoma, 3. part. quæstion. 61. art. 6. ad 3.* dum asserit circumcisionem nullam habuisse efficaciam, ad conferendam gratiam, sed solum fuisse signum gratiæ collactæ, tamen non potuit negare Scotus, non solum ratione peccati originalis, sed etiã, ad distinguendum populum fidelem Iudæorum descendentium ex Abraham legem illam fuisse institutam, & proinde hac ratione concedere debuit illius obligationem mansisse, quãdiu lex per Moisem lata illi populo peculialiter permansit, etiam si ratione peccati iam deinceps non obligaret: ergo, cum Scotus, non neget ante mortem Christi legem Moisis durasse, debuit etiam concedere circumcisionem, vsque ad mortem Christi permansisse, siquidem nullus Theologus affirmat necessarium fuisse huius Sacramẽti vsum ante Christi mortem, cum eius præceptum traditum sit in promulgationis Euangelij, *Matthæi, capit. 28.* ibi: *Euntes docete omnes gentes Baptizantes eos, &c. Marci, capit. vltimo,* quo supposito manifestum est, non cessasse præceptum circumcisionis, quousque aduenit præceptum Baptismi.

9 Septimò, solutioni obstabit factum *Diui Pauli, capit. 16.* & Actuum Apostolorum, *capit. 16.* vbi Diuus Paulus circuncidit Timotheum, & eum secum duxit, ad prædicandum verbum Dei, & tamen id fecit postquam Baptismum in lege gratiæ, iam erat statutum. Verum respondendum est Diuum Paulum, id egisse, vt lucri faceret alijs Hebræis, qui nolebant audire verbum Dei ab eo, qui non erat circumcisus, quare Diuus Paulus tantum fecit materialem circumcisionem, absque vlla significatione mysterij, meritò propter turbationem fidei, & schandalum pusilorum, ob maiorem fidei lucrum; id materialiter fecit; notat *Chrysostomus, Homilia 34. in actis Augustini, libro de mendatio, capit. 5. Sotus, lib. 2. de iustit. & iure, quæst. 5. artic. 4. in solut. secundi argumenti, Valentia, disputatione 7. verbo Circumcisione, quæstione 7. puncto 7. §. Nunc, quod attinet, Baronius, tomo 1. anno 51. numero 61.*

10 Octauò, infertur interpretatio ad text. *in cap. si mulier 20. distinct. 5.* vbi mulier non solum, cum enixa fuerit; verum etiam eadem hora, qua genuerit potest Ecclesiam ingredi, & gratias agere, nec exinde vllo videtur peccato grauari; nam voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est, vt text. ille asserit in illis verbis: *Ab hora, qua genuerit,* non est intelligendus, ab hora conceptionis, quia id cognoscere impossibile est; meritò legendum est ab hora, qua enixa est, non verò, vt in vulgatis legitur ab hora, quæ genuerit, quæ interpretatio deducitur, ex text. *in cap. cum enixa 1. eadem, distinct. 5.* meritò secundum paleã posita post text. *in dict. cap. cum enixa,* iura illa sunt coniungenda; ita vt vnum contextum efficiant, plura alia, quoad text. nostrum videat, qui velit *Turrecremata in 5. distinct.* supra tradita, *§. Ad 4. num. 11. in fin.*

11 Nono, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, quod per circumcisionem in veteri testamento saluabantur omnes, & constat ex text. *in cap. maiores 3. de Baptismo;* vbi refertur illa Geneseos authoritas, *cap. 17. Leuitici 12.* ibi: *Anima cuius præpucij caro non fuerit circisa peribit de populo suo, & quod per circumcisionẽ saluarentur in veteri testamẽto,* probatur ex text. *in cap. quod apud, e. ex quo, de consecrat. dist. 4. Glos.* verb. *Peribit, in dict. capit. maiores, de Baptismo;* obstabit text. *in cap. omnis, qui non diligit 37. §. Si ergo in fin. de pœnitentia, dist. 1.* vbi constat, quod circumcisio est Abrahæ in signum tantũ iustitiæ, nõ vero in iustificationis causam, in qua iurium contrarietate, *Glos.* verbo *Peribit de populo, in dict. cap. maiores,* asserit, quod text. *in dict. cap. omnis, §. Si ergo in fin.* est intelligendus tantum, quoad ipsum Abraham, qui iam iustificatus erat, non verò quoad alios, vel aliter asserit, *in d. §. Si ergo,* esse addẽdum verbum illud *solum,* vel *tantum,* quasi sensus esset, quod non tantum circumcisio data fuit Abrahæ, non *solum,* vel non *tantũ* in causam iustificationis, sed etiam in signum iustitiæ; siquidem circumcisio, non tãtum fuit data, ad purgationem culpæ originalis, vt constat ex *dict. cap. maiores,* versiculo *Quoniam, de Baptismo;* sed etiam præceptum illud cir-

circunciſionis datum fuit, ad probationem obedientiæ ſicut, & illud egredere, de terra tua, *Geneſ.* 12. Vnde Habraham circuncidit filium 8. die, ſicut præcipit ei Dominus, *Geneſ.* 21. Item data fuit circunciſio, ad populi diſtinctionē, & ſeparationem, *Geneſis capit.* 17. ibi: *Circuncidetur, ex vobis omne maſculum, vt ſit ſignum fœderis inter me, & vos*; notat *Zabarela, in dict. cap. maiores de Baptiſmo, numero* 8. vide etiam textum difficilem, *in capit. ad eius* 4. *cum ſuis gloſsis, diſt.* 5.

12 Decimò, aduerſus ea, quæ in præſenti notant omnes; videlicet, circunciſionis ceremoniam diuinitus eſſe inſtitutam Baptiſmique, adumbrationem, & figurationem fuiſſe, *Geneſis, capit.* 17. *Diuus Thom.* 3. *part. quæſt.* 70. *art.* 1. *Paulus ad Corinthios, cap.* 2. vbi circunciſionem appellat Baptiſmum ex eo, quod circunciſio antiquitus Baptiſmus figurabatur, quę erat ſignaculum fidei apud Iudæos Chriſtum venturum, *Paulus ad Romanos, cap.* 4. *Belarminus de Sacramentis, cap.* 15. quemadmodum agnouerūt Ethnici *in l. circuncidere, ff. ad legem Corneliam, de ſicarys*, & ſic, per circunciſionem cauſabatur gratia, ad dimittēdum peccatum originale, *cap. quod autem* 5. *in fine, cap. eo quod* 6. *de conſecrat. diſtinct.* 4. *dict. cap. maiores*, verſ. *Ad id autem*, & verſiculo *Cautè tamen, de Baptiſmo*, ſed illa gratia non cauſabatur virtute circunciſionis, ſicut datur virtute Baptiſmi, & aliorum Sacramentorum nouæ legis, ſed tantum virtute fidei propriè in adultis, vel alienæ applicatæ parvulis, & ſic circunciſionem non fuiſſe gratiam efficientem, ex opere operato, hoc eſt, ex vi opereris, vt in Sacramentis nouæ legis, ſed ex opere operantis, id eſt, ex virtute fidei in Chriſtum Saluatorem; ita *Diuus Thomas*, 3. *part. quæſt.* 62. *art.* 6. *ad* 3. *Belarminus, de Sacramentis cap.* 14. & 15. *Paulus ad Corinthios* 1. & *ad Galathas* 4. *Florentinum Concilium ſeſſ. vltima, §.* 5. *Tridentin. ſeſſ.* 7. *de Sacramentis, in genere, Canon* 6. 7. & 8. vbi definitum eſt Sacramenta nouæ legis à Sacramentis veteris legis differre, in eo præſertim, quod nouæ legis Sacramenta conferunt ipſam gratiam, ex opere operato, veteris verò ex opere operantis; ita *Enriquez in ſumma, lib.* 1. *cap.* 2. *§.* 8. *littera P.* & *capit.* 6. *§.* 1. *lit. B.* obſtabit text. *in cap. quod autem* 5. *cap. ex quo* 6. *de conſecrat. diſtinct.* 4. vbi *Diu. Gregor.* & *Auguſtinus aſſerunt*; quod id, quod apud nos valet Baptiſma, agit etiam apud filios Habrahæ circunciſionis myſterium, & ſic aſſerere videntur, idem in circunciſione reſpectu renouationis, & ablationis peccati eſſe, quod in Baptiſmo nouæ legis. Sed huic dubio reſpondendum eſt, ſanctos Patres in dictis iuribus minimè cōtradicere expreſsè, nec tacitè differentiam à nobis ſupra tradita in modo cauſandi gratiam, ex opere operato, & ex opere operantis; nam vtroque modo conſequitur gratia, & fructus deiectionis peccati originalis, ad quæ reſpondit *Diu. Gregor.* cum dixit, id quod apud nos valet Baptiſmus egiſſe, etiam apud filios Habrahæ myſterium circunciſionis; nam licet ſint ſimiles tamen diuerſo modo operātur; ſcilicet in circunciſione, ex opere operantis, in ſignum fidei futuræ paſsionis Chriſti Domini; atverò in Baptiſmo, ex opere operato, vt inſtrumentum Paſsionis Chriſti, iam exhibitæ; notat *Belarminus, dict. lib.* 2. *de Sacramentis, cap.* 17. *in fine, Vazquez* 2. *tom. in* 3. *partem Diuæ Thomæ, diſput.* 165. *cap.* 3. *numero* 2. *Ægidius de Sacram. quæſt.* 62. *artic.* 6. *num.* 143.

DE

DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS, & Reparandis.

TITVLVS XLVIII.

Ad textum in capit. quicumque 1. cap. de his 4. de Eccleſijs ædificandis, vel reparandis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium habens in Eccleſia tenetur contribuere, ad ipſius reparationem.*

2 *Templum deſtructum non eſt Templum, nec in eo officia diuina celebrari poſſunt.*

Vſusfructus eſt ius vtendi, & fruendi ſalua rerum ſubſtantia.

3 *Capit. 1. & 2. de noui operis nunciatione.*

4 *Cap. vnico de exceſsibus Prælatorum, lib. 6.*

5 *Capit. quicumque 1. de Eccleſijs ædificandis, cum cap. omnes 3. de conſecratione, diſt. 1.*

Decimæ Eccleſiarum olim in quatuor partes diuidebantur, & cum onere reparationis concedebantur.

6 *Reparatio Eccleſiæ cui primo, & principaliter competat, & quo ordine debeatur.*

Cap. 1. de Eccleſijs ædificandis,

7 *Fabricæ Eccleſiæ, an quarta, vel tertia decimarum pars debeatur.*

8 *Capit. Vulterana 23. 12. quæſtione 2.*

9 *Cap. ad Apoſtolicam, de ſimonia.*

1 CONCLVSIO. Habens beneficium in Eccleſia tenetur contribuere, ad ipſius reparationem; quæ concluſio comprobatur ex text. *in capit. de his 4. hoc tit. capit. omnes 3. capit. Eccleſijs 20.* cum alijs, *de conſecration. diſtinction. 1. capit. priſcis 2. capit. vnio 3. 10. quæſtion. 3. Concilium Toletanum quartum, capit. 36. Bracarenſe ſecundum, capit. 6. capit. vulterana 23. 12. quæſtion. 2. capit. decreuimus, capit. mos eſt, capit. vobis, capit. conceſſo, capit. quatuor eadem 12. quæſtion. 2. capit. ſi propter, de reſcriptis, lib. 2. Authentica de Eccleſiaſticis, §. Si quis ædificium, collat. 9. capit. decernimus 10. quæſtion. 1. capit. fin. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, Tridentin. ſeſ. 21. de reformation. cap. 7. l. 11. tit. 10. partit. 3.* exornant *Auiles in capitulis præt. capit. 23. Gloſ. Den orden. Salgado de protectione Regia, tom. 1. part. 3. capit. 5. numero 5. & 23. Zepola, de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum capit. 59 numero 22. Beruius conſilio 3. numero 12. Lambertinus, de iure Patronatus, lib. 3. quæſtion. 2. artic. 2. numero 7.* verſiculo *Aut ſummus, Gutierrez, allegatione 11. numero 1. Valaſc. conſilio 179. numer. 13.* latè *Valençuela, de defenſione Eccleſiæ, aduerſus Benetos, part. 2. per totam, Zerola in praxi Epiſcopali, part. 1.* verbo *Viſitatio, §. 6. dubio 9. Petrus Pechius, de Eccleſijs reparandis ferè per totum,* cum traditis *à Cenedo, in Collectaneis ad Decretales, Collectanea 143. numero 1. Barboſa in Collectaneis ad textum noſtrum, & in dict. capit. de his 4. hoc titulo.* Idem *de poteſtate Epiſcopi, 3. part allegation. 64. per totam.*

2 Ratio eſt; quia quẽadmodũ intereſt, vt ſacra, & catholica templa extruãtur, ſic ſimiliter, vt collapſa, & vetuſtate cõſumpta reficiãtur, & firma, ac perpetua ſemper exiſtant, ad miniſteria Sacræ Religionis celebranda, nã templum deſtructum templum non eſt, nec in eo of-

officia diuina seruiri possunt, *cap. Ecclesijs 20. cap. omnes 3. de consecrat. distinct. 1.* & habens beneficium in Ecclesia tenetur contribuere, ad ipsius reparationem, quia, qui habet emolumentum debet, etiam habere onus, *cap. qui sentit, de regulis iuris, lib. 6. l. vnica, C. de caducis tollendis*, cum traditis *à Barbos. Axiomat. iuris*, verbo *Onus, num. 20.* nam Clerici, ex bonis Ecclesiæ nutriuntur, *capit. cum secundum, de præbendis*, & dum viuunt æquiparantur vsufructuario, *Glos. in capit. præsenti, de officio ordinarij, lib. 6. & in cap. requisisti, de testamentis, & in cap. fin. de peculio Clericorum*, vsufructuarius enim tenetur conseruare res Ecclesiæ in bono statu, & constat ex diffinitione vsusfructus, qui est ius vtendi, & fruendi salua rerum substantia, alioquin fructibus priuatur, *Glos. in l. hactenus, ff. de vsufructu*, notat *Petrus Pechius de Ecclesijs reparandis, cap. 20. numer. 3.* Merito quicumque, qui Ecclesiasticum beneficium habent omnino debent adiuuare ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas, *cap. fin. de his quæ fiunt à maiori parte capituli.*

3 Primò, aduersus primam decidendi rationis partem supra adductam, obstabit text. *in cap. 1. & 2. de noui operis nũciatione*, vbi interdicitur noua Ecclesiarum constructio. Sed huic dubio respondendum est, quod in dictis iuribus, non interdicitur noua Ecclesiarum constructio; sed illius tantum, quæ tendit in præiudicium Parochialium Ecclesiarũ; nam in templorum, seu Ecclesiarum cõstructionibus, hoc maximè attendendũ est, ne edificentur, cum detrimento alienojuxta text. ita intelligendum, *in cap. 2. huius tit.* & multo magis, ne inferatur damnum Ecclesiæ Parochiali, *dict. cap. 1. & 2. de noui operis nunciatione.* Ideoque alia Parochialis Ecclesia, intra limites antiquiores, solum ex iusta causa ædificati potest, hoc est propter multitudinẽ populi, iuxta text. *in cap. ad audientiam, hoc tit.* notat *Zabarela in praxi*, 1. *parte*, verbo *Ecclesia, quæst 4. & 5.*

4 Secundo, solutioni obstabit text. *in cap. vnico, de excessibus Prælatorũ, lib. 6* vbi valde restringitur facultas construẽdi templa; scilicet in consulto Pontifice. Cui dubio respondendum est, ibi nõ prohiberi omnium Ecclesiarum constructionem, sed specialium quarundam; videlicet Monasteriorum Regulariũ, quæ licet sint multo Deo accepta; vt notat *Nauarrus, lib. 3. consiliorum, consilio 52.* vt ædificentur in præiudiciũ Parochialium Ecclesiarum, necessaria est Pontificis authoritas: de qua re plura diximus, *in cap. fin. de Religiosis domibus*, quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

5 Tertiò, aduersus text. nostrum, obstabit text. *in cap. omnes 3.* vers. *Vt ex rebus, ad Ecclesiam pertinentibus, de consecrat. distinct. 1.* Ex quo deducitur onus reparationis Ecclesiæ destructæ nõ Rectori incumbere, sed ex bonis, & patrimonio Ecclesiæ fieri deberi; siquidem propter hanc causam quarta portio, ex redditibus Ecclesiæ, & oblationibus fidelium fabricæ applicatur, *cap. concesso 26. cap. quatuor 27. cap. de redditibus 28. 12. quæst. 2.* pro quorum iurium conciliatione, ad notandum est, quod cessante consuetudine, statuto, seu dispositione speciali reparatio Ecclesiæ, ex ea portione, quæ à iure, ad eius fabricam deputata est fieri debet; siquidem ex sacris Canonibus omnes res, & prouentus Ecclesiæ olim in quatuor partes fuerant distributa, quarum prima cedebat Episcopo, secunda Clerici, tertia erogationi pauperum, & substentationi peregrinorum, quarta vero fabricæ, & Ecclesijs reparandis, *cap. mox est, cap. cognouimus, cap. vobis, cap. quatuor autem 12. quæst. 2.* notat *Petrus Pechius, de Eccles. reparand. cap. 14.* & quamuis hodie distributio illa antiqui iuris in omnibus cõseruetur *Pechius vbi sup. num. 2.* tamen text. noster, & text. *in dict. cap. de his 4. hoc tit.* continent ius speciale, & Gallicanæ Ecclesiæ tantum in qua onus reparationis Ecclesiæ Rectoribus competebat, ex ratione statim referenda; siquidem text. noster dirigitur Episcopo Maguntino, qui est in Gallia, & text. *in dict. capit. 4. hoc tit.* Missus est Episcopo Segouiensi suffraganeo Rotomagensis, qui est apud Gallicos, plane enim circa prouentus Ecclesiarum Galliæ, & earum fabricã, hoc ius obtinuit, vt omnes decimæ, & oblationes aliique fructus in duas dumtaxat diuiderentur partes Episcopo, vnam Clero alteram, *capit. antiquis 8. 10. quæstion. 1.* Sumpto, ex Concilio Aurelianense, quod est apud Gallicos, *cap. 16.* sed dictæ partitiones concedebantur, cũ onere reparationis Ecclesiarum, vt in text. nostro, *& in dict. cap. de his 4. hoc tit* quæ iuxta diuersimodè onus illud iniungunt;

nam

nam text. noster omnino asserit Clericos, ad dictam Ecclesiæ reparationem teneri, text. verò, *in dict. cap. de his 4. hoc tit.* onus illud imponit in bonis, quæ Clericis superfuerint; vnde sic, ex audiendi sunt, vt Clerici Prouinciæ Galicanæ, ex bonis, quæ ab Ecclesia percipiunt, ad reparationem omnino teneantur quasi sint, ad hoc deputata, salua tamen eorum substentatione, quia ex bene dispositio charitatis ordine, sibi prius; deinde Ecclesiæ consulere debēt, & ad subētionem pauperum, ad quam etiam Clerici tenentur, *capit. fin. 16. quæstion. 1.* merito enim ordo ille seruatur, vt prius sibi, deinde pauperibus occurrulentur; vt docet *Clemēs Pontifex, lib. 2. constitutionum Apostolicarum, capit. 29.* quæ est verissima interpretatio, ad text. nostrum, & ad text. *in dict. capit. de his 4. hoc tit.* quam dubitationem, cum non percepissent Doctores; scilicet, cui incumbat onus reparationis Ecclesiarum, imposuerunt prædictam necessitatem in primis fabricæ, ex *dict. capit. omnes 3. de consecratione, distinctione 1.* Deinde Clericis, qui ex eadem Ecclesia alimenta suscipiunt, quando bona fabricæ idonea, nō sunt, ex text. nostro, *& dict. capit. 4. hoc tit.* Ita *Panormitanus, & antiquiores omnes in præsenti, & in dict. cap. 4. hoc tit. Surdus consilio 61. numer. 1. Riccius in praxi aurea, tom. 2. consultat. 179. numero 12. Cenedus, ad Decretales, Collectanea 153. num. 1.*

6 Quartò, huic communi Doctorum sententiæ obstabit text. noster, dū asserit, quod onus reparationis omnino iniungitur Clericis, absque vlla fabricæ mentione, cum aliud sit omnino, aliud verò in subsidium; scilicet, quando bona fabricæ idonea nō sunt. Verum huic considerationi, propter authoritatem communi Doctorum sententiæ verissimè est dicendum illam communem Doctorum sententiam praxi esse obseruandam; scilicet, vt post fabricam Clerici, qui decimas percipiunt cogantur contribuere, ad reparationem Ecclesiarum propter rationem æquitatis supra adductam; scilicet, quia habent emolumētum ex decimis, & oblationibus Ecclesiæ, quas excipere, nullo modo possunt, nisi templum saluum sit; vt notat *Petrus Pechius vbi suprà, cap. 21.* Sed si eorum portiones, non sufficiant, ad necessariam Ecclesiæ reparationem; tunc Parochiani cogendi sunt sumptus illos exhibere quorum interest templa indemna habere, *Panormitanus in præsenti, Pechius vbi suprà, cap. 22. numero 4.*

7 Quintò, aduersus id, quod suprà diximus, olim quartam portionem, ad Ecclesiæ reparationem fuisse reseruatam, *dict. cap. nox est, cap. cognouimus, capit. vobis 12. quæst. 2.* cum supra adductis, *num. 4.* Obstabit dicere, quod ad reparationem Ecclesiæ non quarta, sed tertia decimarum pars est reseruata; vt constat ex *Concilio Toletano 4. capit. 36. Bracarense 2. cap. 6.* notat *Garcia de Loaysa in notis, ad Concilium Emeritense capit. 16.* quam portionem Episcopi percipiebant, cum onere reparationis iuxta textus *in cap. prisci 2. cap. vnic. 3. 10. quæst. 3.* Verum huic considerationi satisfacies, si dixeris Ecclesiæ fabricæ, pro locorum varietate diuersam portionem olim reseruatam fuisse; nam in Ecclesia Romana quarta decimarum, & oblationem pars illi competebat; vt constat *ex illo, cap. concesso, cap. quatuor, capit. de redditibus*; cum alijs in tertia dubitandi ratione adductis; at verò in nostra Hispania tertia decimarum pars Ecclesiæ conceditur; & ita obtinet dictum *Concilium Toletanum 4. cap. 36.* supra dubitandi ratione adductum, quæ tertia, vel quarta pars expendebatur per Episcopum, *cap. decretum est 3. cap. decernimus 10. quæst. 1.* notat *Garcia de Loaisa in notis, ad Concilium Tarraconense*; iusta quam doctrinā sunt, ad concordiam reducenda decreta suprà adducta; nam iura, quæ docent quartam portionem fabricæ reseruari debere, respiciunt ius Ecclesiæ Romanæ, quæ vero tradunt tertiam portionē habere respiciunt ius Hispanum.

8 Sextò, aduersus id, quod suprà retulimus; videlicet illius tertiæ, vel quartæ portionis, pro procuratione Episcopis competere, *dict. cap. 3. cap. decernimus 10. quæst. 1.* obstabit text. *in cap. vulterana 23. quæst. 2.* vbi administratio, & procuratio illius portionis Clericis, hac *l. competit*, vt etiam expendant sciente, & consentiente Episcopo. Sed huic dubio respondendum est priscis Ecclesiæ tēporibus, hoc ius, & procurationē illius portionis, ad Ecclesiæ reparationē cō petere, & pertinuisse, ad Episcopū, *dict. cap. decernimus 10. quæst. 1.* cū similibus suprà adductis, sed nouiori iure id hodie correctū est, vt relebetur onus illud Episcopis,

& illius portionis administratio, ad Ecclesiæ reparationem destinata commissa fuit ædituis, seu œconomis, vt ea expendant sciente, & consentiente Episcopo, iuxta text. ita intelligendum, *in dict. capit. vulterana* 23. 12. *quæstion.* 2. *capit. priscis* 2. 10. *quæstion.* 3. Nam totum officium, quod circa reparationem Ecclesiarum impenditur arbitrio Prælati, seu Episcopi commissum est, *dict. capit. omnes* 3. *capit. Ecclesias, de consecrat. distinct.* 1.

9 Septimò, prædictis obstabit, text. *in capit. ad Apostolicam, de Simonia*; vbi consuetudo, quæ in populis stat, vt non Clerici, sed populus teneatur, ad Ecclesiæ reparationem consuetudo illa obseruanda est. Sed huic dubio responderi debet, quod quando portio, ad vsum fabricæ deputata est, si decimæ, & fructus beneficiorum deductis alimentis commodè non sufficiunt, ad Ecclesiarum reparationem, seu refectionem; tunc etiam populus, ad contributionem tenetur, vt potè, cuius interest, vt ministris Ecclesiæ alimenta reseruentur, & templa diuino numine dicata reparentur; nam quemadmodum ciues, ad murorum ciuitatis, & pōtium quibus se, & sua defendunt tenentur, *l. ad institutiones, Cod. de Sacrosanctis Eccles.* Multo magis, ad refectionem Ecclesiæ contribuere debent in qua Sacramenta percipiunt, & cœlesti, ac spirituali cibo pascuntur, & fouentur, ad quam reparationem deficiente illa Ecclesiastica portione, & deficientibus fructibus beneficij, sine quibus Rector commode sustentari non potest, omnes nobiles, & innobiles, nulla inter eos habita differentia tenentur; notat *Zarabela in præsenti, numero* 3. *Petrus Pechius, de Ecclesijs reparandis, capit.* 22. Si verò consuetudo fuerit, vt vnus reparationis competat populo; tunc Clericus excusatur, & ita est interpretandus text. *in dict. capit. ad Apostolicam, de simonia*; notat *Abbas, & Zabarela in præsenti, numero* 3. Merito in summa, quoad Ecclesiæ reparationem, primo obseruanda est consuetudo populi, quando nulla est portio quarta, vel tertia Ecclesiæ designata, secundo loco succurrendum est, ad portionem, vel fabricam Ecclesiæ designatam; si verò portio illa non sufficit, nec consuetudo aliter disponit recurrendum est, ad fructus Clericorum, si eis superfunt; si autem eorum redditus non superfunt, compelluntur vltimo loco Parochiani Ecclesiæ; notat *Abbas, & Zabarela in præsenti, numero* 4. *Petrus Pechius loco suprà citati.*

Ad textum in capit. cum dicat Apostolus 2. huius tituli.

DE materia huius text. supra scripsimus, *in cap.* 1. *de decimis, num.* 11.

Ad textum in capit. ad audientiam 5. de Ecclesijs ædificandis.

SVMMARIVM.

1 *Secularis Ecclesia, sine per iudicio Clericorum, ad statum regularem potest reparari, & collegio, quod non dum est priuilegium non confertur.*

2 *Canonici Regulares Monachi sunt, & à Monachorum consortio non putantur seiuncti.*

Canonici Regulares professionem Monachorum ferè in omnibus emittunt.

3 *Priuilegium Apostolicum aliquid operari debet.*

Episcopus statum Ecclesiæ, & Clericorum, eijs in vitijs alterare non potest, nisi iusta subsit causa.

Cap. ex tuarum 5. *iuncta eius glos. de authoritate, & vsu pallij.*

4 *Canonici Seculares, & Regulares, simul sociare non debent.*

5 *Beneficium, quod quis ademptus est non amittit, nisi grauissima culpa interueniat.*

Summa ratio est, quæ conseruat Religionem.

6 *Collegio, quod non dū est erectū possunt beneficia simplicia vniri, c. Abbate. §. Nec pro eo, de sententia, & reiudicata lib.* 6.

Donatio, cum sit contractus requirit personat, cui adquiratur obligatio.

8 *Cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst.* 2.

9 *Cap. bonæ* 74. 12 *quæst.* 2.

10 *Capit. inter quatuor, de Religiosis domibus.*

CON-

1 CONCLVSIO. Sæcularis Ecclesia, sine prę iudicio Clericorum ad statutū regulare potest reparari, & Collegio, quod nondum est, priuilegium non cōceditur, quæ conclusio adeò in iure nostro singularis est, vt vno, aut altero tantum iuris testimonio fulciri possit, eamque confirmat, text. *in cap. Apostolice 9. de donationibus, cap. si Episcopus 73. capit. bonæ rei 74. 12. quæst. 2. l. 4. tit. 14. partit.* 1. Illustrant *Turrecremata, & Archidiaconus in dict. cap. si Episcopus, Garcia, de beneficijs 12. part. cap. 5. Petrus Gregorius, de beneficijs, capit. 23. num. 1. Rebuffus in praxi, titul. de erectione Ecclesiæ in Cathedrali, num. 9. Petrus de Perusio in tractat. de mutat. status Ecclesiæ, in principio, numer. 2. Gratian. tom. 3. disceptationum forensium, cap. 473. num. 2. Moneta, de commutat. vltimarum voluntatum, cap. 11. nu. 96. Gonçalez ad regulam octauam Chancellariæ, gloss. 5. §. 7. num. 71. Mandosius in regula 3. Chācellariæ, quæst. 7. per totam*, cum traditis à *Barbos. in collectaneis, ad nostrum textum, & in cap. inter quatuor, de religiosis domibus.*

2 Ratio quare, sæcularis Ecclesia licite ad regularem Congregationem reduci potest, sine præiudicio laicorum in ea existentium, si Diœcesanus Episcopus id permittat, ea est, quia regulares Canonici Monachi sunt, & a Monachorum consortio, non reputantur seiuncti, *cap. sane, de regularibus, capit. nullus, cap. mandamus, cap. statuimus 19. quæst. 2.* licet regulæ inseruiant laxiori, *cap. quod Dei timorem, de statu Monachorum*, & professionem in Religione sua emittunt, vt Canonice viuendo, & Deo seruiendo animam suam saluare possint, *dict. capit. nullus aqua, absque sui Abbatis permissione*, etiam adstrictiorem regulam transire non possunt, text. ita intelligendus, *in cap. statuimus 19. quæst. 2. Azor 1. part. moralium lib. 12. cap. 22. quæst. 6.* strictioremque vitam, quam Clerici sæculares ducunt, vbi de virtute in virtutem crescunt homines, & religiosus zelus, non minuitur, qui non minui sed potius augmentari conuenit, argumento text. *in cap. ex parte 12. de constitutionibus*; Religionis enim, & contemplationis fauore, hæc sæcularis Ecclesiæ mutatio, & conuersio in regularem, in text. nostro permissa est, *Panormitanus in præsenti, nu. 1. Rebuffus in praxi, vbi suprà, num. 9. Co-*

uarruuias lib. 3. variarum, cap. 14. num. 7. & 8. Hæc tamen mutatio, non aliter cōceditur, quam si Diœcesani Episcopi cōsensus interueniat, & Clericis, qui in Ecclesia sęculari superesse noscuntur, quādiù vixerit, ibi: *Vel alibi necessaria prouideantur*; nam Pontifex per priuilegium suum alicui præiudicare, non intendit, *cap. ex tuarum, de authoritate, & vsupalij, cap. cum dicat Apostolus, hoc nostro tit. l. 2. §. Meritò, & §. Si quis à principio, ff. ne quid in loco publico*; sic enim interpretāda sunt beneficia Principis, vt non incipiant esse iniqua, *cap. licet, de officio ordinarij, cap. super eo, de officio delegati, l. ex facto, ff. de vulgari, leg sciendum, ff. ex quibus causis maiores*; notat *Hostiensis in præsenti, num. 1. & in dict. capit. ex tuarum, num. 2.*

3 Primò, aduersus nostri tex. verba, ibi: *Hoc deuotioni tuæ authoritate Apostolica, si tibi Episcopus Diœcesanus concesserit, &c.* In quibus cauetur Pontificem indulsisse Episcopo, qui desiderabat Canonicos Regulares in ea Ecclesia ordinare, de qua in Episcopū vocatus fuerat, vt hoc sibi liceret facere, si Diœcesani Episcopi accesserit assensus. Obstabit sequens cōsideratio; scilicèt, quòd indulgentia illa Apostolica authoritate concessa, nihil operare vidètur, nec vllum sortitur effectum: ergo in hac specie necessaria, non fuit antecedens probatur; nam indulgētia hæc fuit à Pontifice concessa ad hoc, vt Episcopus posset sæcularem Ecclesiā, de qua ad fastigium Episcopale assumptus fuit in Regularem mutare, vt ibi Canonicorum Regularium Congregatio viuat, sed sine ipsa indulgentia poterat, hoc Episcopus facere interueniente Episcopi loci consensu; siquidem dispositio Ecclesiarum, & earum status ad illū, de iure pertinet sub cuius prouisione, ac tuitione vnaquæque Ecclesia regitur, *cap. regendam, cap. quæcumque 10. quæst. 1.* Igitur huiusmodi indulgentia supervacua fuit, & consequenter minus rectè nostri text. decisio, docet sæcularem Ecclesiam in regularem mutationem authoritate Apostolica, tantum factā fuisse. Difficultatem agnouit, *Gloss. in præsenti*, verbo *Indulgemus*, cuius soluendæ gratia existimat, quòd licet Apostolica indulgencia in præsenti, non posset ad hoc, vt Episcopus sæcularem Ecclesiam in Regularē mutare posset, tamē quoad alia prodest, nam Diœcesanus Episcopus faci-

facilius, & citius virtute Apostolicæ indulgentiæ mouebitur ad licentiam concedendam, quam si ipse de nouo eam concederet, & cogetur postea, si nō vult consentire, argumento text. *in cap. nullus, de iure patronatus*, & sic Apostolicum priuilegium, aliquid operare reputatur ratione facilioris operationis, prodest enim indulgentia (vt refert Glossa illa) quasi Episcopus eam non impetrasset, non posset inuitis Clericis Ecclesiam sęcularem in Regularem mutare, quoniā Episcopus statum Ecclesiæ, non potest alterare ex causa voluntaria inuitis Clericis, licet eis volentibus possit, argumēto text. *in cap. cum dilectus, de his quæ vi*, nisi iusta subsit causa veluti, si Clerici sęculares inhonestam vitam ibi dicunt, quo casu, etiam eis inuitis Ecclesiā mutare, & alterare Episcopus poterit, vt docet *Gloss.* sic intelligenda *in dicto cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst.* 2. vel nisi mutationem velit facere, sine præiudicio Clericorum ibi existentium, vt sic alteratio status habeat effectum post mortem eorum; tunc enim poterit facere, etiam eis inuitis, argumento text. *in cap. consultationibus, de donationibus, Clement. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis*; at vero ea indulgentia impetrata mutationem hanc Ecclesiæ poterit Episcopus facere, etiam renuentibus ipsius Ecclesię Clericis, dūmodo ibi, vel alibi necessaria alimenta, ipsis ministrare prouideat; & ita inquit Glossa cum duplicem, hūc effectum indulgentia Apostolica, in specie huius textus sortiatur minime dici potest eam supervacuam fuisse, in cuius rei confirmationem adducit Glossa, tex. celebrē, *in cap. ex tuarum 5. de authoritate, & vsu palij*; ex quo colligitur indulsisse Pontificem Archiepiscopo Compostelano, etiam extra suam Prouinciam commoranti, vt possit in aliena Prouincia palio vti in consecratione suffraganeorum, & ordinatione suorum Clericorum, si alius Metropolitanus, ad quem Ecclesia pertinet id permittat, & tamen Archiepiscopus Compostelanus, sine ea indulgentia poterit ordines cum eo palio celebrare, & iudicium exercere in aliena Parochia de permissu illius, ad quem noscitur pertinere, *cap. Episcopi 7. quæst. 1. cap. scriptum 6. quæst. 3. cap. 1. 2 & 3. capit. inuitati 9. quæst. 2.* Ergo nec priuilegium de vsupalij à Pontifice concessum supervacuum videtur, in specie illius text. sed vt aliquem effectum producat illum operare dicimus; scilicèt, quod Archiepiscopus, ad cuius Prouinciam declinauit facilius, & citius virtute indulgentię de speciali gratia, Sedis Apostolicæ concessa moueatur ad licentiam concedendam, quàm si ea indulgencia impetrata non fuisset, sed si ipse Archiepiscopus de nouo foret concessurus, & sic ratione huius facilioris permissionis, aliquid operatur Apostolicum priuilegium, quā Glos. interpretationem sequuntur, *Butrius in præsenti, num. 5. Hostiensis 1. Innocentius 1. Panormitanus 6.* Ex qua indulgentia Apostolica alij, etiam effectus in præsenti sequuntur; scilicet quòd ea nō impetrata Diœcesanus Episcopus mutationem Ecclesiæ sæcularis in Regularem Congregationē faceret, per se principaliter, vel alijs faciendam committeret; at verò indulgentia iam concessa Diœcesanus, huic Ecclesiæ commutationi tantum consentire debet, & priuilegio Apostolico parere, & alter Episcopus, cui priuilegium concessum est erit principalis author in ordinatione Ecclesiæ, & ipse hoc faciet authoritate Pontificis, quæ lōge diuersa sunt, nam aliud est assensum præstare, aliud verò principaliter disponere, argumento tex. *in capit. significasti, de foro competenti, cap. si quis iusto 44. §. Porrò, de electione, lib 6. capit. vnico, ne sede vacante, lib. 6.* Alium etiam effectum operatur indulgētia hæc, quia sine ea non liceret Diœcesano Episcopo Ecclesiam sæcularem mutare, absque Capituli sui consensu, *dict. cap. si Episcopus* 73. 12. *quæst. 2.* qui consensus Capituli in text. nostro necessarius non fuit, ex vī indulgentiæ à Pontifice cōcessæ; itaque indulgentiam illam a Sede Apostolica, Episcopus postulauit ad Ordinarium, & instituendum Canonicos Regulares in illa Ecclesia Sæculari, ad quam promotus fuerat; notat *Ioannes Andreas in præsenti, numero 2. Panormitanus 6. Butrius 5.*

4 Secundo, aduersus ea, quæ text. noster refert, quatenus decernit Ecclesiā Sæcularem, licite ad statum Regularem reduci posse; dum tamen Clericis sæcularibus, qui in ea adhuc supereſſe noscuntur ibi, vel alibi necessaria prouideā tur. Obstabit sequens dubitandi ratio; scilicèt, quod non debebant Canonici Sæculares, & Regulares, simul sociari, quia in vno eodemque officio, non debet

bet dispar esse professio, quod etiam lege Diuina prohibetur dicente Moyse nō Arabis cum bobe simul, & asino, id est, homines diuersæ professionis in officio vno non sociabis; vnde apparet, vt hi qui in administratione Ecclesiæ Regularis Canonicis Regularibus assotiantur discrepare nō debeant, nec in professione, nec in habitu, nam choærere, & coniungi, non possunt quorum studia, & vota diuersa sunt, *cap. in noua actione 22. 16. quæst. 7. cap cum causam, de electione*; qua de causa in Regularibus Ecclesijs Canonici Seculares, poni non debent, *cap. possessiones, de rebus Ecclesiæ non alienandis, cap inter quatuor*, iuncta eius *Glos.* verbo *Seculares, de religiosis domibus, cap. ea quæ, §. Præcipimus*, iuncta eius *Gloss.* verbo *Clericos, de statu monachorum, capit. peruenit 26. 18 quæst. 2.* igitur in Ecclesia regulari, sæculares, & regulares Canonici, simul adesse non debent, & consequenter minus rectè in decisione nostri text. decisum fuisse videtur sæculares Clericos, & regulares Canonicos in regulari Ecclesia, simul existere posse; ita vt, ibi. *Necessaria alimenta percipiant.* Dubium hoc agnouit, *Gloss. in præsenti*, verbo *Ibi*, quod vt soluat existimat dicendo, licèt verum sit sæculares, & regulares Clericos in eadem Ecclesia simul existere, non posse ne diuersæ professionis homines simul in eiusdem Ecclesiæ administratione associentur, *dict. cap. cum causam dict. cap. in noua, cum similibus suprà adductis*; hoc tamē de iure procedit, cum Pontificis priuilegium non existit; nam si existit eius authoritate sæculares, & regulares Clerici in eadem Ecclesia existere possunt, vt constat ex nostri text. decisione adhibitis requisitis in eo expressis; scilicèt, vt ibi, vel alibi, alimēta percipiant, vt in versic. *Verum si Clerici seculares in ea, adhuc supereſſe noſcuntur volumus eis, dum vixerint*, ibi: *Vel alibi, necessaria prouideri*, quæ verba suadent ex causa speciali priuilegiū concessum fuisse, vt illa Cōgregatio sæcularium, & regularium Canonicorum fieret, quod priuilegium perpetuum non fuit, sed ad tēpus tantum, quo vixerunt tolleratur, vt constat ex text. nostro, versic. *Dum vixerint*, ex quo deducitur, Clericis sæcularibus in ea Ecclesia super ēsentibus, dum vixerint fructus suos ministrandos esse, eis tamen defunctis, alios Clericos sæculares ponendos non esse in regulari Ecclesia; meritò, nam in eorum præiudicium, non censetur Pontificem priuilegium, hoc indulsisse, argumento text. *in capit. dudum 2. hoc titul. dict. l. 2. §. Si quis à Principe, cum alijs, ff. ne quid in loco publico*, sed in electione Episcopi est, in eadem Ecclesia, vel alia eis alimēta subministrare, vt cōstat ex text. nostro, versic. *Ibi*, vel alibi necessaria prouideri: ergo elegit Episcopus, prout sibi placuerit cū adhoc sub disiunctione teneatur, argument. text. *in l. plerumque, §. fin. de iure dotium*, sed rectius, & honestius faciet, si in alia Ecclesia eisdem Clericis sæcularibus de necessarijs prouideat ex iuribus, & rationibus suprà adductis, quam Glos sæ interpretationem sequitur, *Antonius Butrius in præsenti, numero 6. Hostiensis 1.*

5 Tertiò, solutioni obstabit dicere Episcopum, non posse in præsenti Clericis sæcularibus, qui in ea Ecclesia supereſſe noſcuntur in alia Ecclesia necessaria prouidere, eo quod satis peruersum, & contra Ecclesiasticam censuram esse videatur, vt quis priuetur, absque culpa officio, & dignitate sua, iuxta tex. *in cap. satis peruersum 7. 56. distinct.* beneficiu enim, quod quis iurē adeptus est, non nisi graui culpa sua, & coram Episcopo comprobata amittere potest, *Concilium Colonienſe Secundum, cap. 42. relatum in cap. inuentum 38 in fin. 16. quæst. 7.* Ergo Clerici sæculares in nostra specie, sine culpa priuari, non poterant beneficijs, quæ in sæculari Ecclesia possidebant; ita vt possit Episcopus in alia Ecclesia de necessarijs eis prouidere. Sed respondendum est, hoc fauore Religionis constitutum fuisse, propter eius publicam causam, nonnunquam stricta iuris ratio vincitur ratione Religionis, quæ summa ratio est, *l. sunt personæ 43. ff. de Religiosis & sumptibus funerū.* propter quam multa alia sunt permissa. *capit. 1. de filijs Presbyterorum, cap. 2. de Apostatis*, notat *Gloss. in præsenti*, verbo *In iure, Hostiensis, num. 1.* versic. *Nec obstat.*

6 Quartò, aduersus text. nostrum, quatenus decernit Ecclesiæ regulari, in qua nulli adhuc Canonici existunt confirmationi priuilegium, cōcedi non posse, vt constat ex text. nostro, versic. *Licet enim.* Obstabit sequens dubium; scilicèt, quod futuro Collegio Hospitali, vel Ecclesiæ instituendæ potest hæreditas, vel legatum relinqui, *l. serius 17. ff. de adimē-*

dis

dis legatis, l. seruus 33. ff. de liberali causa, notat *Abbas in cap. nos quidem, de testamẽtis,* & legatum relictum, ad alicuius Ecclesiæ constrictionem, non efficitur caducum, etiam si locus ædificij, non fuerit designatus, *cap. 3.* iuncta eius *Glossa,* verbo *In loco, de testamentis, Couarruuias ibidem, num. 12.* & Collegio, quòd nondum erectum est, nec Scholares habet, possunt beneficia simplicia vniri, *Trident. sess. 23. de reformat. cap. 18.* & etiam futuro ædificio seruitus imponi potest, *leg. si seruitus 22. §. Futuro, ff. de seruitut. vrbanorum prædiorum,* & Monasterio ædificando competit restitutio in integrum, propter negligentiam prosequendæ appellationis, *Rota decis. vnica, num. 1. & 2. de testamentis in antiquioribus, Selua, de beneficijs 3. part. quæst. 6. num. 7.* Ratio est, quia sufficit sola destinatio construendi Monasterium, vt habeatur pro constructo, argument. *legis tertiæ, §. Quid ergo, ff. de contrario iudicio tutellæ:* ergo etiam regulari Ecclesiæ construendæ in specie nostri text. licet in ea, adhuc nulli Canonici existant In priuilegium confirmationis concedi potuit, & consequenter, non rectè contrarium in decisione nostri text. cõstitutum est. Cui difficultati primo respondit, *Innocentius in præsenti, numer. 1.* Ideò Pontificem futuræ Ecclesiæ priuilegium, illud confirmationis non fecisse, quia priuilegium Pontificis non subito, & inconsultè. Sed cum magna deliberatione cõcedi debet, *cap. communis 10. 23. distinct.* Vnde rectè erectionẽ faciendam Ecclesiæ regularium Canonicorum noluit Vrbanus Pontifex priuilegium indulgere, quã interpretationem impugnat, *Hostiensis in præsenti, numer. 1. in fin.* Quare secundo, *Ioan. Andr. in præsenti, num. 3.* Respondit, quòd ideo priuilegium confirmationis futuræ Ecclesiæ regulari à Pontifice fuit denegatum, quia Vrbanus Tertius in præsenti, non dedit purè licentiam ordinandi in ea Ecclesia Canonicos Regulares, sed tãtum subconditione, si Diœcesanus Episcopus id permittat, & ita antequam cõditio hæc existat per consensum à Diœcesano Episcopo præstitum noluit Pontifex priuilegium illud confirmationis concedere, ne deficiente conditione, si ordinatio non fieret frustaneum remaneret priuilegium, sed hæc interpretatio nobis, non placet, ex eo quod indulgentia Apostolica in text. nostro, id importat, vt Episcopus Diœcesanus facilius consentiat, & vt cogatur postea, si non vult consentire, argumento text. *in cap. nullus, de iure patronatus,* notat *Glos. in præsenti,* verbo *Indaguemus, Hostiensis, num. 1.* Ergo casu quo Diœcesanos libere consensum non tribuerit, tamen virtutæ gratiæ Apostolicæ consentire immutatione Ecclesiæ cogendus est; meritò nunquam frustraneum, reddi poterat Pontificis priuilegium. Quare his, & alijs omissis, vt hanc difficultatem dissoluamus distinguẽdum censeo inter eum casum, quo futuræ Ecclesię priuilegium conceditur; ita vt ex tunc vires accipiat, & inter eum casum quo, & si modo futuræ Ecclesiæ priuilegium concedatur, non statim, sed in futurum vires habere incipit; scilicet, postquam Ecclesia erecta, & constructa fuerit, priori casu futuræ Ecclesiæ de iure priuilegium, conferri non potest, ita vt instanti concessionis vires habeat, & effectum sortiatur rei enim, quæ nondum est, priuilegium dari non potest, argumento text. *in cap. fin. de rescriptis, l. fin. ff. si seruitus vindicetur, l. 1. ff. communia prædiorum, l. à Diuo Pio, ff. de ritu nuptiarũ;* nam ante erectionem, & Canonicorum existentiam, Ecclesia non adest, cui priuilegium concedatur; quia ante quærenda est persona, quam ratio, *leg. quidam referunt, §. 1. ff. de iure codicillorũ,* qualitas autem, siue subiecto esse non potest, *l. 2. ff. de vsufructu, l. decem ff. de verborum obligationibus, l. 1. ff. de vsufructu legato,* & non entis nullæ sunt qualitates; *dict. leg. quidam referunt,* versic. *Nullius enim momenti, l. eius qui in Prouincia, ff. de rebus creditis, cap. bonæ 1.* versic. *Contra verò,* iuncta eius *Gloss.* verbo *Per rerum naturam, de electione,* & in hoc casu exponendus est text. noster, in cuius specie futuræ Ecclesiæ regulari priuilegium confirmationis, conferri non potest, vt ex tunc effectum sortiatur, vt nostro ex tex. constat, vers. *Cum nulli Canonici,* adhuc ibidem existant, quibus priuilegium concedatur, quæ verba non obscure, sed expressè, insinuant priuilegium confirmationis Ecclesiæ, quæ nõdum regularis est concedi non posse; ita vt ex tempore concessionis vires statim, incipiat habere; notat *Abbas in præsenti, nu. 4. Hostiensis 1. Ioannes Andreas 3 Hieronymus Gonçalez ad regulam 8. Cancellariæ gloss. 5. §. 7. num. 97.* In posteriori verò casu; scilicèt, quãdo futuræ Eccle-

siæ

siæ priuilegium conceditur, non vt statim, sed in futurum vires habere incipere-ret; tunc, & si nō statim erecta est Ecclesia; tamen ex post facto Canonicis ibidē constitutis ratum, & firmum manet priuilegium, argum. text. *in l. si seruitus, §. Vltimo, ff. de seruitutib. vrbanor. prædiorū, l. hæredes, §. An ea, ff. familiæ herciscundæ*, & in hoc casu procedunt omnia iura supra à nobis, pro dubitādi ratione adducta; notat *glos. fin. in præsenti, Hieronymus Gonçalez vbi suprà, dict. num. 97.*

7 Quinto, huic solutioni, obstat tex. *in cap. Abbate sane, §. Nec pro eo, de sententia, & re iudicata, lib. 6.* vbi non tenet donatio futuro Monasterio facta, etiam si postea erigatur, vt constat ex eodē text. ibi: *Præsertim, quia Monasterio*, quod nōdum est aliqua donatio fieri nō valebat: ergo priuilegium confirmationis futurę Ecclesiæ concessum non valebit, etiam si constructa, & erecta fuerit. Cui difficultati responderi solet, quòd licet Ecclesiæ construendæ hæreditas, & legatū relinqui possit; ita vt valeat cum templum funderur, *dict. l. seruis ad custodiam, ff. de alimentis legatis*, & priuilegium cōfirmationis futuræ Ecclesiæ donari, vt ex eo tantum tempore ratum habeatur, quo Ecclesia erecta fuerit, & Canonici constituti; tamen donatio Ecclesiæ, quę nondū est, conferri non potest, *vt in dict. cap. Abbates sanè, §. Nec pro eo, de sententia, & re iudicata, lib. 6.* Diuersitas ratio in eo cōsistit, quia cum donatio sit quidam cōtractus requirens personam, cui adquiratur obligatio, seu ipsa res, *cap. si tibi absenti, de præbendis lib. 6. l. absenti, ff. de donationibus, l. qui absenti, ff. de adquirend. possess.* & cum construenda Ecclesia, nondum sit in humanis, nec ipsa, nec alius pro ea donationem accipere posse, & legatum, seu vltima voluntas, nō requirit præsentiam personæ acceptantis, *l. cum parer 77. §. Surdo, ff. de leg. 2.* quod etiam locum habet in priuilegio confirmationis, hæc de causa affirmat, textus *in dicto cap. Abbate, §. Nec pro eo Monasterio*, nondum erecto donationem fieri, non posse, quam interpretationem, tenet *Panormitanus in præsenti. num. 5. Butrius final, Bartolus in dict. l. seruos 17. ff. de alimentis legatis.* Vel secundo respondere poteris *in d. cap. Abbate, §. Nec pro eo probari Ecclesiæ*, quæ nondum est donari, non posse quoniam illa, non est decisio simul, & Pontificis responsio, sed tātum allegatio partis, vt patet ex eiusdem text. lectura, nam allegatio vnius partis incipit post principium, a versic. *Allegabatur autem pro parte vestra* quæ durat, vsque ad versiculum *Pro parte altera dicebatur*, & in prima allegatione continetur dictus versic. *Sic suprà adductus*, ibi: *Præsertim, quia Monasterio, quod nondum erat, aliqua donatio fieri non valebat*, quæ verba cum solum partis allegationem cōstituant nullum ius faciant, quoniam allegatio partis ius non facit, *capit. dilectus 34. de præbendis, & dignitatibus, Gloss. Magna*, verbo *Vel die tertio, in l. 1. ff. quando non petentium partes Felinus in cap. 1. num. 18. de constitutionibus Palacius Rubius in rubrica, cap. per vestras, §. 17. n. 22. de donationibus inter, Iason in l. 1. num. 38. ff. de officio eius cum mandata est iurisdictio, Romanus consil. 191. num. 4.* quam solutionem refert. *Gonçalez ad regulam octauam Chancellariæ, §. 7. num. 106. cum sequentibus.*

8 Sexto, decisioni nostri tex. obstabit text. *in cap. si Episcopus 73. 12. quæst. 2.* vbi Patres *Toletani Concilij 3. capit. 4.* constituunt, quòd si Episcopus vnam de Parochianis Ecclesijs suis, in Monasterium transferre voluerint, vt in ea Congregatio regularium Monachorū fiat; hoc de consensu Concilij sui habeat licē tiam faciēdi, qui etiam si de rebus Ecclesiæ pro eorum substantia, aliquid quod detrimentum Ecclesię, non exhibeat eidem loco donauerit ut stabile; rei enim bonæ statuendæ consilium dat consensum; ex quo decreto, manifestè colligitur, Episcopum Diœcesanum non posse Parochialem Ecclesiam, sibi subiectam in regularem mutare; sine Capituli sui cōsensu contra nostri text. decisionem, in qua solius Episcopi Diœcesani authoritas desideratur, vt hæc mutatio Ecclesiarum fieri possit. Sed respondendum est, discrimē esse constituendū inter casum, quo Episcopus propria authoritate, vnā de suis Parrochialibus Ecclesijs velet in regularem trāsferre, & inter casum, quo Episcopus, sed id Apostolicæ priuilegiū postulauit, vt id sibi facere liceret priori enim casu, non potest Episcopus, hanc mutationem facere, sine licentia Capituli; quia cum hæc translatio sit, quædam Ecclesiæ alienatio, non potest sine Capituli consensu fieri, argument. text. *in cap. sine exceptione, cum alijs 12. quæst. 2. Moneta, de commutationibus voluntatum;*

cap.

cap. 95. & in hac ſpecie procedit, text. *in dict. cap. ſi Epiſcopus 12. quæſt. 2.* in poſteriori vero caſu Epiſcopus, poteſt Eccleſiam ſæcularem in regulare mutare, abſque ſui Capituli conſenſu, quoniam illum ſupplet priuilegium Pontificis, quòd vbi adeſt, quoſcumque ſolet ſupplere defectus, & ſolemnitates alias iure requiſitas, vt obſeruat *Reuuanus, de rebus Eccleſiæ, cap. 25. rubrica 1. n. 12. Gonçal. ad regulam octauam Chancellariæ, gloſ. 12. in principio, num. 75.* Vnde, cum in ſpecie noſtri tex. Epiſcopus, qui deſiderabat in ſæculari Eccleſia, de qua fuit ad Epiſcopatum vocatus Canonicos Regulares ordinare, priuilegium à Sede Apoſtolica impetraſſet, vt id ſibi facere liceret, rectè potuit virtute priuilegij mutationem facere, nec deſideratur Capituli licentia, quia quemadmodũ Diœceſanus poſſet, abſque Capituli conſenſu Eccleſiam ſæcularem in regularem mutare, ſi priuilegiũ à Sede Apoſtolica habuiſſet; ita poſſet cõſenſum præſtare mutationi ab altero faciendæ virtute priuilegij; notat *Panormitanus in præſenti, num. fin.*

9 Septimò, ex dictis infertur interpretatio, ad text. *in cap. bonæ 74. 12. q. 2.* vbi *in Concilio Toletano, cap. 9.* ſtatutum legimus, quod ſi quis Epiſcopum in Parochia ſua Monaſterium conſtruere fortè voluerit, & hoc ex rebus Eccleſiæ, cui præſidet dotare decreuerit, non amplius ibidem, quam quinquageſimam partem dare debebit, Eccleſiæ verò, vt hac temperamenti æquitate ſeruata, & cui tribuit competens ſubſidium conferat, & cui tollit damnis grauibus non infligat, ea tamen cautela ſeruata, vt vnam tantum, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem aſſumat, quòd decretum, etiam obſeruare præcipitur, *in cap. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælatis, & in cap. Apoſtolicæ 9. de donationibus, l. 4. tit. 14. partit. 1.* quæ conſtitutiones apertè euuant poſſe Epiſcopum Parochialẽ inſicleſiam, ſibi ſubiectã Monaſticis regulis informare, hoc eſt in Monaſterium tranſire, in quo Monachorum Congregatio regulariter viuat, & Monaſticam regulã obſeruantes Deo ſeruiant, cuius doctrinæ ratio deſummitur, ex ſupra traditis in decidẽdi ratione ad noſtrum textum, quòd adeò verum eſt, vt licet Epiſcopus res Eccleſiæ, donare non poſſit, *cap. ſine exceptione 12. q. 2. cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis, cap. nulli, de rebus Eccleſiæ, cap. 2. cum alijs, de donationib.* tamen non prohibetur huic ſeculari Eccleſiæ, quã Monaſticis regulis informare deſiderat centeſimam reddituũ partem Eccleſiæ, cui præeſt donare, quòd admiſſum eſt in fauorem Religionis, vt ita inuitentur Epiſcopi ad conſtruenda Cœnobia, & Monaſteria erigenda, docet *Hoſtienſis in præſenti, num. 5.*

10 Octauò, his omnibus, obſtabit tex. *in cap. inter quatuor, de religioſis domibus*, vbi Epiſcopus, non poteſt vnam Eccleſiam in aliam mutare, de cuius interpretatione videndi ſunt, *Turrecrem. in d. cap. ſi Epiſcop. Panormit. in præſenti*, cum qua ſolutione, etiam eſt accipiendus, text. *in cap. quæ ſemel 19. quæſt. 2. cap. relatum, ne Clerici, vel Monachi.*

Ad text. in cap. tua nos fin. de Eccleſijs ædificandis.

DE materia huius text. plura ſcripſi ſpecialiter, *in cap. fin. de religioſis domib. & in cap. 1. de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda.

DE

DE IMMVNITATE ECCLESIA-rum cœmeterij, & rerum ad eas pertinentium.

TITVLVS XLIX.

Ad textum in cap. peruenit 2. cap. non minus 4. cap. aduersus 7. huius tit. de immunitate Ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Tributa personis Ecclesiasticis sæculares imponentes, ipso iure sunt excommunicati Clerici verò illa soluentes excommunicatione prædicta ligantur.*

2 *Ecclesia, Ecclesiasticæque personæ quare sint immunes à tributis laicorum.*

Ea quæ contrarius fiunt debent profectis habere.

Nimia necessitate exigente, etiam Clerici contribuere tenentur.

3 *Cap. si tributum 17. cum cap. magnum 11. quæst. 1.*

4 *Capit. peruenit 2. de immunitate Ecclesiarum.*

5 *Leg. 1. Cod. de indictionibus, lib. 10. l. fin. Cod. de exactoribus tributorum, lib. 10. leg. de his 3. Cod. de Episcopis, & Clericis.*

6 *Immunitas Clericorum, an proueniat de iure diuino, an positiuo.*

7 *Matthæi authoritas cap. 17.*

8 *Cap. continuo 11. quæst. 1. cap. futuram 12. quæst. 1.*

9 *Notabile Caroli V. factum refertur.*

10 *L. cum Clericis, l. omnes, Cod. de Episcopis, & Clericis.*

Cap. Constantinus 96. distinct. Authent. vt Clerici, apud proprios Episcopos.

11 *Capit. si quis cum Clerico 45. 11. quæstione 1. capit. decernimus 2. de iudicijs.*

12 *Epistola Diui Petri, cap. 2. & Epistola Diui Pauli, cap. 13. Actuum Apostolorũ, cap. 2. 3.*

1 CONCLVSIO. Quæ ex his iuribus communiter deducitur, hæc est sæculares tributa, seu pedagia personis Ecclesiasticis imponentes ipso iure sunt excommunicati Clerici, verò illa soluẽtes excommunicatione prædicta ligantur. Consonat text. *in cap. non minus 4. cap. aduersus 7. hoc tit. cap. 1. cap. Clericis, eodem lib. 6. Clementina 1. hoc tit. cap. quãquam, de censibus, cap. conuenior, cap. tributum 33. quæst. 8. cap. generaliter, §. Nouarum, & §. Placet 16. quæst. 1. cap. constitutus 16. quæst. 4. Tridentin sess. 25. de reformat. cap. 20. Bulla in Cœna Domini excommunicat. 18. & in §. Qui ve collectas:* Exornant *Couarruu. in practicis, cap. 31. num. 9. Lesius de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 33. dubit. 3. Matienço in l. 11. tit. 10. lib. 5. Recopilationis, gloss. 1. numer. 4. Nicolas Garcia, de Beneficijs, titul. 1. part. 2. cap. 3. numero 1. Molina, de iustitia, & iure, titul. 3. disputat. 671. numero 5. Bonacina 2. tom disputat. 2. de restitutione, quæst. 9. part. 2. numero 1. Azor 3. part. institutionum Moralium, lib. 5. capit. 10. Diana 1. parte, tractat. 2. de immunitate Ecclesiarum, resolutiune 36. cum sequentibus,*

cum traditis à *Barbosa in collectaneis ad nostrum textum, & in iuribus suprà adductis, Morla in Emporio, tit. de legibus, quæstion. 16. num. 21. cum sequentibus.*

2 Ratio est, quia Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, ac res iplorum, non solum à iure humano, quinimo, & secundum nonnullorum opinionem, & Diuino à sæcularium personarum exactionibus sunt immunes, *cap. quamquam, de censibus, lib. 6. cap. conuenior 23 quæst. 8.* & quoniam inferior, non potest tollere legem superioris, *capit. cum inferior, de maioritate, & obedientia*; nam ea, quæ fiunt a iudice, si ad eius non expectat officium viribus, non subsistunt, *capit. ea quæ, de regulis iuris, lib. 6. leg. final. ff. de iurisdictione omnium iudicum*; siquidem, quæ contra ius fiunt debent pro infectis haberi, *leg. non dubium. Cod. de legibus*, quare laici, qui talia tributa in præiudicium immunitatis Ecclesiasticæ audent perpetrare, sicut, & eorum factores grauiter peccant, & Pharaone peiores videntur, qui legis Diuinæ notitiam non habebat; meritò, sub anathematis districtione talia fieri prohibentur, & si aliqui ita commisserint, & commoniti desistere noluerint, tam ipsi, quam facto res eorum excommunicationi se noluerint subiacere, nec ad communionem reddantur, donec satisfactionem competentem fecerint, *Dicto cap. non minus 4. cap. aduersus 7. hoc tit.* Verum, si quãdo forte Episcopus, simul cum Clericis tantam necessitatem, vel vtilitatem perpexerit, cum laicorum non suppetunt facultates, poterit in illa necessitatis causa subsidia præbere, quia in casibus, qui respiciunt pietatem, seu publicam vtilitatem, quãdo imminet extrema necessitas, nemo excusatur, *cap. peruenit 2. hoc titulo*; nam quod non est licitum ex lege necessitas facit licitum, *cap. quod non est, de regulis iuris, lib. 6.* cum quisque teneatur patriam tueri, *cap. omni 23. quæstione 8.* sed Tutius facient, si non est tanta extrema necessitas, si consulant Pontificem, *dicto capit. aduersus 7. hoc tit.*

3 Primò, obstat text. *in capit. si tributum 17. 11. quæstione 1.* cuius hæc sunt verba, *Si tributum petit Imperator, non negamus: agri Ecclesiæ soluunt tributum. Si agros desideret Imperator, potestatem habet vindicandorum*: Ex quibus constat tributa imposita ab Imperatoribus Clericos soluere adstrictos esse: ergo sæculares non possunt excommunicari, etiam si Clericis tributum imponant, cum ad id Principes potestatem habeat. Augetur difficultas, ex text. *in cap. magnum 11. quæstione 1. capit. tributum 23. quæstione 8.* vbi probatur Clericos tributa soluere teneri ad similitudinem Domini nostri Iesu-Christi, qui tributum soluit, *Matthæi capit. 17.* Ergo Clerici non sunt immunes à præstatione tributorum sæcularium. Cui dubio respondendum est, discrimen constituendo inter tributa mere naturalia, quæ sine habitudine ad personæ qualitatem, rebus ipsis iure perpetuo inhærent assignato precio certo, & invariabili, vt sunt ea, quæ proueniunt ex aliquo pacto censuali, seu fæudali, aut emphyteutico, & inter ea tributa, quæ licet rei imponantur; tamen habito respectu ad personam imponuntur, quòd colligitur, si precium certum, & inuariabile non sit assignatum. Primo casu, tributa rei inhærentia cum suo onere ad Clericos trãseunt, cum tunc non eorum persona, sed ipsa res attenditur. Secundo verò casu, cum ipsa persona obligetur res cum onere soluendi tributa, non transit ad Clericum; docent plures relati à *Diana dicta 1. parte, tractat. 2. resolution. 43. & 2. part. tract. 1. resolution. 17.* vnde cum text. *in dicto capit. si tributum, dicto cap. magnum*, cum alijs suprà adductis loquantur de tributis mere realibus, ipsis rebus impositis, assignato precio certo, & invariabili per quod cognoscitur, non esse tributum statutum, habito respectu ad personam; sed potius ad rem, hac de causa iura illa asserunt Clericos tributa illa soluere teneri; ita *Abbas in capit. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constitutionibus, Azor vbi suprà, cap. 13.* versic. *Est igitur*, ad notandum *Morla in Emporio iuris, titul. de legibus, quæstione 16. numero 23. Lesius lib. 2. de iustitia, & iure, capit. 33. dubit. 3. numero 19. Bonacina vbi suprà*, qua solutione, etiam est intelligendus text. *in capit. sancitum 23. quæst. 8.* vbi statutum est Clericum soluere teneri tributa sæcularia, & text. *in capit. nuper 2. de decimis, capit. 2. §. Cæterum, hoc titulo, lib. 6.* vbi exemptus à solutione decimarum, tenetur decimas soluere, id est, ex possessionibus decimarum, solitis postea ad eo adquisitis, & text. *in capit. ea enim 2. §. Item*

præ-

prædium 10. *quæstione* 2. vbi prædio adquisito Ecclesiæ, quod onus Fisco soluere debebat ex eo tributum, etiam Ecclesia soluere tenetur. Nec huic solutioni obstabit illa, *Diui Matthæi authoritas, capit.* 17. *relata in dict. capit. magnum, dict. cap. tributum*, vbi dicitur Christum Dominum soluisse tributum personale: ergo similiter ad eius solutionem Clerici sunt adstricti; quia respondendum est, asserendo Christum Dominum nostrum, non soluisse tributum ex eo, quia ad illud soluendum adstrictus esset, sed ad vitandum scandalum pasiuum Phariſeorum, quod vitandum est, quoties ex ignorantia, vel fragilitate potest prouenire, de quare latè diximus 1. *tom. in capit. decernimus, de iudicijs, num.* 9. quæ omnia in præsenti sunt repetenda.

4 Secundò, obstabit text. *in cap. peruenit* 2. *hoc titulo*, versic. *Fraternitas tua nullum per nostræ, vel Ecclesiæ suæ nomen, aut alio modo excusari à murorum Vigilijs patiatur, sed omnes ad hoc generaliter compellantur: quatenus cunctis vigilantibus, melius valeat Ciuitatis custodia procurari.* Ex quibus verbis apparet nullum Ecclesiasticum à muneribus personalibus excusari; siquidem custodire muros Ciuitatis munus personale est, *l.* 1. *§. Personalia, ff. de muneribus, & honoribus*: ergo Clerici soluere tributa personalia sunt adstricti, in cuius text. difficultate varij varias assignunt solutiones, vt constat *ex Abbate in capit. non minus* 4. *hoc titul. numero* 18. frequentior tamen interpretatio adduci solet, quam tradit *Glossa in dicto capit.* 2. *hoc titul. Gregorius Lopez in l.* 52. *titul.* 6. *partit.* 7. dum asserunt discrimen esse constituendum inter personas mere Ecclesiasticas, & inter alias, quæ ministerijs Ecclesiæ inseruiunt, quæ sæculares, quandoque dicũtur, nam primo casu personæ mere Ecclesiasticæ, nec tempore belli possunt cogi vigilare Ciuitatem, aut eius muros custodire in secundo verò casu personæ, quæ Ecclesiæ deseruiunt compelli possunt, & ita asserunt esse intelligendum, text. *in dicto capit.* 2. *hoc titulo*, sed hæc interpretatio ex eo conuincitur, quia si vera esset text. ille dubitandi ratione careret. Quare ea omissa verius dicendum esse, existimo decisionem text. *in dicto cap.* 2. *hoc titulo*, procedere in bello aggressiuo, atque offensiuo, quo enim casu, cum vnusquisque suam patriam defendere teneatur, vt supra diximus in decidendi ratione; ideò ibidem generaliter asseritur tempore illius belli omnes Clericos, absque distinctione teneri vigilare muros ciuitatis; notat *Barbos. in collectaneis ad text. in dict. cap.* 2. *hoc tit. num.* 2.

5 Tertio, obstabit text. *in l.* 1. *Cod. de in dictionibus, lib.* 10. *l. fin. Cod. de exactoribus tributorum, lib.* 10. *leg. de his* 3. *Cod. de Episcopis, & Clericis*; vbi probatur Clericos ad solutionem tributorum teneri. Sed respondendum est, iura illa nullam vim authoritatis retinere ex defectu potestatis, cum ad id Principes sæculares, circa personas, & res Ecclesiasticas nullam potestatem habere videãtur, *capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutionibus cap. quæ in Ecclesiarum, eodem tit. Gloss.* verbo *Collationibus, in capit. generaliter* 16. *quæst.* 1. *Panormitanus in cap. non minus* 4. *hoc tit. num.* 1 *Gutierrez lib.* 1. *practicar. quæst.* 3. *num.* 6. *Diana* 1. *part. tract.* 2. *resol.* 39.

6 Quartò, aduersus cõmunem Doctorum sentẽtiam in præsenti receptam asserentium, hanc Clericorum immunitatem, à solutione, vel exactione tributorum prouenire à iure positiuo, non verò à Diuino. Ratio est, quia si à Diuino proueniret id cõstaret, ex aliqua noui testamenti authoritate; sed ex nulla noui testamenti authoritate id constat: ergo tantum a iure positiuo prouenit; Deindè, quia si à iure Diuino proueniret, non posset Romanus Pontifex eam auferre, *cap. sunt quidam* 25. *quæst.* 1. *cap. fin. de consuetudine, §. Sed naturalia, Instit. de iure naturali*, sed Pontifex eam tollere valet, *capit. quamquam, de censibus, lib* 6. *capit. negotiatorem, capit. fornicari* 88. *distinctione*: ergo ex iure Diuino non prouenit, de qua re plura adduci poterant; sed quia Instituti nostri non est; ideò ea omitto, & remitto ad ea, quæ de hac re latè scripsit, *Morla in Emporio iuris, tit.* 2. *quæst.* 12. *num.* 13. *Sahagum in capit.* 2. *de iudicijs, num.* 13. *Couarruuias in practicis, cap.* 31. *num.* 2. *& lib* 2. *variarum, cap.* 20. *Menochius, de arbitrarijs, casu.* 430. Obstabit authoritas, *Numerorum cap.* 3. vbi asseritur fuisse à Deo præceptum impositum, vt nulli Leuitæ subiecti essent, nisi Summo Sacerdoti, & quod tributa sæcularia soluere, non adstringerentur: ergo immunitas non soluendi tributa

Clericis videtur conceſſa a iure diuina, & confirmatur *ex lib. 1. Exod. cap. 7.* vbi præcipitur, vt Sacerdotibus, & Leuitis nullum vectigal imponatur, *& Geneſ. cap. 47.* vbi cum tempore famis cunctorum Ægyptiorum terræ tributariæ factę fuiſſent Pharaoni, Ioſephus tamen excipit terras Sacerdotum, ſtatuens eas liberas eſſe debere, ad quorum iurium ſolutionum ſciendum eſt præcepta veteris teſtamēti, quædam eſſe iudicialia, quædam moralia, quædam autem Ceremonialia de quorum diuiſione, & expoſitione, late tractat *Couarru. in practic. cap. 32. num. 2. & lib. 2. variar. cap. 20. & lib. 1. cap. 5.* & nos diximus *in cap. vnico, de purificat. poſt partum*, quæ omnia in præſenti ſunt repetenda, vndè ſatisfaciendū eſt, prædictis obiectionibus dicendo authoritates ſupra adductas, quæ aſſerunt exemptiones tributorum Clericorum a iure diuino prouenire intelligendas eſſe de præceptis iudicialibus, quæ obſeruātur in veteri teſtamēto, quæ omnia ceſſarunt poſt Chriſti aduentum, nam frequenter aliquid dicere ſolemus à iure Diuino prouenire, eo quod a veteri lege Diuina, aut ab aliqua veteris teſtamenti auctoritate originem duxit. Quare cum exemptio Clericorum originem habeat a veteri teſtamento dici ſolet à iure Diuino prouenire.

7 Quintò, aduerſus hanc ſolutionē, obſtabit illa noui teſtamenti, & D. Matthæi authoritas, *cap. 17.* vbi Chriſtus Dominus, cum ab eo peteretur, vt tributū Auguſto Imperatori, ſolueret Petrum interrogauit, Reges terræ à quibus tributum accipiunt à filijs ſuis, an verò ab alienis? Cum reſpondiſſet ab alienis intulit Chriſtus: ergo filij liberi ſunt à ſolutione tributorum, ſed ne ſcandalizemus eos vade ad mare, & inuenies piſcem, ex quo monetam deducere poſsis, qua Principi ſatisfacies, vnde apparet Clericos, qui filij ſunt Dei à ſæcularibus tributis ſoluendis a iure Diuino noui teſtamenti liberos eſſe. Sed huic dubio reſpondendum eſt, quòd quando Chriſtus Dominus noſter verba illa intulit: *Ergo liberi ſunt filij, &c.* tantum locutus fuit de ſeipſo, vt filio naturali patris, nō verò de cęteris Clericis, qui Dei Filij naturales non ſunt, ſed tantum adoptiui, & hac de cauſa dicendum eſt, ſub illis verbis *Ergo liberi ſunt filij* Clericos comprehenſos non fuiſſe; ita tenet *Belarminus cap. 28. de Clericis*, verſic. *Secundo dico, Salazar, de legibus, diſput. 14. ſection. 11. num. 119.* aduerſus, quam ſolutionem obſtat, quod filij adoptiui Regis ſoluere tributa, non tenentur. ergo Clerici cum ſint Filij adoptiui Dei ſoluere tributa, nunquam erunt adſtricti, *Matthæi dicto capit. 17.* Sed huic obiectioni reſpondendum eſt, conſtituendo diſcrimen inter filium adoptiuum corporaliter, & inter filium adoptiuum ſpiritualiter; nam filius adoptiuus, Regis ſpiritualiter, id eſt, ſecundum animam ſoluere tributū tenetur; at verò, vt adoptiuus corporaliter, hoc eſt ſecundum corpus, ſoluere tributum, non eſt adſtrictus; vnde cum Clerici, non ſint Filij adoptiui Dei, quoad corpus, ſed tantum quoad animam, idcirco dicendum eſt, non eſſe exemptos à iure Diuino tributa ſoluere, ſed à poſitiuo tantum; ita *Belarminus locis ſuprà citatis.*

8 Sextò, prædictis obſtat Imperatoris Conſtantini, teſtimonium relatum *in capit. continua 11. quæſtione 1. capit. futuram 12. quæſtion. 1.* vbi cum præſidiſſet Conſtantinus Imperator in Sancta Synodo Nicæna 1. Generali, anno Chriſti 325. & quærellam quorundam Clericorum, coram ſe deferēdam conſpiceret, hæc verba protulit, *Vos à nemine iudicari poteſtis*; quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini: Ex qua deciſione conſtat iure Diuino prohibitum eſſe ſæcularibus iuriſdictionem ſuam in perſonas Eccleſiaſticas exercere: ergo tributa ſæcularia ſoluere de iure Diuino, Clerici non adſtringuntur. Sed huic obiectioni reſpondendum eſt, quòd ex illis authoritatibus, non probatur Clericos à iure Diuino eſſe exemptos à iuriſdictione ſæculari, ſed tantum aſſeritur Chriſtianiſsimum ibi Imperatorem Conſtantinum, noluiſſe Clericos illos iudicare, vndè ex eo, non ſequitur talem exemptionem à iure Diuino prouenire; notat *Morla dict. titul. 2. de iuriſdictione, quæſtione 12. num. 5. in fine.* Aduertendum eſt tamē, quòd licet exemptio Clericorum, in rebus temporalibus, & criminalibus à iure Eccleſiaſtico ſit producta, tamen in rebus, quæ propriæ ſpirituales ſunt Clerici, à iuriſdictione Principis ſæcularis, à iure Diuino immunes ſunt, quæ ſententia ab omnibus recepta eſt, vt docent *Menochius, de arbitrarijs, caſu 249. Garcia, de nobilitate, gloſ.*

9 *num.*

9. num. 8. Bobadilla in Politica, lib. 2. cap. 8. numer. 30. Morla vbi suprà, quæst. 12. numer. 7. Salgado de Regia protectione, 1. part. capit. 1. præludio 3. numero 127. folio 35.

9 Septimò, hucusque traditis, obstat illud Caroli V. factum, qui Germanum Coloniæ Archiepiscopum, in ius ad se vocare iussit pro criminibus ipsi obiectis: ergo Imperatores in personas Ecclesiasticas potestatem habere videntur, & perconsequens dicendum illis tributa imponere valere. Cui dubio satisfacies dicendo, Germanum Archiepiscopū ab Imperatore, non vt Archiepiscopum, sed vt fœudatarium ipsi Imperatore fuisse vocatum in causa fœudali, ex qua ei subijcitur, tanquā domino fœudi, *c. ex transmissa 6. & 7. de for. comp.* Idcircò Germanus Archiepiscopus in causa fœudali, pro criminibus obiectis ab Imperatore, in ius vocari potuit, vel respōdendum est, prædictæ obiectioni, dicendo Carolū V. ex authoritate Pontificia obtinuisse, ex delegatione potestatem Cleri, & Acadamiæ Colonēsis, quare rectè potuit Germanum Archiepiscopum ad se in ius vocare, non tanquam ad iudicē, sed tanquam ad protectorem, cum hoc non fecisset authoritate propria, sed de licentia Summi Pontificis, qui eum ibi, vt protectorem constituerat; notat *Bonac. dict. 3. tom. disp. 1. de censuris in Bulla Cœnæ contentis, quæst. 16 sect. 1. vers. Ad factum Caroli V.*

10 Octauò, aduersus ea, quæ in præsenti communiter notant omnes; videlicèt, hanc exemptionem Clericorum, à iure Pontificio prouenire, non verò ab Imperatorū potestatibus, obstabit dicere, quod ante Concilium Remense, sub Eugenio II. anno Christi 829. vt habetur inter decreta eiusdem Eugenij *in 3. tom. Conciliorum laici Iudices, de causis ciuilib. & criminalib. Clericorum cognoscebant, vt in l. cum Clericis, l. omnes cum alijs, C. de Episcop. & Cleric.* & postea Imperator Iustinianus priuilegium concessit, quod in causis ciuilibus Clerici apud proprios Episcopos essent conueniendi; ita tamen, quod si Episcopi in administranda iustitia essent negligentes, vel propter aliquod impedimētum de causis illis, cognoscere non possent ad iudicem sæcularem daretur recursus, Authētica, vt Clerici apud proprios Episcopos primo cōueniātur, & postea apud ciuiles iudices, *collat. 6.* ergo hæc exemptio Clericorū, quoad tēporales res, non à Pontificibus, sed ab Imperatoribus fuit concessa. Pro cuius dubij solutioni adnotandum est, quòd licet ex tempore primitiuę Ecclesiæ initiū habuisset exemptio Clericorum, ramē quoad res temporales, & spirituales, quàm quoad solutionē tributorum sæculariū, tamen ob persecutionē, & oppressionē, quam eo in tempore patiebatur Ecclesia, cognosci non valet, à quo Pontifice hæc exemptio prius fuisset statuta, sed constat *ex Concilio Matisconensi 2. cap. 9.* prædictam exemptionē, ex initio primitiuæ Ecclesię originē habuisse, quāuis ab illo tempore, vsque ad Imperatorem Constantinū, qui primus exemptionem Clericis debitā agnouit; quo casu accipiendus est, tex. *in cap. Constantinus 96. dist.* & post Constantinū, vsque ad Federicum II. Imperatores Pagani de facto per tyrannidem, & violentiā iurisdictionem Ecclesiasticam, sibi vindicabant de causisque Ecclesiasticis cognoscebant, cui violētię cum Ecclesia resistere non valeret Pontifices, eam inuiti patiebantur ad vitanda maiora mala, ne detrimentum fidei, & Religioni Catholicę deueniret, & sic Principibus, nō de iure, sed de facto obedientiam Clerici præstarent, suasque leges obseruarent; vnde dicendum est, tex. *in d. l. cum Clericis & d. l. omnis, cum similibus suprà adductis*, procedere eo tempore, quo Imperatores per violentiam, & tyrannidem de causis Ecclesiasticis cognoscebant, cui violentiæ statim, quo Ecclesia resistere potuit leges illas irritauit, declarādo nullam vim ex defectu potestatis obtinuisse, Ecclesiasticisque iudicibus ad id formam erexit, *in cap. bene quidem, cap. si Imperator 96. dist. cap. 1. cum seqq. 11. q. 1.* & posteà nouiores Pontifices contra laicos, aliud statuentes, vt constat ex tex. *in cap. non minus 4. cap. aduersus 7. hoc titul.* Nec solutioni obstat text. *in d. Authent. vt Clerici, apud proprios Episcopos, coll. 6.* vbi Imperator Iustinianus, qui Catholicus fuit statuit, quod iudices Ecclesiastici in aliquibus causis, & casibus, tantum de personis Ecclesiasticis cognoscerent; quia respondendū est, quòd licet Imperator Iustinianus Catholicus esset, tamen cum nondum perfectam cognitionem exemptionis Clericis debitæ habuisset; idcircò, per errorem, & ignorātiā, sine legitima causa multa, circa illā con-

constituit, quæ omnia ex defectu potestatis nullius momenti fuerunt, quia ad illa condenda nullam potestatē habuit, *dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, cum vulgatis, de costitutionbus*; notat *Doctor Balboa in cap. decernimus 2. de iudicijs, n. 49.* qua solutione etiam est intelligendus, text. *in Authentica nullus, Authentic. sed hodie, C. de Episcopis, & Clericis.*

11 Nonò, solutioni obstat text. *in cap. si quis cum Clerico 45. 11. quæst. 1.* vbi idem probatur, quòd stat *in dict. Authen. vt Clerici, collat. 6.* Ergo quod iure ciuili statutum est, circa exemptionem Clericorum iure Canonico, etiam obseruatur. Cui difficultati respondendum est, constituendo discrimen inter constitutiones in decreto insertas, quæ sunt à Pōtifice, vel Concilio aliquo approbatæ, & inter constitutiones, quæ licet in decreto sint scriptæ, tamen approbationē Pontificis, seu alicuius Concilij non habent. Primò casu, vim iuris Canonici retinet. Secundò verò, neutiquam vndè, cum text. *in dict. cap. si quis cum Clerico à Gratiano*, ex authoritate Pontificia, non fuisset transcriptus, sed potiùs ex constitutionibus ciuilibus, vt ex integra ipsius text. constat; ideò dicendum est, nullam vim Canonicam obtinere, vt notat *Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 87. num. 33.* Nec huic solutioni, obstat text. *in cap. decernimus 2. de iudicijs*; ex quo apparere videtur Clericos a iurisdictione sæculari, vsque ad tempus illius nouæ constitutionis, non fuisse exemptos; & id videtur denotare verbum illud *Decernimus*, quòd ius nouum inducit, vt in eodem text. retulimus, quia respondendum est verbum illud *Decernimus*, ibidem accipi pro declarat iuris veteris, *vt in cap. ad audientiam, de Clericis non residentibus.* Ratio est, quia ante tempus prædictæ constitutionis, idem statutum erat a Caio Pontifice, *in cap. 1. 11. quæst. 1. anno Christi 283. & à Marcelino in cap. Clericum, eadem causa, & quæst anno 296. & in cap. futuram 12. quæst. 1. anno 324. & in cap. bene quidem 96. distinction. anno 498.* Tum etiam, quia ex subiecta materia, plerumque disceditur à propria verborum significatione, & ad minus propriam transire solemus. *leg. Pater Seuerinus, §. Dictionum verba ff. de conditionibus, & demonstrationibus, l. non aliter, ff. de legatis 3.*

12 Decimò, prædictis obstat, *Epist. 1. Diui Petri, cap. 2. & Epistola Diui Pauli ad Romanos, cap. 13. & Actuum Apostolorum, cap. 23.* Ex quibus authoritatibus cōstat personas Ecclesiasticas subiectionem regibus sæcularibus præstare adstrictas esse. Sed respondendum est, authoritates illas procedere tēpore primitiuæ Ecclesiæ, quando Imperatores Pagani iurisdictionem Ecclesiasticam defacto vsurpatam habebant, Pontificesque persequebantur, quorum persecutionem multoties fugientes, in solitudine montium, in cauernis, & speluncis, & in arborum concauis se abscondebant, ibique Ecclesiam gubernabant, decreta, & constitutiones cōcedebant, qua de causa, ob vitanda maiora damna, ne fidei, & Religioni Catholicæ detrimentum deueniret Sancti Patres locis suprà citatis, asserunt personas Ecclesiasticas tenere obedientiam Principatus sæcularibus præstare; sed id non de iure, sed de facto, vt notant *Archidiaconus, Belamera. & Turrecremata in cap. magnum, in principio 11. quæst. 1. Bonacina tom. 2. disputat. 10. circa octauum Decalogi præceptum, quæst. 2. punct. 1. §. 1. num. 4.* versic. *Ad secundum*; ita similiter est intelligendus Sacer, text. *Diui Ioannis, capit. 19.* vbi Christus Dominus dixit Pilato: *Non haberet potestatem aduersus me vllam, nisi tibi data esset desuper*, quæ verba sunt accipienda, de potestate facti non iuris, hoc est, nisi cēlitus permissum fuisset ipso facto, & opere, quod omne Dominus noster cognoscens verba illa protulit, quæ facti potestas proprie conuenit tyranicis Principibus, *Azor vbi suprà, dict. cap. 12.* versic. *Superest*, quare cum ex dictis constet exemptionem Clericorum à potestate sæcularium, ex tempore primitiuæ Ecclesiæ, illis competere iusta de causa in nostri text. specie grauibus pœnis statutum fuit, ne Principes sæculares possint imponere tributa personis Ecclesiasticis, aut eorum bonis, vt suprà retulimus.

Ad textum in capit. inter alia 6. capit. cum Ecclesia Dei 5. capit. quia plerique 8. capit. immunitatem 10. de Immunitate Ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Reus criminis, ad Ecclesiam confugiens non est violenter, ab ea extrahendus, nec inde ad mortem, vel ad pœnam corporalem damnandus est, tamen aliter legitimè puniendus publicus, tamen latro, vel noturnus, de populator agrorum, ab Ecclesia extrahi corporaliter, & puniri potest; seruus verò fugiens, ad Ecclesiam, timore Domini sui, est Domino de eius impunitati iuranti restituendus.*

2 *Immunitas Ecclesiarum, an originem sumat à iure diuino, an verò a positiuo.*

Facilitas veniæ incentiuum præbet, ad delinquendum.

Domini non debent supra modum se iure in seruos suos.

3 *Delicta non debent manere impunita, nec priuilegium Ecclesiæ debet esse occasio delinquendi.*

4 *Ecclesia Dei domus orationis est, non spelunca latronum.*

5 *Cap. immunitatem fin. de immunitate Ecclesiarum.*

Immunitate Ecclesiarum non gaudet, qui in ea delictum commisit; nam frustra legis auxilium quærit, qui committit in legem.

6 *Cap. 1. de homicidio.*

Homicidæ proditori immunitas Ecclesiastica non fabet.

7 *Capit. frater 17. quæstione 4. sacrilegus immunitate Ecclesiastica non gaudet.*

8 *Capit. 1. de homicidio, lib. 6. Asasini immunitate Ecclesiastica non gaudent.*

Asasini, qui dicantur?

9 *Autentica, de mandatis Principum, §. Sed nec, vers. Nec autem.*

10 *Capit. inter alia 6. vers. iuxta sacrorum, statuta Canonum, de immunitate Ecclesiarum.*

11 *Capit. de raptoribus 36. quæstion. 1. cap. inter alia, vers. Sed Rectores Ecclesiarum, cum cap. id constituimus, vers. De morte & de libertate 17. quæst. 4.*

12 *Cap. vxor fœlicis 17. quæst. 4.*

13 *Immunitas Ecclesiastica renunciari non potest; meritò post renuntiationem, ab Ecclesia extrahi reus non potest.*

1 CONCLVSIO. Reus criminis, ad Ecclesiam fugiens, non est violenter, ab ea extrahendus, nec inde ad mortem, vel ad pœnam corporalem damnandus est; tamen aliter legitimè puniendus, publicus tamen latro, vel noturnus, de populator agrorum, ab Ecclesia extrahi corporaliter, & puniri potest. Seruus verò fugiens, ad Ecclesiam timore Domini sui est Domino, de eius impunitate iuranti restituendus, comprobat text. *in capit. Ecclesiæ 9. capit immunitatem fin. hoc tit. capit. si quis in atrio 7. capit. miror 8. capit. rerum 9. capit. frater 10. capit. nullus 19. capit si quis contumax 20. capit constituit 31. capit. metuens 32. capit. desinuit 35. capit. constituimus 38. capit. reus, ad Ecclesiam, cum alijs 17. quæst. 4. capit. reos 7. 23. quæst. 5. capit. de raptoribus 36. quæstion. 1. Trident. in sess. 25. de reformat. cap. 20. l. 1. & 2. l. præsenti, Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, authentico de mandatis Principum §. Nec autem, collect. 3. l. 1. Cod. de his qui ad statuas confugiunt, l. placet, Cod. de Sacrosanctis Eccles. l. 2. 3. & 4. tit. 11. part. 1. l. 2. tit. 2. lib. 1. Recopilationis;* exornant *Præter ordinarios in præsenti, & in tit. Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, Villalobos in summa, 2. part. tractatu 39. difficultate 4. vsque ad octauam, Couarruuias lib. 2. variarum, capit. 20. Nauarrus in manuali capit. 25. numero 17. Petrus Gregorius, lib. 33. Syntagmatum capit. 21. & in partitionibus, lib. 1. tit. 4. & de Republica, lib. 13. capit. 22. Anastasius Germonius de Sacrorũ immunitatibus, lib. 1. capit. 15. Antonius Augustinus in Epitome, lib. 13. tit. 17. Antonius Gomez, lib. 3. variarum, capit. 10. Paz in praxi 5. part. tom. 1. cap. 3. §. 3. Plaça, de delictis, cap. 34. numero 5. Dueñas, regula 228. Gutierrez lib. 1. practicarum, quæst. 1. nouissimè Carrasco in Recopilationem, cap. 3. Farinacius, in practica criminali, quæst. 28. num. 1.* Idem *in tractatu de immunit. Eccles. per tot.* cum traditis *à Cenedo in Collectaneis ad Decretales, Collectanea 54. Barbos. in Collectaneis, ad nostrũ textum.*

Ra-

2 Ratio est, quia immunitas Ecclesiarum originem sumpsit a iure diuino, vt constat *ex lib. 3. Regū, cap. 2.* vbi Ioab fugit in tabernaculum Domini, *Deutheronomij, cap. 4. Numerorum 33. vers. 3. Iosue, cap. 20. vers. 2.* de quibus mentio habetur, *in cap. illa 15. quæst. 1.* quibus authoritatibus nonnulli existimarunt Ecclesiarum immunitatem esse de iure diuino; vt testatur *Remigius, in tractatu de immunitate Ecclesiarum, supposittione 2. numero 5.* Sed verius est hodie in Ecclesiam Dei intrantes positiuo iure, id statutum esse; nam, & si in veteri lege præcepta illa fuissent, tamen leges veteris testamenti, aduentu Christi expirarunt, *cap. translato, de constitutionibus*, vbi latius diximus, *in cap. 1. de purificatione post partum*; merito enim cum nulla, *l. Euangelica, id sit statutum*; dicendum est à iure positiuo tantum prouenire, cùm hæc immunitas, ad iudicialia præcepta pertineat, quæ etsi post Christi mortem cessasserit, possunt tamen authoritate Pontificis reuiuiscere (vt diximus *in capit. 1. de purificat. post partum*,) nam si veteris, quibus nulla Dei cognitio erat, Aris, & Templis, hanc reuerentiā præstabant, nam apud Atenienses Ara erat misericordiæ aqua, nemo extrahi poterat; notat *Hacius lib. 21. Thebaidos*, apud quos asila erant, quæ sacra loca appellabantur, vnde fas non erat quenquam rapere, meminit *Augustinus, de Ciuitate Dei, capit. 34. & text. in l. si quis, sit fugitiuus, §. Apud Labeonē, ff. de ædilitio edicto*; vbi latè *Budeus, l. 1. ff. de officio præfecti vrbis*. Mirum non est sanctissimum esse apud Christianæ Religionis cultores, vt Ecclesijs immunitas illa custodiatur; nam si illis in sæculis, quo vana colebātur simulacra, & idola, id ius alijs concessum fuisset, quantum magis hic honor, & reuerentia sacrosanctis Ecclesijs debetur; siquidem immunitas confugentium, ad Ecclesiam introducta est, ob honorem, & reuerentiam Dei charitatem, & pietatem proximi; nam cum Ecclesia, quæ domus orationis Dei est deber, etiam esse tutela refugij, *cap. cum Ecclesia 5. hoc tit.* nā si fugitiuus de amico præsumens posse proculdubio eius intercessionis causa veniam promereri, quanto magis, qui ad Ecclesiam fugit venia dignus est; siquidem Dei fiduciam habens quærit, vt eius amore ei venia tribuatur, *cap. miror 17. quæst. 4.* Quare rectè in præsenti docemur reum, ad Ecclesiam confugiētem non esse, ab ea extrahendum, nec inde, ad pœnam, vel ad mortem damnandum, vt honor Dei, & sanctum conseruetur, *capit. reum 17. quæstion. 4.* Verùm, quia aliquando est iniusta misericordia, nec iustum sit vnī parcere, & multos, ad crimina adducere, cum facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi; vt docet *Diu. Ambrosius, in cap. est iniusta 23. quæst. 4. l. aut facta in fine, ff. de pœnis*; iusta de causa, si fuerit publicus latro, vel nocturnis de populator agrorum, qui ad Ecclesiam confugit, ab ea extrahi, & puniri potest, *capit. sicut antiquitus 17. quæst. 4.* quæ est vera decidēdi ratio; ad secundam nostri text. partē, & quis sit publicus latro, nocturnus, vel de populator agrorum, docet *Abbas in præsenti 2. notabili, Hostiensis, & Innocentius*. Denique decidendi ratio, ad tertiam nostri text. partem ea est, quia Dominorum potestatem in seruos suos illibatā esse oportet; nec cuiquam hominum ius suum detrahi, *l. si Dominus, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, §. fin. instit. eodem*, nec seruus prætextu Ecclesiæ debet fraudare, vel contemnere Dominum, *cap. metuentes 27. quæst. 4.* Sed quoniā Domini, non debent supra modum sæuire in seruos, *§. Sed hoc, instit. de his qui sunt sui*; ideò, vt tàm Domino, quam seruo, qui ad Ecclesiam confugit consulatur iusta ratione in text. nostro statuitur, quod si seruus, ad Ecclesiam timore Domini confugerit postquam de impunitate sua Dominus Clericis iuramentū præstiterit, ad seruicium eius reddire compellendus, alioquin à Domino inuitus poterit occupari, *cap. statuimus 17. quæst. 4.*

3 Primò, dubia redditur nostri text. conclusio ex eo, quia, & si Innocentius III. in eius principio affirmet. hanc immunitatem, iuxta sacrorum Canonum statuta, & legum traditiones esse constitutam, attamen vtriusque iuris regulis iuris immunitas, hæc repugnat, quibus diligentissimè cauetur, ne delicta maneant impunita, *cap. paratus 23. quæst. 1. l. si ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, l. si seruus, §. At 11. ff. de interrogatorijs actionibus*, facilitas nanc veniæ incentiuum tribuit delinquendi. *capit. est iusta in fine 23. quæst. 4.* nihil enim infelicius felicitate peccantium; siquidem pœnalis nutritur impunitas, & mala volun-

tas,

tas, vel vt hostis interior roboratur; verba sunt *Augustini in cap. paratus in fine* 23. *quæst.* 1. nec priuilegium Ecclesiasticum debet esse alicui occasio delinquendo, *cap. fin. hoc tit. cap. de raptoribus* 36. *quæst.* 1. At sic est, quod per Ecclesiarum immunitatem, nihil aliud efficitur, quam, vt delinquentes pœnis debitis, non puniantur, ex quo etiam occasio illis facilius peccandi tribuitur: ergo non rectè in præsenti docemur reos criminis, non esse, ab Ecclesia extrahendos. Sed huic dubio respondendum est fatendo verissimum esse, iuxta vtriusque iuris regulas delicta, non debere manere impunita; nec contrarium in text. nostro decisum est, in eo nanc iusta ratione Pontifex statuit reum legitimè puniendum esse in id, quod inique fecit, hoc est pœnis pecuniarijs, vt rectè interpretatur, *Glos. in præsenti*, verbo *Puniendos*, sed ob reuerentiam Ecclesiæ debitam reo indulgetur, ne ad mortem, vel ad pœnam corporalem damnari possit, nec mirū, quod saltim in his pœnis non puniatur, qui vt veniam impetraret, ad domum Dei, quæ est tutella refugij se contulit, & ex alijs iuribus supra adductis in decidendi ratione apparuit.

4 Secundò, difficilis redditur conclusio nostri text. ex eo, quod Ecclesia Dei, secundum Euangelicam veritatē, domus orationis esse debet non spelunca latronum, *capit. cum Ecclesia* 5. *hoc tit.* Si enim Christus Dominus noluit tolerare ementes, & vendentes in Ecclesia, sed eos ab ea eiecit, *cap. eijciens, cap. quoniam* 88. *distinct. capit. multis* 1. *quæst.* 3. Quanto magis nolet in ipsius Ecclesiā receptare latrones, homicidas, & similes, ne exinde domus orationis, malefactorum receptaculum, & spelunca latronum fiat: ergo nullo modo tales in Ecclesia recipi debent, nec eius suffragio defendi; immo totaliter sunt extra Ecclesiam eijciendi, & potestati iudicis sæcularis tradendi. Sed respondendum est, quod ex illa authoritate domus mea, domus orationis vocabitur, quæ refertur, *in capit. cum Ecclesia, hoc tit.* non deducitur reos fugitiuos in Ecclesia admitti non debere: nam Dominus negociatores eiecit à Templo, & mensas nūmulariorum euertit, quia talia negotia difficulter fiunt sine peccato, difficilè nunc est inter commercium ementis, vel vendentis, non interuenire peccatum; vt refert text. *in cap. qualiter, capit. quoniam, de pœnitentia, dist.* 5. Quæ ratio locum, non habet in fugientibus, ad Ecclesiam causa refugij; nam licet delinquerit contra Ecclesiam, non tamen peccant se conferendo in Ecclesiam, nam Ecclesia nemini claudit gremium, & hominibus est liberalis, *capit. super eo iuncta eius glos. de hæreticis, lib.* 6. docet *Remigius vbi sup. num.* 10. *in fin.*

5 Tertiò, prædictis obstat text. in *cap. fin. hoc tit.* vbi cauetur homicidas, & alios reos, qui in ipsis Ecclesijs, vel eorū cęmeterijs crimina committere, nō meruerunt priuilegio immunitatis gaudere non debere: ex cuius responsione decisio nostra labefactari videtur; siquidē absolutè fatemur reos criminis, ab Ecclesia extrahi non posse, nisi in casibus in præsenti exceptis; ergo non rectè hucusque diximus immunitatem Ecclesiarum omnibus, præter in text. nostro excęptis concedi debere; sed respondendum est, non posse delinquentes in Ecclesia eius immunitate gaudere. Ratio potissima, ex prædictis descendit; nam cum Ecclesia tutela refugij sit indignus est Ecclesiæ auxilium habere, qui intra eam delinquit, cum iniuriam templo inferat, nam frustra legis auxilium quærit, qui committit in legem, *capit. quia frustra* 14. *de vsuris*; præterea, quia, cum in Ecclesia delinquatur ea fiducia, & spē deliquisse videtur, vt ab ipsa Ecclesia defenderetur; alioquin enim crimen non committeret, ex quo quidem grauis Ecclesiæ iniuria irrogatur, ab ea sumens delinquendi occasionē. Ideo iusta de causa decisum est, *in dict. cap. vltimo, hoc tit.* Ecclesiæ priuilegium non prodesse his, qui in Ecclesijs ipsis delinquunt; quo quidem seipsos indignos faciunt, *capit. frater, capit. ad Episcopos* 17. *quæst.* 4. Nec tunc obstat decisio nostra, vbi duo tantum excipiūtur casus; nam ideò ibi istius non fit mentio, quia Innocentius III. Consultus a Rege tantū fuit de his qui ad Ecclesias confugiunt, qui licet extra eas delicta perpetrarunt, & post cōmissa in Ecclesias se conferunt, atque ideo rescriptū Pontificis in illo casu versatur, & ideò exinde non negatur, qui in Ecclesia delinquens eius immunitate gaudere non debeat, vt in *dict. cap. vltimo, hoc tit.* notat *Couarruu. lib.* 2. *variar. dict. cap.* 10. *Barbos. plures referens in Collectan. ad eundem text. num.* 3.

Quare

6 Quartò, deciſioni noſtri text. obſtabit text. difficilis, *in capit. 1. de homicidio deductus, ex cap. 21. Exodi*, vbi cauetur, quod ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab Altare Domini euelli debet, vt moriatur: cuius equidem occaſione omnia hucuſque dicit infringi videntur; ſiquidem Eccleſiaſtica immunitas, non ſubenit homicidæ, ac perconſequens nō rectè in text. noſtro docemur, quoſcumque reos criminis præter ibidem, exceptos immunitate Eccleſiaſtica gaudere; nam cum text. noſter duos tantum caſus excipiat, proinde regulam in cōtrarium ſupponit cæteros omnes eſſe admittendos, argumento text. *in l. nam, quod liquide, ff. de ſupelectile legata.* In cuius text. difficultate, *Couarruu. dict. lib. 2. variar. cap. 20. num. 8.* affirmat homicidam prodictorem, quive alium inſidioſe occiderit, ab Eccleſia inuitus, vel publicaui, ad punitionē criminis abduci poſſe; dicitur autem proditor homicida, qui Hiſpano ſermone dicimus, *A traicion, y aleuoſamente*, aliquem occidere. Verū Panormitanus in text. noſtro, etiam huiuſ nodi homicidam, ab Eccleſia inuitum abduci nō poſſe, affirmat eā mirum ratione, quia in noſtri text. regula tales caſus non excipit, cuius opinionem ſequuntur Enriquus, *in cap. vltim. hoc tit. columna 2. & Albericus in capit. 1. quæſt. 11. num. 69. de hæreticis, lib. 6.* & pro interpretatione ad text. *in dicto cap. 1. de homicidio*, varios abducit ſolutiones. Prima eſt, vt text. ille loquatur ſecundum antiqua iura veteris teſtamē ti, cū ſit deductus, *ex dict. cap. 21. Exod.* iuxta quam legē talis homicida immunitate non gaudebat; & conſtat *ex lib. 3. Regum, cap. 2.* & ſic aſſerunt illius text. deciſionem intelligendam eſſe de occidente aliquem proditorie in Eccleſia ipſa, qui immunitate caret, *dict. cap. fin. hoc tit.* aliaſque plures ſolutiones refert *Abbas ibid. Couarruu. omnino videndus, dict. lib. 2. variar. cap. 2. num. 8.* Qui Abbatis ſententiam impugnat, quare nis, & alijs omiſsis pro vera interpretatione, ad text. *in dict. cap. 1. de homicidio*, verè dicendum eſt proditorem homicidam (de quo ibi) immunitate Eccleſiaſtica non gaudere, iuxta opinionem *Couarruuias vbi ſuprà*, quæ admiſſa, non obſtat noſtri text. regulæ, nam, & ſi huiuſmodi caſus ibidem expreſsè non excipiatur, tamen adhuc ex eius decidendi ratione exceptus nihilominus apparet, ex eo, quod in text. noſtro ideò excipiuntur, ab eius regula publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum, quia illi (vt ibi dicitur) agreſionibus, & inſidijs obſident ibi nanc Pontifex ſingulariter conſiderauit inſidias, quæ quidē adeò tam graue crimen inducunt, vt tàm leges, quàm ſacri Canones impunire inſidiantem occidere permittant *l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuique, ſine iudice ſe vindicare, cap. cum homo 22. quæſt. 5. cap. 2. & 3. de homicidio*, notat *Gloſ. in præſenti*, verbo *Publicus latro*, quia propter, qui inſidias parauerit obſtanti criminis grauitatē Eccleſiaſtica immunitate priuatur, *l. 3. de iuſtitia, & iure*, ibi: *Homines homini inſidiatori nefas eſt, ac ſi diceret grauiſsimum eſt crimen, contra omnem omnino naturalem rationem.* Vnde, cum *in dict. cap. 1. de homicidio*, agatur de eo, qui per induſtriā, & inſidias alium occiderit, nihil mirū, quod in tali caſu homicida Eccleſiæ immunitate non gaudeat; notat *Barboſa plura, & plures referens in Collectaneis, ad text. in dict. cap. 1. de homicidio, numero 2. Gutierrez in practicis, lib. 1. quæſt. 2. numero 7.*

7 Quintò, impugnatur deciſio noſtra, ex text. *in capit. frater 17. quæſt. 4.* in cuius ſpecie proponitur, quod ſi quis ſacrilegij crimen commiſerit, non debet Eccleſiaſtica immunitate gaudere, nā, vt ibi inquit Pontifex, non debet iura, ad ſupplicandum admitti, qui admittere ſacrilegium non dubitauit, & igitur ſpeciem, vbi præter caſus exceptos in noſtra deciſione alter caſus inuenitur, quo Eccleſiaſtica immunitas reo denegatur, ac perconſequens regula noſtri text. corruere videtur. Sed in hac difficultate veriſsimè dicendum eſt. Ideò ſacrilegium, immunitate Eccleſiaſtica priuari, quia ſicut is qui in Eccleſia delinquit, indignum ſe facit, vt Eccleſiæ priuilegio adiubetur; ita ſimiliter, qui ſacrilegium committit; indignum ſe facit, quia ius Eccleſiæ violare videtur, & ſimiliter in Eccleſiam delinquere, iuxta text. *in cap. ad Epiſcopos 17. quæſt. 4.* Meritò nihil mirum, quod ſacrilegus immunitate Eccleſiæ non gaudeat; ſiquidem contra ipſam Eccleſiam, & contra Deum peccare videtur, *cap. ſicut, qui Eccleſiam 17. quæſt. 4.* notat *Turrecremata, in dict. cap. frater, Remigius in tractatu de*

im-

immunitate Eccleſiarum, fallentia 34.

8 Sexto, prædictis obſtat text. *in capit.* 1. *de homicidio, lib.* 6. Ex quo probari videtur eos, qui aſſaſinorum crimen cõmittunt, immunitate Eccleſiaſtica non gaudere; ſiquidem ibi deciditur, quod tales delinquentes, tanquam Chriſtianæ Religionis emuli perpetuo ſint à toto Chriſtiano populo defidati. Ex quo omnes interpretes colligunt tale aſſaſiniorum crimen perpetrantes Eccleſiaſtica immunitate priuari, at ſic eſt, quod huiuſmodi crimen in noſtri text. regula non excipitur: ergo iam dantur alij caſus præter exceptos in noſtra deciſione, in quibus Eccleſiarum immunitas malefactoribus non ſaluet. Pro cuius difficultatis ſolutione ad notandum eſt, aſſaſinos, ſecundum plurium ſententiã; quam refert *Couarruu. dict. lib.* 2. *variar. cap.* 20. *num.* 9. eſſe quoſcunque, qui pecunia aliove precio conducti homines occidunt percutiuntve, vt explicant *Dominicus Ancharran & Immola, in dict. cap.* 1. *de homicidio, lib.* 6. eoſque nõ gaudere immunitate Eccleſiaſtica, aſſerunt ferè omnes, *in dict. cap.* 1. *de homicid. lib.* 6. & ſi contrarium tenent Panormitanus, & Innocentius in præſenti moti, ex regula noſtri text. in qua tales non excipiuntur, pro quorum conciliatione, & vera interpretatione ad text. *in dicto cap.* 1. *de homicidio, lib.* 6. ſciendum eſt aſſaſinos proprie dici, quoſdam fideles, ſub Principe pariter infideli, a quo ita edocti, & inſtructi erant, vt quos ille occidere iuſſiſſet facilimè occidebant, arbitrantes ex hoc mãdato Principis mortem non eſſe timendam, nec vllam pœnam, ob illud crimen poſt obitum paſſuros, immo ſe obſequiũ præſtare Deo opinabantur; vt obſeruat *Couarruu. dict. lib.* 2. *variar. cap.* 20. *num.* 10. *Gutierrez, in practicis, lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 2. *& 3. Barboſ. in Collectan. ad text. in dict. capit.* 1. *de homicidio lib.* 6. *num.* 24. quo factum eſt, vt apud Chriſtianos, hos admiſſos frequenter fuiſſe, vt audaciter pecunia cõductos, quemquam occiderent; ex quo deſcendit hoc nomine aſſaſinorum appellari, etiam quoſcũque Chriſtianos, qui pecunia conducti aliquem hominẽ occidunt, patique omnes pœnas relatas, *in dict. cap.* 1. *de homicidio, lib.* 6. notat *Couarruu. vbi ſup.* ſed ea non obſtante verius dicẽdum eſt deciſionem, text. *in dict. cap.* 1. *de homicidio, lib.* 6. conſtituiſſe tantum fuiſſe aduerſus Chriſtianos, qui opera, & miniſterio vtebantur, qui aſſaſini propriè dicebantur, ſi Chriſtiani, Chriſtianum aliquem occiderent; vt conſtat *ex eodem text.* verſ. *Præſertim*; ex quo manifeſtè apparet prædictam deciſionem, tantùm comprehendere crimẽ eorum, qui opera aſſaſinorum in fideliũ vtuntur, vndè nec in ea deciſione infideles ipſi homicidæ comprehẽduntur, quibus excommunicationis pœna ibidẽ lata conuenire nequit; notat *Couarruu. vbi ſup.* Ex quibus deducitur immunitatem Eccleſiaſticam, non ſubuenire illis, qui verum crimen aſſaſinorum committunt, vtendo ſcilicet opera, & miniſterio illo antiquo infidelium, qui propriè aſſaſini dicebãtur; de quibus intelligendus eſt, tex. *in dict. cap.* 1. *de homic. lib.* 6. notat *Remigius vbi ſupr.* dum aſſerit *Couarruu. vbi ſup. num.* 10. *verſ.* 7. hodie autem, per Bullam Gregorij XIV. omnes aſſaſini, cuiuſcunque generis ſint immunitate Eccleſiaſtica priuantur, notat *Diana reſolut. Moralium,* 2. *part. tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſolut.* 18. de quorum pœnis plura, & plures refert *Barboſ. in Collectan. ad text. in dict. cap.* 1. *de homicidio, lib.* 6.

9 Septimò, obſtabit dicere, non ſolum publicos latrones, vel nocturnos, & agrorum, de populatores, hac immunitate non gaudere; verum etiam adulteros, homicidas, & raptores virginum, vt expreſsè cauetur in authentica de mandatis Principum, *§. Sed neque*, verſ. *Nec autem*; nam vt ibi dicitur tem, lorũ cautela, non nocentibus, ſed læſis datur à lege: ergo non rectè in præſenti duo tantum malefactorum genera excipiuntur; quibus Eccleſiaſtica immunitas, tũc ſubueniatur. Verum reſpondendum eſt, quod, & ſi iure ciuili, non ſolum excipiantur duo caſus, vt in text. noſtro, ſed etiam illo iure permittebatur, ab Eccleſia extrahi homicidas, adulteros, & raptores virginum, *dict. §. Sed nec*; tamen ius Canonicum, cui in hoc ſtandum eſt legem ciuilem corrigit, *cap. de raptoribus* 3. 36. *quæſt.* 1. vbi raptores virginum immunitate Eccleſiarum gaudent, duoſque tantùm caſus excipit Pontifex in præſenti, nec debet priuilegium Pontificis, per Imperatores priuilegium minui; notat *Gloſ. & Doctores omnes in præſenti*: Hodie autem attendenda eſt Bulla Gregorij XIV. quæ incipit cùm alias;

per

per quam etiam reus criminis lesæ Maiestatis excipitur conceditque posse extrahi, dummodo in his casibus interveniat licentia Episcopi, & extractio fiat, cum interventu personæ Ecclesiasticæ, ab eo authoritatem habentis, & extracti carcere Ecclesiastico custodiantur, donec per Episcopum cognoscatur, an talia delicta commiserint, tunc absque appellatione postposita, & irregularitatis nota curiæ seculari traduntur; notat *Bibianus in rationabili, ad nostrum textum.*

10 Octauo, solutioni obstare videntur, verba nostri text. vers. *Iuxta sacrorum Canonum statuta, & traditiones legum ciuilium*; ex quo videtur probari ius Canonicum, non corrigere, aut emendare, vel eius ciuile, immò potiùs illud approbare, & confirmare, cui considerationi multipliciter respondet *Abbas in præsenti, num.* 14. & 18. & ei magis placet quarta solutio, nempe text. nostrum quatenus mentionem facit legum ciuilium, referendum esse, ad leges Codices, quæ stant sub tit. *C. de his, qui ad Ecclesiã confugiunt* inter quas leges illius tit. & sanctiones Canonicas asserit nullũ versari discrimen, *à quo solut. recedit Boetius in præsenti, num.* 36. eamque impugnare contendit, & aliter soluit dicens, quod sensus nostri text. est, Summum Pontificem statuere immunitatem Ecclesiarum, partim iuxta Canones antiquos, qui habentur *in* 17. *quæst.* 4. partim iuxta leges ciuiles, sed Canonum beneficium longe maius est, & nihilominus in hac parte legum beneficium qualecunque, & quantuncumque sit, etiam Pontifex amplectitur, sed quod restrictum est ampliat, & locupletat, quam solutionem, & nostri text. intellectum, tradunt *Boetius, & Hostiensis in præsenti*, quam admittendam, & sequendam esse existimo.

11 Nonò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes, videlicet, ad Ecclesiam confugientes, non solum eius priuilegio gaudere, vt iniusti extrahi nequeant, sed etiam, vt inde damnari non possint, ad mortem, vel ad pœnam corporalem: nam vtroque in casu Ecclesiæ iniuria, & irreuerentia efficeretur; vt constat *ex text. nostro*, vers. *Nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam*, quod verbum ad pœnam debet intelligi, de omni pœna corporis afflicta, veluti mutilationes membrorum, carceris, exilij, nec etiam potest damnari, ad perpetuã seruitutem, cum hæc sint pœnæ corporis afflicti, quæ laboriosam seruitutem inducunt, obstabit text. *in cap. de raptoribus* 36. *quæst.* 1. vbi raptor virginis, ad Ecclesiam confugiens, licet immunitate Ecclesiæ gaudeat, tamen ad seruiendum perpetuò ei, cui iniuriam intulit compellitur maxime, si nõ habeat vnde alias damnum redimat; sed respondendum est, id esse speciale in raptore Virginis propter illius delicti atrocitatem; notat *Suar. de Religione, lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 6. *Abbas, & Archidiaconus in præsenti.* Nec aduersus id, quod supra retulimus; scilicet confugientes, ad Ecclesiam, nec ad seruitutem posse condemnari, obstabũt verba, *nostri text.* ibi: *Sed rectores eorum, sibi obtinere debent membra, & vitam.* Ex quibus probatur Clericos, antequam iudici sæculari donent reos confugientes, ad Ecclesiam, debere ab eo iuramento præstito impetrare vitam, & membra, *cap. reum* 17. *quæst.* 4. & sic videbatur dicendum tantum securos esse de pœna mortis, & mutilationis membrorum, non verò de alia corporali pœna seruitutis, vt suprà retulimus, quia respondẽdum est illa nostri *text. verba*, ibi: *Membra, & vitam non esse intelligenda simpliciter de impunitate membrorum, sed etiam de integritate, & impunitate eorum*, quasi textus dicat impetrare debere, vt confugiẽtes, nec in vita, nec in aliquo membro puniantur, id est nullam corporalem pœnam patiantur, quæ solutio adiubatur ex eo, nam si verba illa continerent tantum vitam, & membrorum mutilationem sequeretur, quod delinquẽtes quibus, non tam grauis pœna debetur, non gauderent immunitate, si omni alia legitima pœna damnari possint, quod est absurdum, sed animaduertendum est, quod pœna pecuniaria, ad partis satisfactionem condemnari poterit; vt cõstat *ex text. nostro*, vers. *Legitimè puniendus, cap. reum, cap. si quis* 17. *quæst.* 4. Nec obstabit text. *in cap. id constituimus*, vers. *Et de omni pœnarum genere sit secutus* 17. *quæst.* 4. quia verba illa sunt intelligenda, id est corporalium, quasi diceret, non posse damnari, ad exilium, nec ad carceres, nec ad tirremes, nec ad perpetuam seruitutem, cũ pœnæ illæ sint corporis afflictiuæ; notat *Suar. lib.* 3. *de Religione, cap.* 12. *num.* 5. & 6.

De-

12 Decimò, aduersus vltimam nostri text. partem obstabit text. *in capit. vxor* 17. *quæst.* 4. Vbi proponitur quendam seruum villicum, ad Ecclesiam cõfugisse timore sui Domini, quem cum Dominus de Ecclesia extrahere velet Pontifex præcepit, vt præstaret Sacramentum de impugnitate, quod cum Dominus facere velet seruus noluit recipere dicens se iustam causam habere, sed cum posteà redditis rationibus apparet seruum in culpa fuisse à Domino fuit in carceratus cumque vxor eius, & filia ad Pontificem accessissent, pro immunitate marito obtinenda Summus Pontifex eo in casu immunitatẽ seruo, non competere declarauit; ex qua decisione nostri text. sententia infringi videtur; siquidem immunitas Ecclesiæ denegetur ei, qui iuste illam deprecari videtur. In qua difficultate *Remigius vbi suprà fallentia* 16. asserit ideò, hoc procedere, quia de mandato Pontificis malefactor extractus fuit, ab Ecclesia cumque Pontifex suprà ius sit, *cap. proposuit, de conces. præbendæ.* Ideo nihil mirum, quod in hac specie immunitas delinquenti, non suffragetur; verum hæc interpretatio admitti, non potest ex eo, quia & si Pontifex suprà ius sit tamen nemini ius suum tollere intendit. Quare dicendum est ideò ibi immunitatem delinquenti, non suffragare, quia ipsemet reus ei renuntiare visus fuit; siquidem Sacramentum de immunitate recipere noluit; meritò vt text. ille asserit, sibimet imputet, cum noluisset priuilegio tueri, quo poterat gaudere; notat *Glos.* verbo *Imputaret*, *in dict. capit. vxor fœlicis* 17. *quæst.* 4.

13 Vndecimò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes vè, quod si is qui, ad Ecclesiam confugit, & exeat, ab ea sponte sua, vel aliorum blanditijs; tunc si capiatur non gaudet immunitate Ecclesiæ, quæ sententia probatur, ex *text. nostro*, verbo *Violenter*. Ex quo solummodo prohibetur violenta, vel extractio, quæ non datur in sponte exeũte, facit etiam text. per argumentum à contrario, *in l. pateant*, vers. *Nec consentit*, *in §. Proinde*, *Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt*, *Glos. fin. in dict. cap. vxor fœlicis* 17. *quæstione* 4. notat *Butrius in præsenti*, *numero* 5. *& in capit. fin. hoc tit. numero* 4. *Nauarrus in manuali*, *capit.* 25. *numero* 71. *in fin.* Obstabit dicere, quod hæc immunitas principaliter est concessa loco, hoc est Ecclesiæ, non personæ; vt constat ex text. nostro, & eius decidendi ratione suprà adducta, & ideo etiam, si secundario immunitatis commodum tertiò competat, ab eo renuntiari non potest, nec expresse, nec tacitè; *capit. si diligenti*, *de foro competenti*; vbi notant Doctores omnes, *l. si quis in conscribendo*, *Cod. de pactis*, *l. si quis in conscribendo*, *Cod. de Episcopis*, *& Clericis*; & in terminis tenent *Mastrillo lib.* 2. *decisione* 169. *Decianus*, *dict. lib.* 6. *criminalium*, *capit.* 26. *numero* 12. Sed respondendum est distinctione adhibita, quod si is, qui ad Ecclesiam confugit, & in ea existens immunitati Ecclesiasticæ verbaliter renuntiauerit, vel etiam in scriptis coram notario, tunc talis renuntiatio invtilis est, si ipse posteà pœnitens, ab Ecclesia exire noluerit, vel Ecclesiæ Rector repugnauerit, quoniam hoc in casu, si ab Ecclesia extrahatur invitus, & violenter extractus dicitur contra immunitatem Ecclesiæ. Cui confugiens renuntiare non potest; at verò si is qui ad Ecclesiam confugit sponte, & voluntariè ab ea exierit, non repugnante Ecclesiæ Rectore; tunc si extra Ecclesiã captus fuerit, non gaudet eius immunitate, quia cum ab ea, non fuerit violenter extractus, non fit Ecclesiæ iniuria, nec eius immunitas violatur, docet *Marius*, *de immunitate Ecclesiarum*, *lib.* 1. *capit.* 6. *§.* 2. *numero* 84. *Remigius de immunitate Ecclesiarum in præfatione*, *num.* 13. *Farinac. vbi suprà*, *num.* 304.

Ad textum in capit. quia plerique 8. hoc tit. de immunitate Ecclesiarum.

DE materia huius text. suprà scripsimus, *in capit. cum Apostolus* 6. *de censibus*, *numero* 11.

NE CLERICI, VEL MONACHI, sæcularibus negotijs se immiſceant.

TITVLVS L.

Ad textum in capit. multa 1. capit. Sacerdotibus 2. 4. & 6. hoc tit. ne Clerici, vel Monachi, & ad totum tit. de poſtulando.

SVMMARIVM.

1 *Monachi ſeu Canonici Regulares Clericive officium ad vocationis exercere, non poſſunt, niſi vtilitas Eccleſiæ, vel mandatum Prælati procedat.*

2 *Ad vocationis officium interea numeratur, quæ ſæcularia ſunt.*

3 *Capit. diſcipulos 26. de conſecratione, diſtinct. 5.*

4 *Capit. Monachi 35. 16. quæſtione 1.*

5 *Concilium Meldenſe, Canon 59. Concilium Antiochenum, Canon 11. Concilium Claremontanum, Canon 18.*

6 *Capit. qui vere 12. 16. quæſt. 1.*

7 *Cap. placuit 16. quæſt. 1.*

8 *Capit. vnico, de Sindico, & Actore.*

9 *Capit. ex parte 2. de poſtulando.*

10 *Cap. non magnopere 3. Capit. ſuper ſpecula 10. ne Clerici, vel Monachi.*

11 *Capit. ex litteris, l. de officio iudicis.*

12 *Cap. 1. de poſtulando.*

1 CONCLVSIO. Monachi, ſeu Canonici Regulares Clericive officium aduocationis exercere non poſſunt, niſi vtilitas Eccleſiæ, & mandatum Prælati præcedat. Quæ concluſio comprobatur, ex text. *in capit. multa 1. capit. non magnopere 3. capit. ſecundum 6. capit. ſuper ſpecula 10. hoc tit. ne Clerici, vel Monachi, capit. 1. de officio iudicis, capit. 1. capit. ex parte 2. capit. cum Sacerdotis 3. de poſtulando, capit. vnico, de Sindico, capit. Monachi 35. 16. quæſtione 1. capit. cum Ioannes, & Antonius 22. de ſententia, & re iudicata, capit. olim 9. de accuſationibus, capit. præſentium 20. 16. quæſtione 1. Clement. Religioſus 3. de procuratoribus, capit. 2 & 1. ne Clerici, vel Monachi, lib. 6. Concilium Tridentinum, ſeſſione 22. de reformatione, capit. 1.* Illuſtrant *Barboſ. lib. 1. de iure Eccleſiaſtico, capit. 40. numero 83. & capit. 43. de ſtatu regularium, numero 41. Salcedo in praxi Canonica, capit. 63. Gibalinus, de clauſura regularium, diſquiſitione 2. capit. 2. §. 3. Maiolus, de irregularitate, lib. 2. capit. 5. numero 13. Oſualdus, lib. 18. commentariorum, littera M. Caſſaneus, in Cathalogo gloriæ mundi, part. 7. conſiderat. 29. & part. 10. conſiderat. 21. & parte 12. conſiderat. 20. & 34. Gratianns diſceptationum forenſium, capit. 57. numero 74. Thomas Sanchez, in præcepta Decalogi, thom. 2. lib. 6. capit. 13. numero 2. Dom. D. Ioannes de Larrea, part. 2. allegationum Fiſcalium, allegation. 86. numero 2. & ſequentibus, Marta de iuriſdictione, 4. part. centuria 2. caſu 116. vbi latè.*

Ra-

2 Ratio est, quia officium aduocationis inter ea numeratur, quæ sæcularia sunt, vt patet ex nostro tit. & licet officium pietatis nominetur, quod ab omnibus exerceri debet, tamen si aliquid in contrarium est propositum a iure Canonico, illud debet obseruari; ideoque, cum Clericis, Monachis, & Canonicis Regularibus sit prohibitum duplici ratione, non debet per eos exerceri, quia valdè indecens est Monachos, & Clericos, qui suis debent obedire maioribus, ne se immiscent negotijs sæcularibus, lucro inhiantes velut peritos disceptationum sæcularium, & auaritiæ notam, sibi comparantes, *capit. vnico 15. quæstione 2.* se immiscere eisdem officijs, *capit. quanto 7. de officio ordinarij*; cum debeant esse omnino diuersa, & separata mysteria Ecclesiasticorum, & Laicorum, *l. repetita, §. Absurdum, Cod. de Episcopali audientia, l. placet 17. Cod. Codem, l. consulta Divalia, Cod. de testamentis, capit. doctos 21. 16. quæstione 1. Concilium Tridentinum, sessione 22. de reformation. capit. 1.* Vndè ne auocentur Clerici, & Monachi, a Diuinis Officijs eis, non licet postulationibus inseruire, *capit. Cyprianus 4. capit his qui 6. 21. quæstione 3. Zabarela in dict. capit. 2. de postulando, numero 1. & 2.* Et hac consideratione contra præceptum maiorum, si Clericus, vel Monachus postulauerit, pro aliquo erit puniendus, argumento text. *in l. 3. §. 15. de re militari.* Nam Clericus, vel Monachus, vt ait *Paulus ad Timotheum, capit. 2.* Militans Deo, non debet se implicari negotijs sæcularibus, aliquo prætextu pietatis, aut misericordiæ, nisi causa expostulet, & mandatum superioris interueniat, *cap. 2. de postulando, capit. 1. de officio iudicis.*

3 Primò, aduersus text. nostrum obstabit, text. *in capit. Discipulos 26. de consecratione, distinctione 5. & sacra pagina, Lucæ capit. 6. Matthæi capit. 12.* Vbi firmiter proponitur Iesum Christum officium aduocationis exercuisse contra Phariseorum accusationem; nam Discipulos, cum per seggetes trãseundo vellerent spicas, & ederent, ipsius Christi vox innocentes vocauit, quia coacti fame fecerunt: ergo si Christus, hoc aduocationis officium habuit in terra simulque, & in Cœlo exercet, *Paulos ad Romanos, capit. 9. Ioannes, capit. 14. Diuus Hieronymus contra Iobianum, lib. 2. relatus, in capit. si enim 40. de pœnitentia, distinctione 2.* non erit indecens, nec contra honestatem, vt Clerici, & Monachi illud exerceant. Præterea, quia in qualicumque causa, & persona, non debet cessare exercitium aduocationis, cum exemplum Christi, hoc suadeat, vt pro muliere adultera aduocetur, *Ioannes, capit. 8. verſiculo 7.* & pro muliere peccatrice, *Lucæ capit. 7. verſiculo 38.* Vnde venit dicendum, nec personis conuenire in quolibet statu existentibus velut Clericis, & Monachis, vt hoc officium non exerceant. Verum huic dubio respondendum est, certum esse officium aduocatorum dici nobili, & laudabile, *l. 1. ff. & Cod. de postulando, l. 4. Cod. de aduocatis diuersorum iudiciorum, Amaya in l. vnica, Cod. de infamibus, numero 87.* Ratione pietatis esse meritorium, & valde necessarium ratione honestatis, non conuenire omnibus personis, nempe Clericis, & Monachis, quia illa iuris regula, *de qua in hoc tit. ne Clerici, vel Monachi*; locum in præsenti tractatione obtinet, ne auocentur, pro forensibus causis à Diuinis Officijs, & obsequijs Deo præstandis, *capit. 4. & 6. 21. quæstione 3.* Sed Christus illud fecit, vt nobis exemplum relinqueret se in hunc mundum; venisse in redemptionem peccatorum, vt saluum faceret, quod perierat, ex *Diuo Hieronymo contra Iobianum, in dict. lib. 2. relatus in capit. si enim 40. de pœnitentia, distinctione 2. constat.*

4 Secundò, conclusioni suprà adducta, obstabit text. *in capit. Monachi 35. 16. quæstione 1.* Vbi ex Concilio Tarraconensi, *Canon 4.* apparet Monachos, posse exercere officium aduocatorum, si licentia Abbatum præcedat, & Superiorum mandatum, quando inueniuntur prædicti Monachi, extra Monasterium degentes: ergo Monachis licet tractare negotia, non solum Ecclesiastica, verum forensia, & sæcularia, & quod ad nostrum institutum pertinet officium susceptoris, id est, aduocari. Sed huic text. respondendum est, in hoc Concilio loqui sancti Patres, de omnibus officijs sæcularibus, & Ecclesiasticis, & hoc indicant illa verba susceptoris, vel executoris secundum Innocentium relatum à *Za-*

barela, in cap. 2. de postulando, numero 2. & Abbate, numero 3. argumento text. *in capit. præsentium 20. 16 quæstione 1.* Sed si in Monasterio sunt Monachi, non possunt exercere officium sæculare, nisi egrediantur de licentia Abbatis, & causa vtilitatis postulanti in fauorem ipsius Monasterij, quod satis humanum vtile, & meritorium est in hoc casu, ne ex detectu advocatorum Monasterium damnum patiatur, sed in his causis Laicorum nonnulla est benignitatis ratio, quando ex aliorum curis, & vigilijs non possint remedium habere Laici; ita *Abbas, & Zabarela vbi suprà*, & in isto casu debet fieri, sine stipendio, & lucro, & cum licentia Abbatis, *cap. non dicatis 11. 12. quæst. 1.* vbi *Nauarrus, num. 19. & Salcedo in praxi Canonica, cap. 63.*

5 Tertiò, opponitur Concilium Meldense, sub Eugenio II. celebratum anno 824. *Canon 59.* cuius hæc sunt verba: *Monachi quibus cura commissa, non est passim, & sine authoritate Prælati palacium adeant, nec in eo morentur.* Ex quibus verbis. Primo noto, quod Præsides Monasteriorum possunt, ad negotia Religionis, tanquam advocati exire. Secundò obseruo, quod Monachi itidem valent, non frequenter, nec passim, sed aliquando ad palacium Principis venire, siuè ad aulam Regis; hoc est ad tribunalia vbi negotia tractantur, vt ibi, tanquam advocati, vel susceptores existant: ergo Monachis licet, quæcumque negotia exercere; & quod maximum in aula Principis, idest in forensibus tribunalibus officium advocationis, vel aliud sæculare tractare. Secundo idem probatur, ex Concilio Antiocheno, sub Dionisio Pontifice celebrato, *Canon 11.* & similiter tertio probatur, *ex Concilio Claremontano, Canon 18.* Sed huic difficultati respondendum est verissimum esse nempe Monachos, seu Prælatos, non posse exire de suo Monasterio, vt causas sæculares, siuè prophanas tractent, ne auocentur à diuinis Officijs, siuè obsequijs; si verò vtilitas Monasteriorum, id exposcit, & licentia superiorum procedat rectè poterunt, ad tribunalia venire, & officium advocationis exercere: sed his Concilijs ideo decissum est, vt non possint negotia prophana tractare, quia deficit licentia, & vtilitatis causa, quare damnantur velut segregati, & iubentur deponi, docet *Dominus Larrea, dict. allegatione 86. numero 3. & 46. Iosephus Gibalinus, disquisit. 2. cap. 2. §. 3. num. 29.*

6 Quartò, prædictis obstabit textus, *in capit. qui vero 12. 16. quæstione 1.* Vbi probatur Monachos in locis illis in quibus ordinati sunt non debere, nec Ecclesiasticis, nec sæcularibus negotijs se ingerere, nec aliquas causas sæculares tractare relinquendo propria Monasteria, nisi quando a Ciuitatis Episcopo eis permissum fuerit. Ex cuius decisione apparet, non esse expectandam licentiam Abbatis, vel superioris, sed solum Episcopi, vel sæcularis Principis: ergo Monachi possunt interesse sæcularibus causis, maximè cum inter sunt Principes sæculares, & Episcopi suo consensu, & licentia, ad hoc, vt possint aliqua negotia tractare. Sed huic dubio respondent interpretes text. illum loqui de Monachis, qui non possunt peregrinare, nec de suo Monasterio ægredi, sine licentia sui Prælati, tunc quæ officia sæcularia forensia exercere, nisi causa sit vtilis non poterunt; at verò, si voluerint aliqua opera administrare sine consensu Episcopi, vel sæcularis iudicis non valent, quia hoc munus prædicandi solum Episcopis conceditur, non alijs sine eorum licentia, *capit inter cætera 10. de officio ordinarij, Barbosa de iure Ecclesiastico, lib. 1. capit. 13. de prædicandi officio*, & munere docendi Doctor *D. Ioannes de Solorçano, de iure Indiarum, capit. 16.* & sic exponimus dictum Concilium loquens de Monachis, qui non possunt munus prædicationis obire, sine authoritate Episcoporum, *Concilium Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2.*

7 Quintò, his omnibus obstare videtur, textus *in capit. placuit 16. quæstione 1.* Vbi Monachus exire de Monasterio non potest, pro lucro terreno: ergo si cesset spes lucri, & cupiditas diuitiarum, pro exercitio huius officij advocationis rectè poterit exercere, maximè si eo prætextu exerceatur charitatis, & pietatis; sed huic consideratione responderi poterit, text. hunc locutū fuisse de omnibus officijs, & exercitijs, quæ qualiacumque sint nō valent exerceri sine licentia Abbatum, ex eo quod constat Monachos nullo colore quæsi-

to valere, ſine cauſa, & licentia, de Monaſterio ſuo exire, docet *Doctor Solorçanus, dict. lib. 3. capit. 6. numero* 45. & 46.

8 Sextò, obſtabit text. *in capit. vnico, de Sindico*, ex cuius deciſione conſtat, quod Monaſteria debent habere ſuos ſindicos, qui propter ſalarium teneantur cauſas Eccleſiæ defendere: ergo nulla erit cauſa, ob quam Monachi debeant exire à Monaſterio, ad exercenda officia, advocatorum, nec neceſſaria erit licētia Abbatis, vtpote invalida, ad hunc effectum. Sed verum eſt, quod in præſenti caſu proponitur; nam Sindicus Græce dicitur Latinè defenſor, ſiuè actor, & datur, ad defendendam cauſam, *l. munerum, §. defenſores, ff. de muneribus, & honoribus*; ſed ne pereant bona Monaſteriorum, ſine defenſore; vt ait text. *in capit. edoceri* 21. *de reſcriptis, capit. quia Epiſcopus, quæſt.* 5. quia non decet, vt Religioſi officia advocatorum exerceant, *capit. ſicut* 2. *quæſt.* 7. *cap. præſentium* 16. *quæſtione* 1. Sed ex honeſtate ſic procedit, nam ſi non habent Monaſteria vnde ſalarium præſtetur defenſoribus, ſiuè advocatis; tunc de Monaſterio licet exire vnum, vt officium aduocationis exerceat, *Gloſ. in capit. edoceri, & in capit. qui Epiſcopus* 5. *quæſtione* 3. & tunc erit neceſſaria formula propter quam debent Monachi, cum licentia ſuperioris, & cauſa vtilitatis de Monaſterio exire; ſed quod in hoc textum deciſum fuit ea conſideratione, etiam apparet, vt viri Deo ſacrati non auocentur a ſacris officijs, immò in pace, & tranquilitate viuant, dando ſalarium advocato, vel Sindico, quoniam nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, *Paulus ad Corinthios* 2. *capit.* 1. cum dignus ſit mercenarius mercede ſua, *cap. cū ſecundum Apoſtolicam, de præbendis*; ita *Abbas in præſenti, numero* 5. *& Innocentius Cironius, in dict. capit. vnico, de Sindico.*

9 Septimò, obſtabit text. *in capit.* 2. *ex parte, de poſtulando.* Vbi Canonici Regulares exercentes officium advocatorum eo prætextu, quod non erant Monachi, ſed Regulares Canonici puniuntur varijs pœnis: ergo antea non erat prohibitum Canonicis Regularibus officium advocationis in ſæcularibus tribunalibus tractari, niſi poſt deciſionem huius text. ad quod reſpondendum eſt, ſpeciali ratione fuiſſe expoſitum, quia licitum lucrum deſiderabant Canonici: ergo cum omnibus Monachis Monaſterio degentibus officium advocationis adminiſtrare interdicatur ne dediti lucros, & inhoneſtis quæſtionibus, deſerant ſuum inſtitutum, & obſequijs diuinis abſtractis inſeruiant prophanis, cum Canonici ſæculares non dicantur; immo ſub regula degentes æquiparentur Monachis, quia vtrique tria bona ſubſtantialia emittunt, ad validitatem Religionis, *capit. quod Dei timorem* 5. *de ſtatu Monachorum*, & in rebus ſacris appellatione Religioſorum viuant Canonici Regulares, docet *Abbas, in dict. capit.* 5. *num.* 1. *capit. duo ſunt genera* 12. *quæſtione* 1. *Duarenus, lib.* 1. *de ſacris Eccleſiæ miniſterijs, capit.* 18. *& in toto tit. de ſtatu Monachorum*; vnde cum ſint Canonici Regulares, & Monachi verè Religioſi meritò ſeparantur, ab omnibus officijs ſæcularibus, quales ſunt advocatorum, & ſimilium, ex *Concilio Tarraconenſe, capit.* 12. *relato in cap. Monachi* 16. *quæſt.* 1. *cap. ex parte, de poſtulando.*

10 Octauò, ex dictis venit interpretandus text. *in capit. non magnopere* 3. *capit. ſuper ſpecula, hoc titulo.* Vbi Monachis, non licet leges audire eo prætextu, & colore, vt poſtea patrocinium præſtent in cauſis forenſibus: ergo non rectè aſſeueramus poſſe Monachos advocatos eſſe, ſi vtilitas Eccleſiæ poſtulet, & licentia Prælati præcedat, cum in dictis iuribus, abſque diſtinctione affirmetur Religioſos admitti non poſſe, ad ſtudia legum, nec prætextu pietatis, vt patrocinium tanquam advocati præſtent; vt conſtat ex illius verbis, verſiculo *Et in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare voluerint audiantur.* Cui difficultati reſpondendum eſt, quod licet conſtet Monachos poſſe vtilitatis cauſa, & ex mandato Abbatis advocationis officium exercere, *dict. capit. ex parte* 2. *de poſtulando, capit. quæ in Eccleſiam. capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de Conſtitutionibus, tamen cum Zabarela, in dict. capit. ſuper ſpecula, hoc titulo, numero* 2. *&* 3. *Innocentius Cironius, in dict. tit. de poſtulando.* Dicendum eſt, ideò Monachis, non permitti exire de Monaſterio, vt leges audiant, & diſcant ad hoc, vt patrocinium præſtent, ſi licentia ſuperioris de-

deficit ſolum ſpe lucri, & occaſione vagandi, quod indecens eſt viris Deo ſacratis: ergo ſi vtilitas Eccleſiæ, & licentia ſuperioris præceſsit rectè poterunt vacare ſtudijs, & advocationibus, docet *Doctor Larrea tom. 2. dict. allegatione 86. numero 3. Gibalinus, diſquiſit. 2. capit. 2. §. 2. numero 30. Maiolus de irregularitate, cap. 5. num. 12. & Zabarela in præſenti, num 4.*

11 Nonò, deciſioni noſtri text. obſtabit text. *in cap. ex litteris, l. de officio iudicis*; vbi Honorius III. ſcribit, quod cum iis eſſet inter Conuentum. & Abbatem Monaſterij foſe nouæ, ex vna parte, & Conuentum, & Abbatem Cauenſis Monaſterij, ex altera, ſuper quibuſdam poſſeſsionibus coram Archiepiſcopo, & Abbate Sancti Leonardi, apud quos propoſitum fuit, per procuratorem Monaſterij foſe nouæ, quod habere, nō poterat advocatum, & ſuper hoc fuit officium iudicis imploratum, & ductus Archiepiſcopus, prædicto Monaſterio quendam Clericum dedit, vt in illa cauſa patrocinij exhiberet, ex quo textus apparet contra noſtram aſſertionē, in qua dicebatur non poſſe Monachos, ſiuè Clericos eſſe advocatos, niſi in cauſis ſuarum Eccleſiarum, ſed in caſu huius text. nominatur Clericus, vt advocatus, vbi non adeſt vtilitas propriæ Eccleſiæ, ſiuè Monaſterij. igitur non rectè aſſeueratur nominatum Clericum debere exercere ſuum patrocinium in tribunalibus. Cui difficultati reſponderi poterit; ideò ſpeciali ratione prouiſſum eſſe in præſenti, quia ad authoritatem iudicis expectat in vigilare, ne inferior à potentiori opprimatur, *l. illicita 6. §. Ne potentiores, de officio Præſidis.* Vnde ne cauſæ indefenſæ ſint prouidere debet, vt advocatus aliquis ſit, *l. 1. §. Ait Prætor, de poſtulando*, & ad hoc inuitus trahi poteſt, vt docet *Couarruuias, lib. 3. variarum, capit 14. numer. 11. Oſualdus, lib. 18. capit. 3. littera E E E.* Vnde, cum hoc ſit iudicis officium nominare advocatos, & in præſenti Clericum nominaret, licet non fuiſſet, ad defenſionem propriæ Eccleſiæ, ſed quia alius idoneus non apparebat, inde ex neceſsitate admittitur, & ex mandato ſuperioris approbatur. Cui aſsignatur ſalarium, ne ſtipendijs ſuis militare cogatur, *cap. præcario 10. quæſt. 2.* Nec in hoc caſu locum habuit illa exceptio contra advocatum oppoſita ex eo, quod erat familiaris iudicantis; argumento text. *in capit. inſinuante, de appellationibus*; quia ſingulariter admittitur; vt patet ex finalibus verbis, *dict. capit. 1. & ex capit. cum Sacerdotis 3. de poſtulando, & probat Oſualdus, lib. 17. cap. 25. littera F.*

12 Decimò, obſtabit text. *in capit. 1. de poſtulando*; vbi ex Concilio Lateranenſi, ſub Alexandro III. celebrato probatur, Clericos in maioribus, ſiue minoribus ordinibus conſtitutos poſſe eſſe aduocatos in negotijs ſæcularibus coram iudicibus ſæcularibus, vel Eccleſiaſticis, ſi vtilitas Eccleſiæ, vel miſerabilium perſonarum cauſa expoſcat, ſed contrarium deciſſum ſtat apud iura ſupra relata; in quibus dicitur, non poſſe Monachos cauſas tractare ſæculares, ſiuè Eccleſiaſticas: ergo non rectè à nobis fuit animaduerſum. Cui difficultati reſpondetur Monachos, non poſſe in forenſibus tribunalibus Laicorum, ad ſtare, niſi magna ſit cauſa, *dict. capit. ex parte 2. de poſtulando*; ſed in Clericis aduerſum ius obſeruatur; nam non ſolum pro ſe ipſis, ſed etiam pro Eccleſia officium aduocationis poſſunt exercere, ſi vtilitas Eccleſiæ, & cauſa deſiderant, quia illa prohibitio facta Clericis, ne auocentur à diuinis obſequijs, propter officium advocationis, non debet, cum ſit in fauorem Eccleſiæ deſtinata in eius perniciem conuerti, *dict. capit. 1. de poſtulando, Oſualdus, lib. 18. capit. 3. littera M M.* Reliqua, quæ ad hunc text. expectant petenda ſunt, ex his quæ ſupra diximus, *2. tom. in cap. Clerici 5. de vita, & honeſtate Clericorum*; & quæ infra dicemus, *in cap. ſuper ſpecula, hoc tit.*

Ad textum in capit. non magnopere 3. capit. ſuper ſpecula 10. hoc tit. ne Clerici, vel Monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, vel Monachi, nec leges audire, nec docere debent, nec artem Chirurgicam,*

cam, nec Phiſicam, ſub pœna excommunicationis.

2 Clericorum officium eſt orare, & precibus lachrymas effundere, pro hominũ peccatis.

3 Cap. illiteratos 55. diſt. cap. cum incũtis, de electione, cap. vltimo, de temporibus ordinandorum, lib. 6.

4 Capit. ideo permittente 16. 25. quæſtione 1.

Pontifex omnia iura in ſcrinio pectoris habere præſumitur.

5 Capit. nemo fin. 16. quæſt. 3.

Canonica lex, & ciuilis, ad diuerſum finem tendunt.

6 Cap. ex parte 2. de poſtulando.

7 Capit. magnopere 3. hoc tit. ne Clerici, vel Monachi.

8 Cap. fin. de Magiſtris, cap. 2. de priuilegijs, lib. 6.

9 Cap. ſuper ſpecula fin. hoc tit. ne Clerici, vel Monachi.

10 Cap. ad aures 7. de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

11 Cap. tua nos 19. de homicidio.

12 Cap. ſententiam ſanguinis 9. hoc tit. ne Clerici, vel Monachi.

1 CONCLVSIO. Quæ ex his iuribus deducitur, hæc eſt: Clerici, vel Monachi, nec leges audire, nec docere debent, nec artem Chirurgicam Phiſicam, ſub pœna excommunicationis; conſonat text. *in capit. non magnopere 3. capit. ſuper ſpecula vltimo, hoc titulo, capit. ſtatutum 1. capit. vt periculum 7. hoc titulo, lib. 6. capit. cum de diuerſis 2. de priuilegijs, lib. 6. capit. non licet 32. de præbendis, & dignitatibus, capit. ad aures 7. de ætate, & qualitate, capit. 1. 39. diſtinctione, capit. ſententiam ſanguinis, hoc titulo, capit. tua 19. de homicidio, l. placet 17. l. repetita 41. Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l. Conſulta Diualia 23. Cod. de teſtamentis*; exornant *Petrus Gregorius, lib. 18. Sintagmatum, capit. 7. cum ſequentibus, & lib. 36. capit. 20. numero 4. & capit. 21. numero 29. Duarenus de Sacris Eccleſiæ miniſterijs, lib. 4. capit. 2. Salcedus in praxi Canonica, capit. 59. Ioſephus Gibalinus de clauſura regularium, diſquiſit. 2. capit. 2. §. 3. numero 31. Eſcobar de iuriſdictione Pontificia, & Regia, capit. 21. §. 2. numero 116. Maiolus, lib. 2 de irregularitate*, & alijs impedimentis Canonicis, *capit. 12. Albertus Trocius, de vero, & perfecto Clerico, lib. 2. capit. 35. Menochius de arbitrarijs caſu 425. numero 28. Bonacina, de cenſuris extra Bullam Cœnæ, diſputatione 2. quæſtione 4. puncto 6. Nauarrus, commento 2. de Regularibus, numero 17. Rebuffus, in tractatu nominationum, quæſtione 5. numero 15. Suarez, de cenſuris, diſputat. 23. ſectione 3. numero 10. Thomas Sanchez in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. capit. 8. numero 74. Barboſa, lib. 1. de iure Eccleſiaſtico, capit. 40. numero 156. & in Collectaneis ad noſtrum text. & in dict. capit. 1. cum alijs, hoc titulo, lib. 6. Innocentius Cironeus in practicis, ad hunc tit. & in dict. capit. ſuper ſpecula eodem tit. in compilation. decretalium.*

2 Ratio, quare Clerici, & Monachi ſtudijs legum medicinæ, & arti Chirurgicæ vacare non debent, ea eſt, quia hæc immunitas Eccleſiæ, non tantum vtilitatem, & commodum reſpiciat, ſed etiam honeſtatem ideo ſuarum prærrogatiuam dignitatis ſuæ, & decoris Eccleſiam leges habere certum eſt, quas ipſius miniſtri obſeruare debent, vt à Laicis, & prophanis hominibus ſegregatis in vtroque modo vitæ ſint diſſimilẽs, nec ſolum in officijs, & negotijs ſæcularibus, *capit. his qui 6. 21. quæſtione 1.* verum in his exercitijs, quæ ad ſcientiam legum, & medicinæ artiſque Chirurgiæ conducunt, regula prohibitionis conſtituta eſt; maximè in ſcholis, & vniuerſitatibus velut aliena, hæc ſtudia a propoſito Monachorum, & Clericorum, ne ſpirituales viri occaſione ſcientiæ mundanis artibus involuantur, *capit. non magnopere 3. capit. ſuper ſpecula, hoc titulo*; quorum Clericorum, & Monachorum proprium officium eſt orare, & precibus lachrymas efundere, pro hominum peccatis, *capit. ipſi Sacerdotes 91. 1. quæſtione 1. capit. Monachus 4. 16. quæſtione 1.* eodemque modo aſſeuerandum eſt Clericos, & Monachos, non debere his ſtudijs inſeruire, ne forſam aliqua ſimulata cauſa euagandi anexam præbeant, & inter ipſos, per hoc detur diabolo tentandi locus, *Concilium Remenſe, capit. 45. capit. 3. hoc tit.* Chriſtus nanc vult ſuos miniſtros ordinare, ne forſam præſentibus hominum curis, & ſtudijs verbo Dei vacare nõ poſsint; imò, vt valeãt orationibus, ac miniſterijs, pro ſubditorũ ſuorũ ſalute in vigilari, ab omni-

bus officijs, & exercitijs prophanis, vult esse alienos, & extraneos, *capit. requidem 29. 11. quæst. 1. Zabarela, in dict. cap. superspecula, hoc tit. num 3.* cum plausus popularum, per celsitudinem scientiæ sint vitandi, & repudiandi, *Psalm. 118. Hostiensis, & Zabarela, in dict. cap. fin. hoc tit.* Merito Ecclesiastici artes illas docentes, hac excommunicationis pœna damnantur, cum non deceat viros Dei in claustris, & templis commorantes, ad Scholas, & Vniuersitates propter scientias illas transire, atque euagari; ita *Cironius, in dict. cap superspecula, hoc tit. in 5. compilatione Duarenus, de sacris Ecclesiæ ministerijs, lib. 4. cap. 2. Iosephus Gibalinus de clausura Religiosorum, disquisit. 2. cap. 2. §. 3. num. 32.*

3 Primò, huic decidendi rationi obstabit, text. *in cap. illiteratos 36. cap. pœnitentes 3. 55. distinct. cap. cum iunctis, de elect. capit. vltimo, de temporibus ordinationum, lib. 6.* in quibus iuribus probatur, quod beneficium collatio, non potest rectè fieri in viros illiteratos proinde, si aliquis ignarus litterarum voluerit, ad sacrum ministerium aspirare, siue deprehendatur constitutus in eo statu debet remoueri confestim, *cap. quamuis, de ætate, & qualitate.* Ergo Clerici, & Monachi potius debent laudari, quam increpari ex eo, quod discunt scientiam sacram, vel non sacram; nam si Laicis, prophanisque hominibus doctrina est necessaria; in his profecto Ecclesiasticis magis, qui cæteris præsunt, & se Doctores aliorum profitentur intolerabiles est, nec vllam veniam meretur ignorantia, *cap. si in locis 38. distinct. Oseæ 4. cap. 4.* ibi. *Quia tu scientiam repulisti: ego te repelam ne fungaris Sacerdotio, capit. omnes 38. distinct. cap. nisi cum pridem, de renunciatione, cap. ideo 15. 37. distinct.* nam velut pestis efugienda est ignorantia, quæ mater est cunctorum errorum, *capit. 1. 38. distinct* præterea, cum sit proprium officium Ecclesiasticorum, non solum docere verbum Dei, sed etiam laicos docentes repellere, *Paulus ad Titum, cap. 1. Diuus Petrus, Epistola 1. cap. 3.* & nō possunt hæc omnia, absque doctrina, & eruditione præstari, *cap. qui Ecclesiasticis 36. distinct.* & ad hanc eruditionem parandam studia labores, & meditationes desiderantur; meritò dicendum videbatur rectè posse prædictos viros venire, ad vniuersitates causa studendi legibus Canonibus ve, iuxta illud vulgare leges sine Canone valent parum, Canones sine legibus nihil; vt refert *Barbos. in cap. finali, hoc tit.* & similiter alijs facultatibus, *capit. nulli 33. distinct.* vt sic melius res, & ordo Ecclesiasticus custodiatur. Verum prædictæ difficultati respondendum est verissimum esse prædictos viros Religiosos, & Clericos, recte puniri, sub excommunicationis pœna, si causa studendi literis prophanis, & legibus curialibus, ad vniuersitates, & studia generalia venerint; non vero sacris scripturis, & Canonibus Ecclesiasticis, quia necessaria est horum librorum doctrina, & eruditio, vt ædificent cunctos; tàm fidei scientia, quam operis disciplina; sed in legibus forensibus, non militat; hæc ratio, quia oprobrium est si se velint ostendere peritos esse forensium disceptationum, Cleros, & Religiosos; argument. text. *in cap. 1. 38. distinct. l repetita, Cod. de Episcopis & Clericis*, qua ratione Alexander III. & Honor. III. *in dict. capit. 3. & in capit. finali, hoc tit.* Firmarunt, sub pœna excommunicationis, non debere ministros Ecclesiasticos, his studijs legum, & alijs non licitis facultatibus inseruire; notat *Abbas, & Zabarela, in dictis iuribus Duarenus, lib. 4. de sacris Ecclesiæ ministerijs, capit. 2.* Nisi in duplici casu; scilicet, quando Clericus priuatim legere vult, vt aliquis discat, & degustet quod tendat, ad maiorem intellectum, maioremque iuris Canonici, & sacri testimonij disciplinam.

4 Secundò, solutioni obstat text. in *capit. ideò permittente 16. 25. quæstion. 1.* Vbi Pontifex Leo IV. exponit solum omnes Ecclesiæ Prælatos, Clericos, vel Religiosos teneri obseruare leges, vt secundum eas, ad regimen subditorum procedant, iuxta id, quod in sacris Canonibus est paratum, siue, quod in mundanis legibus est constitutum; si vero fuerit factum aliter contra statuta Sanctorum Patrum, factum fuisse iudicabatur. Ex cuius textus decisione constat ministros Ecclesiæ, & summus Prælatos, non solum statutos Canones scire opportere, ad Ecclesiarum suarum gubernationem. Verum etiam humanas leges: igitur lex humana, & ciuilis constitutio, non est aliena a Monachis, & Clericis, nec reprobari debet, vt scholis legere, audire, vel do-

docere Clerici, vel Monachi leges posſint, maximè, cum lex ciuilis diuinitus ſit probata, & per ora Principũ celebrata, *cap. nemo ſin. 16. q. 13.* & ab omnibus debent intelligi leges, quibus omnes adſtricti dicuntur, *l. ſacratiſsimè, C. de legib.* Sed huic obiectioni reſpondendum eſt, illud quod deducitur, *in d. cap. ideò permittente 16. 25. q. 1.* intelligẽdum eſſe de Summo Pontifice, qui omnia iura debet comprehendere, ſiuè ſacra, ſiuè prophana, vt rectè obſeruet ea, quæ conducunt ad bonum felix, fauſtumque regimẽ Eccleſiæ, & propter hoc creditur omnia iura in ſcrinio ſui pectoris habere, *cap. licet Romanus 1. de conſtitutionib. lib. 6.* ſed adhuc remanet ſcrupulus, quomodo ergo Põtifex, vel alius Prælatus poterit omnia iura, tàm ſacra, quam prophana intelligere, niſi prius ea didiſcerit, nec alio in loco poſſunt docere rectè, & verè, quam in Scholis publicis, & Generalibus Vniuerſitatum? Acperconſequens neceſſe eſt, vt fateamur poſſe legi leges, & audiri a viris Deo dicatis, ſiue mancipatis Religioſis, & Clericis, nec cõtradicere bono Reipublicæ, & Religionis. Sed huic cõſiderationi, vt ſatisfaciamus, animaduertendum eſt, cum text. noſtro, *& dict. cap. ideò permittente 16. 25. q. 1. & Gloſ. in cap. 1. 32. diſt.* quod audire leges regulariter licitum eſt, vt per eas melius intelligantur Canones, vt ſi fortè neceſſariæ ſint ad ea, quæ tendunt ad diſciplinam Eccleſiaſticam; argum. text. *in cap. nulli 38. diſt.* quæ generalis ratio, non adaptatur ſpecialiter perſonis prohibitis, quales ſunt Clerici, & Monachi; ſed nõ prohibitis, quales ſunt ſæculares viri, *vt in d. cap. ſuper ſpecula comprehenſi reperiũtur*; ſed tunc omnibus perſonis Eccleſiaſticis, vel prophanis cõuenit legum obſeruatio, quãdo in vtilitatem proſpicit Eccleſiarum. Si verò negotijs ſæcularibus, ſe non immiſceant valuit talis legum ciuilium obſeruatio facta à viris Eccleſiaſticis; arg. text. *in l. Conſulta Diualia 23. Cod de teſtamentis, Duarenus d. lib. 4. cap. 2. verſic. Si verò*

5 Tertiò, ſolutioni obſtare videtur, text. *in cap. nemo ſin. 16. q. 3.* vbi leges ſæculares ab omnibus obſeruari debere, dicitur ſaltem quoad regimen Eccleſiæ, & ſubditorum *cap. omnes 36. & 37. 11. q. 1. cap. cum ſit penult. de ætate, & qualit.* quia per ora Principum fuerunt prolatę, ac velut diuinæ ſunt accipiendæ. Cui cõſiderationi ſatisfaciendũ eſt, quòd licet certũ ſit omnes leges diuino ſpiritu fuiſſe prolatas, ac velut diuinas ab omnibus recipi; ita debet intelligi, vt nõ propriè, ſed quod generali modo interpretetur, quòd lex humana, pars diuinæ legis ſit, in hoc ſenſu, & ſententia, non ratione ſubditorum, ſed ratione inſpirationis diuinæ, nam lex diuina, & Canonica immediate, nos præparat ad gloriam; at verò lex ciuilis præcipuè laicis, & ſæcularibus ad regimen ſubditorum competit, non Monachis, & Clericis, *cap. quæ in Eccleſiarum, cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, de conſtitutionib.* licet eiſdem legibus Eccleſiam gratiam ſuæ immunitatis per ſuos miniſtros vti poſsit, *Paulus Epiſtol. 1. ad Corinth. cap. 6. cap. ſi adiutorium 10. 1. diſt. cap. 1.* iuncta eius *Gloſſ. de noui operis nunciatione, Acuña ad decretum, in dict. cap. 1. cap. ſi adiutorium 7. 10. diſt.*

6 Quartò, præoctæ ſolutioni opponitur, text. *in cap. ex parte 2. de poſtulando*, vbi non licet Clericis regularibus, vel Monachis officium aduocati exercere, etiam ſi vtilitas, & commodũ Eccleſiæ, vel Monaſterij interueniat, niſi etiã Abbatis mandatum præcedat, ex quo text. probatur Clericos regulares, & Monachos, non debere forenſis, vel Eccleſiaſtici negotij ſuſceptores, id eſt, aduocatos, Procuratores, vel executores eſſe, abſque ſui Abbatis licentia: ergo non ſufficit ſola vtilitas Eccleſiæ (vt ſuprà diximus) ſed etiam deſideratur Abbatis licẽtia: Deindè, quia leges audire, & docere, non eſt inconueniens Clericis, & Monachis, cum ſolummodo, *in cap. ex parte 2.* mẽtio fiat, de prohibitione poſtulationis in forenſibus negotiationibus, non verò, vt leges audiant, vel intelligant. Sed huic obiectioni reſpondendum eſt, *cum Innocent. Cirin. ad tit. de poſtuland. & Zabar. in d. cap. fin. hoc tit. num. 2.* dum aſſerunt; ideò in perſonis illis, etiam licẽtiam ſuperioris eſſe neceſſariam, non ex eo, quia officium illud probroſum ſit; ſed quia eſt indignum Clericis regularibus, & Monachis diſceptationum forenſiũ, peritos eſſe, *cap. 1. 2. & vlt. hoc tit. l. repetita, C. de Epiſcop. & Cleric.* & ne lucro inhiantes auaritiæ, notam ipſi incurrant, *cap. vlt. 5. q. 3.* ita vt nec munera recipere poſsint, niſi in Eccleſijs gratuitè, & deuotione fuerint oblata *cap. obſeruãdum primo 15. quæſt. 2.* notat *Cironeus ad hunc tit. & in dict. cap. 2. de poſtulando.*

Quin-

7 Quintò, ſolutioni obſtat text. *in cap. magnopere 3. hoc tit.* vbi Alexander III. aſſerit Religioſos audientes leges in nulla cauſa patrocinium præſtare debere: ergo nec ad Eccleſiæ vtilitatem ad id debent admitti. Sed huic difficultati reſpondendum eſt, quòd prædicti Monachi in nulla cauſa debent patrocinium præſtare, nec etiam imperante Abbate, niſi etiam magna vtilitas Eccleſiæ interueniat, quia aliàs excommunicati remanerent, *d. cap. non magnopere 3. hoc tit. Zabarel in cap. fin. hoc tit. num. 5.* quæ ſentẽtia, tãtum locum habet in religioſis poſt factam profeſsionem, non verò in illis, qui habent votum ingrediendi Religionem, quia nondum Religioſi cenſentur, acproindè oneribus Religioſorum non afficiuntur; notat *Barboſ. in collectan. ad text. in d. cap. 3. hoc tit. nu. 4.* nec huic ſententiæ obſtabit text. noſter, in verſ. *Poſt factum votum Religionis*, & poſt factam in aliquo loco profeſsionem, ex quo colligi videtur excommunicationem, de qua in præſenti non ſolum ferri contra Religioſos profeſſos. Verum etiam contra habentes votum Religionis. Cui dubio reſpondendum eſt, verba noſtri tex. eſſe ſygnonyma, & ſequentia opponi ad declaranda magis præcedentia. Notat *Suarez, de cenſuris, diſp. 23. ſect. 3. num. 9. Barboſ. in collectaneis ad noſtrum textum, num. 4. in fine.*

8 Sextò, hucuſque dictis, obſtabit text. *in cap. fin. de Magiſtris*, vbi aſſeritur gaudere priuilegio abſentes ſtudiorum cauſa, & plene fructus percipere, non ſolùm Canonum, & Theologiæ profeſſores, ſed etiam iuris ciuilis, aliarumque facultatum ſtudioſus, ſi facultates licitę, & honeſtæ ſint, vt conſtat ex eodem text. verſic. *Quoad iuſtitiam valeant plurimos erudire*; quæ verba ad vtentes iure ciuili proprie debent referri, cum nihil ad eruditionem iuſtitiæ magis conueniens ſit, quam ius ciuile, quo ius Canonicum vti ſolet, qua de cauſa in Generalibus Vniuerſitatibus ius ciuile publice legitur, & illi ſtudentes gaudent omnibus priuilegijs, *cap. 2. de priuilegijs, lib. 6. cap. cum ex eo 34. de electione, lib. 6.* nam ciuilis ſapientia res ſanctiſsima dicitur, *in l. 1. §. 1. ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus*: ergo Clericis, & Monachis, non iuſte apparet eſſe prohibitum ſtudium iuris ciuilis, vel humani, cum etiam in hoc iure ſint ea, quæ maximè cõducunt ad regimen, & vtilitatem omnium, & cum legibus ad Religionem pietate, & ſanctimonia homines inſtruuntur præparantur, atque diſponuntur, argumento text. *in l. iuſtitia, §. Iuris. ff. de iuſtitia, & iure, l. 32. §. 4. ff. de arbitrijs, l. 2. ff. de in ius vocando, l. 13. ff. de vacat.* & excuſat munerum; nam qui iuſtitiã colit Sacris Dei vacare dicitur, quare iurisperiti, Iuriſprudentiæ Sacerdotes appellantur, *in l. 1. §. 1. ff. de iuſtit. & iure*, ſed intelligendũ eſt, text. *in d. cap. fin. de Magiſtris*, cum ſimilibus procedere in ſtudio generali Põtificia diſpenſatione permiſſo, in quo etiam iuris ciuilis prudentia legitur, eo quod in ſuo territorio illud vigere deſiderat, cum ergo ius Romanum ſit illud, quod per Romanos Imperatores fuit diſpoſitum, & in illa Sede erigatur Vniuerſitas, abſurdum eſſet, ſi ibi ius proprium Romanorum, non doceretur, licèt in alijs nationibus contrarium exponatur, nam in Hiſpania prohibitũ fuit, ſub pœna capitali, vt ius ciuile Romanorũ acciperetur, *Oſualdus ad Donell. lib. 1. commentar. cap. 16. litt. E.* & in Gallia decreto Honorij III. *in cap. ſuper ſpecula 28. de priuileg.* qui, vt iuri Canonico authoritatem præberet ius ciuile legi vetuit in futurum; notat *Cironius in dict. cap. ſuper ſpecula 28. de priuileg. lib. 5. obſeruat. cap. 8. in 5. Compilat. cap. 1. cap. edicto, num. 1. diſt. 10.* quia raro occurrunt cauſæ, quæ non poſſunt ſtatutis Canonicis expediri ſimiliter legi prohibitum fuit ius ciuile, vt ſic Sacræ paginæ planius inſiſtatur, quare ann. 1117. Teſte *Balduin. in proœmio, inſtit. de iure ciuili, §. Cum verò*, aſſerit iuris ciuilis libros per Longobardorum bella in aſſuetudinem habierunt; poſteà verò in Italia apparuiſſe. text. inde legi, & publicari cæpiſſe, ſed Pontifex poſteà id non permiſsit; imò prohibuit (vt conſtat ex dictis) iuribus, notat *Barboſ. in votis deciſsiuis, voto 88. num. 24. Ciron. dict. lib. 5. obſeruat. 8.*

9 Septimò, infertur interpretatio, ad text. *in cap ſuper ſpecula fin. hoc tit.* vbi excommunicatio lata contra Religioſos exeuntes, de Monaſterio ſtudendi cauſa legibus, Medicinæ, & alijs huiuſmodi artibus, intra duos menſes non redeuntes, extenditur etiam *in capit. 3. hoc tit.* ad Clericos: ergo non debent gaudere, hoc priuilegio ſtudentibus, vt per causã ſtudiorũ fruantur fructibus beneficiorum, ſed hæc conſtitutio pœnalis eſt,

&

& debet reſtringi, tantum ad perſonas, ibi: *Enumeratas, nec extendi ad alias, cap. 1. hoc tit. lib. 6.* notat *Suarez de cenſuris, dicta diſput. 23. ſect. 3. num. 9.* Si verò prædictæ perſonæ, vtilitatis gratia, & perfectionis cauſa voluerint Scholas ingredi, & audire leges Iuriſprudentiæ ciuiles, validè poterunt, ſine timore pœnę, quę ſunt magna ex parte, conuenientes leges humanæ, & coniunctæ; ita *Moneta, de diſtributionib quotidianis, 2. part. quæſt. 10. num. 3. & 6. Menoch. de arbitrar. caſu 425. num. 29. Roman. ſingulari 654. Rebuffus, de nominat. anno 114. Panormit. in cap. 3. hoc tit. nu. 8. Zerola in praxi*, verbo *Studium, §. 5.* verſic, *Anni, Barboſ. in collectan. ad text. in cap. ſuper ſpecula, num. 6. de priuilegijs.*

10 Octauò, prędictis obſtabit, text. *in cap. ad aures 7. de ætate, & qualitat. ordinandorum, præſic.* vbi Clemens III. proponit, quod cum quidā Canonicus Cremonenſis, ſeu Cantor, qui in minoribus ordinibus erat conſtitutus ex eo, quod Canonicam portionem haberet, vt cōſtat *ex cap. his qui 6. 21. q. 3. & ex Duareno lib. 1. diſputat. cap. 18.* artem Phyſicā exerceret, tamen diligentia adhibita in arte in contrarium ſucceſſit, quia medicinis perceptis mortis periculo multi incurrerunt, qui languidi, & infirmi erant cumque iſte Canonicus, ſeu Cantor Cremonenſis Eccleſiæ voluiſſet ad maiores ordines accedere dubitatū fuit, an poſſet ex eo, quòd artem, prohibitā exercuiſſet, Romanus Pontifex propoſitæ conſultationi reſpondit, quòd ſi ſuper præmiſſis conſcientia ipſum Canonicum, ſeu Cantorem non remordeat, poterit ad ſuperiores ordines peruenire; ſecus vero ſeipſum conſcientia remordeat: tunc non poterit ordinibus ſacris inſigniri. Ecce text. vbi Canonicus, ſeu Cantor Eccleſiæ Cremonenſis Ordinibus minoribus conſtitutus, non prohibetur artem Phyſicam exercere, nec efficitur irregularis, ex ſolo officio, & exercitio, niſi homicidium ſubſecutum fuerit: ergo Clericus licet Phyſicam artem adminiſtraret, dum nō timetur de damno, ſeu homicidio irregularis, non efficitur. Cui dubitationi reſpondēdum eſt, cum Butrio in præſenti, *Zabarel. in cap. tua nos 19. de homicidio, num. 4.* dum aſſerunt veriſimum eſſe nō licere Clericis, ſeu viris Deo mancipatis Phyſicam artē exercere, cum ſit officium periculoſum, & non poſſit exerceri, niſi ſumma cum diligentia, & ab eo, qui eſt peritus in arte, & non ſperatur damnum, nec crudelitas inuenitur; nam Chirurgica operatur effuſionem ſanguinis, quo in caſu rectè procedit, quòd Clemens III. ſcribit *in d. cap. ad aures 7.* poſſe accendere ad maiores ordines, ex diſpenſatione Pontificis; alias namque, nec Phyſicus artē Phyſicam exercens valeret promoueri ad ſuperiores ordines, ſi mors fuiſſet ſecuta, ex adminiſtratione illius officij, quia proprium nō eſt Clericorum, quia non poſſunt ſe illis artibus immiſceri, niſi per ſummam peritiam, & maximā pietatem artem Phyſicam exercuiſſent; ita *Abbas in d. cap ad aures 7. de ætate, & qualitate, Ciron. in 5. Compil. Decretalium, in cap. ſuper ſpecula fin hoc tit. & in parathilis, ad eundem tit.*

11 Nono, proximè dictis opponitur, text. *in cap. tua nos 19. de homicidio*, vbi Innocentius 3. exponit, quod Religioſus Chirurgiam exercens, ſi pietatis cauſa, & non cupiditatis ſtudio medelā adhibuerit, quia peritus in arte, non eſt reprobandus, vt conſtat *ex eodem text.* verſic. *Si tamen cauſa pietatis, & non cupiditatis id egerit*: ex quo probari videtur, non eſſe inconueniens Clericis, vel Monachis artem Phyſicā exercere, nec Chirurgiam adminiſtrare, ſi pietatis cauſa, & iuſta artem Medicinam adhibuerit; ſiquidem mors ſubſecuta fuerit adhibita legitima diligentia, non imputatur Medico, *l. illicita 6. §. Sicuti. ff. de officio Præſidis, Gloſ. in cap. qui ſtudet 11. quæſt. 1.* Sed huic dubio reſpondendum eſt, text. *in d. cap. tua nos 19. de homicidio*, non aſſerere artem Phyſicam, vel Chirurgicam, Clericis, vel Monachis eſſe permiſſam; ſed tantum, quod cum eo in caſu mors ſubſecuta fuiſſet, cuiuſdam mulieris ex culpa ipſius, non verò ex imperitia Religioſi, qui potiùs ſtudio charitatis, quā cupiditatis medelam adhibuit iuſte diſpenſationem meruiſſe, vt poſteà poſſet poſt condignam ſatisfactionem Diuina Officia celebrare, quia ſolum cauſa pietatis, id fecit, vt ſic poſsit cum eo miſericorditer diſpenſare, *Zabar. in dict. cap. tua nos 19. de homicidio, Abbas ibidem, nu. 3. Hoſtienſis 2. Innocentius Cironeus in parathilis ad noſtrum tit.*

12 Decimo, hucuſque traditis obiicitur, text. *in cap. ſententiam ſanguinis 9. huius tit.* Vt idem Innocentius III. aſſe-

rit

rit nullum Clericum artem Chirurgicã exercere debere illam nempè, quæ aduſtionem, & inciſsionem inducit: ergo artem Phyſicam, vel illam, quæ effuſsionẽ ſanguinis, non præparat recte poſſe adminiſtrare, non ſolum ſi intelligamus de Clerico in Minoribus Ordinibus conſtituto; verumetiam de Clerico in maioribus conſecrato; ſed hæc difficultas licet grauiſsima ſit, tamen ex eo diluitur; ſcilicèt, quòd non ſequitur ex eo, quod tãtum in præſenti caſu Pontifex loquatur, de prohibitione artis crudelis, nempè Chirurgiæ, quæ aduſtionem, vel inciſsionem ducit eſſe permiſſam artẽ Phyſicam Clericis, ſeu viris Religioſis, quia ſatis conſtat ex ſuprà dictis, etiam eſſe prohibitam. Sed huic fortiori rationi, hanc artem prohibet Pontifex, ne dignus ſit Chirurgus diſpenſatione, quia irregularis eſt, non ſolùm, vt non poſsit ad maiores ordines peruenire; imò, nec ſuſceptos adminiſtrare, propter pœnam; qua debet puniri ne iſtis artibus ſe immiſceat, quia generaliter omnis ars, quæ ad Medicinam expectat, non ſolùm prohibita eſt Clericis, & Monachis; imò damnata, ita vt non facile queat exerciri, niſi per ſuos profeſſores, qui non ſunt Clerici, vel Monachi; argumento text. *in l. fin. ff. ad legem Corneliam, de ſycarijs*, *Innocentius Ciron. in parathilis ad noſtrum tit.*

Ad textum in cap. ſententiam ſanguinis 9. capit. Clericis 5. hoc titul. Ne Clerici, vel Monachi ſæcularibus negotijs ſe immiſceant.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, nec dictare, nec proferre ſententiam ſanguinis debet, nec quidquam aliud per quod ad vindictam ſanguinis tendatur.*
2 *Miniſtri Eccleſiæ pacem, & manſuetudinem ſemper in ſe habere debent.*
3 *Faciens per alium, per ſe ipſum facere videtur.*
Capit. finale, ne Clerici, vel Monachi, libro 6.
4 *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.*
5 *Adulterium pœna ſanguinis punitur.*
§. Item lex Iulia, Inſtit. de publicis iudicijs, cum cap. 1. de officio Ordinarij.
6 *Cap. de his Clericis 36. diſt. 50.*
Iudex, an ſecundum allegata, & approbata iudicium debeat proferre.
7 *Cap. ad audientiam 3. de crimine falſi.*
Sigillum Regis fraudans, qua pœna puniatur.
8 *Cap. Tabernaculum 2. de conſecrat. 1.*
9 *Cap. ſententiam ſanguinis fin. ne Clerici, vel Monachi.*
10 *Cap. petitio 24. de homicidio.*
11 *Cap. ſi quis 4. 50. diſtinct.*
12 *Concilium Toletanum Vndecimum, cap. 7. cum cap. 6. eiuſdem Toletani Concilij.*
13 *Cap. Monomachiam 2. quæſt. 5.*

1 CONCLVSIO. Clericus, nec dictare, nec proferre ſententiam ſanguinis debet, nec quidquam aliud, per quod ad vindictam ſanguinis tendatur, vel purgationi vulgari opem præſtare, non debet, quæ concluſio comprobatur, ex text. *in cap. ſententiam 9. cap Clerici 5. hoc tit. cap illud 46. 23. quæſt. 4. cap. his à quibus 30. 23. quæſt. 8. cap. tua nos, de homicid. cap. ex litteris, de exceſsib. Prælator. cap. 1. 2. & 3. de purgat. vulgari, cap. fin. hoc titul. lib. 6. cap. 1. 50. diſt. cap. in Archiepiſcopatu, de raptoribus, cap. illud ſanè 24. q. 3. cap. Clerici 2. de vita, & honeſtate Clericorum.* Exornant *Bernardus Diaz in praxi Canonica, cap. 92. & cap. 101. & cap. 102. Syluester*, verbo *Homicidium*, nu. 3. *Couarruu. in Clem. ſi furioſus*, 2. part §. 4 num. 3. *Nauarrus in Manuali, cap. 27. num. 205. Suarez de cenſuris, diſp. 47. ſect. 1. num. 3. Villalobos in ſumma, tract. 21. de irregularit. diffic. 25. num. 2. Auila de cenſuris*, 7. p. de *irregular. diſp. 5. ſect. 3. dubit. 1. & diſp. 6. dubit. 10. Farinac. fragm. criminal. 1. p. lit. C.* verbo *Clericus*, nu. 369. cum ſeqq. *Diana* 2. part. tract. 2. reſolut. 8. & 9. & 3. p. tract. 5. reſolut. 80. & in additionibus, reſol. 15. Torreblanc. de magia, lib. 1. cap. 23. nu. 29. Flores de Mena in ſuis quæſt. 9. per totam*, cum traditis à *Cenedo in collectaneis, ad Decretales, collectione 61. Barboſ. in collectaneis ad textum noſtrum, cum ſimilibus ſuprà adductis.*

2 Ratio eſt, quia cum omnes ordines ad confaciendam Euchariſtiam diri-

gan-

gantur, vt notat *Bonacin. 1. tom. disp. 8. de Sacrament. Ordinis, quæst. vnic. part. 1. nu. 1.* & in Sacramẽto Eucharistiæ Christus Dominus cõtineatur, qui est Auctor pacis, suoque preciosissimo sanguine pacẽ obtulit; meritò, vt ministri Ecclesiæ hãc pacem, & mansuetudinem exemplo Christi præseferant, in præsenti statutum est Clericos in Sacris Ordinibus cõstitutos sententiam sanguinis, ex qua mors, vel mutilatio corporis sequatur proferre, dictare, aut scribere, absque pœna irregularitatis, nõ posse, nec similiter purgationi vulgari opem præstare, qui adducta, & aliæ purgationes vulgares prohibitæ sunt, quia per eas multoties condemnatur, is qui absoluendus erat, & Deus tentari videtur, *cap. 1. de purgatione vulgari*, ex eis error, cui non restituitur, approbatur, & veritas, quæ defendi non potest. opponitur, *cap. error 83 dist.* Ideòque sancitum est, ne quisquam Clericus purgatione vulgari aquæ feruentis, vel frigidæ, seu ferri cãdentis assistat; nam si ex illis factis mors, vel mutilatio membrorum sequatur, Clericis, qui huiusmodi se immiscet irregularitatem incurrit *cap. ex litteris de excessib. Prælator Clem. vnic. de homicid.* nam alias si similes ad Altaris ministerium, accedere possent sequeretur, quòd illi, qui pacem, & mansuetudinem præseferre debent, nequeunt similiter Christũ pacis Authorem repręsentare; imò potiùs quodam modo crudelitatem repræsentare videantur; ita *Bonac. vbi suprà, disp. 1. de irregularit. part 1. num. 3.*

3 Primò; obstabit principium illud, quo docemur, quod is qui per alium facit perinde est, ac si ipse faciat, *capit. qui facit, de regulis iuris, lib. 6. l. quod ius alterius, ff. eodem, cap. fin. de Procuratoribus, lib. 6.* sed iudices Ecclesiastici in Sacris Ordinibus cõstituti possunt causam sanguinis, absque irregularitatis metu per alios exercere, *cap. fin. hoc tit. lib. 6.* ergo Clericis in Sacris Ordinibus constitutis vindictam sanguinis exercere, non est prohibitum, cum per alios causas sanguinis exercere valeant. Pro cuius dubij solutione adnotandum est, irregularitatem ex defectu lenitatis, non incurri eo casu, quo iudex non sit causa proxima homicidij, nempè quod adsit ex sua parte dictum, vel factum, ex natura sua ad mortem tendens, quare cum tex. *in dict. cap. fin. hoc tit. lib. 6.* tractet de delegatione causæ criminalis, à iure Ecclesiastico facta, personæ sæculari; meritò recte asserit iudicem Ecclesiasticum iurisdictionem temporalem habentem posse in aliquo de luto particulari, alicui specialiter mandare, vt de crimine inquirat, & iustitiam administret, modo specialiter punitionem, non percipiat faciẽdam ad mortem, vel mutilationem, quamuis Iudex delegatus posteà reum iuste, vel iniustè puniat; nam hoc in casu Iudex Ecclesiasticus, nõ est causa proxima homicidij; ita *Bonacin. vbi suprà, quæst. 1. part. 1. num 28. Villalobos dict tractat. 21. difficultat. 23. num. 3. Diana vbi suprà, tract. 5. resolut. 9.*

4 Secundo, obstabit principiũ, quo docemur, quòd sine culpa, si non subsit causa, non est aliquis puniendus, *cap. non debet aliquis 22. cap. sine culpa 23. de regulis iuris, lib. 6. cap. si habes 24. quæst. 3. l. si quis in suo C. de inofficioso testament. l. si putator ff. ad leg. Aquil.* sed iure diuino præceptum impositum est, vt malefactores publica authoritate, id est à Iudicibus occidantur, *Exod. cap. 22.* versic. *Ait Dominus ad Moysem, maleficos non patiaris viuere, cap. de occidendis 8. 23. quæst. 5.* ergo iudicibus Ecclesiasticis sententiam sanguinis proferentibus pœna irregularitatis imponi nõ debuit, aliàs namque, sine culpa punirentur, cum ex iure diuino omnes iudices punire sint adstricti malefactores. Sed respondendum est, quòd multa licent in genere, quæ non licent in specie, *cap si Sacerdos, de officio Ordinarij*; meritò licet Prælatus habens iurisdictionem temporalem, generaliter possit committere alicui laico, vt faciat de omnibus malefactoribus vindictam, *ex dict. Sacræ Scripturæ*, testimonio tamen per se quidem iudicare, non debet, vel consilium dare, nec etiam ei interesse, nam alias efficeretur irregularis; notat *Gloss.* verbo *Aut iudicet, in cap. Clericis 5 hoc tit. Barbos. in collectaneis ad eundem text. num. 3.*

5 Tertiò, obstabit dicere, quòd adulterium pœna sanguinis punitur, *§. Item, lex Iulia, Instit. de publicis iudicijs, l. quãuis, & Authentica, sed hodie, C. ad leg. Iul. de adulterijs*, sed Episcopus adulterij crimen punire debet, *cap. 1. de officio Ordinarij*, versic. *Habeant igitur singularium vrbium, in suis Diœcesibus liberam potestatem adulteria, & scelera inquirere vlcisci, & iudicare, &c.* Ergo Clericis in Sacris Ordi-

Ordinibus cõstitutis sententiam sanguinis proferre, prohibitũ non est. Sed huic dubio responderi valet, verissimum esse Episcopum posse adulteros criminaliter punire, *ex dict. cap. 1. de officio Ordinarij*; sed id debet intelligi cum pœna excommunicationis, & detructionis in carcere, vel Monasterio; atverò si agatur de pœna mortis imponenda; tunc illos ad iudicem sæcularem remittere debet, iuxta text. *in cap. de benedicto 32. quæst. 1.* vt notat *Anastasius Germonius lib. 1. animadversionum, cap. 9.*

6 Quartò, nostri text. conclusio impugnatur ex sequenti cõsideratione; videlicet, nam qui ex necessitate homicidium committit; videlicèt, obsidionis causa non remanet irregularis, sed tantũ post duorum annorum pœnitentiam officio, & communioni restituitur, *cap. de his Clericis 36. dist. 50.* Sed Iudex Ecclesiasticus, cui officiũ puniendi delinquẽtes competit sententiam sangunis, secundum allegata, & approbata proferre tenetur, *cap. 3. quæst. 7. cap. Pastoralis, §. Quia verò, de officio delegati, leg. illicitas, §. Veritas, ff. de officio Præsidis*: Ergo Ecclesiasticus Iudex sententiam sanguinis, ex propria iuris necessitate secundum allegata, & probata proferens, non remanebit irregularis. Sed huic dubio respondendum est, text. *in dicto capit. de his 50. distinct.* procedere, quando quis ob defensionem vitæ aliquem occidit remanens, tamen dubium, an excessisset moderamen culpatæ tutellæ; nam tunc ad euitandum scrupulum, ei imponitur pœnitentiæ priuationis officij, & communionis, per spatium duorum annorum; ita *Acuña in commentarijs ad decretum, in dict. cap. de his 50. dist.* Secus verò dicendum est, in iudice, qui licet ex necessitate iudicet, tamen ex rationibus, & iuribus suprà adductis, semper remanet irregularis.

7 Quintò, prædictis refragatur, textus *in capit. ad audientiam 3. de crimine falsi*; vbi Vrbanus Tertius docet sigillum Regis falsificanti, post pœnam depositionis insignum maleficij characterem, aliquem in fronte cum ferro candente a Iudice Ecclesiastico esse imponendum, vt sic ab alijs discernatur, & similiter in exilium, extra prouinciam esse mittendum: ergo dicendum esse videtur, Clericis Sacris Ordinibus constitutis, pœnam sanguinis exercere, prohibitum non esse. Sed respondendum est, text. *in dicto capit. ad audientiam*, procedere eo casu, quo Iudex Ecclesiasticus characterem in fronte delinquentis, cum ferro candenti, absque sanguinis effusione imprimit; siquidem, non ita profunde debet infligi, vt sanguinem eliceat, sed tantum vt cutis, seu superficies deformetur insignum maleficij, & hoc illi fuit admissum, propter odium tanti criminis, noster verò text. procedit, quando impressio ferri candentis, cum effusione sanguinis fit; notat *Gloss.* verbo *Characterem, in dict. capit. ad audientiam 3. de crimine falsi*, quæ pœna à Iudice Ecclesiastico hodie imponi, non potest, quia periculum imminet in ipsa infligẽda, & huiusmodi ambustio, ex nostri text. decisione, Clericis prohibita est; deindè, quia facies hominis adinstar cœlestis pulchritudinis facta fœdari, non debet, *leg. si quis immetallum, Cod. de pœnis*; notat *Gloss. in dicto capit. ad audientiam 3. de crimine falsi*, *Barbosa latè in collectaneis, ad eundem textum, numero 2. & 3.*

8 Sextò, obstat text. *in cap. Tabernaculum 2. de consecrat. distinct. 1.* vbi Moysi, licet homicidium perpetrasset, iuxta text. *in cap. non inferanda 23. quæst. 3.* fuit permissum Tabernaculum, cum mensa, & Altare sacrare, & tamen in eodem text. probatur Dauid Templum ædificare prohibitum esse, quia homicidia commisserat, cuius solutio pẽdet ex his, quæ suprà indecidendi ratione retulimus; nam licet Dauid fuerit in veteri testamento, tamen fuit noui testamenti præfigurator, *cap. quod autem 32. quæst. 1.* & perconsequens mansuetudinem, & pacem, quam Christus obtinuit, repræsentare videbatur; meritò illi fuit prohibitum, ob homicidia commissa Templum ædificare; atverò Moyses præfigurator noui testamenti, non fuit, qua de causa Domino præcipiente Tabernaculum, cum mensa, & Altari sacrificauit; notat *Gloss.* omninò videnda, verbo *Prohibitus est, in dict. cap. Tabernaculum 2. de consecrat. distinct. 1.* vbi late *Turrecrem.* videndus est, etiam text. *in capit. tua nos 19. de homicidio.*

9 Septimò, aduersus ea, quæ cõmuniter in præsenti, notant Doctores omnes; videlicèt, Clericos assistentes, quãdo reus in patibulo suspenditur, non remanere irregulares, nec mortaliter peccare,

care, obstabunt verba text. nostri, versic. *Sed nec sanguinis vindicta exerceat, aut vbi exerceatur interfit.* Ex quo manifestè constat Clericum in sacris constitutum, nō posse tempore, & loco executionis prędictæ sententię interesse; cuius authoritate motus, *Sayrius, de censuris, vbi suprà*, asserit prædictos Clericos assistentes in illo patibulo suspensionis, peccare mortaliter; ita *Suarez, de censuris, disput. 47. sect. 4. num. 10. Auila, de censuris, disput. 15. section. 3. dubit. 15. sess. 14.* dum asserunt, quod cum Clerici ibi assistunt culpam venialem, ob paruitatem materiæ committunt, sed his, & alijs sententijs omissis, verissimè est dicendum, quod text. noster, quatenus prohibet, quod Clerici intersint, quando furca suspenditur reus, est intelligendus casu, in quo Clerici auxilium, & fauorem, cum sua præsentia præstat tempore, quo executio sententiæ fit; ita *Vgolinus, de irregularitate cap. 5. num. 3. Diana vbi suprà resolut. 35.*

10 Octauò, aduersus ea, quæ in præsenti notant omnes; videlicèt, homicidium committentem in bello iusto, non manere irregularem, cum solùm aduersus dubitantem, an iuste, vel iniuste homicidium commississet, irregularitas sit statuta, vt notat *Auila de censuris disput. 6 sect. 3. dubit. 27. concluſ. 3. Diana vbi suprà, resol. 3. contra Bonac. de censuris, disp. 7. quæst. 4. par. 5. num. 3. Villalobos in summa, tom 1. tract 21. difficultat. 28. num. 6.* Obstabit text. *in cap. petitio 24. de homicidio*, ex cuius decisione apparet dubitantem, an in bello iusto homicidium commisserit irregularem manere: ergo etiā si homicidium in bello iusto sit commissum, ex eo quis irregularis efficitur. Sed respondendum est, text. *in dict. cap. petitio, de homicidio*, procedere casu, in quò conscientia illius remordet, & magis se inclinat, quod homicidium in bello iniusto commississet; nam tunc cum propriè, non possit dubium homicidij manere, iusta de causa Pontifex asserit ad Altaris ministerium accedere non valere, vt docent supra citati Auctores; sed licet hæc sententia in puncto iuris, ab aliquibus sit recepta: Verius tamen dicendum est quod etiam si in bello iusto Clericus militauerit. Si vero in eo bello aliqui sunt occisi irregularis existat; notat *Barbos. plures referens, in collectan. ad text. in dict. capit petitio 24. de homicidio, num. 2. Acuña ad decretum, in princip. 21. distinct. num. 5.* pręcipuè, quia licet, text. *in dict. cap. petitio*, videatur loqui de bello defensiuo; tamen terminatum fuit in bellum offensiuum, ex parte Christianorum fugientium de castro, & persequentium inimicos; notat *Suarez, de cēsuris disput. 47. section 6. num. 4. Acuña ad primam decreti partem, dist. 21. in principio, num. 10.*

11 Nonò, supra dictis obstabit *Concilium Toletanum Primum, cap. 8. relatum in capit. si quis 4. 50. dist.* ex quo constat, quod eo ipso, quòd Clericus, vel laicus militauerit irregularis efficitur; siquidē verba illius text. generalia sunt, & tam ad iustum, quam ad iniustum bellum referuntur, vt constat *ex eodem text.* versic. *Si quis post Baptismum militauerit*, & versic. *Diaconi, non accipiat dignitatem.* Augeturque difficultas, *ex eodem text.* vers. *Etiam si grauia non admisserit*, quæ verba denotare videntur, quod etiam si homicidium non fuerit secutum, similis irregularis efficitur: ergo siuè iustum, siuè iniustum fuerit bellum, & etiam si homicidium non fuerit secutum, Clericus eo ipso, quod clamidem sumpserit, irregularis efficitur. Cui dubio responderi solet, text. illum esse intelligendum de bello iniusto, vt constat ex eius verbis, ad necandos fideles, quæ interpretatio ex eo conuincitur, quia verba illa ad necandos fideles desunt in Concilio Toletano, & sunt addita à Gratiano, vt constat ex eius palea; deindè, quia etiā contra fideles potest esse iustum, vel iniustū bellum. Prætereà, quia etiam si iustum fuisset defuit homicidiū. Quare verius est dicendum, text. illum esse intelligendum, de bello iusto aggressiuo, quoties in eo Clerici proprijs manibus, & si non homicidium membrorum, tamen mutilationē perpetrauerūt; quo in casu irregulares fiunt, etiam si in ipso bello, alia peccata non commisserint, id est, grauiter ex homicidio, non deliquerint; itaque quamuis irregularitas illa, non proueniat ex delicto, cum bellum iustum esset; tamen prouenit ex defectu lenitatis, cum sæua, seu seuera præcepta Clerici exequi, non deberent, cum id omnino eijs esset prohibitum, etiam si bellum aggressiuum esset iustum, *cap. 1. 50. dist. cap. legem 2. 53. dist.* notat *Suarez, de censuris disp. 27. sect. 5. nu. 6. Acuña ad primā decreti partem, in d. cap si quis 4. 51. distin. num.*

num. 11. *Barbos. in collectaneis ad eundem textum.*

12 Decimò, his omnibus obstat *Toletanum Concilium Vndecimum, cap.* 7. vbi asseritur Clericis, non solùm permissum esse testimonium ferre in sententiâ sanguinis, verum etiam sententiam ipsam propria manu scribere, & proferre, vt constat *ex eodem text.* versic. *Aut quod morte plectendum est*, iuncto versic. *Manu propria, subscriptionem notare*, quod omnino contrarium refert. Idem *Concilium Toletanum Vndecimum, cap.* 6. Verum in hac iurium contrarietate respondēdum est, Canonem illum non esse intelligendum de morte naturali, sed de ciuili tātum, hoc est deportationis, quæ interpretatio deducitur, *ex dict. Can.* 7. versic. *Ita tamen, vt si exilio*; siquidem deportatio mors ciuilis dicitur, *Gloss.* verbo *Aqua, in l. Gallus, §. Quod si tantum, ff. de liberis, & posthumis*, cum deportatus pro mortuo habeatur, *Gloss.* verbo *Pertinet, in l. insulam* 41. *ff. soluto matrimonio.* Nec solutioni obstant verba eiusdem Canonis, vers. *Vt nec transgressores, sine testimonio excidia vitæ suæ incurrant.* Quæ verba potiùs ad naturalem, quam ad ciuilem mortem referenda esse videntur; quia interim, dum alia petimus, & meliora occurrunt dicendum esse existimo sensum illorum verborū esse, ita vt deportati, sine testibus condemnentur, ne aliter in tam miserabili deportationis pœna, quæ interemptio dicitur pereant, vt constat *ex eodem Can.* 7. *vers. fin.*

13 Vndecimò, aduersus secundam nostri tex. partem, quatenus asserit Monomachiam, & duela Clericis prohibita esse, obstabit dicere, quod lex diuina à iure positiuo auferri nequit, *cap. sunt quidam* 25. *quæst.* 1. *cap. fin. de consuetudin. §. Sed naturalia, Instit. de iure naturali*, cum inferior superioris legem, non possit abrogare, *cap. cum inferior, de maioritate, & obedientia, cap. inferior* 21. *dist.* Sed duelum lege diuina est approbatum, 1. *Regum, cap.* 17. *capit. Monomachiam* 2. *quæst.* 5. siquidem locis illis probatur inter Dauid, & Goliam duelū interuenisse: ergo duelum à lege positiua prohiberi nō potuit. Sed respondendum est, text. *in dicto cap. Monomachiam* 2. *quæst.* 5. procedere casu, in quo Sanctus Dauid Monomachiam, seu duelum exercuit instinctu, seu mandato Spiritu Sancti, quo casu licitū fuit homicidium, *cap. si non licèt* 23. *quæst.* 9. *iudicium, cap.* 11. Ideòque Monomachiā exercendo, non peccauit, vt docet *Glos.* verbo *Monomachiam, in dict. cap. Monomachiam* 2. *quæst.* 5. vbi omnes ordinarij: reliqua quæ ad hunc textum expectant, sunt omninò videnda in his, quæ supra retulimus, 2. *tom. in cap. Clerici alma portantes* 2. *de vita, & honestate Clericorum.* Et cum his nostrum hoc opus absoluitur, vtinam ad vestram candidi lectores vtilitatem, & quod magis precor ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, necnon intemeratæ Deiparæ Virginis MARIÆ, absque peccati originalis labe Conceptæ, & quidquid dixero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ subijcio, cuius veram Catholicam Fidem veneror, & amplector.

IN-

INDEX IVRIVM,

QVÆ EX GRATIANI DECRETO

IN HOC VOLVMINE ILLVSTRANTVR,

EXPLICANTVR, ET EMMENDANTVR, ET
ALPHABETICO ORDINE
DEMONSTRANTVR.

A

CAP. Agathosa 21. 27. quæst. 2. conciliatur cum cap. ex parte 9. de cõuersione coniug. fol. 118. num. 7.
Cap. Addidisti 2. 20. q. 1. fol. 104. n. 6.
Cap. Ab antiqua 44. de consecrat. dist. 4. fol. 288. num. 6 & 290. num. 8.
Cap. Aquedam Iudæo 23. de consecrat. dist. 4. latè exponit, fol. 289. num. 7.
Cap. Ad eius fin. vers. Nisi purgationis tẽpus, dist. 5. fol. 346. num. 5.

B

Cap. Beatus Paulus 5. 22. quæst. 5. folio 156. num. 5.
Cap. Basilicas 6. de consecration. distinct. 1. fol. 186. num 4.
Cap. Bone 74. 12. quæst. 2. folio 360. numero 9.

C

Cap. Cum societas 24. quæst. 2. fol. 125. num. 4.
Cap. Constituit 20. quæst. 3. fol. 166. numero 10. in fine.
Cap. Constituit 16. quæst. 7. folio 166. num. 10. in fine.
Cap. Considerandum 6. quæst. 7. fol. 211. num. 9.
Cap. Charitatem §. Visitatores 12. quæst. 2. cum cap. 1. de censibus, lib. 6. folio 241. num. 8.
Cap. Concedimus 30. de consecr. distinct. 1 fol. 260. num. 4 & fol. 262. num. 9.
Cap. Clericus 34. de consecrat. dist. 1. fol. 261. num. 8.
Cap. Cum tantum 47. de consecr. distinct. 4 fol. 287. num. 4.
Cap. Cathecumenu n 37. de consecrat. distinct. 4 fol. 296. num. 8. & 304. n. 8.
Cap. Constat 19. de consecrat. distinct. 4. fol. 311 num. 3. & 4 & 312. num. 7.
Cap. Cum omnes 7. versic. Vbi Apostolis, cum cap. Presbyter 93. de consecrat. distinct. 2 fol. 329. num. 8.
Cap. Corpora 31. de consecrat. distinct. 1. fol. 335. num. 10.
Cap. Cum enixa 1. 5. dist. fol. 346. num. 4.
Cap. Continuò 11. quæst 1 fol. 364. n. 8.
Cap. Constantinus 96. distinct. folio. 365. num. 10.

D

Cap. Diaconi 12 quæst. 2. fol 8 n. 13.
Cap. De lapsis 16. quæst. 6. folio 10. numero 7.
Cap. De communione 1. 24. quæst. 2. cõcil atur cum cap. si aliquis excommunicatus 11. 26. q. 6. folio 70. num. 8.
Cap. Dilecto 16 quæst. 3. fol. 81. num. 8.
Cap. Decimas 46. 16. quæst. 1. folio 89. num. 10.
Cap. De locorum 4. de consecrat. distinct. 4. fol. 185. num. 3.
Cap. De Monachis 18. 12. quæst. 2. cum cap. quædam eadem causa, & quæstion. fol. 191. num. 3.
Cap. De homine 7. de consecrat. distinct. 2. fol. 279. num. 6.
Cap. De his 34 distinct. cum cap. habuisse fin. 33. distinct. fol 279. num. 6.
Cap Detrahe 54 1. quæst. 1. cum cap. mater 139. de consecrat. distinct. 4. folio 301. num. 3.
Cap. Diaconus 13. 93. dist. fol. 312. num. 7. & 330. num. 10.
Cap. De esu carnium, de consecrat. dist. 3 fol. 343. num. 10.
Cap. De raptoribus 36. q. 1. fol. 372. n. 11.
Cap. Discipulos 26. de consecrat distinct. 5 fol. 375. num. 3.
Cap. De his Clericis 36. dist. 50. fol. 386. num. 6.

INDEX IVRIVM,

E

Cap. Epiſcopus 19. 12. quæſt. 2. fol. 4 n. 5.
Cap. Epiſcopus 34. 12. quæſt. 2. folio 7. num. 13.
Cap. Epiſcopus 34. 12 q. 2. fol. 48. n. 5.
Cap. Eccleſiam 27. cap. Eccleſiam 28. de conſecrat. diſt. 1. fol 71. num. 11. in fin.
Cap Epiſcopus in Diœceſim 28. 7. quæſt. 1. conciliatur cum cap. nullum 6. verſic. Quod ſi 9. quæſt. 2. folio 74. num. 4.
Cap. Epiſcopus 77 diſt. folio 120. num 9.
Cap. Eccleſia 8. de conſecrat. diſt. 1. folio 186. num. 4.
Cap. Eccleſiæ 16. quæſt. 1. fol. 234. n. 4.
Cap. Eccleſijs, de conſecrat. diſtinct. 1. fol. 264. num. 4.
Cap. Eccleſia 11. 1. q. 4. cum cap. Eleutherius 30. 18. quæſtion. 1. folio 268. numero 4.
Cap. Eleutherius 1. 91. diſtinct. folio 273. num. 3.
Cap. Ex quo 6. de conſecrat. diſtinct 4. folio 350. num. 12.

F

Cap. Fin. 1. quæſt. 3. folio 166. num. 11.
Cap. Filijs 31. 16. quæſt. 7. fol. 198. num. 5. & fol. 269. num. 7.
Cap. Firmiſsimè 3. in principio. de conſecrat. diſtinct 4. fol. 305. num. 10. & 11. & fol. 324. num 8. cum cap. 2. de Preſbyter. non baptizat.
Cap. Futuram 12 q. 1. folio 364. num. 8.
Cap. Frater 17. quæſt. 1. fol. 370. num. 7.

G

Cap. Generaliter 17. quæſt. 2. folio 43. num. 3.
Cap. Gonſaldus 1. 17. quæſt. 2. folio 111. numero 6.

H

Cap. Hoc quoque 61. de conſecrat. diſtin. 1. folio 270. num. 12.
Cap. Habuiſſe fin. 33. diſtinct. folio 279. num. 6.
Cap. Hæc in principio, §. In lege 5. diſt. fol. 346. num. 4.
Cap. Huiuſmodi 10. quæſt 2. folio 188. numero 3.

I

Cap. Inter memoratos 6. cap. dilectio 7. 16. quæſt. 4 fol. 81. num. 8.
Cap. Illud 3. & cap. 1. 31. quæſt. 1. fol. 133. num. 10.
Cap. In Parochia 31. 16. quæſt. 1. fol. 177 num. 7. & 199 num. 6.
Cap. Inter 10 quæſt. 3. cum cap. ſeruitium 18. quæſt. 12. folio 236. num. 7.
Cap. In ſacrificijs 8. de conſecrat. diſtinct. 2. folio 279. num. 6.
Cap. In ſacrificio 2. de conſecrat. diſtinct. 2. folio 282. num. 6.
Cap. Inebriauerunt Loth 15 quæſt. 1. fol. 327. num. 3.
Cap. Id conſtituimus, verſ. De morte 17. quæſt. 4 folio 372. num. 11.
Cap. Illiteratos 55. diſt. fol. 380. num. 3.
Cap. Ideò permittente 16. 25. quæſt. 1. folio 380. num. 4.

L

Cap. Lugdunenſis fin. 9. quæſt. 2. fol. 74. numero 5.

M

Cap. Monachus 12. quæſt. 2. folio 8. numero 13.
Cap. Mandamus 2. 19. quæſt. 3. folio 60. num. 8.
Cap. Monachi 33. 16. quæſt. 1. folio 76. num. 9.
Cap. Monachum 3. 20. quæſt. 1. fol. 102. num. 3.
Cap. Miſſarum 12. de conſecrat. diſtinct. 1. folio 260. num. 5.
Cap. Multi 82. de conſecrat. diſtinct. 4. folio 295. num. 7.
Cap. Mater 139. de conſecrat. diſtinct. 4. cum cap. detrahe 54. 1. quæſt. 1. folio 301. num. 3.
Cap. Mulier 20. de conſecrat. diſtinct. 4. folio 315. num. 13.
Cap. Meritò 1. 15. quæſt. 1. fol. 302. n. 4.
Cap. Magnum 11. quæſt. 1. fol. 162. n. 3.
Cap. Monachi 35. 16. q. 1. fol. 375. n. 4.
Cap. Monomachiam 2. quæſt. 5. fol. 388. num. 13.

Cap.

N

Cap. Nulli 1. 12. quæſt. 5. fol. 6. num. 11.
Cap. Nullus Abbas 19. quæſt. 3. folio 60. num. 8.
Cap. Nullum 6. verſic. Quod ſi 9. quæſt. 2. conciliatur cum capit. Epiſcopus in Dioeceſim 28. 7. quæſt. 1. fol. 74 numero 4.
Cap. Ne pro cuiuslibet 37. 16. quæſt. 1. fol. 176. num. 4.
Cap. Non ſatis, cap. non eſt probanda 86. diſtinct fol. 222. num. 9.
Cap. Non eſt petenda 27. 1. quæſt. 1, folio 270. num. 9.
Cap. Nemo 9. de conſecrat. diſtinct. 1. fol. 271. num. 13.
Cap. Nocte Sancta 48. de conſecrat. diſt. 1. fol. 275. num. 8.
Cap. Nihil 18. verſic. fin. 7. quæſt. 1. folio 275. num. 9.
Cap. Nec poteſt 95. 1. quæſt. 1. fol. 278. num. 4.
Cap. Nemo 141. verſic. Tollit autem, de conſecration. diſtinct. 4. fol. 307. num. 13. & 14.
Cap. Nunquam 10. de conſecrat. diſtinct. 4. fol. 316. num. 4.
Cap. Non oportet 26. diſtinct. cum Concilio Carthaginenſi, cap. 28. fol. 331. num. 12.
Cap. Noſſe credo 11. 76. diſtinction. folio 341. num. 6.
Cap. Nemo fin. 16. q. 3. fol. 381. num. 5.

O

Cap. Omnes cautiones 32. quæſt. 7. folio 136. num. 13.
Cap. Omnis qui 96. de conſecrat. diſtinct. 4. fol. 307. num. 14.
Cap. Omnes qui 37. §. Si ergo in fine, de pœnitentia, diſt. 1. fol. 349. num. 11.
Cap. Omnes 3. de conſecrat. diſtinct. 3. fol. 352. num. 5.

P

Cap. Placuit 1. in fine 16. quæſt. 1. fol. 58. num. 6.
Cap. Placuit 7. 13. quæſt. 2. fol. 60. n. 8.
Cap. Plures 54. 16. quæſt. 1. cum. cap. cum cauſam 13. de probat. fol. 78. num. 4.
Cap. Prima idolatria 28. quæſt. 1. & cap. quæſiuit 2. de diuortijs, folio 135. numero 12.
Cap. Puella 20 quæſt. 2. fol. 147. num. 4.
Cap. Præcepta 5. de conſecrat. diſtinct. 1. fol. 186. num. 4.
Cap. Parſimoniam 5. 41. diſtinct. folio 139. num. 8.
Cap. Placuit 1. 1. quæſtion. 2. folio 268. num. 6.
Cap. Presbyter 2. 91. diſtinct. folio 273. num. 3.
Cap. Paruulos 110. de conſecrat. diſtinct. 4 fol. 294. num. 4.
Cap. Placuit 3. de conſecrat. diſtinct. 4. folio 294. num. 4.
Cap. Poſtquam 78. de conſecrat. diſtinct. 4. fol. 295. num. 6.
Cap. Per aquam 9. de conſecr. diſtinct. 4. fol. 316. num. 4.
Cap. Proprie 13. in fine, de conſecration. diſt 4. fol. 318. num. 8.
Cap. Presbyter, de conſecrat. diſtinct. 2. fol. 329. num. 7. & 8.
Cap. Peruenit, cum cap. tribus 23. de conſecration. diſtinction. 2. folio 330. numero 9.
Cap. Præſente 18. 93. diſtinct. folio 330. num. 10.
Cap. Pronuntiandum 1. de conſecration. diſtinct. 3. folio 333. num. 3.
Cap. Placuit, de conſecrat. diſtinct. 3. folio 340. num. 4.
Cap. Placuit 16. quæſt. 1. folio 376. numero 7.

Q

Cap. Quicumque 2. 12. quæſt. 3. folio 48. num. 3.
Cap. Quicumque vltim. 12. quæſt. 5. folio 48. num. 3.
Cap. Quibus 16. 13. q. 2. fol. 70. num. 9.
Cap. Qui vxorem 10. 33. quæſt. 5. folio 117. num. 6.
Cap. Quem genitores 6. 20. quæſt. 1. folio 104. num. 7.
Cap. Quicumque 4. 20. quæſt. 1. fol. 104. numero 7.
Cap. Qui Presbyterum 24. quæſt. 4. folio 134 numero 11.
Cap. Quidquid 12. 31. q. 5. conciliatur cũ cap. 1. de diuortijs. folio 135. num. 12.
Cap. Qui habetis 14. q. 5. fol. 131. num. 5.
Cap. Quod ait 14. diſtinct. folio 141. nu. 9.
Cap. Qui bona 17. q. 1. folio 150. num. 3.

INDEX IVRIVM,

Cap. Quicumque fin. 12. quæſt. 5. folio 173. num. 8.

Cap. Quorundam 6 74 diſtinct fol. 179. num. 10.

Cap. Quædam 12 quæſt. 2. cum cap. de Morachis 18 12. quæſt. 2. folio 191. num. 3.

Cap. Quia cognouimus 10. quæſt. 3. fol. 237 num. 8

Cap. Quoniam in fin. 7 18. diſtinct. cum cap. 10. §. Procurationibus, de cenſibus, lib 6 fol 241. num 9.

Cap. Quicumque 30. 16. quæſt 7. folio 270. num. 10.

Cap. Quicumque 13. verſic. Plerique 26. quæſt. 5 fol. 279. num. 6.

Cap. Quamuis 117. de conſecrat. diſt. 4. fol. 298. num. 11.

Cap. Qui in qualibet 10. 1. quæſt. 1. folio 298. num. 11.

Cap. Quiuis ignoranter 117. in principio, de conſecration. diſtinct. 4 fol. 299. num. 12.

Cap. Quod autem 7. 32. quæſt. 1. fol. 307. num. 15.

Cap. Quod autem 5. de conſecrat. diſt. 4. fol. 303. num. 6.

Cap. Qui maternis 115. de conſecrat. diſt. 4. fol. 318 num. 9

Cap. Quanto 24. diſtinction. folio 321. num 3.

Cap. Quod quidam 97. 1. quæſt. 1. folio 321. num. 4.

Cap. Qui bene 94 de conſecrat. diſtinct. 2. cum cap. 1. de Cuſtodia Euchariſtiæ, fol. 328. num. 4. & 5.

Cap. Quod autem 5. de conſecrat. diſt. 5. fol. 350. num. 12.

Cap. Qui verè 12. 16. quæſtion. 1. folio 376. num. 6.

R

Cap. Relatum 11. de conſecrat. diſtinct. 2. fol. 278. num. 5.

Cap. Ridiculum 12. de conſecrat. diſtinction. 1. fol. 284. num. 10.

S

Cap. Statutum 18. quæſt. 1. folio 10. numero 8

Cap. Si aliquis excommunicatus 11. 26. quæſtion 6 conciliatur cum cap. 1. 24. quæſt. 2. fol. 70. num. 8.

Cap. Salonitanæ 24. 63. diſtinct fol. 75. num. 6.

Cap Cum ſocietas 24. quæſt. 2. fol. 125. num. 4.

Cap. Si qua mulier 19. quæſt. 3. conciliatur cum cap. cum ſimus, de regularib. fol. 107. num. 11. & 108. numero 12. & 13.

Cap. Si in qualibet 20 quæſt. 2. fol. 105. num 8.

Cap. Si quis viuente 31. quæſt. 1. conciliatur cum cap. 1. de diuortijs, fol. 133. num. 10.

Cap. Si quà mulier 6. 31. quæſt. 1 fol. 135. num. 12.

Cap. Si qua fuerit, §. Sed obijcitur 31. q. 1. fol. 131. num 7.

Cap. Si quis viuente 31. quæſt. 1. fol. 132. num. 9.

Cap. Si vir, & vxor 27. quæſt. 2. cap. 1. de diuortijs, fol. 122. num. 15.

Cap. Sed penſandum 6. diſtinct. fol. 154. num. 12.

Cap. Syluester 11. quæſt. 1. fol. 154. num. 2. in fine.

Cap. Si quis obiecerit in fin. 1. quæſt. 1. fol. 166. num. 11.

Cap. Si quis Præbendas fin. 1. quæſt. 3. fol. 166 num. 11.

Cap. Statuimus 55 16. quæſt. 1. fol. 188. num 5.

Cap. Sane 6 16. quæſt. 2 fol. 198. num. 4.

Cap. Si quis Præbendas fin. 1. quæſt. 3. folio 166. num. 11.

Cap. Statutum 7. 16. quæſt. 2. fol. 198. num. 5.

Cap. Si plures 36. 16. quæſt. 7. folio 211. num. 10.

Cap. Si tributum 11. quæſt. 1. folio 234. num. 4.

Cap. Seruitium 18. quæſt. 12. cum cap. inter 10. quæſt. 3 fol. 236. num. 7.

Cap. Sic quidem 10. quæſt. 1. fol. 237. numero 8.

Cap. Si motum 19 in principio, de conſecrat. diſtinction. 1. fol. 260. num. 3. & 264. num. 4. & 265. num. 6. & 268. num. 8.

Cap. Si quis Baſilicam 10. de conſecration. diſtinct. 1. fol. 269. num. 8.

Cap. Sacramenta 49. de conſecrat. diſtinct. 1 fol. 274. num. 6.

Cap. Sufficit 53. de conſecration. diſtinct. 1. fol. 275 num. 7.

Cap. Sacerdotes 91. quæſt. 1. folio 278. num. 3.

Cap. Sacroſancta 92. 1. quæſt. 1. cum cap. nec

nec potest 95. 1. quæst. 1. fol. 278. numero 4.
Cap. Sacramento 5. de consecration. dist. 2 fol. 282. num. 5.
Cap. Si revera 30. de consecration. distinction. 4. folio 288. num. 6. & 290. numero 8.
Cap. Si quis, de pœnitent. distinct. 7. fol. 293 num. 2.
Cap. Si quis Presbyter 79. de consecration. distinct. 4. fol. 295. num. 6. & fol. 295. num. 7.
Cap. Si quis viduam 8. vers. Similiter 50. distinct fol. 3 8. num. 16.
Cap. Si quis per ignorantiam 59. 1. quæst. 1. fol. 313. num. 9. & 321. num. 4.
Cap. Si quis a Pagano 52. de consecrat. dist. 4 fol. 314. num. 10.
Cap. Si quid 35. de consecrat. distinct. 4. fol. 318. num. 9.
Cap. Si per negligentiam 27. cum cap. qui benè 94. de consecrat. distinct. 2. folio 328. num. 5.
Cap. Si per ebrietatem 28. de consecrat. distinct. 2. fol. 328. num. 6.
Cap. Si quisquam 7. 30. distinct. fol. 339. num. 3.
Cap. Si Episcopus 73. 12. quæst. 2. folio 359. num. 8.
Cap. Si tributum 17. 11. quæst. 1. fol. 162. num. 3.
Cap. Si quis cum Clerico 45. 11. quæst. 1. fol. 366. num. 11.
Cap. Si quis 4. 50. distinction. folio 387. num. 11.

T

Cap. Tribus, versic. Tanta de consecrat. distinct. 2. cum cap. officium 3. versic. Debet, de officio Archipresbyteri, fol. 329. num. 7.
Cap. Tribus 23 cum cap. pervenit, de consecrat. dist. 2. fol. 330. num. 9.
Cap. Tabernaculum 2. de consecrat. dist. 1. fol. 386. num. 8.

V

Cap. Vbicumque 6. 13. quæst. 2. folio 59. num 7.
Cap. Volumus 2. 16. quæst. 4. folio 80. num. 6.
Cap. Visis 16. quæstion. 2. folio 197. numero 3.
Cap. Vt Calix, de consecrat. distinct. 1. fol. 282. num. 9.
Cap. Vtinam 11. 76. distinct. conciliatur cum cap. si quisquam 7. 30. distinct. folio 339. num. 3.
Cap. Vulteranæ 23. 12. quæst. 2. fol. 359. num. 8.
Cap. Vxor felicis 17. quæst. 4. folio 373. num. 12.

INDEX IVRIVM,

DECRETALIVM, QVÆ IN HOC OPERE ILLVSTRANTVR, EXPLICANTVR, ET EMMENDANTVR IN QVO TITVLI, SVB QVIBVS CONTINENTVR ALPHABETICO ORDINE DEMONSTRANTVR.

A

CAP. Inquisitionis 22. de accusation. conciliatur, cum cap. dilectus 30. de simonia fol. 162. nu. 5. & fol. 163. num. 6.

Cap. Ex tuarum 5. iuncta eius Glossa, de authoritate, & vsupallij, fol. 355. n. 3.

B

Cap. Si quis 1. de Baptismo, fol. 285. n. 1. & 288. n. 5. & fol. 288. num. 6.

Cap. De quibus 2. de Baptismo, fol. 292. num. 1.

Cap. Maiores 3. de Baptismo, fol. 300. n. 1. & ad §. fin. fol. 309. num. 18. & fol. 349 num. 11.

Cap. Debitum 4. de Baptismo, fol. 285. n. 1. & fol. 310. num. 1.

Cap. Non vt 5. de Baptismo, folio 315. num. 1.

Cap. fin. de Baptism. fol. 287. num. 4. & 292. num. 1.

C

Cap. Præterea 1. de conuersion. coniugat. fol. 114. num. 1. 2. & 3. & fol. 119. n. 8. & fol. 122. num. 13.

Cap. Verum 2. de conuersione coniugat. fol. 123. num. 1. & 125. num. 4. & 5.

Cap. Quidam 3. de conuersion. coniugat. fol. 114. num. 1. & fol. 125. num. 11.

Cap. Cum sis præditus 4. de conuersion. coniugator. fol. 114. num. 1.

Cap. Coniugatus 5. de conuers. coniugat. fol. 114. num. 1. & 120. num. 9.

Cap. Ex publico 7. de conuers. coniugat. fol. 123. num. 1.

Cap. Vxoratus 8. de conuers. coniugator. fol. 114. num. 1.

Cap. Ex parte 9. cap. consultis 10. de conuersion. coniugator. fol. 114. num. 1. & fol. 117. num. 5. & num. 6. & fol. 122. num. 12.

Cap. Placuit 12. de conuers. coniugator. fol. 121. num. 11.

Cap. Ad Apostolicam 13. de conuers. coniugator. fol. 114. num. 1.

Cap. Ex parte tua 14. de conuersion. coniugator. fol. 123. num. 1.

Cap. Veniens 16. de conuers. coniugator. fol. 122. num. 12.

Cap. Accedens 17. cap. significauit 18. de conuers. coniugat. fol. 114. num. 1.

Cap. Ex parte 9. de conuers. coniugator. fol. 118. nu. 1. Vbi conciliatur, cum cap. Agathosa 27. quæst. 2.

Cap. Cum sit 2. de conditionib. appositis, fol. 76. num. 9. & fol. 167. num. 12.

Cap. De illis 3. de condition. appos. fol. 161. num. 3.

Cap. Ad nostram 5. de confirmat. vtili, vel inutili, cum cap. super eo 9. de regular. fol. 180. num. 12.

Cap. Consuluisti 7. de consecration. Ecclesiæ, vel Altar. fol. 66. num. 1. & sequentibus.

Cap. In Ecclesijs 1. de Capell. Monachor. fol. 177. num. 6. & 196. num. 1.

Cap. Ad Audientiam fin. de Capell. Monachor. folio 176. num. 5. & 196. numero 1.

Cap. Dilectus 2. de Capell. Monach. fol. 183. num. 4.

Cap. Cum venerabilis 21. de censibus, fol. 188. num. 4.

Cap. Ex part. 3. de Capell. Monachor. fol. 196. num. 1.

Cap. Sancitum 1. de censib. fol. 232. num. 1. & 234. num. 3. & 241. num. 7.

Cap. Omnis anima 2. de censib. Vide quæ sunt scripta super cap. 2. de iudicijs, in tom. 2.

Cap. Scientes 3. de censib. folio 244. numero 1.

Cap. Cum Apostolus 6. §. Prohibemus, de censibus, fol. 237. num. 8. & 238. num.

num.1. Vbi explicantur omnes sui §§.
Cap.Prohibemus 7.de censib.fol.244.numer.1.
Cap. Præterea 8.de censib fol.244. num. 1.& fol.249.num.7.& 250.num.8.
Cap.Ecclesiis 9. de censib.fol.236.n.6.& fol.244. nu.1. & 251.n.9.
Cap Cum Clerici 11. de censib.fol.244. num.1 & fol.250.n.8.
Cap.Significauit 13.de censib fol.244.n. 1.& fol.250.num.8.
Cap.Grauis 15.de censib.fol.244.n.1.& fol.246.n.4.
Cap.Quanto 16.de censib.fol.240. nu.5. & 6.
Cap.Cum instantia 17. de censib.fol.244 remissiuè.
Cap.Ex parte 18.de censib fol.251. n.1. & fol.253.n.4.ad vers.Cum ergo.
Cap. Cum venerabilis 21. de censib.fol. 244.n.1.& fol.188.num.4.
Cap.Procurationes 23.de censib.cum capit.quoniam in fin.7. 18. dist. & cum cap.1.§.procurationib.de censib. lib.6 fol.241.num.9.
Cap.Authoritate fin.de censib.fol.238.n. 1.& 240.n.4.
Cap.Audiuimus 3.de collusione detegenda,fol.247.n.5.
Cap.Ad hæc 1.cap.Quod in dubijs 3. cap. proposuitti 4.de consecrat.Eccles.vel altaris,fol.259.n.1.
Cap.Ligneis 6. de consecr. Eccles. vel Altar.fol.263.n.1.& 264.n.4.
Cap.Consuluisti 7.de consecrat.Ecclesiæ, vel Altar.fol.266.n.1.remissiuè.
Cap.Cum sicut 8.de consecrat.Eccles.vel Altar.fol.266.n.1.
Cap.Presbyter 1. de celebrat. Missar. fol. 272.n.1.
Cap.De homine 7. de celebrat.Missar.fol. 272.n.1.
Cap. Dolentes 9. de celebrat. Missar. fol. 272.n.1.
Cap.Sanè 10.de celebrat. Missar. fol.277. Remissiuè & fol.280.n.1.
Cap.Litteras final.de celebrat. Missar. fol. 280.n.1.
Cap.1. de Clerico venatore, fol. 276. nu. 11.
Cap. Statuimus 1. de custodia Eucharist. fol.279.n.6.
Cap.1.& 2.de cust.Euchar.chrismat.&aliorum Sacramentorum,fol. 326. n. 1. & 328.n.4.
Cap.Laudabilem 1.de conuers.infidelium, fol.128.n.1.
Cap.Ex litteris 2.de cõuers.infidel.fol.128 n.1.
Cap.Cum Marte in fin.6. de celebrat.Missar.fol.325. n.9.
Cap.Ad audientiam 3.de crimine falsi, fol. 386.n.7.

D

Cap.Decimam partem 1.de decimis,fol.83 num.1.
Cap.Nouum genus 2.de decimis,fol.87.n. 8.
Cap.Ex multiplici 3.de decimis,fol.99.nu. 12.
Cap.Peruenit 5.cap. Nũcios 6.cap.cum homines 7.de decimis,fol.83.n.1.
Cap.Ex parte 10. de decimis, fol.94. num. 1.
Cap.Licet 11.de decimis,fol.94.n.1.
Cap.Ad audientiam 12.de decimis, fol.95. n.4.
Cap.Quoniam 13.de decimis,fol.94.num. 1.
Cap.Parochianos 14.de decimis, fol.83.n. 1.& 86.n.5.& 6.
Cap.Cum sint homines 18.de decimis, fol. 83.n.1.& 82.n.9.
Cap.Ad Apostolicæ 20.cap.ex parte 21.cap. non est 22.de decimis,fol.83.n.1.
Cap.Ex transmissa 23.de decimis,fol.83.n. 1.& 90.n.12.
Cap.A nobis 24 de decimis fol.83.n.1.
Cap.Tua porro 25.de decimis,fol.83. n.1. & 98.n.8.
Cap. Tua nobis 26. de decimis, fol.83.nu. 1.
Cap.Ex parte tua 27. in principio de decimis conciliatur, cum cap.statuto 2 §.1. eod.tit.in 6 fol.97.n.7.
Cap.Pastoralis 28.vers. Credamus de decimis,fol.92.n.15.
Cap.Dudum 31. de decimis, fol.82.num. 9.
Cap.Cum non sint 33.de decimis, fol.83. n.1.
Cap. 1. De despons. impuber. conciliatur, cum cap.1 eodem titulo, lib.6. fol.105. n.9.
Cap. 1.De diuortijs conciliatur,cum cap.si quis viuente 31.quæst.1.fol.133.nu.10. & cum cap. quicquid 12.31.q.5. in fol. 135.n.12.
Cap. Quæsiuit 2. de diuortijs conciliatur, cum cap.prima idolatria 28.q.1.fol.135 n.12.

INDEX IVRIVM.

Cap. Inter dilectos 8. de donationib. fol. 215 num. 7. & 8.

E

Cap. Nimis antiqua 16. vers. Si quis decedētium, de excesib. Prælator. fol. 58. n. 6.
Cap. Quicumque 1. de Ecclesijs ædificādis, & reparandis, fol. 351. nu. 1. & fol. 352. num. 5. & 357. num. 6.
Cap. Cum dicat Apostolus 2. de Eccles. ædificand. fol. 90. num. 11. & fol. 354. num. 1.
Cap. Ad Audientiam 5. de Eccles. ædificand. fol. 354. num. 1.
Cap. Ad Audientiam 3. de Eccles. ædificand. fol. 270. num. 11.
Cap. De his 4. de Eccles. ædificand. fol. 351. num. 1.
Cap. Tua nobis fin. de Eccles. ædificand. fol. 360. num. 1.
Cap. Propositum 1. de eo, qui duxit in matrimon. &c. fol. 132. num. 9.
Cap. Innotuit, de election. fol. 284. num. 11.
Cap. Cum incunctis 7. de elect. fol. 380. nu. 3.

F

Cap. Licet 3. de Ferijs, fol. 342. num. 7.
Cap. Final. de Ferijs, fol. 333. num. 3.

H

Cap. 1. De homicidio, fol. 370. num. 6.
Cap. Tua nos 19. de homicidio, fol. 383. num. 8
Cap. Petitio 24. de homicidio, fol. 387. numer. 10.

I

Cap. Peruenit 3. de iur. iur. fol. 138. num. 3.
Cap. Tua nos 11. de iur. iur. cap. Grauis 15. de censib. fol. 246. num. 4.
Cap. Perlatū 1. de iure patronatus, fol. 205 num. 1. & fol. 206. num. 2. & fol. 210. numer. 8.
Cap. Quæcumque 2. de iur. patron. fol. 205. num. 1. & 230. num. 1.
Cap. Quoniam 3. de iur. patronat. fol. 205. num. 1. & 230. num. 1. & 3.
Cap. Quod autem 5. vers. fin. de iur. patron. fol. 212. num. 1.
Cap. Quia 6. de iur. patron. fol. 218. num. 1. & 3. fol. 224. num. 1.
Cap. Ex litteris 7. de iur. patronat. fol. 224. num. 1.
Cap. Illud 8. de iur. patronat. fol. 212. num. 1. & 214. num. 5.
Cap. Quærimoniam 9. de iur. patronat. fol. 205. num. 1.
Cap. Cum laici 10. de iur. patronat. fol. 212. num. 1.
Cap. Cura pastorali 11. de iur. patronat. fol. 212. num. 1. & 213. num. 3.
Cap. Si verò 12. cap. eam te 22. de iur. patronat. fol. 230. num. 1.
Cap. Cum sæculum 13. de iur. patronat. fol. 212. num. 1. & 224. num. 1.
Cap. Ex insinuatione 14. de iur. patron. fol. 212. num. 1. & 214. num. 6.
Cap. Consuluit 15. de iur. patronat. fol. 218 num. 1. & 221. n. 8.
Cap. De iure 16. de iur. patronat. fol. 218. n. 1. & 224. num. 1.
Cap. Nullus 17. de iur. patronat. fol. 212. n. 1. & 216. num. 10.
Cap. Consultationibus 19. de iur. patronat. fol. 228. num. 11.
Cap. Suggestum 20. de iure patron. fol. 212. num. 1. & 216. num. 11.
Cap. Relatum 21. cap. præterea 23. de iur. patronat. fol. 218. num. 1. & 224 num. 1.
Cap. Præterea 23. de iur. patronat. fol. 235. num. 5. & fol. 245. num. 3.
Cap. Nobis 25. cap. cum laici 10. fol. 218. n. 1. & 221 num. 8. de iur. patronat.
Cap. Cūm propter 27. de iur. patronat. fol. 230. num. 1. & 3.
Cap. fin. de iur. patronat. fol. 212. num. 1.
Cap. A nobis 25. cap. præterea 28. de iur. patronat. fol. 270. num. 12.
Cap. Cū veniissent, in fin. de in integr. restit. fol. 228. num. 11.
Cap. Quia plerique 8. de Immunitat. Eccles. cum cap. procurationes 23. de censib. fol. 224. num. 11.
Cap. Peruenit 2. de Immun. Eccles. fol. 361. num. 1. & fol. 263. num. 4.
Cap. Non minus 4. de Immunit. Eccles. fol. 361. num. 1.
Cap. Cum Ecclesia Dei 5. fol. 367. nu. 1. de Immunit. Eccles.
Cap. Inter alia 6. de Immun. Eccles. fol. 367 num. 1. & fol. 372. num. 10. & 11.
Cap. Aduersus 7. de Immun. Eccles. fol. 361 num. 1.
Cap. Quia plerique 8. de Immunitat. Eccles.

fol 367. num. 1. & fol. 373. num. 1.
Cap. Ecclesiæ 9 de Immun. Eccles. fol. 267. num. 3.
Cap. In nunit. fin. de Immunit. Eccles. fol. 369 n 5.
Cap. Decernimus 2. de iudicijs, fol. 366. num. 11.

M

Cap. fin. de Magist. fol. 382. num. 8.

N

Cap. 1. cum sequentib. Ne Clerici, vel Monachi fol. 43. n. 3.
Cap. Multa 1. Ne Clerici, vel Monach. fol. 374. num. 1.
Cap. Sacerdotibus 2. Ne Cler. vel Monach. fol. 374. num. 1.
Cap. Non 3. Ne Cler. vel Monach. fol. 377 num. 10. & fol. 378. num. 1. & fol. 382. num. 7.
Cap. Sed nec 4. Ne Cleric. vel Monach. fol. 374. num. 1.
Cap. Clericis 5. Ne Cleric. vel Monach. fol. 384. num. 1.
Cap. Secundum institutа 6. Ne Cleric. vel Monac. fol. 374. num. 1.
Cap Sententiam 9. Ne Cleric. vel Monach. fol. 383. num. 12. & fol. 386. num. 9.
Cap. Super specula 10. Nec Clerie. vel Monach. 377. num. 10. & fol. 378. num. 1. & fol. 382. num. 9.
Cap. 1. & 2. de noui oper. nunt. fol. 352. numer. 3.

O

Cap. Ex litteris 1. de officio iudicis ordin. fol. 378. num. 11.
Cap. 1. de officio ordinar. fol. 385. num. 5.
Cap. Conquærente 16. vers. Quartam decimationum, de offic. iud. ordinis, fol. 62 num. 3.
Cap. Officium 3. vers. Debet, de officio Archipresbyt. fol. 329. num. 7.
Cap. Ex parte 1. de obseruat. ieiun. fol. 338. num. 1.
Cap. Consilium 2. vers. Quod omniũ Apostol. de obseruat. ieiun. fol. 342. num. 8.
Cap. Explicari 3. de obseruat. ieiun. fol. 338. num. 1.
Cap. final, De obseruat. ieiun. fol. 343. num. 10.

P

Cap. Nullus 3, de Parochijs, & alien. Paroch. fol. 73. num. 1.
Cap. Super eo 4. de Parochijs, & alien. Paroch. fol. 77. num. 1. cum sequentibus.
Cap. Placuit 1. de præscriptionib. fol. 81. num. 8.
Cap. Auditis 13. cap. cum olim 18. de præscriptionib. fol. 138. num. 3.
Cap. Ad aures 6. de præscriptionib, fol. 82. num. 9.
Cap. Quia indicante 9. de præscript. fol. 79. num. 5.
Cap. Veniens 19. de præscript. latè discutitur. fol. 75. num. 7. & fol. 76. num. 8.
Cap. Cum olim 4. vers. Præterea, de priuilegijs fol. 5. num. 7.
Cap. Quia circa 22. de priuilegijs, fol. 98. num. 9.
Cap. Vt priuilegio 24 de priuilegijs, fol. 57 num. 5.
Cap. In his 30. de priuileg. fol. 261. num. 6.
Cap. Dudum 31. de priuileg. fol. 99. n. 11.
Cap. In præsentia 8. de probation. fol. 48. num. 5.
Cap. Cum causam 13. de probation. cum cap. plures 54. 16. quæst. 1. fol. 78. num. 4
Cap. Presbyteri 2. de pœnis, fol. 48. num. 4.
Cap. Qui Presbyterum de pœnitentijs, & remissionem. cum cap. Qui Presbyterum 24 quæst. 4. fol. 134. num. 11.
Cap. Significatum 11. de præben. fol. 279. num. 6.
Cap. De Monach. 12. de præbend. fol. 201. num. 7. & 203. num. 11.
Cap. Dilecto 25. de præbend. fol. 222. numer. 9.
Cap. 1. vers. Deprehenderit, de presbyt. non baptiz. fol. 321. num. 3. & 323. num. 6. ad fin. capitis.
Cap. 2. & 3. de presbyter. non bapt. fol. 304 num. 7. & fol. 320. num. 1.
Cap. Apostolicam 2. de Presbyter. non bapt. fol. 323. num 6. cum cap. 1. in fin. eodem titul. & fol. 324. num. 8. & fol. 325. numer. 9.
Cap. Fin. de præsbyt. non bapt. fol. 293. nu. 2. & fol. 294. num. 5. & fol. 325. remissiuè.
Cap. Volens vnicum, de Purificat. post partum, fol. 344. num. 1.
Cap. 1. De postulando, fol. 378. num. 11.
Cap. Ex parte 2. de postulando, fol. 377. n. 9. & fol. 381. n. 6.

INDEX IVRIVM.

Q

Cap. Insinuante 7. qui Clerici, vel vouentes, fol. 110. num. 5. & fol. 172. num. 6.

Cap. fin. Qui Clerici, vel vouentes, fol. 9. n. 5. & fol. 193. num. 7.

R

Cap. Si quis 2. de Regularib. fol. 101. n. 1. & fol. 147. num. 4.

Cap. Super eo 9. de Regularib fol. 109. numer. 1. & 110. nu. 4. Vbi conciliatur, cum cap. ex parte 22. eod. tit. & fol. 179. nu. 9. & fol. 180. num. 12.

Cap. Significatū 11. de Regularib. fol. 101. num. 1. & 105. num. 8.

Cap. Cum virum 12. de Regularib. fol. 101 num. 1.

Cap. Cum simus 14. de Regularib. fol. 101. num. 1. & 107. num. 11. & 108. num. 12. & 13. Vbi conciliatur, cum Authent. C. de Sacrof. Eccles. & cum cap. si qua mulier 19. quæst. 3.

Cap. Licet 18. de Regularib. fol. 109. num. 3. & fol. 140. num 6.

Cap. Consulti sumus 20. de Regularib. fol. 111. num. 6. & 150. num. 4. & 151. num. 5.

Cap. Postulasti 21. de Regularib. fol. 112. num 9.

Cap. Ex parte 22. de Regularib. conciliatur, cum cap. super eo 9. eodem tit. fol. 110. num. 4.

Cap. Statuimus 23. de Regularib. fol. 152. num. 7.

Cap. Super eo 2. de Raptorib. conciliatur, cum cap. in litter. eodem tit. fol. 68. numer. 6.

Cap. In litteris 5. de Raptorib. conciliatur, cum cap. super eo 2. eod. tit. fol. 68. numer. 6.

Cap. Cum causa 6. de Raptorib. fol. 121. numer. 10.

Cap. Cum ordine 6. de Rescriptis, fol. 88. num. 9.

Cap. Nunc autem 1. de Religiosis dom. fol. 182. num. 1.

Cap. Quia Monasterium 2. de Religiosis dom. fol. 183. num. 1. Vide cap. prim. Ne Sede vacante, num. 2. Secundi tomi, & cap. prim. de reb. Eccles. num 7. & capit. interdictos 8. num. 4. de Donationibus, explicatur in secundo tom.

Cap. Ad hæc 4. de Religios. dom. fol. 183. num. 1.

Cap. Inter quatuor 5. de Religios. dom. fol. 360. num. 10.

Cap. Constitutus 6. de Religios. dom. fol. 187. num. 1. & fol. 237. num. 9.

Cap. Cum venerabilis 7. de Religios. dom. fol. 187. num. 1.

Cap. Cum dilectus 8. de Religios. dom. fol. 187. num. 1.

Cap. Ne nimia fin. de Religios. dom. fol. 190 num. 1. & fol. 192. num. 5. & fol. 194. numer. 9.

Cap. Conquærente, de restit. spoliator. fol. 220. num. 5.

Cap. Audiuimus 1. de Reliq. & vener. sanct. fol. 332. num. 1.

Cap. Cum ex eo 2. de Reliq. & vener. sanct. fol. 332. num. 1. & 334. num. 4.

S

Cap. Nos instituta 1. de sepulturis, fol. 55. num. 1.

Cap. Relatum 2. de sepult. fol. 61. num. 1. & 62. num. 4.

Cap. Fraternitatem 3. de sepult. fol. 55. n. 1. & 56. num. 3.

Cap. De his 4. de sepult. fol. 61. num. 1.

Cap. Ex parte 5. de sepult. fol. 55. num. 1. & 57. num 4. & 61. num. 1.

Cap. Cum liberum 6. de sepult. fol. 61. nu. 1. & 64. num. 5.

Cap. De vxore 7. de sepult. fol. 55. num. 1.

Cap. Cum super 8. cap. certificari 9. eod. tit. fol. 55. num. 1.

Cap. In nostra 10. de sepult. fol. 55. num. 1. & 65. num. 3. & 64. nu. 6. & 7. Vbi conciliatur, cum cap. fin. de testament.

Cap. Ex parte 11. cap. sacris 12. de sepult. folio 66. num. 1. & 71. num. 11.

Cap. Paroquiano fin. de sepult. fol. 66. nu. 1. & 68. num. 6. & 69. num. 7.

Cap. Sed hoc 1. cap. Sancto 2. cap. cum dilectus fin. de succesion. ab in test. fol. 47. n. 1. & fol. 49. num. 8. 9. & 10.

Cap. 2. de supplenda negligent. Prælat. fol. 158. num. 95. & 202. num. 9. & 203. numer. 10.

Cap. Commissum de sponsalib. fol. 126. n. 6 & 139. num. 5.

Cap. Fin. de sponsalib. duor. fol. 125. nu. 5.

Cap. Monachi 2. de statu Monachor. fol. 160 num. 1.

Cap. Super quoddā 4. de statu Monach. fol. 168. num. 1.

INDEX IVRIVM.

Cap. Quod Dei 5. de ſtatu Monachor. fol. 174. num. 1. & 178. num. 8. & 199. numer. 6.

Cap. Cum ad Monaſterium 6. de ſtatu Monachor. fol. 143. num. 12. & 168. nu. 1. & 169. num 3.

Cap. De hoc 11. cap. veniens 19. de Simonia, fol. 165. num. 8. & 9. & fol. 166. n. 11. & fol. 172. num. 6. cap. Nemo 14. eod. tit. fol. 222. num. 10.

Cap. De Regularib. 25. de Simonia, folio 162. num. 4.

Cap. Dilectus 30. de Simonia, fol. 162. nu. 5. & 163. num. 6. Vbi conciliatur, cum cap. Inquiſitionis 22. de accuſationibus, & fol. 166. num. 11.

Cap. Sicut 33. de Simon. folio 180. num. 11.

Cap. Quoniam 40. de Simon. folio 163. num. 7.

Cap. Audiuimus 41. de Simonia, Vbi cõciliatur, cum cap. veniens 19. eod. titul. fol. 165. num. 9 cap. ad Apoſtolicam, de Simonia, fol. 359. num. 9.

Cap. Conſulere 38. de Simon. fol. 223. nu. 11.

Cap. Cum Bertholdus, de ſentent. & re iu dic. fol. 226. num. 5.

Cap. 1. De Sacrament. non iterand. fol. 321 num. 4. & 322. nu. 5.

Cap. Presbyter 3. in fin. de Sacramen. non iterand. fol. 322. num. 5.

Cap. Vnicum de Sindico, & actore, folio 377. num. 8.

T

Cap. Quorumdam 1. de teſtament. fol. 2. num. 1. & num. 3.

Cap. Quia 2. de teſtament. fol. 8. n. 1. cum ſeqq. & fol. 43. num. 3.

Cap. Nos quidem 3. de teſtam. fol. 11. n. 1. & 42. num. 1.

Cap. Iudicante 4. de teſtament. fol. 22. numer. 1.

Cap. Filios 5. de teſtament. fol. 11. num. 1. & 42. num. 1.

Cap. Si hæredes 6. de teſtament. folio 42. num. 1.

Cap. In officijs 7. de teſtament. fol. 2. numer. 1.

Cap. Ad hæc 8. de teſtament. folio 40. numer. 6.

Cap. Quia nos 9. de teſtament. folio 2. numer. 1.

Cap. Cum eſſes 10. de teſtament. folio 20. numero 1. & 22. numero 4.

Cap. Relatum 12. verſ. Licèt, de teſtam. fol 6. num. 9. & fol. 20. num. 1.

Cap. Cum tibi 13. de teſtament. folio 22. num. 1. & fol. 23. num. 3.

Cap. Cfi[illegible]ij 14. cap. requiſiſti 15. de teſtament. fol. 29. num. 1. & 3.

Cap. Requiſiſti 15. §. vltimo, de teſtam. fol. 3. num. 4. & 5.

Cap. Raynucius 16. de teſtam. folio 33. num. 1. & ſeqq.

Cap. Tua nobis 17. de teſtament. folio 42 num. 1.

Cap. Raynaldus 18. de teſtament. fol. 33. n. 1. cum num. ſeqq.

Cap. Ioannes 19. de teſtament. folio. 42. num. 1.

Cap. fin. de teſtament. conciliatur, cum cap. 10. de ſepult. fol. 64. num. 7.

Cap. 1. De torneamentis, folio 68. num. 6. in fin.

Cap. 2. De tranſactionibus, folio. 87. numer. 7.

Cap. De cætero 5. de tranſactionibus, fol. 248. num. 6.

Cap. Super eo 7. de tranſactionibus, folio 87. num. 7.

Cap. 2. De translat. Epiſcop. folio 124. numer. 3.

Cap. Venerabile 52. de teſtibus, fol. 334. num. 6.

Cap. De peregrinationis 1. de voto, folio 138. num. 1.

Cap. Venientis 2. de Voto, folio 145. numer. 1.

Cap. Litterarum 3. de Voto, fol. 147. n. 5 & fol. 148. num. 1.

Cap. Scriptuaæ 4. de Voto. fol. 138. nu. 1. & fol. 139. num. 4.

Cap. Non eſt 5. de Voto, fol. 138. numero 1.

Cap. Licet 6. de Voto, fol. 154. num. 1. & fol. 155. num. 4. & 157. num. 7. & 158. nu. 8.

Cap. Magnæ 7. cap. quod ſuper 8. cap. ex multa 9. de Voto, fol. 138. n. 1. & 156. num. 6.

Cap. Per tuas 10. de Voto, fol. 127. num. 9. & fol. 123. num. 1. & fol. 140. nu. 6. & 143. num. 12.

Cap. Quid per nouale 21. de verbor. ſignificat. conciliatur cum leg. Silua, §. noualis, ff. de verb. ſignific. fol. 95. num. 3.

Cap.

INDEX IVRIVM.

Cap. Deus, qui 12. de vita, & honeſtat. Clericor. fol. 179. num. 10. in fin.
Cap. fin. de vita, & honeſtat. Clericor, fol. 232. num. 2. in fin.

Ex ſexto Decretalium.

C

Cap. Vnic. de capellis Monachor. lib. 6. fol. 201. num. 8. & fol. 204. numero 12.
Cap. 2 fœlicis 3. de cenſib. lib. 6. conciliatur, cum cap. 1. §. procurationes, de cēſib. in Decretalib. fol. 241. num. 7.
Cap. 1. de cenſib. lib. 6. conciliatur, cum cap. charitatem §. viſitatores 12. q. 2. fol 241. num. 8.
Cap. 1. §. procurationes, de cenſib. lib. 6. conciliatur, cum cap. 2. & 3. eodem titulo, fol. 241. num. 7. & in verſ. Caueat eiuſdem §. fol. 243. num. 12.

D

Cap. 2. in princip. & §. 1. & §. ſtatuimus, de decimis, lib. 6. fol. 96. num. 5. & fol. 97. in num. 7. conciliatur, cum capit. ex parte 27. eod. tit.
Cap. 1. de Deſponſation. impuberum, lib. 6. conciliatur, cum cap. 1. eod. tit. in Decretalib. fol. 105. num. 9.

E

Cap. Religioſus, de elect. lib. 6. fol. 180. n. 12. in fin.
Cap. vnic. de exceſsibus Prælator. lib. 6. fol. 352. num. 4.

H

Cap. 1. de Homicidio, lib. 6. fol. 371. numero 8.

I

Cap. vnic. de iure patronat. lib. 6. fol. 216. num. 9.

P

Cap. Licèt de Præbendis, lib. 6 & leg. fin. C. ſi per vim, &c. fol. 220. num 5.
Cap. 2. de priuilegijs, lib. 6. folio 382. numero 8.
Cap. Abbates de priuilegijs, lib. 6. fol. 274. num. 4.
Cap. fin. de priuileg. lib 6. fol. 261. num. 6.

R

Cap. Non præſtat, de Regularib. lib. 6. fol. 23. num. 4.
Cap. Non ſolum 2. de Regular. lib. 6. fol. 112. num. 67. & 153. num. 9.
Cap. Beneficij 4. de Regular. lib. 6. folio 112. num. 8. & fol. 153. num. 10.
Cap. Qui poſt 5. de Regular. lib. 6. folio 144. num. 14.
Cap. 1. de Religioſ. dom. lib. 6. fol. 192. num. 4. Vbi exponitur, cum cap. vnic. de voto, lib. 6. & in fol. 192. num. 5. & fol. 194. num. 9. exponitur, cum capit. fin. de Religioſ. dom. in antiquis.

S

Cap. vnic. de ſtatu regularium, lib. 6. folio 163. num. 7. in fin.

T

Cap. fin. de Tempor. Ordinandor. lib. 6. fol. 79. num. 9. & fol. 380. num. 3.

V

Cap. 1. de Voto lib. 6. fol. 150. n. 4. & 192. num. 4.

Ex Clementinis.

I

Clement. Plures, verſ. Vt faciliùs, de iure patronat. fol. 209. num. 6.

INDEX IVRIVM;

N

Cap. fin. No Cleric. vel Monachi, lib. fol. 385. num. 3.

S

Clementina 1. de sepulturis, fol. 71. num. 11.

Clementina dudum, §. verum, de sepult. fol. 65. num. 8.

V

Clementina exiuit, §. cæterum, de verb. significat. fol. 43. num. 4.

Ex Sacra Scripturæ.

Ioannis cap. 4. fol 263. num. 12.

Ioannis cap. 6. vers. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, fol. 305. n. 9.

Lucæ cap. 9. vers. Nemo mittens manum, fol. 153. num. 11.

Lucæ cap. 19. fol. 144. num. 13.

Marci cap. vlt. ibi: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. fol. 301. num. 3.

Matthæi cap. 3. fol. 316. num. 3.

Matthæi cap. 14. fol. 124. num. 3.

Matthæi cap. 18. fol. 21. num. 2.

Matthæi cap. 28. vers. Baptizantes eos, folio 288. num. 2.

Matthei cap. vlt. ibi: Qui crediderit, &c. fol. 301. num 3.

Apocalipsis cap. 5. fol. 317. num. 5.

Exodi cap. 22. fol. 262. num. 9.

Leuitici authoritas, cap. 5. & 20. fol. 346. num. 6.

Leuitici cap. fin. fol. 142. num. 10.

Deutheronomij cap. 6. fol. 336. num. 11.

Sapientiæ cap. 10. vers. Eduxit illum à delicto, fol. 303. num. 5.

Geneſis cap. 17. fol. 347. num. 7.

Paulus ad Corinthios 7. cap. 1. fol. 125. numero 5.

Paulus ad Hæbreos, cap. vlt. fol. 264. n. 10

Paulus ad Galathas, cap 4. fol. 281. num. 4.

Paulus ad Epheſeos, cap. 5. fol. 286. nu. 2.

Paulus ad Romanos, cap. 6. fol. 319. n. 10.

Paulus ad Romanos, cap. 10. vers. Corde creditur, &c. fol. 301. num. 3.

Apoſtolorum Actuum, cap. 1. 2. 8. & 10. folio 290. numer. 9.

Apoſtolorum Can. 46. folio 298. numero 11.

Apoſtolorum Canon. 50. folio 295. numero 6.

Apoſtolorum Canon. 65. cum cap. plac. de conſecration. diſtinct. 3. folio 340. num. 5.

Apoſtolorum, cap. 16. fol. 349 num.

Ex Doctoribus Eccleſiæ.

Matthæi authoritas, C. 17. folio 364. numero 7.

Diui Petri Epiſtola, C. 2. folio 366. numero 12.

Diui Pauli, C. 3. Actuum Apoſtolor. fol. 366. num. 12.

Epiſtola 1. Diui Bernardi, & eius Hiſtoria refertur, fol. 103. num. 4.

Diui Bernardi Epiſtola 340. ad Henricum Archidiaconum latè expenitur, folio 291. num. 10.

Diui Bernardi mirabile factum proponitur, & latè diſcutitur relatum à Gaufido in vita eius in exordio Ciſtercienſi, cap. 16. fol. 336. num. 12.

Ex Concilijs.

Concilium Triburienſe, cap. 15 folio 59. num. 7.

Concilium Triburienſe, cap. 25. fol. 152. num. 6.

Concilium Triburienſe, Can. 31 fol. 342. num. 7.

Concilium Vbormecienſe, cap. 22. folio 104. num. 6.

Concilium Aureolanenſe 4. Can. 4. folio 283. num. 7.

Concilium Illiberytanum, Can. 34. folio 283. num 8.

Concilium Illiberytanum, Canon. 36. fol. 335. num. 8.

Concilium Illiberytanum Can. 38. folio 314. num. 11. & 12.

Concilium Illiberytanum, Can. 77. Incipit: Si quis Diaconus, fol. 313. num. 8.

Concilium Meldenſe, Can. 59. F. 376. n. 5.

Concilium Antiſiodorēſe, Can. 5. fol. 143 num. 11.

Concilium Claremontanum, Can. 18. fol. 376. num. 5.

Concilium Anthiochenum, Can. 11. fol. 376. num. 5.

INDEX IVRIVM,

Concilium Nicænum, can. 9. fol. 297. numer. 9.
Concilium Carthaginense cap. 28. cum cap. non oportet 23. dist. fol. 331. num. 12.
Concilium Mediolanense 3. tit. de Baptis. infant. expositor. fol. 293. num. 3.
Concilium Florentinum 4. in decreto de Sacram. vers. Forma autem, fol. 286. numer. 3.
Concilium Florentinum in Decreto de Sacrament. sine de vnione Armenior. versic. Primum contrarium, fol. 288. num. 6.
Concilium Lateranense cap. 2. de statu Monachor. fol. 174. num. 2.
Concilium Toletanum 11. can. 6. & 7. fol. 388. num. 12.
Canon. 64. Martini Bracarensis, fol. 340. num. 4.
Concilium Tridentinum sess. 25. de regularib. cap. 11. fol 107. num. 10.
Concilium Trident. sess. 25. de regularib. cap. 2 fol. 170. num. 4.
Concilium Trident. sess. 25. de regular. c. 19. fol. 109. num. 3.
Concilium Trident. sess. 25. de reformat. cap. 9 fol. 212. num. 1.
Concilium Trident sess. 15. de reformat. cap. 2. fol. 334. num. 5.
Concilium Trident. de peccato originali, sess. 5. cap. 2. fol. 302. num. 4.

Ex iure Regio.

L. 2. tit. 1. p. 6. fol. 20. num. 3.
L. 2. tit. 4. lib. 1. Recop. fol. 20. num. 3.
L. 30 tit 9. p. 6. fol. 25. num. 8.
L. 15. tit 20. p. 1 fol. 92. num. 15.

Ex Digestis.

A

L. Pomponius 13. §. sed, & legatario, ff. de adquir. possi. fol. 14. num. 5.
L. Pater 14. in princ. ff. ad leg. Falcidiam. fol. 31. num. 8.
L. Falcidiæ 24. §. vlt. ff. ad leg. Falcid. fol. 16. numer. 11.
L. Si res 52. ff. ad S.C. Trebell. fol. 18. numer. 16.
L. Titia. §. Sæia 4. cum l. qui lancem, ff. de auro, & argent. leg. fol. 253. num. 5.

C

L. Vltim. ff. de Castren. pecul. fol. 15. numer. 6.
L. 2. ff de cond. & demonstrat. fol. 24. numer. 6.
L. Si ita 69. ff. de cond. & demonstrat. fol. 25. num. 8.
L. 1. §. 1. ff. de Collegijs illicitis, fol. 194. num. 10.
L. Æde Sacra 73. ff. de cotrahen. empt. fol. 264. num. 3.

D

L. Hæc scriptura, ff. de donat. fol. 53. num. 13.
L. Si mors 13. ff. de donation. inter, fol. 10 num. 9.
L. Cum quis 2. ff. de dot. præleg. fol. 30. num. 6.

F

L. Paulus 39. in princip. ff. de fideicomm. libert, fol. 15. num. 9.
L. Fideicommissaria libertas 46. in princ. ff de fideicommiss. libert. fol. 27. n. 11.
L. Lutius 14. ff. de fideicommiss. libert. folio 28. num. 13.

H

L. Si quis 68. ff. de hæred. instit. fol. 24. numer. 15.

I

L. Cum pater 29. ff. de iur. dot. fol. 31. numer. 7.
L. Stratius 48. §. Cornelio fælici, ff. de iur. fisci, fol. 158. num. 9.

L

L. Planè 34. §. Inde, vers. Planè, ff. de legat. 1. fol. 18. num. 16.
L. Seruum 44. in princip. ff. de legat. 1. fol. 14. num. 6. & in §. 1. fol. 19. num. 18.
L. Senatus 45. §. legatum, ff. de legat. 1. fol. 25. num. 7.

L. Si seruus 50. §. si numerus, ff. de legat. 1 fol. 257. num. 11.
L. Si ita 65. §. 1. ff. de legat. 1. fol. 25. numer. 8.
L. Legato 73. ff. de legat. 1. fol. 256. n. 10.
L. Si sic 75. §. vltim. vers. Proinde, ff. de legat. 1. fol. 19. num. 17. & fol. 28. numer. 13.
L. Si fundus 81. §. 1. ff. de legat. 1. fol. 16. num. 13.
L. Serui, §. vltim. ff. de legat. 1. fol. 17. numer. 14.
L. 1. ff. de legat. 2. fol. 24. num. 6.
L. Mæuius 66. §. fundo, ff. de legat. 2. fol. 17. num. 14.
L. Vnum 67. §. si rem, ff. de legat. 7. folio 16. num. 10.
L. Cum Pater 77. §. euictis, de legat. 2. folio 15. num. 7.
L. Si tibi 86. §. fundus, ff. de legat. 2. folio 16. num. 12.
L. Lucius 88. §. instituto 15. ff. de legat. 2. folio 38. nu. 10.
L. Fideicommissa 11. §. fideicommissum vers. Sic locatum, ff. de legat. 3. fol. 26. num. 9.
L. Fideicommissa 11. §. fideicõmissa, ff. de legat. 3. fol. 27. num. 12.
L. Fideicommissa 11. §. quamquam 7. ff. de legat. 3. fol. 28. num. 13.
L. Vxorem 41. §. schola, ff. de legat. 3. fol. 26. num. 9.
L. Qui habet 101. ff. de legat. 3. fol. 17. numer. 15.

M

L. Sthycus 39. ff. de manumissis testamẽt. fol. 13. num. 4.

O

L. 3. ff. de operibus publicis, fol. 195. numer. 11.

P

L. Hæreditatis 5. ff. de petition. hæreditatis. fol. 10. num. 6.
L. 2 §. voto, ff. de pollicitation. fol. 146. num. 3.
L. 1. & 3. ff. de pollicitation. fol. 268. n. 5.
L. Assiduis 13 ff. de priuilegijs creditor. folio 226. num. 7.

R

L. Fusidius 29. ff. de rebus auctor. iud. possit: Aliàs incipit ausidius, fol. 116. numer. 7.

S

L. Cum dotem 22. §. Pater, ff. solut. matrim. fol. 31. num. 7.
L. Qui dotem 46. ff. solut. matrim. fol. 32. num. 10.
L. Prætor 3. §. Diuus, ff. de sepulchro violato, fol. 60. num. 8. in fine.
L. Qui res §. Aream, ff. de solutionib. fol. 265. num. 5.

V

L. Properandum 88. versic. Non idem, ff de verbor. signific. fol. 14. num. 4.
L. Stychus 36. ff. de vsufruct. legat. fol. 15. num. 8.
L. Centesimæ, §. vlt. ff. de verbor. obligat. fol. 26. num. 10.
L. Quodcumque 45. §. fin. ff. de verbor. obligat. fol. 26. num. 10.
L. Sylua, §. Noualis. de verborum signif. conciliatur cum capit. quid per nouale 21. de verbor. signific. folio 95. nu. 3.
L. Inter stipulantem, §. Sacram, in fin. ff. de verbor. oblig. fol. 265. n. 5.

Ex Iustinianeo Codice.

A

L. Iubemus, C. Ad S.C. Trebel. folio 41. num. 16.

E

L. Si quis Presbyter, C. de Episcopis Audientia, fol. 49. num. 6.
L. Fin. C. de exactoribus tributorum, fol. 363. num. 5.
L. De his 113. C. de Episc. & Cleric. folio 363. num. 5.
L. Cum Clericis, C. de Episcop. & Cleric. fol. 365. num. 10.

INDEX IVRIVM,

L. Omnes, C. de Epiſc. & Cler. fol. 365. num. 10.

F

L. Cum proponas 8. C. de fideicommiſſ. libert. fol. 28. num. 13.

H

L. 2. C. de hæreticis in Codice Theodoſiano, fol. 71. num. 10.

I

L. Si pater puellæ, C. de inoffic. teſtament. fol. 39. num. 14.
L. Si quando 35 §. fin. C. de inoffic. teſtament. fol. 29. num. 4.
L. 1. C. de indictionib. lib. 10. fol. 363. numer. 5.

S

L. 2. C. de Sacroſanct. Eccleſ. fol. 60. nu. 8. in fin.
Authentica. Si qua mulier, C. de Sacroſanct. Eccleſ. conciliatur, cum cap. cum ſimus, de regularib. fol. 107. nu. 11. & fol. 108. num. 12. & 13.
L. 5. C. de Sacroſanct. Eccleſ. fol. 234. n. 4.
L. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, fol. 220 num. 5.

T

L. Hac conſultiſsima, C. de teſtamentis, fol. 20. num. 3.

V

L. Vnica, C. de vſucap. transform. fol. 38. num. 12.

Ex Authenticis, & Nouellis.

Authentica, ſi qua mulier. C. de Sacroſan. Eccleſ. cõciliatur, cum cap. cum ſimus, de regularib. fol. 107. num. 11. & folio 108. num. 12. & 13.
Authentica de Eccleſiaſt. titul. §. ſi quis in ſua Dom. fol. 261. num. 7.
Authentica, vt in priuatis domibus, folio 261. num. 7.
Authentic. vt Clerici apud propriosEpiſco pos. fol. 365. num. 10.
Authentic. de mandatis Principum, §. ſed nec. verſ. Nec autem, fol. 371. num. 9.

Ex Inſtitutionum iure.

§. Sed cum paulatim, inſtituta de teſtam. fol. 20. num. 3.
§. Item, lex Iulia, inſtituta de publicis iudicijs, fol. 385. num. 5.

IN-

INDEX RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A

Abbatisa testari non potest, etiam si numquam habitum Monachalem induisset, fol. 8. num. 1.

Abstinendum est, non solum à malo, sed etiam ab omni specie mali, fol. 165. nu. 9. in fin.

Absolutio est actus iurisdictionalis non verò baptismus, nisi solemnis sit, folio 311. num. 3.

Actio maiorum nostrorum nostra debet esse instructio, fol. 55. num. 2.

Actus factus tempore inhabili, si ad habile postea referatur an valeat, & è contra fol. 58. num. 6.

Actus qui commodè ad certitudinem reduci potest semper est reducendus, fol. 92. num. 16 in fin.

Accusatio, & inquisitio, in quo differunt, fol. 162. num. 5.

Actio omnis Christi est nostra instructio, fol. 263. num. 1.

Accusatio semel de vna causa facta iterum intentari non potest. fol. 284. num. 12.

Adulterium, & contrahendi fides simul an desiderentur ad impediendum, & dirimendum secundum matrimon. ex tali fide contractum, fol. 132. num. 9.

Aduocationis officium Monachi ne Canonici Regulares exercere possunt, nisi Prælati licentia præcedat fol. 374. n. 1

Aduocationis officium inter ea officia numeratur, quæ læcularia sunt, fol. 375. num. 2.

Adulterium pœna sanguinis punitur, fol. 385. num. 5.

Altari ammoto, vel lapide continente sigillum re consecrabitur Altare, non autem Ecclesia, fol. 259. num. 1.

Altare per enormem læsionē amittit eius formam, fol. 260. num. 2.

Altare est duplex, aliud stabile, seu fixum, aliud verò portatile, fol. 260. num. 4.

Altaria quare lapidea esse debent, fol 262. num. 9.

Altaria in lege vetere lignea, aliquādo aurea, aliquādo terrena erant fol. 262. n. 9

Altaris consecratio differt ab Ecclesiæ cōsecratione, fol. 260. num. 2.

Altare, nec Ecclesia consecratur corruente tecto parietibus illæsis, & mensa altaris non enormiter facta, fol. 263. n. 1.

Altare, vel Ecclesia semel Deo consecratū non debet iterum consecrari, nisi fuerit execratum, fol. 264. num. 2.

Allegans contraria non est audiendus, nisi sub conditione fiant, fol. 189. num. 6.

Ambitionis vitium præcipuè personis Ecclesiasticis est prohibitum fol. 218. n. 2

Annus probationis ad Religionē ad quid fuerit statu, & quare ante professionē, quis ad sæculum redire potest, fol. 109. num. 2.

Annus datur Religionis & ingressu in eā, vt approbetur, & deliberetur, fol. 109. num. 2.

Appellari non potest, nec corpus sepeliatur, fol. 57. num. 4.

Apostoli quare olim nomine Christi baptizabant, & quo tempore, fol. 290. n. 9.

Apostolorum Canones an sint referendi ad ius diuinum, fol. 295. num. 7.

Apostolicum priuilegium aliquid operari debet, fol. 355. num. 3.

Aqua fluens ex corpore Christi pendentis in Cruce fuit pura miraculosè egrediēs ab eius corpore ad salutem animarum, fol. 317. num. 6.

Aquæ quantitas, quæ sufficiat ad Baptismum fol. 318. num. 8.

Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates, fol 24. num. 10.

Argumentum valet de matrimonio carnali ad spirituale, fol. 310. num. 2.

Assasini Immunitate Ecclesiastica non gaudent, fol. 371. num. 8.

Assasini, qui dicantur, fol. 381. num. 8.

Attendendum est id, quod principaliter agitur non verò quod per consequentiam venit, fol. 224. num. 2.

Auctoritas, & consensus quando requiritur in ipso actu nō sufficit quod ex post facto interueniat, fol. 216. num. 11.

INDEX RERVM.

B

Baptizare, chrismare, & confecrare eodem iure cenſentur, fol. 182. num. 2.

Baptizatus non eſt ille, & ſi emerſus ter ſit in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſi non dicatur, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, fol. 275. num. 1.

Baptiſmus perſuam formam verbis Euãgelicis conſecratur, fol. 286. num. 2.

Baptiſmi cauſa eſt duplex vna principalis, altera inſtrumentalis, fol. 286. numero 2.

Baptiſmus conficitur etiam ſi pro nomen ego defficiat, ſed Latine ſi abſque eo baptizauerint peccabunt veniaſiter, & ſi more græco fecerint læthale reatum committunt, fol 288. num. 5.

Baptiſmi forma more græco qualis ſit, folio 286. num. 3.

Baptiſmus deſiuerat pro nomen te, folio 288. num. 6.

Baptizari, qui poteſt, ſi dubitetur probabiliter an ſit baptizatus, & tunc ſub hac forma. Si baptizatus non te baptizo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, fol. 292. num. 1.

Baptiſmus vnum eſt non ſolum vnitate ſpecifica, ſed etiam vnitate numerica, fol. 293. num. 2.

Baptiſmus eſt in triplici differentia: fluminis, flamminis, & ſanguinis, & in quo differant, fol. 296. num. 8.

Baptiſmus factus ſolo brachio, pede, aut digito an ſit reiterandus, fol. 297. num. 10.

Baptiſmi Sacramentum vtiliter confertur paruulis, licet non credant, nec intelligant, & remittitur peccatum origin. fo. 300. num. 1.

Baptiſmus eſt neceſſarius de neceſsitate medij ad ſalutem fol. 305. num. 9.

Baptiſmus tollit peccatum originale, & actuale, fol. 306. num. 12.

Baptiſmus licet tollat peccatum, non tamen tollit fomitem, ſeu concupiſcentiam ad peccandum, folio 307. numero 14.

Baptiſmus tollit omnem pænam diuinã, non vero humanam, fol. 308. num. 16. & 307. num. 15.

Baptiſmus quando dormienti, vel furioſo poſsit conferri, fol. 308. num. 17.

Baptiſmus metu collatus an valeat, folio 309. num. 18.

Baptiſmum priuatum vrgenti neceſsitate quilibet poterit exercere, folio 312. num. 7.

Baptiſmus, niſi ſolemnis ſit non eſt actus iuriſdictionalis, fol. 311. num. 3.

Baptiſmi Sarcamentum non eſt, vbi deeſt verbum, vel elementum, fol. 315. numer. 1.

Baptiſmi materia proxima, vel remota qualis ſit, fol. 316. nu. 2.

Baptiſmus Chriſti, & Baptiſmus Ioannis in quo differant, fol. 316. n. 3.

Baptiſmus habet vim illuminationis, fol. 317. n. 5.

Baptiſmus in vino, & oleo, quare non poſsit fieri, ſed ſolum in aqua, fol. 317. num. 7.

Baptiſmus an valeat ſi quis cum legitima forma, & intentione infantem proximum morte in flumen, vel in puteum proiecerit, fol. 319. nu. 10.

Baptiſmus ſignificat mortem, & Reſurrectionem Chriſti, fol. 319. n. 10.

Baptiſmus an valeat ſi aqua tãtum tangat veſtem, vel ſi homo ſit invtero, fol. 318 nu. 9.

Baptiſmus eſt ianua omnium Sacramentorum, fol. 321. nu. 2.

Baptizati expoſiti poſſunt ab Sacros Ordines ſine vlla diſpẽſatione promoueri, fol. 321. n. 3.

Baptizare ſolemniter Parocho competit, fo. 311. num. 3.

Baptizare ſeipſum, nemo poteſt etiam inſtante neceſsitatis articulo, fol. 310. num. 1.

Baptizans, & rebaptizatus quibus pœnis puniuntur, fol. 298. num. 11.

Beatarum ſtatus cum votis ſimplicibus non eſt vera Religio, fol. 193. n. 8.

Beneficia Parochialia, & ſimplicia in quo differunt. fol. 179. n. 9.

Beneficia Eccleſiaſtica ſine inſtitutione canonica obtineri non poſſunt, fol. 213 nu. 3.

Beneficium habens in Eccleſia tenetur cõtribuere ad ipſius reparationem, folio 351. n. 1.

Beneficium quod quis ademptus eſt non amittit, niſi grauiſsima culpa interueniat, fol. 357. n. 5.

Bona propria Clericus dare poteſt cui voluerit, ſi decedat inteſtatus ſuccedit Eccleſia, fol. 47. n. 1.

Bona reſtitutioni ſubiecta, an propter crimen

men posidentis confiscari possint, fol. 158.n.9.

C

Canonicus Regularis potest præfici Ecclesiæ parochiali, etiam sæculari, sed debet habere socium sui Ordinis, si commodè fieri potest, fol.174.num.1.
Cathedraticum quid sit latè discutitur, fol.236.n.6.
Cathedraticum Episcopo debetur nulla consuetudine, vel præscriptione obstãte, fol.237.n.8.
Canonicæ horæ quare sic appellentur, folio 273.n.2.
Canones Apostolorum, an sint referendi ad ius diuinum, fol.295.num.7.
Canonicatio Sanctorum à Pontifice facta Sancta, & quasi diuina inspiratione habetur, fol.335.num 9.
Canonici regulares Monachi sunt, & à Monachorum consortio, non putantur seiuncti, fol.355.num.2.
Canonici regulares professionem Monachor. ferè in omnibus omittunt, folio 355.num.2.
Canonici sæculares, & regulares, simul sociari non debet, fol.356.num.4.
Canonici regulares, nec Monachi officium aduocationis exercere, non possunt sine Prælati licentia, folio 374 numero 1.
Canonica lex, & ciuilis, ad diuersum finem tendunt, fol.381.num.5.
Caroli Quinti notabile factum refertur, fol.365.num.9.
Character per Baptismum imprimitur in anima indelebiles, fol. 293.num.2.
Charitas benè ordinata debet à seipso incipere, fol.220.num.6.
Census, & nouos Prælati Ecclesiastici Ecclesijs, imponere non debent, fol. 244. num. 1.
Census impositio est, quædam iurium Ecclesiæ alienatio, & seruitutis impositio, folio 244.num.2.
Census à Prælatis dupliciter Ecclesijs, imponi potest in perpetuum; scilicèt, vel ad tempus, fol.245.num.3.
Censum nouum Episcopus Mensa suæ, etiam ex iusta causa imponere non potest, fol.249.num.7.
Celebratio Missæ Latinæ differt à celebratione Græcæ, fol.280.num.2.
Celebrare, quando permittitur in carceribus, vel priuatis domibus, folio 261. num. 6.
Certum magis in re dubia ad salutem animarum est sequendum, folio 293.numero 2.
rta, quæ sunt rerum natura non suspenduntur, licet apud nos certa sint, folio 293.num.2.
Circumcisio ad quid fuit instituta, folio 348.num.8.
Circumcisio an sit perpetua, an temporalis folio 347.num.7.
Clerici, & Episcopi testari non possunt de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, secus de patrimonialibus fo 2.num.1.
Clerici sunt Domini fructuum beneficiorum, & quomodo hoc intelligatur fol. 2.num.2.
Clerici ex Ecclesiæ consuetudine in Hispania, de omnibus bonis, hodie testari possunt, fol. 6.num.9.
Clerici, vel Monachi, an possint esse executores testamentorum, fol. 31. numero 3.
Clericus dare potest bona propria cui voluerit, sed si decedat intestatus, & non habeat consanguineos succedit Ecclesia fol.47.n.1.
Clerico intestato decedente, quomodo in suis bonis succedat Ecclesia, vel consanguinei, fol 47.n.2.
Clericus Ecclesiam non habens si intestatus decedat an eius bona ad Episcopum, vel Pontificem pertineant, folio 49.num.7.
Clerici quare ab omni strepitu temporali cessare debent, fol.273.num.2.
Clericus græcè dicitur, latinè vero sors appellatur, fol.273.num.2.
Clericus per seipsum, non per alium debet horas Canonicas recitare, fol.274. numer.3.
Clericus an post recitationem diuinorum possit rurale opus, hoc est, venationem exercere, fol.276.num.10.
Clericorum immunitas an proueniat de iure diuino, an verò positiuo, fol.363. num.6.
Clerici, vel Monachi, nec leges audire, nec docere debent, fol.379.num.1.
Clericorum officium est orare, & precibus lachrymas effundere pro hominum peccatis, fol.379.num.2.
Clericus nec dictare, nec pro ferre sententiam sanguinis debet, fol.384.numer.1.
Compensando animo non videtur debitor

legando aliquid ſimpliciter creditori donare, fol. 29. num. 1.
Communicatio viuis prohibita defunctis, etiam prohibita cenſetur, folio 66. numero 2.
Commutatio, vel compenſatio in ſpiritualibus rebus periculoſa eſt, folio 141. num. 9.
Communio, & ſocietas frequenter diſcordiam pariunt, fol. 206. num. 3.
Communio alia eſt voluntaria, alia verò neceſſaria, fol. 266. num. 3.
Conſuetudo contraria iuri diuino, non admittitur, fol. 20. num. 2.
Conditio, ſi hæres voluerit, differt ab illa, cum hæres voluerit, fol. 26. num. 9.
Conditio neceſſaria non inducit actū conditionalem fol. 36. num. 6.
Conſanguineis deficientibus, vſque ad decimum gradum, ſi quis inteſtatus decedat ad Fiſcum ſucceſsio pertinet, fol. 47. num. 2.
Confeſsio partis altera præſente, an ſit plena probatio, fol. 54. num. 14.
Coniugatus, quomodo conſentiente vxore poſsit ſacros ordines ſuſcipere, folio 120. num. 9.
Coniugatus, vt Religionem profiteatur, ſi vxor eſt iuuenis illa, etiam debet Religionem profiteri, ſi verò ſenex votum ſolemne caſtitatis emittere, folio 119. num. 8.
Connatus in iure noſtro, ſine opere ſubſecuto in iure noſtro non punitur, folio 133. num. 10. in fine.
Connatus contra vnum, ſi in alium dederit punitur, fol. 132. num. 9.
Contrahendi fides ſimul, & adulterium, an deſiderentur ad impediendum, & dirimendum ſecundum matrimonium, ex prima fide celebratum, folio 132. numero 9.
Coniuges ſeparantur propter adulterium, vel infidelitatem, fol. 122. num. 12.
Confiſcari vtrum poſsint bona reſtitutioni ſubiecta propter crimen poſſidentis, fol. 158. num. 9.
Conſultius verbum, an neceſsitatem, vel conſilium importet, folio 166. numero 19.
Conditio contra ſubſtantiam actus violat actum, fol. 172. num. 6.
Conſecratio Baſilicæ, ſi dubitatur in cuius Dioeceſi ſit facienda ille Epiſcopus conſecrauit, qui prius in illa Epiſcopalia exercebat, fol. 182. num. 1.
Contraria allegans, non eſt audiendus, niſi dicant ſub condictione, fol. 189. numero 6.
Conſilium qui debet petere, cum petat non tenetur illud ſequi, fol. 201. numero 17.
Conſenſus, & authoritas, quando requiruntur in ipſo actu non ſufficit quod ex poſt facto interueniat, fol. 216. numero 11.
Cor ſi non orat; in vanum lingua laborat, fol. 273. num. 2.
Conſecratio Eccleſiæ, vel Altaris inter ſe differunt, fol. 260. num. 2.
Cognitio maiorum negotiorum tantum ad Pontif. expectat, fol. 332. n. 2.
Conſecratio Eccleſiæ conſiſtit non intecto, ſed in parietibus, in quibus fuerint cruces, & vnctiones, fol. 264 num. 2.
Collegia, cuius authoritate erigi poterūt, fol. 194. num. 10.
Conſecrari non debet Eccleſia, niſi prius dos aſsignata fuerit, nec Epiſcopus crucem figere, lapidemque primum ponere, & ſi hoc factum ſit tenetur ad ipſius dotationem, fol. 267. n. 1.
Collegio, quod nondum eſt, priuilegium non confertur, fol. 154. n. 1.
Conſecrare Eccleſiam, qui iuſsit eam dotare compellitur, & ſimiliter hæredes ad id compelluntur, folio 269. numero 7.
Colonus nomine Domini ciuiliter poſsidet, proprio autem naturaliter tantum, fol. 227. num. 9.
Confeſſus ſemper mitius punitur, folio 284. num. 11.
Collegio, quod nondum eſt erectum poſſunt beneficia ſimplicia vniri, fol. 357. num. 6.
Confugiens reus criminis ad Eccleſiam, non eſt ab ea extrahendus, nec damnandus ad mortem, niſi in caſibus ibi expreſsis fol. 367. num. 1.
Correctio iurium admittenda non eſt, fol. 163. num. 7. in fine.
Creditor legatum agneſcens animo compenſandi a debito repellitur, fol. 29. numero 2.
Creditore volente aliud pro alio ei ſolui poteſt, fol. 138. num. 2.
Creditori invito aliud pro alio ſolui non poteſt, fol. 141. num. 8.
Chriſtianorum genera duo ſunt, Clerici, & laici fol. 273. num. 2.
Chriſtus Dominus non a ſeipſo, ſed Ioanne voluit baptizari, folio 310. numero 2.

Chrisma, & Eucharistia debent fideliter sub clauibus custodiri & contraria facientes sunt puniendi, folio 326. numero 1.

Chrisma, & Eucharistiam solemnitèr non custodientes, quibus pœnis puniantur, fol. 327. num. 2.

Crimina morte delinquentium finiuntur, fol. 67. num. 3.

D

Debitor creditori legando, non censetur compensandi animo id facere, folio 29. num. 1.

Defunctus est sepeliẽdus in sepulchro suorum maiorum, vel vbi elegit, quod si non habet, nec sepulturam elegit in sua Ecclesia Parochiali sepeliendus est in qua viuus Ecclesiastica percipit Sacramenta, fol. 55. num. 1.

Decenti in excommunicatione sepultura non datur, nisi in articulo mortis fuerit absolutus, & si de facto sepeliatur ex humari debet, fol. 66. num. 1.

Deuotio paterna filium suum Religioni offerendo illum Monachum, non facit, nisi voluntas filij, vel ratihabitio interueniat fol. 102. num. 3.

Deus semper accipit id opus, quod sibi gratius fit fol. 140. num. 6.

Dedicatio Ecclesiæ, quare sola Episcopi authoritate fieri possit, folio 184. numero 2.

Deus, & Ecclesia facilius se agit cum nobis, quam homo fol. 255. num. 7.

Deficiens aliquid de substantia eius, quod exigitur nihil actum est, folio 286. numero 2.

Defectus vnius quando plura requiruntur ad substantiã actus facit totum deficere, fol. 316. num. 2.

Delicta non debent manere impunita, nec priuilegium Ecclesiæ debet esse causa delinquendi, fol. 368. num. 3.

Decimæ non possunt à laicis sine animarum periculo detineri, fol. 94. numero 2.

Decimæ Ecclesiarum olim in quatuor partes diuidebantur, & cum onere reparationis Ecclesiæ concedebantur, fol. 352 num. 5.

Decimam quarta, an verò tertia pars fabricæ debeatur fol. 359. num. 7.

Decimæ absoluendæ sunt integrè sine expensarum dedutione, de omnibus fructibus Ministris Ecclesiæ, aliàs non soluentes variis pœnis puniuntur, fol. 83. num. 1.

Decimæ quare Clericis debeantur, fol. 84. num. 2.

Decimæ quare non deductis expensis debeant solui, fol. 84. num. 2.

Decimarum solutionis præceptum, an sit ceremoniale, fol. 85. num. 3.

Decimarum obligatio tollitur priuilegio prescriptione, aut consuetudine, & quo modo intelligatur, fol. 85. num. 4.

Decimæ dupliciter conferri possunt; congruæ sustentationis, vel quoad quotam fol. 85. num. 4.

Decimæ debentur Ministris Ecclesiæ insignum subiectionis, etiam si aliunde habent, vnde sustentari valeant, fol. 86. num. 6.

Decimæ an ex turpi lucro etiam debeantur fol. 90. num. 12.

Decima, seu redecima duplex an debeatur, & quomodo intelligatur fol. 91. num. 14.

Decimæ sunt aliæ personales & aliæ prediales, & in quo differant, fol. 91. num. 16.

Diuinum ius immutabile est, fol. 2. num. 4 & fol. 85. num. 4.

Dictio, Si & dictio cum, in quo differant, fol 26. num. 10.

Dispositio per viam testamenti facilius admittitur, quam per viam contractus folio 5. num. 8.

Dignus est mercenarius mercede sua fol. 61. num. 2. & fol 276. num. 10.

Dispensatio in his, quæ iuris diuini, vel naturalis sunt non admittitur, fol. 114. num. 13.

Discordiæ frequenter excommunioni, & societate oriuntur, folio 206. numero 3.

Discordia patronorum in præsentando ad Regimen Ecclesiæ, & curam Parochorum multæ in offensam Dei excitat, nã cessatur in Ecclesia, a Diuinis Officijs, tolluntur reliquiæ & clauduntur portæ, dumtamen aliter sine scandalo Ecclesiæ prouideri non potest, folio 206. num. 3.

Dignum magis trahit ad se minus dignũ, fol. 227. num. 8.

Discretio debet esse inter baptizantem, & baptizatum, fol. 330. num. 2.

Diaconus ex permissione Episcopi poterit solemniter baptizare, fol. 313. numero 6.

Diaconus absente presbytero, an licet Viaticum in firmis ministrare, fol. 330. numer. 10.

Diœceses sunt distinctæ, vt sic quilibet Episcopus habeat curam suorum subditorum aliàs Ecclesiasticus ordo confunderetur, fol. 73. num. 2. & 183. numero 4.

Diœcesum limites præscriptionem non recipiunt, fol. 77. num. 1.

Diœcesum fines, & limites ob publicam vtilitatem distincti sunt, nec præscriptionem recipiunt, nec cum publico incommodo inter Prælatos bis, & confusio oriatur, fol. 77. num. 1. & 2.

Diœcesum, & Parochiarum contentio esse non potest, cum diuisio illa à iure diuino proueniat, & quomodo id intelligatur, fol. 78. nu. 3.

Donatio semel perfecta temere reuocari non potest, fol. 103. num. 4.

Donatio libertatis sub modo, si Religionem profiteatur, an sit simonia, fol. 167 num. 12.

Dominus is semper præsumitur, qui possidet, fol. 182. num. 2.

Dotis causa frequenter pia censetur, folio 256. num. 8.

Dos Ecclesiæ assignari debet ad eius sustentationem Sacerdotis, & custodiunt, fol. 267. num. 2.

Donatio latè est interpretanda, fol. 256. num. 91.

Donatio cum sit contractus requirit personam, cui adquiratur obligatio, fol. 357. num. 6.

Domini non debent suprà modum sæuire in seruos suos, fol. 368. num. 2.

Dominus inuitus, non compellitur rem suam vendere, fol. 12. n. 2.

Domus legata, etiam hortũ in legato continetur. si coniunctum est, secus si paratum, fol. 38. num. 9.

E

Ea, quæ contra ius fiunt debent pro infectis haberi, fol. 362. n. 2.

Ebrius, furioso, & dormienti in delictis, quandoque æquiparatur, fol. 327. numero 3.

Ecclesia Clerico vxoris est; siquidem cum ea spirituale coniugium contraxit, fol. 47. num. 2.

Ecclesia in successione Clerici intestati Fisco præfertur, fol. 47. num. 2.

Ecclesia, an vxori, an verò vxor Ecclesiæ abintestatu in successione Clerici præferatur, fol. 49. n. 6.

Ecclesia illa apud quam quis fuerit sepultus tenetur Canonicam portionem eorum, quæ defunctus pro anima sua reliquit Parochiali Ecclesiæ traddere in qua domicilium ipse defunctus habebat, fol. 61. num. 1.

Ecclesiæ Ministris decimæ debentur ad suam sustentationem, & in signum subiectionis. Vndè, & si aliundè habeant vnde sustentari valeant, tamen decimæ eis soluentur, fol. 86. n. 6.

Ecclesiasticus Iudex potest compellere laicum hæredem ad executionem voti vltramarini per excommunicationem, & bonorum subtractionẽ, ad quod se obligauit pro defuncto, fol. 154. n. 1.

Ecclesia sita in Diœcesi Episcopi tenetur, sibi in Episcopalibus respondere, nisi appareant legitima remissa, & potest Episcopus remittendo Episcopalia censum, sibi retinere, fol. 187. num. 1.

Ecclesiæ ad Monachos dupliciter pertinere possunt, fol. 197. n. 3.

Ecclesia, si propter discordiam Patronorum caret Administratore cessatur in Ecclesia à Diuinis, tolluntur reliquiæ, & Hostia clauduntur, & hoc si aliter sine scandalo Ecclesiæ prouideri non potest, fol. 205. num. 1.

Ecclesia est indiuisibilis, quæ cum sit spõsa Dei alium, quam Sacerdotem sponsum habere non potest, fol. 206. numero 2.

Ecclesiæ omnes, quæ sunt sub territorio Episcopi, sub sunt eius administrationi, & Curæ fol. 212. num. 2. in fine.

Ecclesiæ, & sacrę res nullius dominij sunt, fol. 213. num. 3.

Ecclesiæ, verbum multoties significat, ius patronat. fol. 221. num. 8.

Ecclesiæ fundatæ debet pro dote tribui Mansus liber, à quolibet seruitio temporali, ad Ecclesiasticum tamẽ tenetur; sed si aliquid confertur vltra Mansum tenetur Ecclesia soluere ex eo onera cõsueta. fol. 232. num. 1.

Ecclesia à censu reali antiquè posito non liberatur, fol. 234. num. 4.

Ecclesia nihil debet recipere, cum augmẽto lucri causa, fol. 242. num. 10.

Ecclesia, & Deus facilius se agit cum nobis, quam homo, fol. 255. num. 7.

Ecclesiæ, & Altaris conteeratio inter se differunt, fol. 269. num. 2.

Ecclesia, nec Altare consecratur corruente tecto parietibus illæsis, & Mensa Altaris non enormiter fracta, fol. 263. numero 1.

Ecclesiæ consecratio non fit in tecto, sed in parietibus vbi cruces finguntur, & ponuntur iunctiones, fol. 264. num. 2.

Ecclesia, vel Altare semel Deo dicatũ, non debet iterum consecrari, nisi fuerit execrata, fol. 264. num. 2.

Ecclesia non debet cõsecrari, nisi dos assignata fuerit, fol. 267. num. 1.

Ecclesiæ dos assignari debet ad sustentationem Sacerdotis, & ad luminaria, & eius custodes, fol. 267. num. 2.

Ecclesiam consecrare, quis iussit eam dotare compellitur, vel hæredes eius, fol. 269. num. 7.

Ecclesia cum consecratur debet in ea Missa celebrari die Dominico, & quibus solemnitatibus, fol. 271. num. 13.

Ecclesiæ reparatio competit ei, qui in ea beneficium habet, fol. 351. n. 1.

Ecclesiæ reparatio, cui primo, & principaliter competat, & quo ordine debeatur, fol. 357. num. 6.

Ecclesia sæcularis sine præiudicio Clericorum ad statum regularem potest reparari, & Collegio, quod nondum est, priuilegium non confertur, folio 354. num. 1.

Ecclesia, Ecclesiasticæque personæ quare sint immunes à tributis laicorum, folio 362. num. 2.

Ecclesiarum immunitas, an proueniat à iure diuino, an à positiuo, folio 368. numero 2.

Ecclesia Dei domus orationis est, non spelunca latronum, fol. 369. num. 4.

Ecclesiastica immunitas renuntiari non potest, fol. 373 num. 13.

Ecclesiæ Ministri pacem, & mansuetudinem in se semper habere debent, folio 384. num 2.

Electio sepulturæ fieri potest, vt quis sepeliatur vbi voluerit, fol. 55. num. 1. & fol. 57. num. 4.

Enuntiatiua verba inducunt dispositionẽ, & quid, & in quo differant a dispositiuis, fol. 52. num. 12.

Episcopi, & Clerici testari non possunt de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, secus de patrimonialibus, fol. 2. num. 1.

Episcopus potest compellere executores testamentarios, vt bona fideliter expendant in pios vsus secundum voluntatem testatoris, quãtũvis hoc testator ei prohibuerit, fol. 42. num. 1.

Episcopo competit, vt in eius Diœcesi peccata euitentur, fol. 43. num. 2.

Episcopus Parochianum alterius, sine eius licentia ordinare non potest, sic nec iudicare, fol. 73. num. 1. & 2.

Episcopus proprius, quis dicatur, fol. 73. numero 2.

Episcopus vnusquisque debet habere curam suorum subditorum, non verò in alienis se intromittere, aliàs Ecclesiasticus ordo confunderetur, folio 73. numero 2.

Episcopus, qui alienum Parochiarum (hoc est alterius Diœcesis) ordinauit qua pœna puniatur, & ordinatus ab eo, an verè sit ordinatus, & qua pœna etiam puniatur, fol. 73. num. 3.

Episcopalis status excelẽtior, & perfectior est Monachali, fol. 127. num. 9. & 140. num. 6.

Episcopi in terris, quoad commutationẽ quorundam votorũ vicem Dei gerunt, fol. 138. num. 2.

Episcopi in locum Apostolorum successerunt, fol. 138. num. 2.

Episcopi olim Summi Pontifices appellabantur, fol. 143. num. 12.

Episcopalis, quasi possessio vnius iuris, etiam in cæteris iuribus Episcopalibus præsumitur, fol. 182. num. 2.

Episcopus in omni sua Diœcesi, quoad iura Episcopalia habet fundatam suam iurisdictionem & intentionem, & sufficit probare Ecclesias esse in sua Diœcesi, fol. 187. num. 2.

Episcopus potest conferre aliqua priuilegia, fol. 188. num. 4.

Episcopi iure antiquo poterant Religiones confirmare, secus hodie, folio 191. num. 3.

Episcopus Diœcesanus potest instituere, & destituere ad beneficium, & sublum hoc ius ad eum pertinet, folio 196. numero 2.

Episcopus solus Sacerdotibus honorem dare potest, auferre autem solus non potest merito, nec eos deponere, secus in destitutione beneficij, folio 201. numero 8.

Episcopi sunt Pastores animarum, & tenentur earum rationem reddere Deo, fol. 239. num. 2.

Episcopi, & alij Prælati Ecclesiastici Ecclesij nouos census imponere non debent, fol. 244. num. 1.

Episcopus non potest alienare Ecclesiam, nec

nec eius bona sine debita solemnitate, fol. 244. num. 2.
Episcopus censum nouum mensæ suę, etiã ex iusta causæ imponere non potest, folio 249. num. 7.
Episcopus consecrationis tempore, nihil debet exigere, fol. 268. num. 6.
Episcopus statum Ecclesiæ, & Clericorũ eis inuitis alterare non potest, nisi iusta subsit causa, fol. 355. num. 3.
Eucharistiæ Sacramentum, quo tempore fuerit institutum, fol. 281. n. 3.
Eucharistia, & chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri, & contra facientes sunt puniendi, fol. 326. n. 1.
Eucharistiam, & chrisma solemniter non custodientes, quibus pœnis puniantur, fol. 327. num. 2.
Eucharistiam debet Presbyter paratam habere, vt quando quis infirmus fuerit statim communicet, fol. 329. n. 8.
Eucharistia in Ecclesijs non Parochialibus, an possit obtineri, fol 330. n. 11.
Excommunicatus decedens in cœmeterio sepeliri non debet, nisi in articulo mortis fuerit absolutus, & si de facto sepelliatur ex humari debet, folio 66. numero 1.
Excommunicationis definitio proponitur, fol. 66. num. 2.
Excõmunicatio medicinalis est, non mortalis, fol. 67. num. 4.
Excommunicatus, qui signum pœnitentiæ in vltimis, an post mortem absolui possit fol. 70. num. 8.
Excipiens nihil cum excipere potuit totũ concessisse videtur, fol. 98. n. 9.
Ex sola conceptione boni explicandi, non obligatur quis ad bonum conceptum exsequendum fol. 148. n. 1.
Expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur, fol. 225. num. 3.
Expositus si secũ trahat schedulam, quod est baptizatus dum tamen inter Catholicos sit non est iterum baptizandus, folio 293. num. 3.
Expositi baptizati possunt ad sacros ordines, sine vlla dispensatione promoueri, fol. 321. num. 3.

F

Fauore pię causæ plura permittuntur, quę aliàs repellerentur, fol. 2. num. 3.
Fabricæ Ecclesiæ, an quarta, vel tertia decimarum pars debeatur, fol. 359. n. 7.
Faciens per alium per seipsum facere videtur fol. 385. num. 9.
Facilitas veniæ incentiuum præbet ad delinquendum fol. 368. num. 2.
Eum notabile Caroli Quinti refertur, Fol. 364. num. 9
Facta de facto similiter, de facto iuris ordine non seruato dissoluuntur, fol. 229. num. 4.
Filius grauatur restituere hæreditatem, sub aliqua conditione detrahit legitimam iuræ naturæ debitam insuper, & Trebellianicam, fol. 33. num. 1.
Filius, quoad nobilitatem, & alia an denominetur à patre, vel à matre, folio 34. num. 3.
Filium nominatim instituere, vel exhæredare oportet, vt testamentum patris valeat, fol. 35. num 4.
Filius instituui non potest, nisi sub conditione potestatiua, fol. 36. num. 6.
Filius an debeat imputare in legitimam id, quod sibi relictum est ex substitutione vulgari, vel fideicommissaria, folio 36 num. 7.
Filius in legitima an pupillariter substitui possit, fol. 39. num. 14.
Filius impubes à Patre Monasterio oblatus maior factus ad sæculum redire potest, nisi tacitè, vel expressè professionem emisserit, fol. 101. num. 1.
Filius grauari non potest, quoad suam legitimam, etiam quoad piam causam, fol. 158. num. 8.
Fines Diœcesum, & Paroquiarum ob publicam vtilitatem distincti sunt, nec præscriptionem recipiunt, ne cum publico incommodo inter Prælatos, & subditos confusio, & lis oriatur, fol. 77. num. 1. & 2.
Fines antiqui, quomodo probetur, fol. 78. num. 4.
Fides contrahendi simul cum adulterio, an desideretur ad impediendum, & dirimendum secundum matrimonium, ex prima fide celebratum fol. 132. n. 9.
Fructus ex re hæredis alteri legata, non computantur in falcidiem, fol. 17. numero 11.
Fructus percepti ab hæreditate, si filius est grauatus de ea restituenda, an eos teneatur in Trebellianicam imputare, fol. 41. num. 16.
Fructus dicuntur deductis expensis, folio 91. num. 13.
Fructus pertinent ad bonæ fidei possessorem, fol. 225. num. 2.

Frustra legis auxilium quærit, qui committit in eam, fol. 369. num. 5.
Furioso, & dormienti ebrius quandoque in delictis æquiparatur, fol. 327. num. 3.
Furtum vtrum cõmittatur si fiat per necessitatem, fol. 163. num. 7. in fine.

G

Generi per speciem derogatur, fol. 88. numer. 9.
Gratis accipere vtrum possit Ille, qui est prohibitus dare, vel recipere respectu beneficij, fol. 166. num. 11.

H

Habitum recipiens professorum vbi distincti sunt habitus compellitur ibi, vel alibi esse Religiosus, se ũ recipit habitum nouitiorum potest ad sæculum redire; fol. 109. num. 1.
Hæreditatem restituere filius grauatus cõditione detrahit legitimam simul, & Trebellianicam fol. 33. num. 1.
Heredis institutio, an in testamento desideretur, fol. 51. num. 1.
Hæredes non conueniuntur ex delicto defuncti, nisi quatenus ad eos peruenit, folio 69. num. 7.
Hæres efficitur indignus successionis, qui mandata defuncti adimplere recusat; fol. 154. num 2. in fine.
Hæres, qui non exequitur votũ defuncti quoad vires hæreditarias grauiter peccat, fol. 154. num. 2. in fine.
Heres adeundo commoda & incommoda hæreditatis in se suscipit, fol. 154. num. 4.
Homicidium non est impedimentũ cõtrahendi matrimonium, nisi Sacerdos fuerit occisus, fol. 133. num. 10.
Homicidæ proditori Immunitas Ecclesiastica non fauet. fol. 370. num. 6.
Homo solos multa incommoda sustinet Ecclesiastici, cap. 4. vt Soli nam cum ceciderit nemo est, qui subleuet eum, fol. 174. num. 2.
Honorem Sacerdotibus Episcopus solus dare potest, auferre autem solus nõ potest merito, nec eos deponere, secus indesti tutione beneficij, folio 201. num. 8.
Hospitalia quædam Religiosam, quædam vero non Religiosa appellantur, folio 184. numero 2.
Horas Canonicas Presbyter tenetur dicere debitis horis studio & deuotione, tamen ex iusta causa sibi permittitur eas dicere vique ad vesperam inclusiue, fol. 272. num. 1.
Horæ quare adorandum Canonicæ appellentur, fol. 273. num. 2.

I

Ieiunari debet in Sabbatho quando Vigilia occurrit in Dominica die, folio 338. num. 1.
Ieiunium denotat pœnitentiam, & afflictionem, fol. 339. num. 2.
Ieiunare in die Dominica quare prohibetur, fol. 139. num. 3.
Ieiunium non est de necessitate præcepti post Pascham Resurrectionis, vique ad Sabbathum Pẽtecostes quo die ieiunãdum est, fol. 341. num. 6.
Ieiunium incipere debet à media nocte diei præcedentis, fol. 343. num. 9.
Illatio non fit ex diuersis, fol. 260. numero 2.
Immunitas Clericorum an proueniat à iure Diuino, an verò a positiuo, fol. 363. num. 2.
Immunitate Ecclesiæ non gaudet, qui in ea delictum commisit, fol. 369. numero 5.
Immunitas Ecclesiastica renuntiari nõ potest, fol. 373. num. 13.
Impubes filius a Patre Monasterio oblatus maior factus ad sæculum redire potest, nisi tacite vel expresse professionem emiserit, fol. 101. num. 1.
Impubes doli capax ex delicto, & voto obligatur, & quid in solemni, fol. 146. num. 2.
Impuberi qui rationis capax non est non imputatur peccatum, folio 146. numero 2.
Impositiones nouas non debent Prælati Ecclesijs imponere, fol. 244. numerõ 1.
Impedimentum habile ad impediendum, & dirimendum matrimonium ab Ecclesia induci potest, folio 132. numero 8.
Infecta præsumuntur ea, quæ contra ius fiunt, fol. 362. num. 2.

Intestatus decedere quis dicatur, folio 23. num.4.
Institutus in re certa, dato cohærede vniuersali aliquando loco hæredis, vel legatarij habetur, fol.36 num.5.
Iustitui non potest filius sini sub conditione potestatiua, fol.36.num.6.
Institutio facta inter eos, in quibus ordo charitatis existit, censetur vocari ordine successiuo, fol.38.num.10.
Intestato Clerico decedente in bonis patrimonialibus quomodo ascendentes, vel collaterales succedant, & præferantur Ecclesiæ, fol.47.num.2.& fol.49. numer.7.
Institutio hæredis in testamento desideratur, fol.51.num.11.
Iniuriam sibi illatã quis remittere potest, fol.75.num.6.
Ingressus Religionem ante professionem potest ad sæculum redire, & habet annum ad deliberandum, & vt approbentur mores sui, quem nos, nouiciado vocamus, fol.109.num.2.
Insidias parare inter coniuges atrociss imũ delictum est fol,130.num.3.
Indignus successionis hæres efficitur qui mandata defuncti, adimplere recusat.fol.154.num.2.
Inquisitio, & accusatio in quo differunt, fol.162.num.5.
Infideles legibus Ecclesiasticis non ligãtur fol.131.num.6.
Institutio, & deuitutio Beneficiorum ad Episcopum Dœceisanum expectat fol. 196.num.2.
Instructio nostra est omnis Christi actio, fol.263. num.11.
Iteratum non intelligitur quod ambigitur esse factum, fol.293.num.2.& fol. 323.num.6.
Ius publicum iuri diuino non præiudicat, nec contraria consuetudo admittitur, fol.20.num.2.
Ius diuinum immutabile est, fol.22.nu.4.
Iuramentum præstitum in vtilitatem partis sine eius cõsensu an possit in melius commutari, fol.127.num.9.
Iurans vxorem ducere an Religionem ingredi possit, fol.126.num.7.& 139.numer.5.
Index Ecclesiasticus potest compellere laicum hæredem ad executionem voti vltramarini per excommunicationem, & bonorum subtractionẽ ad quod se obligauit pro defuncto, fol.154.num.1.
Iudex secundum allegata, & probata iudicium debet proferre, fol.386.nu.6.
Iustum est vt quis puniatur in eo in quo deliquit, fol.129.num.2.
Iustum est vt ille consequatur stipendium qui pro tempore suum commodare reperitur ob æquium, fol.241.num.8.

L

Laici principio nascentis Ecclesiæ plerũque admittebantur ad ius eligendi, fol. 207.num.4.
Legatum ita relictum, si legatarius voluerit, an purum, vel conditionale sit, fol. 25.num.8.
Legatum agnoscens creditor animo cõpensandi à debito repellitur, fol.29 numer.2.
Legatum valet, etiamsi testator rem esse alienam ignorauerit dum tamen coniunctis personis fuerit relictum, fol.15. num.6.
Legata domo etiam hortum in legato cõtinetur, si coniunctum est, secus, si separatum, fol 38.num.2.
Legari possunt non solum res testatoris, vel hæredis, verum etiam alienæ, folio 12.num.1.
Legitima filio debita an etiam deducatur simul cum Falcidia, & Trebellianica, fol.39.num.13.
Legitima filijs debetur iure naturæ, fo.33 num.2.
Lex vna quandoque per aliam suppletur, fol.104.num.6.
Lex canonica, & ciuilis, ad diuersum finẽ tendunt, fol.381.num.5.
Liberorum cura parentibus competit, & quare, fol.101.num.2.
Liberatio obligationis non contingit, nisi solutione eius, quod debetur, fol.141. num.8.
Libertatis donatio sub modo, si Religionem profiteatur, an sit simonia, fol.167 num.12.
Licitum est multoties recipere quod non licet exigere, fol.241.num.8.
Limitas Dioœcesum, & Parochiarum legitimè sudt distincti, nec præscriptionem recipiunt, fol.77.num.1.

M

Maritus vxori, & vxor marito quomodo inuicem sibi succedant, fol.47. num.2.

Maritus, si vxore consentiente Religionē professus fuerit, ac vxori restitutus, & ea defuncta aliam super induxerit, debet ea dimissa ad Monasterium redire, fol. 114. num. 1.

Maritus, si Religionem professus fuerit de licentia vxoris voto remanet obligatus, etiam si propter incontinentiam ipsius vxoris ad eam reuertatur, indeque ea mortua tenetur redire ad Religionem, nam quoad se professio valida fuit, fol. 114. num. 2. & 3.

Maritus cur, & si professionem in Monasterio fecerit de licentia vxoris potest ad eam redire, & cū ea cohabitare secundū cap. 1. & 9. de conuers. coniugat. folio 114. num. 2. & 3.

Mariti professio, vt valida sit, quoad vtrū que coniugem, quæ conditiones, & qualitates in vxore remanente in sæculo existere debent, fol. 114. num. 3.

Mariti professio in Religione de licentia vxoris vi, vel metu data non tenet, fol. 114. num. 3.

Maritus, vt Religionem profiteatur, si vxor inuenis est illa etiā debet Religionem profiteri, si vero senex votum solemne castitatis emittere, fol. 119. numer. 8.

Machinatio coniugis in morte alterius impedit matrimonium, & dirimit, folio 129. num. 1. & 2. & fol. 130. num. 4.

Machinatio mulieris in morte viri an diuertendi tantum, an verò dissoluendi matrimonij causam præstet, fol. 136. num. 13.

Maiorum actio nostra debet esse instructio, fol. 55. num. 2.

Maius vbi conceditur minimum etiam concessum videtur, fol. 94. num. 2.

Maiorum negotiorum cognitio tantū ad Pontificem spectat, fol. 332. num. 2.

Maiores Ecclesiæ causæ Sedi Apostolicæ sunt reseruatæ fol. 191. num. 2.

Mala non sunt permittenda, vt inde veniant bona, fol. 131. num. 5.

Malitia supplet ætatem in matrimonio, non verò in voto, fol. 146. num. 3.

Magis dignum aliquando potest accedere minus digno, fol. 224. num. 2.

Matrimonium ratum, sed non dum consummatum dirimitur per votum solēne, fol. 125. num. 4.

Matrimonium ratum, & non consummatū dissoluitur per professionē Religionis, compellitur tamen sponsus intra duos menses deliberare ad Religionis ingressum, fol. 123. numero 1.

Matrimonium duo in se continet, scilicet coniunctio animorum, & corporum, fol. 123. num. 2.

Matrimonium nōn dissoluitur per votum simplex, & quæ differentia est inter illud, & solemne, fol. 126. num. 6.

Matrimonium de præsenti difficilius dissoluitur, quam illud de futuro, fol. 127. num. 8.

Matrimonium ratum, & consummatum quare non dissoluatur per professionē, fol. 125. num. 5.

Matrimonij vinculum semel habitum per causas ciuiles nō dissoluitur, F. 135. n. 12

Matrimonium per metum cadentem in constantem virum contractum nullum est, fol. 309. num. 20.

Mantus Ecclesiæ debitus quod sit latè discutitur, fol. 232. num. 2.

Maximè, dictio aliquando significat tantum, fol. 133. num. 10.

Mercenarius dignus est mercede sua, folio 61. num. 2.

Medicinalis est excommunicatio, & non mortalis, & quomodo hoc intelligatur fol. 67. num. 4.

Mensium duorum terminus reputatur breuis, & plura iura de bimestri summarie proponuntur, fol. 124. num. 3.

Meretrices an ex turpi lucro decimas teneantur soluere, fol. 90. num. 12.

Melius est ante tempus occurrere, quam post vulneratam causam remedia quærere, fol. 191. nu. 2.

Mensura illius quod venetur solita in posterum solui debet, si vnica est, si verò sunt diuisæ liberabitur per solutionem minoris, fol. 252. num. 1.

Mensura (non adiecta certa) si promittatur intelligitur de communi, fol. 252. num. 2.

Morte delinquentium crimina pereunt, nam mors omnia soluit. fol. 67. num. 3.

Monachi, vel Clerici an possint esse executores testamentorum fol. 43. num. 3.

Monachi in proprijs Monasterijs sepeliri debent, nisi remotè à Monasterio existant, fol. 58. num. 6.

Monachi in Monasterio pretio non recipiantur, fol. 160. num. 1.

Monachatus spirituale ius est, fol. 161. numer. 2.

Monachus ad Monasterium pretio receptus à sacris ordinibus priuatur, & recipiens à sacris ordinibus suspenditur, fol. 161. num. 2.

Monachi proprium habere non possunt fol. 168. num. 1.
Monachi in ipsa ordinationis susceptione facultatibus, & proprijs voluntatibus renuntiant, fol. 168. num. 2.
Monachi quare testamentum facere nō possunt, fol. 168. num. 2.
Monachi peculij administrationem habere possunt præcedente Prælati licentia ad vtilitatem Monasterij, fol. 168. numer 2. in fine.
Monachi olim ad regimen Ecclesiarum Parochialium admittebantur, fol. 174. num. 2.
Monachus quando solus in beneficio existere potest, fol. 176. num. 4.
Monachus græcè dicitur, qui latinè singularis appellatur, fol. 174. num. 3.
Monachus non poterit Sacramenta ministrare, nisi Monacho in Monasterio existenti, fol. 174. num 3.
Monachus, sine Monasterio, ita caret vita sicut piscis sine aqua, fol. 174. num. 3.
Monachi ad curam Monasterio subiectam non præficiuntur, sed sæculares Clerici, qui Episcopo subsunt, fol. 196. num. 1.
Monachus ad de Monasterio eripi possit ad sæcularem Ecclesiam regendam, fol. 199. num 6.
Monachi, quando possint Capellas adquirere, & retinere fol. 203. num. 10.
Monachi, nec Canonici Regulares officiū aduocationis exercere non possunt, nisi vtilitas Ecclesiesiæ, vel mandatum Prælati præcedat, fol. 374. num. 1.
Monachi, vel Clerici, nec leges audire, nec docere debent, fol. 379. num. 1.
Monachi olim non erant Sacerdotes, fol. 174. num. 3. in fine.
Moniales si pro pretio in Monasterio recipiantur vtrum sit simonia, fol. 163. num. 7.
Monialis pecunia recepta pro eius sustentatione absque periculo simoniæ recipi potest, fol. 163. num. 7. in fine.
Monasterium quando possit Capellanum instituere, vel destituere, fol. 202. nu. 9.
Mortuus potest in sepulturis maiorum sepeliri, vel vbi voluerit propriam eligere sepulturam, quam si nō elegit, nec sepulchrum habet, in Ecclesia Parochiali sepeliendus est, vbi vnius Ecclesiastica percepit Sacramenta, fol. 55. numer. 1.
Missam celebrare quando permittitur in carceribus, vel priuatis domibus, folio 361. n. 6.
Missa celebrare debet in die dominica cū Ecclesia consecratur, fol. 271. numero 3.
Missam singulis diebus Sacerdos non est adstrictus dicere, secus horas canonicas, & quare, fol. 274. num. 4.
Missas tres permittitur Sacerdotibus in die Natiuitatis celebrare, fol. 275. n. 7.
Missam celebrare non potest Presbiter in pane fermentato in calice ligneo, & sine igne, & aqua, alias perpetuo ab officio, & beneficio deponēdus est, fol. 280 num. 1.
Missæ celebratio Ecclesiæ Græcæ differt à celebratione Ecclesiæ Latinæ, fol. 280 num. 2.
Missa ex præcepto Ecclesiæ debet celebrari cum mixtione aquæ & vini, fol. 280 num. 2. & fol. 282. num. 6.
Minima particula panis est sufficiens ad Eucharistiæ Sacramentum; sed non vna gutta ad Baptismum, fol. 318. numer. 8.
Ministri Ecclesiæ pacem, & mansuetudinem semper in se habere debent, folio 384. num 2.
Militare suis stipendijs nemo cogitur, fol. 239. num. 2.
Miracula non sufficiunt, vt quis pro sancto veneretur, fol. 332. num. 2.
Mulier potest omnia bona in dotem dare, & quid in tutore pro pupilla, fol. 38. numer. 11.
Mutare Consilium sapientis est, fol. 150. num. 3.
Mulier post partum statim potest ingredi in Ecclesiam, nec tenetur abstinere per aliquos dies secundum legem Mosaycā, fol. 344. num. 1.
Mulier in partu ratione partus nullum peccatum committit, fol. 345. num. 2.

N

Natura quæ sunt certa, non suspendūtur, licet apud nos in certa sint, fol. 293. numer. 2.
Necessitas an excusat à furto, fol. 163. nu. 7. in fine.
Negotium quoties duobus insolidum cōmittitur, quilibet ex sequi poterit, fol. 209. num 7.
Nemo iuris plus in alium transferre potest, quam ipse habet, fol. 212. numero 2.

Nimia necessitate exigente etiam Clerici contribuere tenentur fol. 362. num. 2.
Noualia prædia, quæ dicantur, fol. 95. numer. 3.
Notabile factum Caroli Quinti refertur, fol. 365. num. 9.

O

Obligatio vna non impedit maiorem obligationem iure, fol. 141. num. 9.
Obligatio fidei, & iuris iurandi æqui militat, fol. 148. num. 6.
Obligatio quæ fit patri, vel matri latiùs est interpretanda, fol. 255. num 7.
Officia diuina in templo destructo celebrari non possunt, fol. 351. num. 2.
Officium aduocationis inter ea numeratur, quæ sæcularia sunt, fol. 375. numer. 2.
Officium Clericorum est orare, & præcibus lachrymas effundere pro hominum peccatis, fol. 379 num. 2.
Operarius dignus est mercede sua, fol. 61. num. 2. & fol. 276. num. 10.
Ordinare non potest Episcopis Parochianum alterius, sine ipsius licentia sicut, nec eum iudicare, fol. 73. num. 1. & 2.
Ordinatus à non suo Episcopo remanet ordinatus, & quibus pœnis conferens, & de facto suscipiens puniatur, fol. 73. numer. 3.
Ordines sacros an possit coniugatus suscipere, fol. 120. num. 9.
Ordinatio Ecclesiæ non debet suspendi propter contentionem patronorum, folio 230. num. 2.
Oratorium non gaudet Immunitate Ecclesiastica, fol. 215. num. 8.
Originale peccatum, licèt sit ortum per Adam, tamen per Christi Baptismum fuit solutum, fol. 300. num. 2.
Originale peccatum in lege naturæ multis modis remittitur, sed in lege gratiæ solo Baptismo aufertur, fol. 303. num. 6
Ordinarij non potest non baptizatus, & si de facto ordinetur ordinis characterem non recipit, fol. 320. num. 1.
Ordinationis tempore, si per oblivionem traditus fuerit calix sine vino, & aqua, aut pane sine patena cum vna tantum specie, scilicet vino, vel tantim pane latè discutitur, fol. 323. num. 7.
Omnis res per quascumque causas nascitur per easdem dissoluitur, fol. 300. numer. 2.

P

Pacta turpia contra leges, & bonos mores irrita sunt, fol. 166. num. 8.
Partisconfessio altera præsente, an sit plena probatio, fol. 54. num. 14.
Parochialem quartam, seu canonicã portionem eorum, quæ defunctus pro anima sua reliquit Ecclesiæ illa, seu Monasterij in qua fuerit sepultus Parochiali Ecclesiæ suæ vbi Sacramenta viuus percepit tenetur restituere, fol. 61. numer. 1.
Parochialis quarta, quæ dicatur, & de quibus rebus debeatur, fol. 61. num. 2.
Parochialis quarta, seu canonica portio deducitur secundum loci consuetudinem, fol. 61. num. 2. & fol. 65. numer. 8.
Parochianum alterius Episcopi, nisi de ipsius licentia alius Episcopus ordinare non potest, sicut nec iudicare, fol. 73. n. 1. & 2.
Parochianus alterius Episcopi, si ab alio de facto ordinetur remanet verè ordinatus, licet sit suspensus in exercicio, & qua pœna punitur Episcopus, fol. 73. num. 3.
Parochiæ vnæ quæque ab alijs limites, & quare fines habent, fol. 77. num. 1.
Parentibus liberorum cura competit, & fol. 101. num. 2.
Pater pro filijs suis impuberibus potest testamentum concedere, fol. 101. numero 2.
Pater pro filijs suis impuberibus potest sponsalia contrahere, fol. 101. nu. 2. in fine.
Paterna deuotio filium Religioni offerẽdo illum Monachum non facit, nisi voluntas filij, vel eius ratihabitio interueniat, fol. 102. num. 3.
Parentibus iure antiquo ius vendendi, & occidendi filios competebat, sed postea fuit sublatum, fol. 103. num. 5.
Parentibus obligatio facta latiùs est interpretanda, fol. 255. num 7.
Pater potest filium suum impuberem Religioni offerre, fol. 101. num. 1. & fol. 102. num. 3.
Patroni laici ab Ecclesiasticis in quo differant, fol. 198 num. 5.
Patrono, quæ munia competant, & an rationes de rebus Ecclesiæ possit exigere, fol. 198. num. 5.

INDEX RERVM.

Patronorũ discordia in præsentando multa excitat in ofensam Dei, nam si aliter Ecclesiæ sine scandalo prouideri nõ potest, cessant in ea Diuina Officia tolluntur reliquiæ, & clauduntur portæ, fol. 205. num. 1.

Patronatus ius, & si non sit spirituale est tamen spiritualibus annexum, fol. 207. num. 4.

Patronatus ius quare laicis in Ecclesijs permissum est, fol. 207. num. 4.

Patronatus ius est in hæredes transmissibile, fol. 207. num. 4. in fine.

Patronatus ius est quædam seruitus personalis fol. 208. num. 3.

Patronatus ius es honorificum, onerosum, & vtile, fol. 208. num. 3.

Patronatus liberorum ius est indiuiduum, fol. 208. num. 5. in fine.

Patronatus ius non in capita, sed in stirpis ad hæredes transit, fol 209. num. 6.

Patronatus ius, quoad eius commodũ diuisibili est, fol. 209. num. 6.

Patronus non potest donare Ecclesiam, sine consensu, vel authoritate Episcopi, fol. 212. num. 1.

Patronus ex constructione, vel dotatione Ecclesiæ, quod ius acquirat, fol. 212. numero 2.

Patronus laicus potest sine consensu Episcopi ius patronatus Religioso loco donare, secus priuato, fol. 214. num. 5. & fol. 216. num. 9.

Patronatus ius emens, vel alio modo acquirens, vt præsentet filios, aut nepotes eo spoliari debet, folio 218. numero 1.

Patronatus ius absque labe simoniæ vendi non potest, fol. 218. num. 1.

Patronus potest proprium suum filium in beneficio præsentare, folio 220. numero 6.

Patronatus ius ad filios, cæterosque descendentes transire potest, fol. 221. numero 8.

Patria potestas in beneficijs non attenditur, quoad ius præsentandi, fol. 220. numero 6.

Pater vtrùm posit proprium filium suum in beneficio præsentare, fol 220. n 6.

Patris suffragium filio prodest, fol. 220. numero 6.

Patronatus ius consistens in aliqua Vniuersitate transit cum ea ipsa, etiam si Vniuersitas tantum, quoad vtile dominium transeat, nisi specificè sit exemptũ, fol. 224 num. 1. & 2.

Patronatus ius per se solum vẽdi nõ potest, secus accessori, & per consequentiam cum Vniuersitate bonorum, fol. 227. num. 3. Dum tamen Deo mentio, non fiat in venditione, fol. 224. numero 1. & 2.

Patronatus ius, an transeat cum hereditate, fol. 226. num. 6.

Patronatus iuris quæstio, si intra sex menses non terminatur potest Episcopus sine præsentatione patronorum Rectorẽ instituere, fol. 230. num. 1.

Patroni laici, & Ecclesiastici in quo differant, fol. 230. num. 3.

Patronus, an ante consecrationem Ecclesiæ possit, sibi censum reseruare, folio 235. num. 5.

Parocho competit potestas baptizandi solemniter, fol. 311. num. 3.

Parochus solus, non potest commodè Ecclesiæ officia exercere, & Sacramenta administrare, fol. 174. n. 2.

Particula minima panis est sufficiens ad Eucharistiæ Sacramentum, sed non vna gutta ad Baptismum, & quare, fol. 318. num. 8.

Partus ratione mulier in partu nullũ peccasum committit, fol. 345. n. 2.

Partu edito statim mulier, potest ingredi in Ecclesiam, nec tenetur abstineri per aliquos dies secundum legem Mosaycã, fol. 344. num. 1.

Partus Beatissimæ Virginis purissimus fuit, & omni sorde immunis, fol. 345. num. 3.

Pascha Natiuitatis, si occurrat sexta Feria, licitum est omnibus carnes comedere, exceptis Professis, & vouentibus, fol. 343. num. 1.

Peccatum non imputatur impuberi, qui rationis capax non est, fol. 146. n. 2.

Peculium est duplex, aliud in proprietate, aliud verò in vsu consistit, fol. 169. n. 3.

Peculium, quid sit: fol. 168. num. 2.

Peccat grauiùs, qui simulat conficere, & non conficit, quam ille, qui conficit in peccato, fol. 277. num. 1.

Peccatum originale, licèt sit ortum per Adam, tamen per Christi baptismum tollitur, fol. 300. num. 1. & 2.

Peccatum est duplex originale, & actuale, primum sine consensu contrahitur, secundum cum eo committitur, folio 300. num. 2.

Peccatum originale, an conceptionis, vel natiuitatis tempore contrahatur, folio 305. num. 10.

Pec-

INDEX RERVM

Peccauerunt omnes in Adam, fol. 302. numer. 4.

Peccatum ex voluntate procedit, & libero mentis arbitrio committitur, folio 302. num. 4.

Peccatum originale in lege naturæ multis modis remittitur, sed in lege gratiæ sub Baptismo aufertur, fol. 303. num. 6.

Perpetuitatem an significet particula illa in æternum, fol. 347. num. 7.

Pensionem, seu Canon nō soluens per biennium cadit à iure, fol. 190. num. 9.

Personale in se continet tacitam obligationem cum potuerit, & quid in reali, fol. 156. num. 5.

Pœnitens si signum externum dedit constrictionis, an post mortem absolui possit, fol. 70. num. 8.

Peregrini in qua Ecclesia sunt sepeliendi, fol. 59. num. 7. in fin.

Pœna vnius nō liberat alios reos, fol. 189. num. 8.

Pœna debet esse proportionata culpæ, folio 305. num. 11.

Piæ causæ fauore plura permittuntur, quę alias repellerentur, fol. 21. num. 3.

Pontifici Maximo, quomodo vtraque potestas spiritualis, & temporalis sit, tributa, fol. 44. num. 5.

Possideo verbum interdum ad proprietatem refertur, fol. 18. num. 15.

Pontifex non aliter, nisi cum causa votum commutat, & quæ vota possunt commutari, fol. 141. num. 9. in fin. & folio 142. num. 10. & num. 11.

Pontifex an possit dispensare, vt post professionem quis possit exire à Religione fol. 143. num. 12.

Pontifex commutare potest votum vltra marinum, maximè in puerili ætate factum, fol. 145. num. 1.

Pontifex gerit in Ecclesia Dei vicem Christi, habetque in ea plenissimam potestatem, fol. 146. num. 2.

Pōtificia potestas, & sæcularis in quo differunt, fol. 155. num. 3.

Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, fol. 213. num. 4.

Possidens rem ab ea spoliari non potest, nisi citatione præmissa, fol. 219. nu. 4.

Portiones, quæ Episcopis debētur sunt in triplici differentia, fol. 239. num. 3.

Pontifex in canonizatione Sanctorum errare non potest, fol. 335. num. 9.

Pontifex omnia iura in scrutinio pectoris habere præsumitur, fol. 380 num. 4.

Pollicitatio simplex de iure ciuili non producit actionem, & eius definitio proponitur, fol. 159. num. 10.

Pollicitatio nuda an in foro conscientia obliget, fol. 159. num. 10. in fin. & fol. 268. num. 5.

Publicè expedit suprema hominum iuditia exitum habere, fol. 12. num. 2.

Puniri quis meretur in eo, in quo deliquit, fol. 161. num. 2.

Puer & si ter emersus sit in aqua in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti, si non sit dictum, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti non est baptizatus, fol. 285. num. 1.

Puniendus non est aliquid sine culpa, nisi subsit causa, fol. 385. num. 4.

Præscriptio finium, & limitum Diœcesim & Parochiarum à iure prohibita est, ne cum publico incommodo inter Prælatos, & subditos confusio oriatur, fol. 77 num. 2.

Præceptum de soluendis decimis an sit ceremoniale, fol. 85. num. 3.

Præcepta veteris legis sunt in triplici differentia, fol. 85. num. 3.

Prædia noualia, quæ dicantur, fol. 95. n. 3.

Prælato subdito suo maiorem potestatem conferre non potest, quam ipse habet, fol. 169. num. 3.

Præcipimus verbum præceptum, & non Concilium denotat fol. 172. num. 7.

Præscriptio aliquando supplet Episcopi consensum, fol. 213. num. 3. in fine.

Præsentatio vt valeat, requiritur quod præsentās sit in possessionem, vel quasi præsentandi, fol. 227. num. 9.

Præsentatio, vt valeat requirit, quod facta sit à maiori parte patronorum. Id etiam desideratur in contractibus à Capitulo, vel Collegio factis, f. 228. n. 10

Præsentatio litependente facta an teneatur, fol. 228. num. 11.

Præsentatio est quidam fructum iuris præsentandi, fol. 224. num. 2.

Prælati Ecclesiastici Ecclesiis nouos cēsus imponere non debent, fol. 244. num. 1

Præcepta veteris legis, vsquequo durasset fol. 348. num. 8.

Præcepta veteris legis triplicia esse, & de illis sigillatim discutitur, fol. 346. nu. 6.

Præceptum diuinum semper firmum, & immutabile est, fol. 295. num. 7.

Presbyter horis debitis tenetur dicere horas Canonicas studio, & deuotione permittitur, tamen sibi ex iuxta causa dicere eas vsque ad vesperas, inclusiue, fol. 272. n. 1.

Pri-

Priuilegium super decimis non soluendis Ecclesiasticæ personæ concessum de laboribus suis noualia comprehendit, de cæteris verò decimas præstare tenetur, fol. 94. num. 1.

Priuilegium simpliciter concessum non debet ita latè interpretari, vt alijs infligat enorme præiudicium, fol. 94. num. 2.

Priuilegium de non soluendis decimis Cistercienſi Religioni concessum quomodo intelligatur, fol. 95. num. 4.

Priuilegium à Pontifice alicui concessum non tollit ius tertio quæsitum, fol. 96. num. 5.

Priuilegium semper est interpretandum secundum mentem, & intentionem concedentis, quæ non est in præiudicium alterius, fol. 96. num. 6.

Priuilegium de nō soluendis decimis an solummodo comprehendat prædia obtenta tempore impetrationis, an verò etiam postea obtinenda, fol. 98. num. 9.

Priuilegium non soluendi decimas à solo Pontifice conceditur, fol. 98. num. 10.

Priuilegium propriè sumptum frequētet dicitur quod concessum est contra ius commune, fol. 98. num. 10.

Priuare, & spoliare verbum in quo differant fol. 219. num. 4.

Principale, quod agitur, est quod est attendendum, non quod venit per consequētiam in eo, fol. 224. num. 2.

Priuilegium Apostolicum aliquid operari debet, fol. 355. num. 3.

Priuilegium Ecclesiæ non debet esse occasio delinquendi, fol. 368. num. 3.

Professio Religionis mariti consentiente vxore valida est, quoad eū. secus quoad ipsam vxorem, fol. 114. num. 2.

Professio Religionis à marito emissa de licentia vxoris vi, vel metu data nō tenet, fol. 114. num. 3.

Professio Religionis à marito facta si mulier senex, vel iuuenis sit, quomodo admittatur, fol. 114. num. 3.

Professio vnius cōiugis in Religione quomodo admittitur, & vt valida sit quæ qualitas in altero coniuge in sæculo remanente esse debent, fol. 114. num. 3.

Professio ante annum probationis fieri nō debet, fol. 127. num. 9.

Protestatio inhabitus susceptione quid operetur, fol. 111. num. 6.

Proposuerit verbum quid significet, folio 111. num. 6.

Promissio cum iuramento duplicem inducit obligationem, fol. 139. num. 5.

Propositum deliberatum in corde obligat quoad Deum, fol 150. num. 3.

Propositum deliberatum suscipiendi habitum obligat in foro conscientiæ, quoad Deum, fol. 152. num. 6.

Propositum, & missio manuum ad altare inter se differunt, fol. 153. num. 11.

Professio Religiosa, licet sit status spiritualis, etiam contractus vltrò, citroque obligatorius dicitur, fol. 161. num. 3.

Prohibitus dare, vel recipere respectu beneficij an gratis accipere possit, fol. 166 num. 11.

Procuratio visitatoribus debetur non in pecunijs, sed in virtualibus, & in procurationem moderatam secundum loci cōsuetudinem recipere debent, nec familia aliquid muneris etiam sponte oblatum recipiat, fol. 238. num. 1.

Procuratio ex oratorijs non debetur, folio 240. num. 4.

Procuratio arrentis facultatibus Ecclesiæ exigenda est, fol. 240. num. 5.

Procuratio est in triplici differentia, & in quo differant, fol. 240. num. 5.

Prohibitum vna via, alia non debet permitti, fol. 239. num. 3.

Promittens aliquid soluere nulla adiecta certa mensura præsumitur sensisse de cō muni mensura solui, fol. 252. num. 2.

Pro nomen, te, in baptismo desideratur, fol. 288. num. 6.

Pro infecta præsumuntur ea, quæ contra ius fiunt, fol. 362. num. 2.

Q

Quilibet ad libitum testari potest de propijs bonis, fol. 9. num. 5.

Quarta Parochialis, seu canonica portio eorum, quæ defunctus reliquit pro anima suæ Ecclesiæ Parochiali tribuenda est, etiā si alieni sepeliatur, fol. 61. nu. 1.

Quarta Parochialis, quæ dicatur, & quibus rebus debeatur, fol. 61. num. 2.

Quasi possessio Episcopalis vnius iuris, etiā in cæteris iuribus Episcopalibus præsumitur, fol. 182. num. 2.

R

Ratihabitio retrotrahitur, & mandato cō paratur, fol. 131. num. 7.

Ratio summa est, quæ cōseruat Religionē fol. 357. num. 5.

Re-

Restituere nemo plus potest rogari, quam accepit, fol. 30. num. 5.
Re inquo verbum adiectum vniuersitati bonorum inducit institutionem, secus certæ rei, vel quantitati, fol. 37. num. 8
Religionem profitentes transeunt ad Monasteria simul, cum omnibus suis bonis, fol. 9. num. 2.
Religionis professio mariti vxore consentiēte valida est quoad eum, secus quoad ipsam vxorem, fol. 114. num. 2.
Religionis professio à marito emissa de licentia vxoris, si vi, vel metu data est, nō tenet, fol. 114. num. 3.
Religionis professio à marito facta si mulier teneat, vel iuuenis est quomodo admittatur, fol. 114. num. 3.
Religionem ingredi an possit is, qui iurauit vxorem ducere, fol. 126. num. 7. & fol 139 num. 5.
Religionem ingrediens ante professionē potest ad sæculum redire, quæ fit post annum nouiciado, vt deliberetur, & approbetur aptitudo sua, vita, & mores à Prælato & Capitulo, fol. 109. num. 2.
Religioso non licet etiam sanctitatis zelo sine Superioris licentia de prima Religione adstrictiorem trāsire, sed petita, & non obtenta licebit, fol. 141. num. 7.
Repetitio cessat, quādo turpitudo extat, tam ex parte dantis, quam recipientis, fol. 166. num. 10.
Regularis Canonicus potest præfici Ecclesiæ Parochiali, & etiam sæculari, sed debet habere socium sui Ordinis, si cōmode fieri potest fol. 174. num. 1.
Religiosus locus auctoritate Episcopi ad vsum hospitalitatis deputatus ad mūdanos vsus redire non debet, fol. 184. n. 1.
Religiosæ res sæcularia hominum commercia effugiūt, nec ad prophanos vsus conuerti debent, fol. 184. num. 2.
Religionem nouam non licet construere sine auctoritate Pontificis, nec in diuersis Monasterijs potest quis esse Abbas, vel Monachus, fol. 190. num. 1.
Religionem nouam qui construxerit absque Pontificis auctoritate excommunicationis pœna innodatur, fol. 194. numer. 9.
Res transit cum onere suo, fol. 232. nu. 2.
Recipere aliquando licitum, & si exigere licitum non sit, fol. 241. num. 8.
Res inter alios acta alijs, nec nocet, nec prodest, fol. 253 num. 4.
Res semel Deo dicata, amplius ad prophanos vsus cōuerti nō debet, fol. 265. n. 7
Remedia illa abiecienda, quæ veris sunt periculis grauiora fol. 278. num. 2.
Res omnis per quascumque causas nascitur per easdem dissoluitur, fol. 300. n. 2
Reparatio Ecclesiæ competit ei, qui in ea beneficium habet fol. 351. num. 1.
Reparatio Ecclesiæ cui primo, & principaliter competat, & quo ordine debeatur, fol. 357. num. 6.
Regulares Canonici Monachi sunt, & ferè in omnibus vnam professionē emittunt, fol. 355. num 2.
Regulares, & Canonici sæculares simul sociari non debent, fol. 356. num 4.
Reus criminis ad Ecclesiam confugiens nō est violenter ab ea extrahendus, nec inde ad mortem, nec ad pœnam corporalem damnandus. Publicus tamen latro, vel nocturnus depopulator agrorum ab Ecclesia extrahi, & corporaliter puniri potest, fol. 367. num. 1.
Regis sigillum fraudans qua pœna teneatur, fol. 386. num. 7.
Ritus ceremoniales quando cessarunt, folio 142. num. 10.

S

Sacrilegium committit, qui defunctorum corpora, aut sepulturam defraudat fol. 70. num. 9.
Sapientis est mutare Consilium, fol. 150. num. 3.
Sacerdos vnus cum ministro vnicuiq; Ecclesiæ est assignandus, fol. 270. num. 12
Sacerdotibus obligatio recitādi, & ministrandi sacra competit, fol. 273. num. 3.
Sacerdotes tenentur horas Canonicas recitare studio, & deuotione horis debitis tamen sibi permittitur ex iusta causa dicere eas, vsque ad vesperas inclusiue, fol. 272. num. 1.
Sacerdos in quibus casibus potest secūdam Missam celebrare, fol. 274. num. 5.
Sacerdos Missam ieiunus celebrare debet, fol. 274. num. 6.
Sacerdos non est obtrictus singulis diebus Missam dicere, secus horas Canōnicas, & quare, fol. 274. num. 4.
Sacerdotibus licet in die Natiuitatis tres Missas dicere, fol. 275. num. 7.
Sacerdos grauius peccat, qui simulat conficere, & non conficit, quam ille, qui confecit, in peccato existens, fol. 277. num. 1.
Sacerdos non potest Missam celebrare in pa-

pane fermẽtato, calice ligneo, & igne igne, & aqua, alias ab officio, & beneficio perpetuò deponendus est, fol. 280. num. 1.

Sacramentum Eucharistiæ quo tempore fuit institutum, fol. 281. num. 3.

Sacramentum Baptismi vtiliter paruulis, confertur licet non credant, nec intelligant, & remittitur peccatum originale, fol. 300. num. 1.

Sacramenta quæ imprimunt characterem iterari non possunt, aliàs sacrilegium cõmittitur, fol. 321. num. 4

Sanctus non dicitur, nec veneratur, sine Põtificis auctoritate, etiam super eum miracula fiant, fol. 332. num. 1.

Sacrilegus Immunitate Ecclesiastica non gaudet, fol. 370. num. 7.

Sententia debet esse conformis libello, folio 52. num. 13.

Sepulturam propriam quis potest eligere, vt sepeliatur vbi voluerit, vel in sepulchro maiorum suorum quam si nõ elegit, nec sepulchrum habet in Ecclesia Parochiali, sepeliendus est vbi viuus Ecclesiastica percepit Sacramenta, fol. 55 num. 1.

Sepultura Monachis est danda in propri suis Monasterijs, & ibi sunt sepeliendi, nisi remotè ab eis decessissent, fol. 58. num. 6.

Sepulturæ vnio ex charitate, & deuotione prouenit, fol. 55. num. 2.

Sepultura defunctis iure diuino, & naturali debetur, fol 67. num. 5.

Sepultura potius nocet impio, quam prodest, fol. 70. num. 9.

Sæcularis potestas, & Põtificia in quo differunt, fol. 155. num. 3.

Sepultura absque labe simoniæ vendi potest, fol. 299. num. 12.

Sequendum est in dubio probabili magis centum ad salutem animarum admittendum incertum, fol. 293. num. 2.

Seruitus realis, personalis, & spiritualis in quo differant, fol. 342. num. 8.

Serui non sunt supra modum à Dominis seruiri, fol. 368. num. 2.

Sententiam sanguinis, nec dictare, nec proferre Clericus potest, fol. 384 num. 1.

Sigillum Regis fraudans qua pœna teneatur, fol. 386. num. 7.

Singula, quæ non prosunt simul collecta iuuant, fol. 52. num. 13.

Simonia an sit simoniales in Monasterio pro pretio recipiantur, fol. 163. num. 7

Simonia, quæ dicatur, fol. 167. num. 12.

Sine culpa, nisi subsit causa cur est aliquis puniendus, fol. 327. num. 3.

Solemnitas, quæ requiritur in actus constructione desideratur etiam in eius destructione, fol. 10. num 9.

Societas adimpiendi votum à Pontifice tolli potest, fol. 148. num. 7.

Solus multa incommoda sustinet Ecclesia sici. cap. 4. fol. 174. num. 2

Substitutionis formula proponitur, folio 24 num. 5.

Substitui, an possit filius pupillariter in legitima, fol. 39. num. 14,

Substitutio compendiosa à pagano verbis directis facta, an spiret post pubertatẽ, vel conuertatur in fideicommissariam fol. 40. num. 15.

Suprema hominum iudicia publicè interest exitum habere, fol. 12. num. 2.

Successio nullo facto testamento ad Fiscũ pertinet consanguineis deficiẽtibus, vsque ad decimum gradum, fol. 47. nu. 2.

Succedens in alterius ius, eodem iure, quo ille vtebatur, vti debet, & potest, folio 209. num. 7.

Suffragium patris filio prodest, fol. 220. num. 6.

Spõsalia pater pro filijs suis impuberibus potest contrahere, fol. 161. n. 2. in fin.

Spoliare, & priuare verbum in quo differant, fol. 219. num. 4.

Spoendium consequi dignum, & iustum est, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium, fol. 241. numer. 8.

T

Tantùm quis obtinet quantum probat, fol. 283. num. 3.

Testamenta in scriptis septem testes requirunt, fol. 2. num. 3.

Testamenti definitio proponitur, fol. 23. num. 2.

Testamentum patris, vt valeat oportet filium nominatim instituere, vel exhæredare, fol. 45. num. 4.

Tastator cum rem alienam legat eius hæres tenetur, vel rẽ redimere, vel statim legatario æstimationem præstare, folio 112. num. 2.

Testari non potest Abbatissa, etiamsi nunquam induisset habitum Monachalem, fol. 8. num. 1.

Testari potest quilibet ad libitum de propijs bonis, fol. 9. num. 5.

Teſtamẽta, quæ fiunt coram Parocho, & duobus teſtibus valent, & qui talia ſcindit manet excommunicatus, fol. 20. numer. 1.

Teſtamentorum voluntates Reipublicæ intereſt exitum habere, fol. 43. num. 2.

Teſtamentarius intra annum teſtamentũ exſequi debet fol. 43. num. 2.

Teſtamentum ad pias cauſas factam ad ſolemnitatem deſideret, fol. 51. num. 11.

Teſtamentum condere pater pro filijs impuberibus poteſt, fol. 101. num. 2

Tecto corruente parietibus illæſis, & mẽſa non enormiter fracta, nec Altare, nec Eccleſia conſecratur, fol. 263. num. 1.

Templum dextructum non eſt templum, nec in eo Officia diuina celebrari poſſunt fol. 351. num. 2.

Termini locorum inter ciues diuiſi non attenduntur ad Epiſcopalem iuriſdictionem, fol. 183. num. 5.

Termini Eccleſiarum, & Diœceſum ſunt diſtincti, & ſeparati vni ab alijs, taliter vt præſcriptionem non recipiant ne cũ incommodo publico confuſio, & lis oriatur inter Prælatos, & ſubditos, fol. 77. num 1. & 2.

Terminis ſuis vnuſquiſque debet eſſe cõtentus vt de illis rationem reddat, fol. 77. num. 1. & 2.

Terminus duorum menſiũ reputatur breuis, & plura iura de bimeſtre ſummariè proponuntur, fol. 124. num. 3.

Tutius verbum conſilium ſignificat, fol. 139. num. 5.

Turpia pacta contra leges, & bonos mores irrita ſunt, fol. 166 num. 8.

Turpitudo quoties extat ex parte dantis, & recipientis ceſſat repetitio, fol. 166. num. 10.

Tranſactio vtrũm in decimis locum habeat, & quid inamicabile compoſitione, fol. 87. num. 7.

Tranſactio quid ſit fol. 87 num. 7.

Tributa perſonis Eccleſiaſticis ſæculares impotentes ipſo iure ſunt excommunicati, & ſimiliter Clerici illa ſponte ſoluentes, fol. 361. num. 1.

Tributa nimia neceſsitate exigente etiam Clerici præſtare tenentur, fol. 362. numer. 2.

Trebellianicam deducit filios ſimul, & legitimam, fol. 33. num. 1.

Trebellianica, & legitima in quo differãt, fol. 33. num. 2.

V

Vnio ſepulturæ ex charitate, & deuotione prouenit, fol. 55. num. 2.

Vxore conſentiẽte maritus poteſt Religionem profiteri & ſi de incontinentia ea ſuſpecta fuerit ad ſe eum reuocabit, ne in ſæculo ſola cum iniuria creatoris viuat, fol. 114. num. 1. & 2.

Vxor in ſæculo remanens propter profeſſionem mariti poteſt ad Religionem quoque tranſire, fol. 114. num. 3. & fol. 116. num. 4.

Vxorem quis habere nõ poteſt illam quæ mariti mortem machinauit, fol 129. num. 1.

Vxoricidium quando impediat, vel dirimat matrimonium, fol. 130. num. 4.

Vxoris machinatio in maritum an auertendi tantũ, an verò matrimonij diſſoluẽdi cauſam præſtet fol. 136. n. 13.

Vendere rem ſuam dominus inuitus non compellitur, fol. 12. nu. 2.

Verbum omne ſtat in ore duorũ, vel triũ, fol 21. num. 2.

Verba enunciatiua inducunt diſpoſitionẽ, & in quo differant à diſpoſitiuis, fol. 52 num. 14.

Venale opus an poſsit Clericus poſt recitationem diuinorum exercere, fol. 276 num. 10.

Venerari pro Sancto aliquis non poteſt ſine Pontificis authoritate, etiam ſi per eum miracula fiant, fol. 332 nu. 1.

Veniæ facilitas incentiuum præbet ad delinquendum, fol. 368. num. 2.

Vinculum coniugij ſemel habitum numquam ex ciuilibus cauſis diſſoluitur, folio 135. num. 12.

Vitium ambitionis præcipuè in Eccleſiaſticis perſonis eſt prohibitum, fol. 218. num. 2.

Viſitatores cum ſpiritualia ſeminent in Eccleſijs, quas viſitant merito eis victualia debentur, fol. 239. num. 2.

Vis abſoluta & conditionalis inter ſe differunt, fol. 309. num. 19.

Vir animatur lapſis quadraginta diebus, fœmina verò octoginta, & quare poſt partum intra illud tempus ad templum olim non admittebatur, fol. 345. num. 2.

Voluntatem, qui in vita non mutauit cum eadem deceſsiſſe videtur, fol. 54. num. 13.

INDEX RERVM.

Votum ſolemne dirimit ſolum matrimonium ratum, non conſummatum, folio 125. num. 4.

Votum ex iuſta cauſa, & Superioris authoritate interueniente in eleemoſynam, vel aliud equiualens poteſt commutari fol. 138. num. 1.

Votum in euidēter meliùs propria authoritate poteſt commutari, ſecus ſi dubiū eſt, nam tunc cauſa, & Epiſcopi authoritas deſideratur fol. 138. num. 3.

Votum Religionis, ſi adimpleatur liberat quemlibet à quibuſcumque alijs votis, fol. 139. num. 4. & 5.

Votum an fieri poſsit de ijs, quæ tenemur iure neceſsitatis, fol. 141. num. 9.

Votum Pontifici reſeruatum non poterit Epiſcopus commutare, fol. 141. num. 9 in fine.

Vota Pontifici reſeruata qualia ſint, folio 143. num. 11.

Votum iuſta cauſa commutari poteſt, & non aliter, fol. 141. num. 9. in fine, & folio 142 num. 10. & num. 11.

Voti obligatio an proueniat à iure Diuino, fol. 144. num. 13.

Votum vltramarinum maximè in puerili ætate factum Pontifex commutare poteſt, fol. 145. num. 1.

Votum cum deliberata voluntate procedit, & vim habet, fol. 146. num. 2.

Votum reale, & perſonale in quo differāt fol. 146. num. 3.

Votum à pueris factum an Patrum, vel tutorum authoritate irritari poſsit, folio 147. num. 4.

Votum adimplendi ſocietatem Pontifice toliit poteſt, fol. 148. num. 7.

Voti propoſitum non obligat, nec votum dicitur, fol. 149. num. 2.

Votum quid ſit, fol. 149. num. 2.

Votum deſiderat animum ſe obligandi interiorem cordis, vel exteriorem oris, fol. 149. num. 2.

Votum eſt adinſtar pollicitationis, folio 149. num. 2.

Votum vt valeat tria in ſe cōtinere debet, ſcilicet deliberationem propoſitum, & promiſsionem, fol. 149. num. 2.

Vtorum ſolutiones Diui Iacobi ſi per vnicam menſuram fiunt impoſterum per eam adimplebuntur, ſi verò per diuerſas fieri poſſunt per minorem, fol. 252. num. 1.

Votum ſecundum promittentem factum eſt adimplendum, fol. 252. num. 2.

Vota ſemper gratuita eſſe debent, fol. 252 num. 2.

Votum ab omni populo factum obligat ſucceſſores, fol. 252. num. 2.

Votum incertum, ſeu de re incerta nullū reditur propter incertitudinem, folio 253. num. 3.

Votum pia cauſa dicitur, fol. 253. num. 5.

Votum ſtrictè eſt interpretandum, ita vt quantum fieri poſsit minus obliget, fol. 253. num. 5.

Votū eſt promiſsio Deo facta propter bonum finem deliberatione firmata, folio 255. num. 7.

Vſusfructus eſt ius vtendi, & fruendi ſalua rerum ſubſtantia, fol. 351. num. 2.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA PROVINCIAL ... EVORA

Licenciado Dⁿ Francisco Rodriguez Galvez.

GRANA

Werth

3

4220